IOseph ex rachel filium suscipiens iacob:& propter honestatem corporis & animi uirtutem:cum utiq; aliis sapientia præcelleret:eum amplius aliis filiis diligebat. Huic siue paterna dilectio odium cōcitauit fratrum siue somnia. Quæ cum uidisset: patri & eis protinus indicauit:eo q̄ profectum eius anunciarent:cum sepius celentur homines:etiā suorum fœlicitates. Visiones quæ apparuerunt ioseph erant huiusmodi. Missus a patre cum fratribus ut colligerent messes:& maturas fruges:uidit nimis præcipuā uisionem:& ultra ea quæ solent per somnia prouenire. Quam uisiōem dum surrexit fratribus suis tanquā sibi somnium discernentibus enarrauit:dicens uidisse se transacta nocte manipulum suum de tritico stantem in quo eum posuerat loco:illorum uero concurrentes adorare eum:sicut dominum serui. Illi intelligentes uirtutem eius:& rerum magnitudinem prædicere uisionem:& contra se potestatē eius futuram:ioseph quidem tanquā ignorantes somnia nihil explanauerunt:cōsilium uero fecerūt: ne ad profectum ea quæ arbitrabantur acciderēt:& circa eum graues amplius existebant. Impugnās autem diuinitas eorum inuidiam:secundam præstitit ioseph uisionem multo mirabiliorē quā primam. Vidit enim solem simul & lunam & cæteras stellas in terram descendere: & se adorare:quā uisionem patri nihil de fratribus mali formidans:etiam his præsentibus indicauit: &

interpretari sibi qđ hoc significare uelit poscebat.Ille uero somnio gaudēs:cū expositionē mē-
te conspiceret:& cum sapientia non sine consideratione coniiceret letabatur:magnisq; significa-
tionibus fœlicitatem filio nūciabat:tempusq; largiente deo futurꝝ:quo a parentibus & fratribus
esset honorandus:& adorari dignus:lunam quidem & solē patri & matri cōparans:eo q̄ illa au-
geat & nutriat uniuersa:ille uero formet:& aliā fortitudinē p̄stet:stellas uero fratribus:cū & ipsi.
xi.essent:sicut & stellæ uigorē a sole & luna percipientes.Et iacob quidē huiusmodi non insipiē-
ter discretionē protulit uisionis: fratres uero ioseph uehementer ea q̄ sunt prædicta contrista-
uerunt:& incitati aduersus eū:uelut extraneum bona quæ significata fuerant illis somniis habi-
turum:& non quasi de fratre gaudentes:dum etiā cum eo potuissent his adipisci bonis:nempe q̄
cognatione cōmunicarēt:& fœlicitatis socii forēt:interimere adolescentulū sunt aggressi. Cūq;
hoc statuissent consiliū ad perficiendū illud tendebant:in sicimis abeuntes. Hæc autem ꝓuicia
pastorum ē ouium optima:& grægū alimentis ualde copiosa.Quo dū grægū curam haberent:
& patrem scire non fecerunt:quia ibidem remoti essent.Ille ignorans hæc:eo q̄ nullus ad eum
a gregibus aduenireț:qui quod esset uerum de filiis nunciaret:tristemq; ꝓ illis animū gerens: &
in formidine constitutus misit ioseph ad græges ut de fratribus suis agnosceret:& quid agerent
indicaret.Illi autem fratrē uidentes ad se uenire:gauisi quidem sunt: sed non quasi familiaris sui
præsentia:& a patre directi:sed quasi super iimico:& manibus eoꝝ diuina uolūtate contradito.
Ad internitionem ergo eius nolentes differre præsens tempus ꝓtinus accesserunt. Quos dum
ruben senior eoꝝ inspiceret ita conspirare:& ad actum iam uideret unanimes:eos retinere ten-
tabat magnitudinem p̄sumptionis:& scelus eis ostendens:quia malignum quidē deo & hoībus
esset abhominabile etiam non consanguineū hominē perimere:multo magis autē celestius cæ-
dem in fratrē ita perficere:quo.s.interfecto pater una perimeretur:& mater in luctu ex filii non
humana lege facta priuatione consumeretur.Etiam eis hoc dicebat ut uno animo perciperent
qđ ipsi paterent mortuo sibi filio:& iuuēculo:& recederent a tali præsumptione deū timentes:
qui inspector simul & testis esset:& ab huiusmodi actione recederent:penitentiamq; diligerent:
& potius temperantiæ deseruirent:nā accedentes ad hoc opus:omnē pœnā ꝓ fratris nece p̄sol-
uerent:uidentes utiq; dei ꝓuidentiā ubiq; p̄sentem:cui neq; qđ in deserto:neq; quod in ciuitati-
bus agitur est absconsum:ubicūq; enim homo est:oportet scire illic esse deum :sed etiā cōsciētiā
suā eos habiturā inimicā i his præsumptionibus edicebat:quā neq; bonā habētes aliqui:neq; ta-
lē qualis in eis tunc habitaret post morte fratris effugerēt.Adiiciebat dictis etiā hæc:quia fratrē
neq; iniustū aliquid facientē sanctū esset occidere:bonū esse uero etiā iimicis obliuisci: si qđ for
te peccauerit:ioseph aūt i nullo malignū circa eos extitisse:cur eū occiderēt:cuius ætatis ifirmi-
tatē mēsurare deberēt:quādo ipse eoꝝ tutelā potius expectarēt.Causa uero huius iteritus multo
peiorē eoꝝ actionē faceret:eo q̄ propter iuidiā futurorum bonorum eum uita priuare niterēt:
quibus bonis simul cum illo uterētur:eius communioni pariter participātes:cum nō extraneus
sed domesticus eoꝝ existeret: unde deberent sua putare:quæcūq; ioseph largitas diuina con-
ferret:sed & iracundiam supernā propterea seueriorem sibimet futuram:si eum qui a deo iudica
tus fuerat dignus:occiderent: & auferrent deo eum cui esset talia donaturus. Et ruben quidem
hæc dicens & his potiora supplicans:eos a fratricidio conabatur auertere.Cum uero i nullo eos
mitiores uideret: sed festinantes ad necem suadebat ut malum sceleris aliquatenus leuigarent.
Nam ulcisci se uolentes prius credebat flectere.Cum uero præualuissent ut fratrem occiderent:
dicebat non esse ualde futuros malos:si in his quæ nunc hortaretur obedirent in his enim esset
& opus quo festinarent:non tamē huiusmodi:sed leuius in comparatione mali.Petebat eos ma-
nus quidem in fratrem non iniicere:sed proiectum in lacum uicinum eum illic desinerent mo-
ri:& scelus manuum suarum uel ita leuigari. Illis autem consentientibus.sumens ruben adole-
scentulum & caute ligans eum in lacum cum quiete deposuit:erat enim sine aqua. Et ille quidē
dū hoc feciſſet abscessit quærens loca oportuna pasturæ. Cap.III.

IVdas autem qui & ipse filius erat iacob uidens negociatores arabes exismahelitaꝝ gene
re aromata:& onera syria portantes egyptiis de galaath post discessum ruben fratribus
psuasit ut extrahentes ioseph uenderent arabis quo longius constituto:uel si moreretur
apud peregrinos:ipsi forent a scelere liberi.Hoc dum placuisset:ioseph extrahentes:negociatori-
bus uendiderunt:precio nūmorum.xxx.cum decem & sex esset ānorum. Rubē autem nocte
ad lacum ueniens:latens fratres ut liberaret ioseph:dum clamante eo non responderet:metuens
ne post abscessum eius interimerent eum culpabat fratres.Illis qđ gestum fuerat edicentibus:
cessauit a luctu rubē. Cūq; hæc circa ioseph gesta uiderentur a fratribus quid agerent postea
ut extra suspitionem patris fierent exquirebant: tunicamq; qua uenerat indutus ad eos ioseph

quam abstulerant dum eum in lacum deponerent:placuit eis discerpere:& hirci sanguine maculatam portare:patriq; monstrare ut ei uideretur quasi a bestiis deuoratus.Quod facientes uenerunt ad sene.Et cum ab eis de filii cognitione inquireret: dicebant se quidem ioseph neq; uidisse neq; si qua calamitas ei accidisset nouisse illam uero tunicam inuenisse se sanguine maculatam atq; diruptam & arbitrari se q̄ incidens in bestias interisset:si tamen ex tunica agnosceretur: & si hac indutus fuisset de domo proficiscens.Iacob autem cum prius i leuiori spe fuisset:tāq̄ forte prædato suo filio: hanc spem deseruit:cum tunica eius mortis indicium ei faceret manifestum. Cognouerat enim eum ipsa uestitum cum properaret ad fratres:& uelud super mortuum decætero uidebatur afflictus adolescentem lugens:& tanquam si unius filii pater esset:aliorumq; cōsolatione priuaretur:sic erat apud semetipsum male: prius fratribus eum estimans comparatum qui a bestiis credebatur esse consumptus. Sedebat sacco uestitus:tristitia grauissimus:ut neq; a filiis consolationem sumens leuior fuisset:neq; laborādo doloribus interdicere p̄ualeret.Ioseph autem uenditum a negociatoribus cōparans putiphares uir egyptius q̄ erat super coquos regis pharonis:habebat in omni honore:doctrinamq; liberalium edocebat: & alii eum meliori cibo quam conueniret:seruili fortunæ iubebat:commisitq; ei domesticam curam. Ille uero cum his frueretur:uirtutem humilitatis quæ circa eum erat:neq; hac mutatione dereliquit: sed ostendit prudentiam cum certissime affuerit præualere posse rebus in uita difficilimis:nec fœlicitatibus solummodo temporalibus inherere.Itaq; dum uxor eius domini propter pulchritudinē & opportunitatem actuum eius:esset illius amore cōfecta:& putaret quia si hoc ei faceret: manifestū facile eum suaderet uenire ad suum concubitum:quasi ille iudicaret fœlicitatē eo q̄ ei domina supplicaret:& ad figuram illius tunc seruitii:& non ad modum respiceret castitatis: desiderium suum ei prodit:& uerba de permixtione fecit.Cuius respuebat ille præces:dicendo non esse iustum huiusmodi sibi imponi seruitium,unde emptorē a quo tanta dignitate fuerat honoratus: iniqtatis contingeret iniuriā sustinere: sed rogabat eā cōprimere passionē: despationē quippe ei huius desiderii p̄ponens:quia si non esset spes: hoc ei facile possit auferri: se uero omnia potius ferre dicebat quam in hoc quodammodo consentire.Nam si seruum inquit dominæ suæ nihil facere oportet aduersum:contra hæc p̄cepta maxime conuenit resultare.Illius autem amor potius augebatur:eo q̄ non speraret omnino deuiare ioseph. Et dum uehementer obsideretur a passione:secundum rursus fecit experimentum.Igitur dum festiuitas publice celebrationis istaret:in qua ad cerimonias etiam mulieres interessent:egritudinem marito simulauit:captans ob hoc solitudinem atq; silentium:ut exoraret ioseph.Qui dū accessisset uberiores prioribus obtulit ei sermones:quia bonum quidem fuisset ut præcibus priscis flecteretur:nec in aliquo contradiceret propter reuerentiam dominæ deposcentis:& excellētiam passionis:qua cogeret domina de sua dignitate descendere:sed nunc melius ageret:si quæ pridē contempserat emendaret.Nam si secundas præces expectaret:hoc illa etiam studio maiore se fecisse referebat:egritudinē simulasse:& festiuitati uel cerimoniis præposuisse eius amplexum:sibi autē q̄ primis sermonibus nō credendo resultauerat: nulla factum fuisse malicia iudicaret: signumque crederet utilitatis bonorum præsentium: q̄ ipsa in ea uoluntate persisteret: quæ bona iam quasi possideret si eius amore flecteretur: & maioribus frueretur obediens: uindictam uero & odium eum asserens susceptum:si eius contemneret dignitatem: sed etiam dominæ castitatem conferre uideretur: Neq; enim hoc illum iuuare posse dicebat: sed ipsa ad accusationem accederet illius: & tentatam se ab illo marito proprio mentiretur: magisq; crediturum uxoris sermonibus quam illius:licet eos ex ueritate proferret. Hæc dicente muliere:simul & flēte: nec misericordia eum recedere a castitate suasit:nec metus coegit:sed & præces respuit: & minis non cessit: metuens iniusticiam sustinere:& pati magis quodlibet seuius elegit:quam letus uti præsentibus:in quibus etiam conscius esset perditionis suæ.Commemorabat autem eam nuptias:& uiri societatē: & his potiora distribuenda:quā temporalis ardoris libidini supplicabat: nam talibus perpetratis: quæ penitentiam magis augerent:dolorem sumeret & nequaquam quod deliquerat emendaret: & timorem nimium esset habitura: quando causa huius mali nullatenus possit abscondi: uiri autem suæ societatis adoptionem habitura sine periculo:insuper magnam conscientiæ apud deum fiduciam simul & apud homines: tanquam in eius manens amplexibus munda & apud eum dominæ potestatem: non pro peccato habitura confusionem: multoq; melius esse habere fiduciam in bonis quæ cognoscuntur: quam in malis quæ timore celatur. Hæc dicens: & his multo maiora: ardorem mulieris retinere: eiusq; passionem conuertere ratione nitebat. Illa uero studio suo uehementius incitata:immittens manus: cum uerbis suadere desperasset: eum cogere tentabat. Cunq; fugisset iratus ioseph: illa eius tenente uestem qua se exuerat:

exiliuit domo. Quæ ĩ formidine constituta:ne uiro suo hoc diceret: iniuriãq; uolés preuenire: quatenus aduersus ioseph mentiretur: excogitauit: ut hoc modo ulciscereturiniuriam: quæ fuerat ita superbe contempta.Precedere uero in accusatione sapientissimum fore simul & muliebre credens:sedebat quidem deiecta atq; confusa ob tristiciam qua cupiditate sua fuerat decepta:temptamentum corruptionis suæ cum ira frangés alias iungens.Veniéte autem uiro:uultu turbato causamq; consulenti fecit ioseph accusationis ĩitium:& uelut mortua dixit marito Seruum nequam cubile tuum uiolare uolentem castiga: qui neq; qualis in domum nostram uenerit recordatus timuit:neq; quantum ex tua bonitate promeruit: mente percepit:sed pro his cum rebus omnibus bonum se præbere debuisset:insidiatus nobis est:ut lectum tuum contumeliis afficeret:& hæc in festiuitate captans absentiam tuam.Qui licet humilis primitus uideretur:propter tuum quiescebat metum non quia esset natura benignus.Hoc autem factum est:eo q; indigne:& præter spem ad honorem accesserit.Qui dum fidem totius possessionis tuæ & dispensationem obtinere præualuisset:& senioribus famulis prepositus esset: tuam quoq; uiolare tentauit uxorem.Dum uero quieuisset in uerbis:ostendebat ei uestem quasi dum tentasset ei uĩ facere reliquisset eam. Putiphares neque lachrymis uxoris:neq; his quæ dicebat illa: uel uidebat ipse discredens:& eius amori cuncta distribuens:examinationem quidem ueritatis fieri non permisit:uxori tribuens castitatem Ioseph uero nequã esse decernens:& illum quidem malignorum misit in carcerem uxori uero potius castitatis ornamentum inesse testificatus est.Ioseph ita que deo omnia sua committens:neque ad satisfactionem:neque ad integram factorum manifestationem conuersus est:sed uinculis & necessitate tacitus mansuetusq; succubuit: meliorem esse confidens deum:causam calamitatis:& ueritatem scientem: quam illos:qui eum iniuste pene contraderent:cuius prouidentiæ experimenta repente susceperit.Custos nanq; carceris diligentiam fidemque eius considerans:& uidens dignitatem eius formæ substraxit uincula:& qđ erat pessimum leuius ei fecit ciboque eum uti quam uinctis cõueniebat:meliore præcepit. His uero qui in eisdem calamitatibus erant:dum ab erumnarum onere cessarent:ad colloquium ut assolet communionis & similis calamitatis uenientibus:& adinuicem causas pro quibus cõdemnati fuerant requirentibus:pincerna regis & ab eo uehementer honoratus:eiusq; affectu deuinctus & cum ioseph habens compedes: familiarior ei magis effectus est. Sapientia nanq; ei uidebatur excellere:cunque somnium uidisset exposuit:petens: ut quid significaret: insinuaret: accusans quia supra mala regis adhuc ei diuinitas sollicitudinem apponeret somniorum. Dicebat ergo se uidisse trium palmitum natos botros:exunoquoq; pendere:grandes iam: & ad uindemiandum speciosos: eosq; se cõprimere in poculo regis mustumq; offerre bibituro:& illũ grate suscipe. Quod ergo uiderat:hoc esse dicebat:poscebatq; ut quæcunq; ioseph ĩ his sortiretur intellectũ: ei suo manifestaret eloquio.Ille uero exhortabatur eum confidere:& sperare in diebus se tribus a uinculo absoluendum:rege desiderante ministerium eius:& rursum in eo esse constituendum. Fructum enim uineæ significauit in bonum deum hominibus præbuisse:quod etiam ipsi libat: & fidem hominibus amicitiamq; pascitur. Soluit ergo lites passioneq; & tristiciam aufert his quibus offertur:& ad delectationes spe conuertit.Hoc ergo quod dicis inquit ex tribus cõpressum botris manibus suscepisse regem tuis:bonam uisionem scito tibi futurã & præsentis necessĩtatis indulgentiam in tot diebus prenuncientem de quantis palmitibus fructũ uisus es per somnium uindemiasse.Sed memor esto mei cum fueris hæc expertus:qui tibi pronunciaui bona: & in potestate constitutus:non obliuiscaris in quibus nos derelinquis.Nihil enim peccantes ad uincula uenimus:;sed pro causa ueritatis & castitatis:ea quæ reorum sunt sustinere damnati sumus: quando nec in propria delatione eum qui nobis hæc intulit iniuriam sustinere uoluimus.Et picerne quidem ut assolet audiente huiusmodi expositionem somni gaudium erat:expectabatq; iterpretationis finem.Seruus autem quidam supra pistores constitutus:cum pincerna uinctus in carcere:cum talem ioseph protulisset de illius uisione sententiam:in spe bona constitutus: cum & ipse somnium uidisset:petit ioseph:ut & illi quæ præterita nocte uiderat:quid uellent significare depromeret.Erat enim inquit huiusmodi.Canistra tria super caput meũ ferre me uidi:duo quidem panibus plena:tertiũ obsonio: uariisq; cibis:& qualia solent regibus ministrari:superuolantes autem alites: omnia consumpsisse. Et ille quidem credebat sibi similem expositionem futuram: quam pincerne dixerat. Ioseph autem concipiens animo somnium: dixit ad eum: uelle quidem se interpretem ei fore bonorum: & non talium: qualium uisio demonstraret: duas inquit;ei uitæ superesse dies; hoc dicens canistra significare:tertia uero eum crucifigẽdum: cibumq; uolatilium esse futurum: nihilq; fore: quod ei auxilium posset ferre. Hæc ergo similem terminun in ambobus ut ioseph dixerat susceperunt. Prædicto nanq; die cum natalis esset

regis : non ſicut rex agens : piſtorem quidem crucifixit : pincernam uero uinculis abſoluens : in propriū miniſteriū reuocauit. Ioſeph uero cum duobus annis uinculorum mala ſuſtineret: nichilq; a pincerna prædictorum memoraretur: deus eripere eum uolens e carcere : huiuſmodi ei machinatus eſt libertatem. Rex pharo una nocte uiſiones ſomniorum duas uidens : & cum his utriuſq; expoſitionem : interprætationem quidem oblitus uiſiones recoluit : afflictuſq; in his quæ uiderat : nempe cum ei triſtia uiderentur : die facto conuocauit ſapientes egyptiorum: uolens agnoſcere ſomniorum diſcretionem. Heſitantibus autem illis rex potius turbabatur. Pincerna uero regis uidente confuſionem : memoria reddita eſt ioſeph: eiuſq; circa ſomnia ſapientiæ: & accedens ad regem : indicauit ei de ioſeph : & uiſionem quam ipſe uidiſſet in carcere : pariter & euentum : & quia ipſe dixerit crucifigendum ea die piſtorem : & ſibi omnia ſecundum interprætationem ſomnii eueniſſe prædicente ioſeph: uictumq; eum aſſerens a putiphare principe cocorum ut ſeruum : cum diceret ſemetipſum non humilis hæbreorum eſſe generis : nec gloriæ patris. Hunc inquit euocans : nec propter modernam culpam eum calumnians : quæ tuis ſomniis indicantur agnoſces. Iubente rege ioſeph ad ſuum uultum adduci : obediunt famuli diligentia ei præcepto regis adhibita. Rex uero eius dextram apprehendens : o iuuenis inquit : tu mihi nunc optimus : & prudentia digniſſimus teſtimonio mei famuli nunciatus es. His ergo bonis quibus iſte participatus eſt : etiam fac me eſſe conſortem : pandens quæcunq; mihi ſomniorum prenunciant uiſiones. Nolo autem te ullo terrore conſtrictum : blandiri ſermone fallaci: & delectationem facere: ſi reuera ſit triſte quod uidi. Putabam circa fluuium ambulans uidere me boues pinguiſſimas : ſimul & magnitudine præcipuas numero ſeptem gradientes de paſcuis ad paludem : alias uero tantas numero perſpexi maximas de palude concurrere ualde tenuiſſimas & ad uidendum deformes. Quæ dum deuoraſſent pingues & magnas : nihil adiute ſunt : crudeli fame detente. Et poſt hanc uiſionem de ſomnis ſurgēs: & turbatus quid eſſet hæc uiſio apud me conſiderans : rurſus in ſoporem ſolutus ſum: & uidi ſecundum ſomnium multo mirabilius priori : quæ etiam me terrent potius atq; cōturbant. Spicas vii. uidi ex una radice natas capite grauatas & reclinatas a fructu: & aptas ad meſſem & ad hæc alias ſeptem ſpicas inanes: & infirmas nimia ſiccitate. Quæ conuerſæ: ut conſumerent & comederenr ſpicas ſpecioſas: ſtuporem mihi fecerunt. Ioſeph autem reſpondens ait. Viſio quidem iſta rex licet duabus formis apparuit unum terminum tamen eundemq; ſignificat futurorū. Quod enim boues uidiſti animal in aratri labore fortiſſimum a peioribus deuoratas: & ſpicas a minoribus fuiſſe cōſumptas: famam & ſterilitatem egypto totidem annis prenūciat: e quibus ſcilicet primo temporibus fœlicitatem ferētibus quorum ubertas totidem poſteriorum annorum ſterilitate cōſumitur. Erit ergo rerum difficultas neceſſarium: quæ inemendabilis uehementer exiſtat. Signum autem hoc eſt: quomodo exhauſte boues meliores conſumpſerunt: faciariq; minime ualuerunt. Deus tamē non ut triſtificet: futura prædicit hominibus: ſed ut præſcientibus leuiora faciat experimenta prænunciatarum rerum. Tu ſiquidem congregans bona tempore primo futura facias: ut calamitatem uenturam : egyptiorum terra non ſentiat. Mirante itaq; rege prudentiam ſapientiāq; ioſeph: & conſulente quemadmodum ubertatis tempora diſpenſarentur : ut poſterior ſterilitas leuior eſſe uideretur huiuſmodi conſilium dedit : ut frugū parcitas haberetur : & non affluenter egyptios his uti pmitteret: ſed quātū ſufficeret ad pabulū erogaret : quæ uero ſupeſſent ſterilitatis in tempore ſeruari: recondiq; monebat triticum ab agricolis perceptum : ut ad ſata tantummodo miniſtrarentur expenſa alimentorum. Pharo utrunq; in ioſeph miratē : & diſcretionem ſomnii pariter & conſilium diſpenſationemq; eius rei ipſi commiſit : quatenus ageret ea : quæ populo egyptiorum & regi ſciret utilia : inuentorem ſcilicet huiuſmodi : uitæ etiam diſpēſatorem optimum eſſe confidens. Ille uero poteſtate ſibi a rege collata : ita ut eius frueretur ſignaculo : & purpura ueſtiretur : per uniuerſam terram ductus : in curru uehebatur: frumētūq; agricolis ſufficiens ad ſemen : & pabulum ſingulis metiens : nulli ſignificabat cauſam : pro qua talia peragebat. Triginta ſiquidem ætatis iam annos tranſierat : & omni honore fruebatur ſibimet a rege collato : quem appellauit pſonpthon panicos : uidens eius intellectum inopinabilem. Significat autem hoc nomen inuentorem abſconditorum. Duxit autem uxorem ualde digniſſimam : filiam petefres : qui unus fuit heliopolitanorum ſacerdos : adhuc uirginem : nomine aſeneth : cooperante ſibimet rege. Ex hac fuerunt ei filii duo : āte ſterilitatis tempus : manaſſes quidem ſenior : quod nomē ſignificat obliuionem eo q̄ per fœlicitatem obliuio ei infœlicitatis acceſſerit : iunior uero effraim : quod reſtitutionem ſignificat : eo q̄ eſſet redditus libertati maiori. In egypto ſiquidem ſecūdum ſomniorum expoſitionem ioſeph ſeptem annis beatiſſime tranſeunte : fames annum iam tangebat octauum : & ex eo q̄ non præſenſiſſent

casurum super se malum laborantes in eo crudeliter omnes ad regis ianuas confluebant. Ille uero ioseph uocabat: qui eis frumentum uendidit: factus multitudinis sine dubitatione saluator: & mercedem omnium nō comprouincialibus tantummodo faciens: sed etiam paratus uendere peregrinis: omnesq; homines secundum cognationes suas: solatium merebantur. Iosep fœlicitate eius utentes. His ita gestis dum chananea fame crudeliter uexaretur omnem deniq; terram hæc pestis inuaserat: misit etiam Iacob filios uniuersos in egyptum comparaturos frumentum: confidens licere tritici commertium fieri peregrinis: beniamin tātummodo retinēs qui ei ex rachel fuerat generatus: & erat ioseph consanguineus. Illi in egyptum uenientes adierunt ioseph: frumentum emere supplicantes. Nihil enim erat: quod non illius consilio gereretur: nam ministratio regia tunc utilis erat hominibus: quando ioseph exhiberetur honor. Qui dum cognouisset fratres nihil de se cogitantes: eo q; adolescens quidem ab eis abscesserit: ad hanc uero ætatem ita peruenerat: ut figura etiam eis ignotus esse uideret: cū magnitudine quoq; dignitatis eis neq; suspectio proueniret: temptabat eos ut dicerent: quam haberent de rebus omnibus uoluntatem. Quibus frumenta quidem non uenundabat exploratores uero rerum principis esse dicebat: & ex multis quidem locis eos esse congregatos: excusationis uero causa se cognatos asserere: impossibile dicēs esse uiro idiote tales filios: & forma ita clarissimos enutrire: cū regibus tot filiorum copia esset ualde difficilis: ut per hæc etiā de patre quæ prouenissent lateret agnosceret: similiter & ut de fratre suo beniamin audiret. Metuebat enī ne forsitan & in illum ut in se peccauerunt: aliquid deliquissent. Illi nanq; erant in tumultu pariter & timore maximo constituti: periculum putantes sibimet imminere: nihilq; de fratre mēte sua percipientes: & astantes reddebant de singulis rationem: ruben ita concionante primitus: qui eorum senior existebat. Nos inquit non pro lesione uenimus huc: neq; regis negotiis alqua mala facturi: sed egentes salute & negocio & malorum refugio: quæ nostram regionem obtinere noscuntur: uestram utiq; scientes clementiam: quos nō solum subuenire ciuibus propriis: sed etiam peregrinis mercimonium audiuimus proposuisse frumenti: ut omnibus indigentibus salutem maximam præstaretis. Quia uero sumus fratres: & communis nobis est sanguis: clarū quidem hoc facit etiam familiaritas formæ non ualde mutatæ. Pater autem est nobis iacob uir hæbreus: cuius existimus filii duodecim: ex mulieribus quattuor: quibus omnibus uiuentibus fœlices eramus uno uero fratre nostro moriente ioseph: res nostræ ad peiora conuersæ sūt. Nam & pater immensum in eo trahit luctum: & nos ex calamitate defuncti: & erumna senis affligimur. Venimus igitur pro comparatione frumenti: curamq; patris & nostrorum prouidentiam beniamin iuniorem fratrem reliquimus. Poteris autem mittendo ad nostram domum agnoscere si quicquam dicimus mētientes. Et ruben quidem huiusmodi uerbis tentabat persuadere ioseph ut de eis meliora decerneret. Ille uero iacob cognscens uiuere: fratremq; beniamin minime deperisse: tunc equidem in carcerem eos quasi de uacantia alias die uacanti discutiendos iniecit. Tertia die deducens eos: quomodo inquit asseretis neq; pro malignitate rerū pricipis huc uenisse & eē fratres: & unius pris filios de quo dicitis: hæc ita esse mihi manifestabitis: si relinquentes quidem unum ex uobis apud me: nihil iniuriabile passurum: portantesq; papula genitori: denuo reuersi fueritis ad me: fratrem quem reliquisse uos uobiscum pariter adducentes: hoc enim erit signum ueritatis. Illi in maioribus malis adducti flebant inter alterutros: de calamitate ioseph frequenter ingemiscentes: tanquam propter id quod in illū cogitauerant deo ulciscente in eis: talia sustinerent. Ruben autem nimius erat: & eos in eiusmodi sermonibus penitentiæ icrepabat: ex qua nulla quidē generaretur utilitas de ioseph: illos uero quicquid mali sustinerent pro uindicta illius faciente deo: fortiter tolerare poscebat. Hæc autē dicebant ad inuicem non credentes suam linguam ioseph intelligere. Omnes autem ruben increpante: habebat deiectio: & penitentia rerum gestarum: cum ipsi non cogitassent illo tempore: pro quibus eum tunc punirent: iudicabant deum esse iustissimum. Videns autem eos ioseph sic estuantes per compassionē cessit in lachrymas: nolensq; fratribus apparere discessit. Et postq̄ reliquit eos iterum uenit ad eos. Et retinens obsidem simeō: pro reuersione fratrum: illos sumentes mercimonium tritici: abire præcepit: iubens ministro: ut pecuniam quam pro emptione frumenti detulerant: oneribus eorum latenter immittens dimitteret eos: illam pecuniā pariter portaturos. Et ille quidem imperata perfecit. Iacob autem filii uenientes in chananeā: nunciauerunt patri quæ eis in egypto contigerant: & quia quasi exploratores regis illuc uenissent sunt creditī: dicentibusq; se fratres esse: undecimum apud patrem domi reliquisse: creditū eis non sit: & quomodo simeon reliquerunt apud principem miliciæ donec beniamin iret: & fidē de his quæ a se apud eū dicta fuerant perficeret: rogabantq; patrē nihil metuentē: ut cum

lib. ii

lib: 2

eis iuuenculum destinaret. Iacob uero nihil omnino placebat ex his quæ a filiis suis gesta sunt: & dum de simeon detentione grauiter ferret: stultissimum iudicabat: beniamin quoq; his malis adiiceret. Et ille quidem neq; ruben sermonibus supplicantis flexus est: suos filios tradentis: ut si quid beniamin in itinere pateretur: eos occideret auus. Illos hesitantes in his malis: potius conturbabat argentum: quod in saccis missum latenter inuenerãt. Tritico uero quod delatum fuerat iam deficiente: fame magis inualescente: coactus necessitate iacob: beniamin deliberauit cum fratribus destinare. Non enim poterant in egyptũ uenire: nisi cum sua promissione pergerent. Cunque famem quottidie augeri conspiceret: filiis supplicantibus: quod aliud de præsenti faceret non habebat. Iudas autem cum esset & in aliis uir audax: & in his apud eum fiducialiter usus est: dicens: non eum debere de fratre metuere: neq; aliquid aduersum suspectionem conspicere: quomodo nihil circa eum agendum foret: ubi deus adesset: & quia ei quicquid immineret etiam apud eum manenti omnino contingeret: eos autem sic palam in perditione pueri adiicere non debere: nec alimentum ex ubertate pharonis permissum: propter puerum irrationabiliter auferendum: cogitandum uero de salute simeon: ne dũ parceretur profectui beniamin: ille perimeretur: deo autem esse credendum de illo. Quo exhortante atq; dicente: aut saluum reuocare filium: aut se cum eo remansurum atq; uicturum: credens ei iacob: tradidit beniamin: & duplex tritici precium: simul & quæ apud chananeos nascuntur: unguenta balsami: & stacten: & therebintum: & mel: munera ioseph direxit esse portanda. Multæ uero a patre in egressione filiorum effunduntur lachrymæ: pariter & ab illis. Ille nanq; si filios saluos de itinere suo reciperet cogitabat illi uero si fratrem incolumem reppererint: nihilq; pro eorum tristicia mali perpessum: quotidieq; eis meror ingerebatur. Et senior quidem fessus tolerabat: illi uero ibant in egyptum: spe meliori tristia rebus curaturi præsentibus. Cum uero egyptum peruenissent: successerunt alias secesserunt quidem apud ioseph. Timor autem eos non fortuitus perturbabat: ne propter tritici precium crimini subiacerent: uelut & ipsi furtum sub calliditate egissent: & apud præpositum ioseph multis satisfactionibus utebantur: domi in suis saccis dicentes se inuenisse pecuniam: eamq; nunc reportasse. Illo itaq; respondente: & se iam quid dicerent ignorare: releuati sunt a timore: soluensq; repente simeon: cum fratribus esse permisit. Veniente autem ioseph a ministerio regis: ei munera p̃ferebant & scisitanti de patre: dicebant: q̃ eum incolumem reliquissent. Ille quoq; cognoscens supereſſe beniamin: si is esset iunior frater interrogabat quem utiq; in præsenti cerneret. Quibus respondentibus eum esse: ait deum semper omnium ei esse suffragatorem. Ipse uero passione motus ad lachrymas discedebat: nolens semetipsum fratribus demonstrari: sumptosq; eos ad cibos fecit discumbere: sicut erant soliti apud patrem. Qui dum circa cunctos recumbentes benignus existeret: beniamin partibus duplicibus honorabat. Dum uero post cœnam fuissent in soporem conuersi: iussit præposito ut eis triticum mensuratum traderet: preciũq; rursum in eorum saccis absconderet monere uero. Beniamin etiam poculum argentum quo bibere congaudebat immitteret. Hæc itaq; faciebat: experimentum fratrum sumere uolens: utrum auxilium aliquando ferrent beniamin pro furto detento: & patienti periculum an certe relinquentes eum: tanquam ipsi nihil gerentes mali: ad paterna limina remearent. Cum uero famulus mandata feciſſet: die facto: iacob filii nihil horum scientes discedebant: recipientes etiam simeon: & duplici gaudio congaudentes: tam propter eum: quam etiam beniamin reuocantes: sicut promiserant patri. Qui dum abirent: insequebantur eos equites: ducentes famulum: a quo in sacco beniamin poculum uidebatur immissum: & inopinabili equestrum inuasione turbatos: causamque scisitantes: pro qua sic uenissent: illi maliuolos eos appellabant qui dum honore & muneribus potiti a domino suo fuissent: neque munerum: neq; hospitalitatis. Ioseph memoriam retinentes: præsumpserint in eum in iqua committere & scyphum quo ille in conuiuio bibere congauderet auferentes: iniusta lucra secum portarent: amicitiamque ioseph: suumque periculum si inuenirentur in fraude secundo loco ponentes: minabanturque eis supplicium esse uenturum: quia nec deum latuerint: nec cum furto fugientes euaserint: licet ministerii famulum latuissent. Cognoscetis igitur dicebãt: quid ignorantes de poculo passi fuerimus: scituri tamen repente uos esse puniendos. Hæc & his maiora in eo dicens famulus increpabat. Illi uero nesciẽtes factũ eius uerba irridebãt: leuitatẽq; uerbor illius famuli mirabãt: quod talẽ causã presumeret uiris iferre: qui dũ p̃ciũ in suis saccis iuẽtũ neq̃quã retinuissent: sed qđ gestũ fuerat nullo sciẽte reuocasset: multo potius ab huius maleficii uolũtate discederẽt: & qa rei p̃scrutationẽ negatiõe iudicabãt eẽ fidelioré: reqrere fa

mulum imperabant: & si quisquã rapuisset: cum reperiretur omnes esse puniendos. Nihil enĩ sibi conscii: fiduciam habebãt: ut putabant omni periculo carituram .Illi uero inquisitionẽ fieri exigebant: uniusq; fore suppliciũ: qui in furto fuisset inuentus. Et dum quererent omẽsq; iã cæteros pertransissent: secundum modum inquisitionis beniamin nouissime peruenerũt: nõ ignorantes: quõ in illius saculo poculum abscondissent: sed subtilem inquisitionem se facere simulantes: aliiq; de suo timore liberati: uidebantur esse solliciti de beniamin: confidebant tamen: qa nec in illo possent maleficium inuenire: increpabantq; eos qui fuerant persecuti: uelut eis multum processuris impedimentum itineris attulissent. Cum uero scrutantes onus: de saculo beniamin inuentum poculum protulisset: in luctum & gemitum omẽs repente conuersi sunt: & indumẽta rumpentes: flebant fratrem suum pro furti crimine puniendum: seq; mentitos patri de salute beniamin. Crescebat autem eis hoc malum: eo q; iam se credentes tristitiam deuitasse; rursus in fratris sui malis inciderent: & paternæ super illos tristitiæ causam se fore dicentes: qui uim patri fecissent: ut eum cum eis una dirigeret. Equites ergo sumentes beniamin: ad ioseph adduxerũt: fratresq; pariter sequebantur. Ipse dum cerneret illum in custodia positum: illud autem luctuoso scemate laceratos: quod ait: o maligni aut de mea clementia: aut de prouidentia dei cogitantes: talia in peregrinum & benefactorem facere præsumpsistis. Illis autem in supplicium se tradentibus pro salute beniamin: & rursus recordantibus dicentibusque: beatiorem esse ioseph: qui si quidem mortuus esset: & a uitæ tristicia liber existeret: si uero uiueret: certũ: quia pro illo super eos deus uindictam inferret: asserentibus se esse amaritudinem patris: quia tristiciæ quã pro illo haberet hactenus: etiam de beniamin ipsi ei rursus adiicerent: ruben eos etiam uehementer increpante. Ioseph ergo dicente: illos quidem a se absolui: a quibus in nullo fuerat lesus: solamq; ei sufficere pœnam fratris: neq; iustum esse illum propter eos dimitti qui in nullo deliquerant: neq; illos cum fure puniendos: sed etiam abeũtibus præbere se securitatem: omnes quidem tenuit stupor: & dolore huiusmodi passionis obmutuerunt. Iudas autem qui etiã patri persuaserat: ut adolescentulum dirigeret: & in aliis erat uir efficax: pro fratris salute se decreuit opponere. Licet crudelia inquit opera commiserimus in te: & supplicio digna: iustumq; sit omnes nos subiacere tormento: licet non sit iniqtas omnium sed uniꝰ iunioris: tamen desperantibus de eius salute: spes relicta est nobis de tua benignitate & euadendi nobis te pollicente periculum. Et nunc non ad nos respiciens: neq; malefacta considerans: sed ad tuam naturam conuersus: uirtutem propicius exerce non iram: qua alii cum in fortitudine pari sint: non in maximis sulummodo: sed etiam in fortuitis sumentes utuntur. Tu esto magnanimis: neq; uincaris ab ira: ut eos perimas: qui neque suam potuerint tueri salutem: sed a te sumere eam poposcerunt. Non enim modo eam primitus nobis donas: sed dum frumentorum uenissemus ad emptionem: uelociter & opulentiam donasti ciborum: & nostris familiaribus uberrime deferenda præbuisti: quæ periculum sustinẽtes a peste famis eripuerunt. Ne despicias pereũtes egestate rerum necessariarum nec punias qui uidentur deliquisse: & circa beneficium quod a te nobis splendidissime collatum est: inuidiæ calamitate damnati sunt. Permaneat tua gratia: alio modo tãtum data. Saluabis enim: quos ob hoc etiam nutristi: animasq; quas fame laborare nõ passus es: a morte tuis muneribus liberabis: quatenus hoc ita mirabile sit & magnũ: ut & animas nobis dones: præbeasq; unde possint indigentibus permanere. Reor enim deum causam hanc præparasse: uirtutem tuam circa nos uolentem cunctis ostendere: nosq; in hac erumna costituisse: ut iniquitatibus in te peccantium uidearis ignoscere: & non solis ob aliam causam indigentibus tuæ clementiæ amminicula condonares: quãquam & hoc magnum est: si bene fiat inopibus: principale tamen existet: saluare quẽquam eos: qui pro delicto commisso in se pœnas debeant exoluere. Nam si paruas lesiones dimittere delinquentibus laudem attulit multis: iracondiam cohibere in his: pro quibus uita peccantium sit obnoxia: diuinæ cognoscitur eẽ naturæ. Et ego quidem nisi scirem patrem quemadmodum in amissione filiorum affligitur: propter ioseph mortem: nequaquam quãtum ad nos attinet salutis uerba proferem nisi forsan tuis moribus hoc donassem: quorum est proprium etiam hos saluare: qui tribulantur in huius morte: sed etiam præberemus nos passuros quæcunq; uelles. Nunc autem non nostri miserantes licet iuuenes simus: & nondum fruentes uitæ bonis moriamur: sed de patre ea cogitantes: & senectutis illius miserantes: has tibi preces offerimus: & commendamus animas nostras: quas tibi malignitas nostra tradidit ad supplicia perferenda. Nam non ille malignus est: neq; tales nos futuros genuit: sed cum sit benignus: & ut experiatur talia non sit iustum etiam nunc nobis suspectus affligitur. Cum autem audierit perditos: etiam causam mortis amarissime sustinebit: & ob hoc multo citius uitam suam derelinquet: ita ut eum conuersationis nostræ turpitudo corrumpat: pessimumque faciat de præsenti luce

discessum:& dum ad alios studeret nostra bona plantare:ut nostri actus neq; sentiantur efficiet. In hac ergo ratione cõstitutus licet te nostra mala cõmoueant:tuã iustitiã dona patri:ut propter illius misericordiã maiora possis quã cogeris facere pro nostra malicia: ne senectus eius in desolatione cõsistat:aut nostra ꝓditõne deficiat Verere patrũ nomia hoc eis cõdonãs munus.In hoc itaq; & tuũ honorabis genitorẽ:tibiq; præstabis:cũ iam hac appellatione potiaris:& ĩ ea sine passione seruaberis a deo patre cunctoꝝ:in qua per cõionem huius nominis pie agere cõprobaueris:nostri patris habẽdo misericordiã:ne fraudatus filiis aliquid patiatur.Tua sunt ergo quæ nobis præbuit deus:habens utiq; potestatẽ & auferre & dare:nihilq; ab eius gratia differes.Nam dũ quilibet ĩ utrũq; habuerit potestatẽ: optimũ est:ut hac in bonis utatur:& potestatẽ quæ in malo est tanquã si nõ sit obliuiscatur:quasi hoc solũ concessum sit ut de salute sit cogitandũ. Tu uero oẽs nos saluabis ignoscendo fratri:in quibus infeliciter egit:neq; enĩ uita nobis est hoc punito: quo defuncto:ad patrem non licet remeare.Supplicamus igitur domine:ut si decreueris fratrem nostrũ occidi: cũ eo nos pariter punias: tanq̃ delicti participes. Non enĩ patimur nosipsos quasi propter mortui tribulationẽ afficere:sed tanq̃ similes eius maliciæ existẽtes ita debemus interimi.Et quoniã ut iuuenis deliquit & nõ prudẽtia roboratus:& humanũ erat talibus ueniã tribui: hoc tibi reliquo:& ulterius uerba ꝓferre cessabo:& siquidẽ nos cõdẽnare uolueris: ea quæ dicta nõ sunt nõ uidebũtur nos ad tristitiã deducere:si uero absolueris illa etiã in tuæ benignitatis cõ scientia reuolues:nõ solũmodo nos saluabis:sed etiã uitã redonabis: per qd potius iustior appareas:quãdo plus a nobisipsis ꝓbaris de nostra salute sollicitus.Si aũt castigare culpam maius : me magis pro illo castigãs:hunc patri remitte:si uero aliquẽ tibi retinendũ iudicas seruũ:ego utilitatibus tuis potior ero minister:quãto aptior ad utraq; passiones sicut uides existo. Iudas itaq; oĩa sustinere pro fratris salute libẽter habẽs:ꝓstrauit semetipsum ante pedes ioseph:si quõ eius iram flectere potuisset.Prostrati sunt etiã fratres uniuersi flentes semetipsos pro anima beniamin tradentes neci.Ioseph aũt animi sui passionibus uictus:& nequaq̃ ualẽs ire tolerare figmentũ: iussit quidẽ abire præsentes:ut fratribus se tantũmõ demõstraret.Discedentibus igiť oĩbus:semetipm fratribus indicauit dicẽs. Virtutẽ quidẽ uestrã atq; fauorẽ circa fratrem uestrũ collaudo: & meliores q̃ sperabam ex his quæ ĩ me cogitastis iuenio.Hæc aũt oĩa feci experiri uolẽs amorẽ uestræ fraternitatis.Naturaliter aũt neq; circa me malignos uos arbitror extitisse:sed dei uoluntate factum:quo bonoꝝ etiã nũc adoptio alias adeptio:& ĩ futuro si ꝓpicius deus nobis fuerit: cõferẽda sit.Patris ergo salutẽ inopinatã cognoscẽs:talesq; uos circa fratrẽ inueniẽs:neq; illoꝝ quæ in me cõmisistis putamini ulterius recordabor. Cessabo aũt & ab odio malignitatis qd super his habebam: & tanq̃ fuerint uolũtate dei cõpleta:& in rebus p̃sentibus uos mihi eritis occasio gratiã me hr̃e ꝓfiteor:uosq; ipsos uolo illoꝝ etiã obliuionẽ sumẽtes delectari magis in illo: qd tũc ĩcõsiderate fecistis:dũ ad huius termini q̃litatẽ causa peruenerit: quã cõfusionẽ grauiter ferre ꝓpter hæc quæ putamini deliquisse.Non ergo uideaťs uos cõtristare:q; aduersum me malignãptulistis sententiã:nec penitentiã eius uos afficiat:quãdo ipleri nõ potuerũt quæ fuerãt cogitata. Exultãtes ergo in his quæ a deo facta sunt:ite hæc nũciantes patri:nec etiã pro uestra cõsumptus sollicitudine:splẽdorẽ meæ fœlicitatis obscuret:si antequã ad meũ ueniens uultũ: præsentiũq; rerum potitus:hac luce priuet.Ipsum ergo:uestrasq; cõiuges:liberosq; & cũctã cognationẽ sumẽtes:huc migrate.Non enĩ absentes bonoꝝ meoꝝ oportet mihi charissimos eẽ:insup & fame ãnis adhuc quinq; mẽsura.Hæc cũ dixisset ioseph amplexus est fratres.Illi uero ĩ lachrymis & tristitia cõstituti:sup hoc qd cogitauerant cõtra illũ:potius eis uidebaťs eẽ suppliciũ bona uoluntas fratris. Et tunc quidẽ erant in epulis.Rex aũt audiẽs uenisse ad ioseph fratres:letatus est eximie: & tanquã in ꝓpriis bonis affectus p̃benda eis uehicula tritico plena:aurũq; simul & argentũ portandũ patri decreuit:sumẽtesq; dona regis illi:& ãpliora fratris:alia qdẽ patri ferẽda: alia uero sibi singuli dõata gaudebãt:maioribusq; mũeribus dõato beniamin exultãtes abibant.

Cap.IIII.

CVm ergo reuertẽtibus filiis:Iacob de ioseph agnouisset:quia nõ solũ euasisset mortẽ pro qua degebat in luctu:sed etiã uiueret clare fœlicitate: & cũ rege totã egyptũ sua ꝓuidentia gubernaret:nihil quidẽ hoꝝ quæ ei nũciata fuerãt ĩcredibile iudicabat:cogitãs de maxis opibus dei:& ipsius eq̃tate:& licet multo tẽpore afflictione defecisset: repẽte tamẽ ꝓfectus ẽ ad ioseph.Et cũ uenisset ad iuramenti puteũ:sacrificãs ibi deo:metuensq; ne propter fœlicitatem egypti filiis amantibus habitationem prouinciæ:nequaquam ad chananeam soboles eoꝝ reuersa teneret eam sicut deus promiserat: aut ne præter dei uoluntatem in egyptum eorum aduentus oriretur:formidans quoq; ne prius a uia recederet:quã ioseph faciem peruenirет dum has haberet cogitationes in soporem resolutus est:astititque ei deus: & secundo

nomine uocans respõdenti quis esset:ait.Non est iustum te ignorare deum:qui semper præsidio tuis maioribus fuit:& post eos etiam tibi.Nam cũ te & pater primatu priuasset: hũc tibi ego restitui:& meo fauore in mesopotamiam missus solus:& bonas nuptias adeptus es:& filiorũ multitudine pecuniarũq; plenus ad propria remeasti:permansitq; tibi omne genus ꝓuidentia mea salubre:& ioseph filiũ quẽ te perdidisse putabas:ad maiorem bonorũ adoptionẽ culmẽq; perduxi: & egypto dominũ ut paululum uideatur a rege differre constitui. Assum uero nũc dux tibi futurus in hac uia:uitãq; tuam in manibus ioseph finiendam eẽ nũciaturus:longũq; seculum tuã sobolem in principatu & gloria fore prænuncians: eamq; in terrã quã promisi cõstituendã. In hac igitur uisione confidẽs;ꝓnior in egyptũ cum filiis & eorũ oĩbus properabat. Erant ergo omnes septuaginta.Nomina uero eorũ significare mihi non uidetur:& præcipue ꝓpter difficultatẽ eorũ. Attamen attendens eos qui nõ arbitrantur nos de mesopotamia esse:sed ex egypto: necessarium iudicaui nominũ quoq; ferre memoriã.Iacob quidẽ filii erãt duodecim:quorũ ioseph iam prius abierat.Eos uero qui post eũ profecti sunt:eorũq; sobolem demonstrabo. Ruben itaq; fuerunt quattuor filii:enoch:phalech:esrom:charmi.Simeon aũt sex habuit:iamuel: iamin:aoth:iachim: salier:saul: Leui filii tres fuerũt gerson:gaath:merari.Iude aũt filii fuerunt tres: sylon phares: zare.Duo uero nati de phares:esrom:& amor.Issachar quattuor habuit.Tholas: Furas:iob:semrom Tres uero zabulon habuit filios:sarat:ilon:iachili.Hoc ergo genus de lya descendit cũ qua ascẽderat etiam filia eius Dina.Sunt ergo isti omnes trigintatres. Rachel filii fuerunt duo: quorum ioseph quidem fuerunt filii:manasses:& effraim. Beniamin autem decem bela:Bechor: Asbelus: iera:Naama:Ysar:Mobim:Ophim:Areth:ros.Isti decem superioribus additi:fiunt numero quadraginta septem:& legitimum quidem iacob genus hoc fuit. De Bala uero famula Rachel: fuerũt Dan: & Neptalim:quem sequebantur filii quattuor:Enol:gunis:Saris:& Sylim.Dan autem habuit unigenitum husus. His itaq; additis super illos quos diximus:quinquaginta quattuor adimplẽt numerus.Gad autem & aser nati sunt de zelpha:quæ fuit famula lyæ:fuerũ;que filii gad seprem: Gophoron iaphim: Vnin:Zabron:aurim:rothin:ariel. Aser autem fuit filia Sara & masculi numero sex:quorum nomina sunt:iomnis:isus:iose:ubbares:Aber:& melchel. Isti cum sint sedecim:adiectis eis predictis quinquaginta quattuor memoratus numerus completur:repu ato cum eis iacob. Cognoscens autem ioseph aduenire patrem:nam iudas præcedens: eius nunciaue rat aduentum : occursurus egressus est:eiq; in ciuitate quæ heroum uocatur apparuit. Ille ex inoppinata magnaq; leticia pene usq; ad defectũ mortis peruenit: sed eum recreauit ioseph : licet nec ipse retinere alias retineri potuerit: ut propter nimiam leticiam talia minime sustineret:non tamen qua pater passione deuictus est. Deinceps illum quidem cum quiete uenire iubens: ipse quinq; fratrum secum suorum sumens:pergebat ad regem:dicturus ei aduenisse genitorem suũ iacob.Ille letus hoc audiuit:iussitq; ioseph:ut diceret eis:quam uitam habere delectarẽtur:ut eos degere ita decerneret.Ille uero optimos eos esse pastores respondit: nihilque aliud præter hoc solummodo uelle:ut non separatim sed ut omnes pariter habitarent:atq; prouidentiam facerẽt patris:quatenus & egyptiis gratus esset:& nihil quod illorum esset istis ponneretur. Egyptiis enĩ erat abominabilis conuersatio pastoralis. Veniente uero iacob ad regem:& salutante pariter & pro regno eius orante:Pharao scisscitabatur:quanto tempore iam uixisset. Ille centum triginta annorum se esse dicente:longinquitatem uitæ iacob miratus est. Cum uero dixisset:quia pauciores annos uixerit quã eius maiores:concessit ei ut cum filiis suis in heliopolitana urbe conuersaret.Illic enim pascua etiam pastores eius habuerunt. Fames ergo egyptiis augebatur: & pestis eos potius inopes faciebat:cũ neq; fluuius terrã irrigaret:non ei crescebat ut mos erat:neq; pluerat deus: cũ utiq; per ignorantiã futura ꝓuideri nequiuerit.Ioseph aũt ad pecunias dante frumẽta:cũ eis etiã hæ deficerẽt:de suis opibus & mãcipiis triticũ cõparabant:& quibuscũq; esset pars aliqua terræ: hãc pro ꝑcio aliméti cedebant.Sic itaq; rege oĩum passionũ domino facto: alii alibi migrauerunt:quatenus regiones eorũ fierent firma possessio regi præter solũmodo sacerdotum. His enĩ regio sua seruata ẽ. Nõ solũ ergo eorũ corpora ad seruitutẽ pestis adduxit:sed etiã mẽtes: ita ut deceteto ad turpẽ egestatẽ alimẽtorũ uenire cogerẽtur.Imminuẽte uero se fame: & fluuio terras inundãte:& fructus abũdanter ea ferẽte:ioseph ad unãquãq; ueniens ciuitatẽ:eiusq; multitudine cõgregata:eandẽ terrã quã ipsis cedẽtibus rex habere poterat:soluscq; frui: in toto redonabat:& uelut possessiõis ꝓprie laborẽ eos amare poscebat:qntã parte frugũ solũmõ regi soluturos pro terra quã illis dabat.Illos ergo iopinatæ terræ dominos cõstitutos leticia cõprehẽdit:ob quã rem ꝑcepta quoq; sunt cõstituta.Hoc igiẽ mõ dignitas apud egyptios ioseph potior habebatur: maiorq; fauor ab eis regi collatus est:& ut quintam frugum partem persoluere deberent. etiam apud reges posteros lex ista permansit.

lib. ii

Lib. 2. Cap. V.

IAcob aũt decimo septimoq; ãno in egypto cõmoratus: & languore cõfectus præsentibus ibi filiis: cũ optasset aliis quidẽ possessionẽ bonorũ & prædixisset per prophetiam quẽadmodũ ex eorũ generatione habituri essent posteri chananeã: quod etiam multis post tẽporibus est effectũ: cũq; ioseph magnis præconiis prætulisset: quia malorum memoriã circa fratres nõ habuerit: sed benignus potius fuerit in eos: & donauerit bonis innumeris: quæ nec benefactoribus soleant repensari: præcepit quoq; filiis suis ut ioseph natos effraim & manassen in numerum suum reciperent: diuisuri cum eis chananeam: de quibus post hæc loquemur: poposcitq; simul: ut ei sepultura fieret in ebron & mortuus est cũ uixisset omnes annos. vii. &. xl. simul & centum: in nullo maiorum suorũ cultu diuinæ pietatis inferior: retributionemq; ꝓmeruit: quã iustum erat ita benignum accipere. Ioseph concedẽte sibimet rege: patris corpus in ebron reducens: multa largitate sepeliuit. Fratribus aũt reuerti nolentibus cũ eo: cum eos terror haberet: ne illos patre mortuo castigaret: ꝓp nequitiã quã ei fecerãt: nec ulterius circa eos mitis existeret: satisfecit eis: ut nihil metuerẽt: neq; taliũ habere deberẽt suspectionẽ: multaq; bona quæ secũ detulerat donauit nihilq; quod circa eos benigne debuisset ĩpendere dereliquit. Mortuus est aũt & ipse: cũ uixisset annos centũ &. x. uirtute mirabilis: & oĩa ratione disponens: potestatẽq; suã humiliter agens quod utiq; huiusmodi fœlicitatis causa fuit ei apud egyptios: & aliunde. ſ. ueniente. & talem qualẽ dudũ diximus passum calũniã. Mortui sunt etiã eius fratres in egypto fœliciter cõuiuentes: quorũ corpora in ebron post mortẽ reportãtes posteri sepelierunt. Ossa uero ioseph nouissime quãdo hæbrei egressi sunt ex egypto in chananeã reportauerũt: sic enim eos coniurauerat ioseph. Horũ igitur unusquisq; qualiter se habuerit: quibusq; laboribus obtinuerit chananeã significabo: causamq; narrabo primitus: ꝓ qua egyptũ deseruisse uideant.

Capitulum. VI.

EGyptiis siquidem delicatis: & desidiosis ĩ labore existẽtibus: & aliis libidinibus ualde subiectis: etiã ꝓpter amorẽ lucri contigit ut pessime circa hæbreos iuidia eorũ fœlicitatis afficerẽtur. Videtes enĩ israhelitarũ genus augeri: & ꝓpter uirtutẽ & laboris ingeniũ diuitiarũ affluentia ualde nobilitatos: cõtra se eos augeri suspicabant: oblitiq; bonorũ ꝓpter longinquitatem temporũ quæ meruerãt per ioseph: regnoq; trãslato ad aliam domũ: crudeliter opprimentes israhelitas: studebãt eis uarias ĩferre miserias. Fluuiũ nãq; eos ꝓ multas deriuationes diuidere: muroſq; ciuitatibus edificare & fossata circunducere: ut eas inundare fluuius non ualuisset: & piramidas edificare: præcipiebant ut nostrum hoc modo genus atterent. Omnes artes ergo efficientes: & in laboribus assueti: q̃dringentorũ annorũ tẽpus ĩ his miseriis extiterunt: eratq; hæc inter eos pugna: ut egyptii quidẽ laboribus uellẽt israhelitas expendere: illos uero meliores semp eorũ se p̃ceptionibus exhiberẽt. Dum uero in his eẽnt rebus utriq; causa pro qua potius studerẽt in exterminatione generis nostri semper egyptiis huiusmodi fuit. Quidã sacrorũ scriba: cũ sint experti de futuris prædicere ueritatẽ: enũciauit regi pariendũ quẽdam illo tẽpore inter israhelitas: qui humiliaret quidẽ egyptii principatũ. Augeret autẽ suo cremento israhelitarũ genus: uirtuteq; transcenderet uniuersos: & gloriã in ꝑpetuũ memorabilem posſideret. Cuius cõsilio iussit ut omne masculinũ qđ ex israhelitis nascerẽt: iactãtes in fluuio cõsumerẽt. Custodiẽtesq; cõceptus mulierũ hæbrearũ: & partus earũ obseruare præcipiẽs egyptias obstetrices. Ab eis enĩ hoc officiũ iubebat ĩpendi: quas ꝓp cognationẽ credebat regis nõ trãscendere iussionẽ. Eis aũt qui conténerent hoc præceptũ: & partũ earũ occulte saluare præsumerent: perimi cũ sua generatione p̃cepit. Hanc ergo illi sustinebãt crudeliter passionẽ: & nõ tantũ dolẽtes q̃ ꝓ filiis priuarẽt: aut quia dũ parẽtes eẽnt ad ꝑditionẽ filiorũ sibi nascentiũ ministrarẽt: sed etiã ex illa cogitatiõe q̃ eorũ deleret genus: quãdo qdẽ nati eorũ necabant: ipsi uero paulati redigebãt ad nihilũ. Et illi qdẽ erãt ĩ illo malo iacẽtes: cõtra dei uero uolũtatẽ nẽo poterat p̃ualere & si inũeris hoc artibus exercerẽt. Puer itaq; quẽ p̃dixerat ille sacer scriba: latẽter regia cautela nutritus ẽ: & uerax ĩ his q̃ ꝓ eũ fcã sunt ille q̃ prædixit inuẽtus est: qđ hoc mõ gestũ est. Amaramis unus hæbreorũ nobilis: cũ metueret pro cuncta gente: ne defectio ĩ nutrienda iuuentute ꝓueniret: & grauiter hoc ferret ne eius uxor pareret: dũq; in hesitatione consisteret: ad dei supplicationem cõuersus est rogans: ut aliquã miserationũ haberet: qui in nullo eius religionẽ præuaricasse uiderẽtur: daretq; eis rerum libertatem: pro quibus illo nati affligebantur in tẽpore. Deus autem misericordiam eius habens: & ad supplicationem aures inclinans: astitit ei per somnium: & neq; quam eum desperare de futuris exhortabat: pietatisq; eorũ se dicebat hãre memoriã. Et ꝓpterea retributionẽ esse præbiturum: & dudũ quidẽ eorũ donasse maioribus: ut ex paucis magna eorũ fieret multitudo. Et abraam quidem solũ de mesopotamia in chananeã uenisse: factũq; locuple-

tem:& inter alia dum uxor eius ad genus primitus fuisset sterilis: deinde eius uoluntate ad hoc habilis facta genuisset filiū:& reliquisset ismaeli quidē & qui ex eo erāt arabiā regionem:ceturæ aūt filiis tragoditen:ysaac uero chananeā.Qui dū meo fortiter pugnasset auxilio:semp uicit. Iacob etiā cōtribulibus fuit ignotus: qui deinceps magnitudinē fœlicitatis qua uixit: suis posteris dereliquit.Quo cū septuagita solūmodo i egyptū ueniente:ultra sexcēta millia iam estis effecti. Nūc aūt me utilitatis uestræ & tuæ gloriæ scito ꝓuidentiā cōiter habiturū.Is enī puer cuius generationē metuentes egyptii:cuncta ꝓdere decreuerūt:quæ ex israhelitico semīe generant:tuus erit:& dispdet quidē eos qui eius īteritū intendebāt: nutrituſq; mirabiliter: hæbreoꝝ quidē genus ab egyptioꝝ necessitate liberabit:eritq; eius memoria quātiscūq; tēporibus uixerit uniuersa apud hoīes:nō solū hæbreos:sed etiā alieniginas gentes:me utiq; & alia præbēte tibi:& his qui de te nasciturī sunt.Erit aūt ei etiā frater huiusmōi:qui meū hēat sacerdotiū: & ipse & qui de eo fuerit cūcto tēpore ꝓcreati.Dum ergo hæc uisio illi ostensa fuisset:surgēs Amaramis indicauit hoc iohuel cōiugi suæ:maiorq; timor eis alloquio huiusmōi uisionis īstabat. Nō enī de filio solummō esse uidebat eis formido:sed etiā ꝓ magnitudīe futuræ fœlicitatis.His tamē quæ ꝓnunciata fuerant a deo:fidē ꝓtus præbuit mulieris:qui custodes latuit ꝓ cōceptus sui silentiū:ex eo q; nō uehemēter ei dolores īsisterent.Et tribus quidē mēsibus apd semetipsos occulte nutriet īfantem.Deinceps aūt metuēs amaramis ne captus regie iræ succūberet:& ipse cū puero deperiret:& dei ꝓuidentiā excluderet: deliberauit potius hoc modo pueri cōsulere saluti ꝓuidentiāq; latēdi esse hāc iudicauit.Nam illud erat incertū:cū piculū īmineret non solū puero qui occulte nutriebatur:sed etiā nutriēti:deūq; iudicauit oīum habituꝝ cautelā:q̄tenus ī nullo quæ ꝓmiserat esset mendax.Hæc cogitātes:uas rotundū ex uimine cōplicitū: uelut alueoli magnitudīe præparārūt: quod sufficeret ut infans spacioſe ibi iaceret.Deinde uixerūt illud bitumīe:natura enī bituminis est:ut ī uiminalibus uasculis accessīt possīt aq̄ coercere.Illic ergo infantē mittētes:& circa fluuiū ponētes:eius saluté deo reliquerūt.Et fluuius quidē eū suscipiens deportabat: maria uero pueri soror matris iussionē custodiebat:quo illud uasculū deportaret ītendens. Tunc itaq; deus ostēdit:nō humana ꝓuidentia:sed oīa quæcūq; uult ipse fieri:effectū optimum ꝓtinus adipisci: nec prævalere quidē eos qui ꝓ cautela sua alios condēnare nitūtur īteritu multoq; studio hoc īplere conātur:cū īoppinabiliter illi saluent:& penitus de medio maloꝝ iueniant piculoꝝ ereptionē dei solius uolūtate Tale aliqd ergo circa hūc infantē gestū apta uirtute dei ꝓbatū est. Thermut igiter erat filia regis: q̄ dum circa litus flumis luderet:portari a fluuio illud uas cōspicimus: ꝑcepit ut ad se ille alueus portaret. Veniētibus aūt qui ad hoc fuerāt destinati cū alueo uidēs īfantē ualde gauisa est:pp magnitudinē & spēm eius. Tanto ergo studio deus circa moysen usus est: ut ab ipsis qui pp natiuitatē eius decreuerūt īterimere genus hæbreoꝝ:alimēto & cura dignus haberet:iussitq; mulierē adduci.Thermut regis filia:q̄ daret īfanti mamillā. Quo non accedēte ad illius ubera:sed euitāte:& hoc ī multis mulieribus faciēte: maria assistens his q̄ fiebāt:non ut q̄si uideret ex opibus:sed iter alias astare ait. Frustra o regina has mulieres ad nutrimentū infantis uocas:quæ nullā ad eā cognationē habēt.Si uero quādā hæbraicaꝝ mulierū adduci præceperis: puto tāq̄ cōtribulæ suæ poterit ubera excipe. Cūq; putaret bene dixisse: iussīt hāc ire ut aliquā quæ lactare eū possīt adduceret.Illa uero accepta huiusmōi ptāte:reuersa est:agens matri soli cognitum:īfansq; grate quodāmō accessīt ad eius ubera:& supplicāte regina cōmissum ē ei cū omni diligētia pueri nutrimentū.Cui secundū euentū reꝝ nomē īpositū est:eo q; de flumīe sit saluatus.Aquā enī egyptii moyses uocant : uero saluatus.Cōponētes itaq; hæc ex ābobus: moyses ei nomē īposuerūt:id est.ex aq̄ saluatus.Et erat īdubitāter secundū dei ꝓloquiū prudētiæ magnitudine & laboribus sapientū hæbreoꝝ nimiū īdustrius.Huic igitur abraā pr̄ septimus erat. Erat enī iste filius amaramis:qui fuit de pr̄e caath:qui natus est de Leui:leui uero de iacob qui fuit ex Ysaac filio abraā.Erat aūt ei sapiētia nō ꝓ ætate cōcessa:sed sua mēsura multo supior: & seniorē huius rei facultatē ī īfantia demōstrabat:maioréq; spem actio eius iam tūc q̄ uiri ꝓfecti gerebat. Et cū trimus fuisset effectus deus mirabiliter eius staturæ eleuauit spaciū.Nam quātū ad spēm nullus erat ita seuerus:ut uidēs moysen:eius pulchritudinē nō amaret:multisq; cōtingebat dum eū cernerēt ꝓ plateā ferri:ut cōuerterent q̄dē ad aspectū pueri:& ea ī qbus uidebāt studiū hīre deserērēt:delectati potius eius uisiōe.Erat enī ī eo multa īfātulis gr̄a:& excellēter decēterq; circa eū existēs:retiebat īspiciētes.Hūc ergo cū talis eēt: thermut sibi filiū adoptauit: dū sobolē legitimā nō haberet.Et cū aliquādo eū portasset ad patrē:ostēdit eū q̄si de successiōe nō cogitaret:sed uolūtate dei ꝓpriū filiū nō hēret dicebatq;.Nutriui īfantē forma diuinū:& prudentia ualde fortissīmū:mirabiliterq; de flumis gr̄a cōdōatū:quē meū q̄dē filiū eē decreui:tui ipii successorē.Hæc dicens:posuit ī manibus pr̄is īfantē.Ille uero sumēs eū:& ad pectus applicās ꝓ amoré ꝓ filiæ gratia

imposuit ei diadema. Moyses aũt cõuoluens illud ꝓiecit in terra: quasi per infantiã cõculcauitq; suis pedibus:qđ regi auguriũ ferre uidebatur.Contẽplatus aũt ille sacer scriba: qui eius natiuitatem prædixerat:ita futurũ ad humiliãdum principatũ egypti:ĩpetum fecit ut eũ occideret:& terribiliter clamans ait. Hic est puer ille o rex qué deus nobis occidendũ ostendit: ut de cætero timore careamus.Testimoniis enim ostenditᷣ quia tum iuasurus est principatũ. Isto nãq; perẽpto: egyptiis quidẽ eius timor tolletur:hæbreis aũt spes cõfidentiæ quã ꝓpter eũ habere credũtur auferetur. Quod cũ dixisset: uix prævalebat eum abripere thermut: cũ etiã rex segnior eẽt ad eius necem:deo huiusmodi ꝓpter ꝓuidentiã salutis mosaycæ faciente.Alebatur itaq; multa sollicitudine:& hæbreis quidẽ in eo erat spes optima circa cuncta:suspitionis uero eius crementũ generabat egyptiis.Et cũ nullus esset certus:ut uel si occideret rex infantẽ & cognatũ ꝓpter adoptionem:aut alioꝝ quilibet:quid amplius ad egypti utilitatẽ ꝓdesset: quo iam nõ metuerẽt de præsentia futuroꝝ abstinebant omnes ab eius nece. Cap. VII.

MOyses itaq; prædicto mõ natus & nutritus: & trãsiens ad ætatem perfectam:egyptiis formã suæ uirtutis ostẽdit:& ad humiliationẽ quidẽ illoꝝ: augmẽtũ uero hæbreoꝝ factũ est:ut huiusmõi occasio ꝓueniret.Ethiopes cũ sint ꝓximi egyptiis:negocia sua in eoꝝ regionẽ portabãt:& referebant egyptioꝝ.Illi irati castrametati sunt: uindicaturi contẽptum:prælioq; cõmisso deuicti:alii cecidẽrũt: alii uero turpiter domi reuertẽtes euadere potuerunt.Secuti aũt ethiopes & arbitrantes defecisse illos:ꝑsumptiõe sua oẽm egypti prouinciam obtinere potius exarserunt: gustantesq; eorum bona;ab eis se non abstinebant. Cũq; uicinas ptes adeuntibus nõ præsumerẽt repugnare:accesserũt usq; ad mẽphis:& mare nulla ciuitate.s. resistere prævaleẽte.His ergo malis obstricti:ad respõsa & diuinatiões egyptii sunt cõuersi: & deo eis præbẽte cõsiliũ:ut auxiliatore uterenᷣ hæbreo:iussit rex filiæ ut daret moysen ducem a se cõstituendũ. Illa sacramẽtis præbitis:ut nihil ei fieret mali:tradidit moysen: pro magno qđẽ beneficio iudicãs eius auxiliũ:& adnihilãs sacerdotes:qui eũ uelut hostẽ ꝓdixerãt occidendũ: q̃si nescientes q; aliquãdo utile foret eius auxiliũ.Moyses uero a thermut exoratus pariter & a rege: libenter hoc suscepit opus. Gaudebãt ergo sacri utriusq; gentis scribe: egyptioꝝ quidẽ tãq̃ eius uirtute hostes deuincerẽtur:& moysen ipo dolo cõprimerẽt:hæbreoꝝ aũt tanq̃ hæc eis occasio foret:egyptios omnino diffugere:quo moyses eoꝝ dux esset.Ille anteq̃ hostes cognoscerent eius inuasionem sumens ducebat exercitum: non per fluuiũ iter faciens:sed per terrã:ubi sapientiæ quoq; suæ mirabile fecit indiciũ.Nam cũ terra ualde sit seua iter agentibus: ꝓpter reptiliũ multitudinẽ:quia illic hæc oia nascunᷣ:ita ut etiã quæ apud alios nõ sunt:sola illa terra nutriat uirtute atq; malicia; & aspectu solito differentia:quoꝝ sunt aliqua etiã uolatilia:ut cũ de terra nocere nequeãt:supuolando nõ ꝓuidẽtes occidãt:ꝑ cautela exercitus & itinere eoꝝ inoxio:hoc mirabiliter adiuenit.Plectas ex papiro fecit in modũ arcaꝝ: easq; cõplens de hibicibus secũ portabat.Hoc aũt animal serpẽtibus inimicũ est:fugiunt enim eas aduenientes:& cũ se celare uoluerit: uelut flatu ceruoꝝ abrepte deuorantur.Hibices ualde sunt mansuete:& generi tantũ serpentino feroces. Et de his quidẽ prætereo nunc scribere:non ignorãtibus græcis quale sit genus hibicis. Dum uero ad terrã nutricẽ bestiaꝝ uenissent:per eas ut dixi naturam serpentũ expugnabãt:eisq; uelut aduersus hostes utebantur.Hoc ergo mõ iter agens:anteq̃ ethiopes agnoscerẽt superuenit: & cũ gressus cũ eis pugna deuicit: spẽq; quã habebãt contra egyptios & eoꝝ ciuitates abstulit: ibatq; subuertens omnia:& terrã ethiopũ maxima uirtute deuastabat. Tunc pro fœlicitate alias per fœlicitatem;moyseos cum de labore suo gustassent:egyptioꝝ exercitus fatigationem minime sentiebat:tanquã præter eum seruitutẽ & nouissimum subuersionis periculũ potuissent egyptii sustinere.Post hæc aũt isequẽtibus egyptiis cunctos ethiopes ĩ Saba ciuitate regia ethiopiæ: quã postea cambises meroinde nominauit:a sororis suæ nomine obsidebantur. Erat enim inexpugnabilis locus ille cum & Nilus circundaret eum & circuncluderet: & alia flumina astabus & astabusras:fluctus difficiles obiicerenᷣ eis:qui illic trãsire tentarent. Ciuitas enĩ interior existens habitabatur.ut insula muro circundata uallo fortissimo: & contra hostes quidẽ ꝓpositus habet fluuios.Fossata uero grandia inter muros & flumina sunt:q̃tenus ĩundari nõ possit ciuitas:aquæ illic uolẽtia deportata: hæq; res illa flumina transeuntibus difficilẽ faciebant ciuitatis iuasionẽ Cum ergo grauiter ferret moyses segniciem exercitus:quãdo hostis nequaquã uenire præsumeret ad manus tunc aliqd tale ꝓuenit.Tharbis filia regis ethiopũ fuit.Quæ dũ moysen circa muros exercitũ applicãtẽ:fortiterq; uideret pugnãtẽ eius efficatiã expientiaq; mirata:& despantibus iã pridẽ egyptiis:libertatis auctorẽ eũ extitisse bonos suæ euẽtus fœlicitatis existimans: ethiopibus.s.exultãtibus:ĩ his quæ circa eos gesserãt:eũq; tũc piculis ĩherere cõspiciens,ĩ amorẽ eius est lapsa crudeliter.Et cũ passio ꝓualeret:misit ad eũ fidelissimos seruoꝝ:ut ei de nuptiis loquerenᷣ

Illo uero sermonem eius suscipiente:ut traderet ciuitatē:præbitisq; federibus:ut & uxorē eā duceret:& ciuitatem obtinens:nequaquā pacta transcenderet: effectus uerba præuenit:& post necem ethiopū gratias agens deo moyses:nuptias celebrauit:& egyptios in propriā terram reduxit' Illi uero ex qbus saluabant a moyse:ex his odiū aduersus eū habebāt:& seruētioribus aduersus eum consiliis utebant arbitrantes:non propter bonos actus eum in egypto ita creuisse:inocuerunt q; regi:quid de facta cæde ꝓuenerit.Ille itaq; apud se industriam uiri continuit:inuidia uero ducatus Moyseos:& oppressiōis suæ formidine tactus:cōpulsusq; a sacris scribis:nitebat ī moyseos cæde grassari. Cap.VIII.

QVi dum cognouisset insidias eius:latenter effugit:& itineribus obsessis:p desertū fugam expleuit. Cūq; ei ciboꝝ esset inopia:uiribus tolerentiæ prævalebat:ueniēsq; ad ciuitatem madian circa mare rubrum positā:cognomē habentē ab uno filioꝝ abraā de cethura ꝓgenito sedens sup quendā puteū:ex labore atq; miseria quiescebat existēte meridie:nō ꝓcul a ciuitate.Quo ei actus accessit huiusmodi ex usu ꝓuincialium cumulū eius uirtutis ostendens: & occasionem ad meliora prebens.Nam cū sint loca inaquosa præcedebant pastores ne forte a puteis aquæ exhauriret ab aliis:& oues potu necessario priuarent.Astiterunt itaq; tūc ad puteū septem uirgines sorores:raguelis filiæ sacerdotis:qui multo honore apud prouinciales habebat. Quæ gregum patris curam agētes:eo q; hoc ministeriū etiā mulieribus regionū sit trogolidarū: sufficientem aquā de puteo leuauerunt:expectantes ut greges suos abūdanti irrigatione satiarent. Supuenientibus uero pastoribus & uirgines expellētibus:ut aquā ipsi occuparēt. Moyses crudele iudicans, puellas despicere iniusticiā patientes:uiolentiāq; uiroꝝ finere potiorē q̄ uirginū : illos quidē ꝓhibuit uiolētos esse: uirgibus aūt opportunū præbuit adiutoriū.Quæ beneficio īpato: uenerunt ad patrem:iniuriamq; pastoꝝ narrātes:& solaciū sibi præbitum peregrini rogabant ne eius beneficium esset uacuū:ne retributiōe debita priuaretur.Ille autē & filias approbauit circa benefactorē ita studētes:& Moysen ad uultū suū iussit adduci:iustissimæ gratiæ ꝑmia merituꝝ. Cūq; uenissēt & filiaꝝ testimoniū ei de suo solacio declararetur:eius uirtutē admiratus:nō fore eius auxilium sine bona repensatione dicebat:sed idoneū se ad reddendā gratiā:ita ut magnitudine repensationis:mensurā possit transcendere benefacti.Fecitq; eū quasi filiū:& unam filiarum ei dedit uxorem:grægūq; suoꝝ in qbus omnis erat antiquis barbaris possessio:eū uoluit habere curam & dominum.Et moyses quidē dum hæc impetraret a gechegleth alias theleo:hoc enim cognomē erat ragueli:degebat ibi pascendo eius græges. Cap.IX

POst hæc autem tempora dum pasceret grægē in monte qui uocatur syna : ducebat oues qui mōs est excelsus:& ad pasturas egregius optimas herbas habens .Hic dū esset opinio habitare deū:primitus nemo pascebat:quia pastores illic minime ambulare præsumebāt quo tamen ꝓdigiū ei mirabile nimis apparuit.Ignis nāq; depascens rubi uiriditatē:eiusq; florem transit innoxius:fructiferosq; ramos nullo incendio dissipauit.Cūq; flāma uehemens & uelocissima esset:ille etiam ipsam uisionem inopinabilem formidatus obstupuit: & potius dū uocem ignis emitteret:& nomine eius uocaret uerbaq; facere uideretur:quibus etiam eius fiduciā præsumentis ad loca accedere ubi nullus hoium primitus ambulasset:eo q; essent diuina redarguit eiq; suasit:ut procul ab igne recederet: & ut sufficerent ei quæ uiderat: cum esset bonus uir:magnorumq; proles uirorum nihil amplius īdagaret.Prædicatq; ei futurā gloriam & honorē apud hoies ꝑsente deo:iussitq; ut cū fiducia abiret ī egyptū:dux & princeps futurus multitudinis hæbreoꝝ:& cognatos ꝓprios ab illoꝝ iniuria liberaturus.Nā & terrā inqt habitabūt hāc felicē:quā habitauerat pater uester abraā:oībusq; adepturi sunt bonis:ad hæc utiq; te eos tuaq; sapia deducēte:iussitq; ut educēs hæbreos ex egypto sacrificiū gratiaꝝ actionis ueniēs ad illa loca celebraret. Hæc ergo ex illo igne diuina uoce ꝓlata sunt.Moyses ergo obstupescēs ī his quæ uiderat:multo potius quæ audierat:uirtuti iqt tuæ nō credere domiæ:quā & ipse colo:& maioribus meis apte apparuisse nō dubito:uesanissimū secūdū meā sapiam esse puto . Verūtamē hesito quēadmodū uir ignarus & nullius uirtutis idoneus:aut suadeā uerbis:quatenus cognati relinquētes terrā quā nūc habitāt:me sequāt ad quā eos ipse deducā:aut uel si ipsis satisfiat:quō potero exigere pharonē ut dimittat hæbreos:quoꝝ laboribus & opibus uirtus eius fœlicitatis augeat. Deus aūt eū in oībus cōfidere seq; adesse ꝓmittēs:& ubi q̄dē opus eēt suasione:uerba ꝑbituꝝ:ubi aūt opibus : uirtutē mīstratuꝝ:iussit ut baculo ī terrā ꝓiecto fieret serpēs:quo signo crederet ꝓmissa se pceptuꝝ.Hoc dū fecisset:draco cōuolutus repebat spiris īgētibus:& tāq; contra se ꝑsequētes suū caput seuissimū īsurgebat:q; deiceps factus ē uirga.Post hoc uero mittere eū dextrā in sinū ꝓcepit: obediēsq; eā cādidā & uelut coloris niuei ꝓtulit:post qd tamē ad solitū est reuersa.Iussus iterum aquam de ꝓximo sumere: eam in terrā ꝓicere:uidit colore sanguineo factā; mirantemq; in his

lib. ii

Lib: 2

considere præciebat deus:& adiutoré sibi eũ nosse maximũ:& signis his ad credendũ apud oẽs usurũ:dicebatq; missus a me:secundum mea mandata facies uniuersa.Iubeo ergo te in nullo te tardanté:ad egyptũ festinare:die noctuq; laboránté:ne tua tarditas maius tempus faciat hæbreos in seruitute cõsistere.Moyses autem non diffidens in his quæ diuinitas ꝓmittebat:inspectorq; talium iudicioꝝ:& auditor factus orabat:ut hac uirtute eodé modo expiretur ĩ egypto:supplicabatq; ne nominis sui deus noticiã ei celaret:ut dũ uoci eius participatus fuisset pariter & aspectu:insuper agnosceret & uocabulũ:quatenus sacrificans noiatim eũ adesse hostiis supplicaret. Et deus quidé ei suã significauit appellationé:quã primitus hoies nequaquã uidebãt audisse: de qua mihi fas dicere non est.Moyses itaq; illa signa non tunc solũmodo:sed semp & ubicũq; cõtigeret faciebat.Ex qbus oĩbus plus maioré ueritaté signis distribués:deũq; ꝓpiciũ & suffragatoré habituꝝ se credés:& domesticos se saluare sperabat: & egyptios malis afficere. Cap.X.

AVdiens quoq; egyptioꝝ regem pharoné fuisse defunctũ:sub quo ipse defungerat: petiit raguel ut eius ꝓmissu ꝓ utilitate cognatoꝝ iret in egyptũ:sumésq; Sephoram uxorem filiam raguelis:& filios quos habebat ex ea Gersan & eliezer:tetendit ad egyptũ. Nominũ uero horum gersa quidem hæbrea lingua significat in terra peregria.Eliezer aũt qui adiutore patrio deo usus:egyptios effugisset.Cum uero uenisset iuxta monté:frater Aaron deo iubéte occurrit ei.Cui moyses significauit quæ in monte contigerũt:pariter & diuina mandata. Procedentibus aũt eis:occurrebant nobiles hæbreoꝝ eius præsentiã cognoscentes. Quibus moyses quomodo uerbis suadere non poterat:signa sibimet ostensa mõstrabat.Illi stupore eoꝝ quæ iopinabiliter inspiciebant:omnino credebant:& ex oĩbus erant ĩ spe maxima cõstituti:deo scilicet eoꝝ ꝓuidéte securitaté.Dũ uero iam obediétes haberet hæbreos moyses:ꝓmittés secuturos se quæ iuberet:libertatéq; respicere:uenit ad regem illũ qui nup suscipat principatũ:& in quocũq; iuuerat olim egyptios ab ethiopibus cõpressos: cum fuisset eorũ direpta prouincia:declarauit: & quia militia & laboribus magnis usus táquam pro suis:post diuersa pericula nõ dignã retribu tionem acceperit intimauit:pariter etiam quæ illi in monte syna contingerãt: deiq; uoces:& signa singula ab eo monstrata propter fidé rerũ decenter expoluit:rogauitq; ne discredens in his: impedimẽtũ faceret dei uolũtati.Deridente uero rege:moyses ope fecit:ut cõspiceret signa quæ fuerant in monte syna monstrata.Ille ergo dedignatus:illũ quidem maligniſſimum appellauit: & prius egyptiorum fugisse seruitium:& núc pro seditione alias seductiõe remeasse:& ꝓdigioꝝ opus stuporéq; factũ magicaꝝ artiũ appetisse remedia.Cũq; hæc dixisset:iussit sacerdotes easdé quas ille facere uisiones:táquã egyptii etiã in hac disciplina sapiétes existerent:& quasi non solus moyses peritus esset rerũ:quas ipse per deũ possit explere:ut qd erat ualde mirabile:si etiam ab aliis fieret ostenderetur:quomodo humana doctrina cõstaret.Et ponentibus illis uirgas: dracones facti sunt.Moyses autem non expauit sed ait.Nec ego quidem o rex egyptiorũ despicio sapientiam:sed tanto melius hæc a me q̃ horũ magica arte sunt facta:quanto humanis diuina esse constat meliora.Ostendam uero non artibus magicis: nec errore:sed subsistere ueritate:quæ mihi sunt dei prouidentia & uirtute patefacta.Cũq; hæc dixisset:proiecit in terrã uirgã: iussitq; eam ut in colubrũ uerteret.Illa obediens etiam egyptiorũ uirgas quæ uidebantur esse dracones deuorauit:insiliens donec consumeret uniuersas. Quã ĩ suo scemate redeuntem:sumpsit denuo moyses.Rex aũt nihil maius in hoc actu se uidisse simulauit:sed iratus:& in nullo eũ præferri dicens egyptiorum sapientiæ & integritati iussit ei qui super hæbreos uidebat esse constitutus ut nullã eis præberet requié:sed maioribus q̃ prius eos malis affligeret.Ille ergo cũ prius eis præberet paleas ad lateres:nihil ulterius dedit:sed die quidé opibus eos faciebat affligi:nocte uero paleas congregare.Cum eis duplex hoc malum existeret:& erũna per illum crudelior institisset:ille neq; minis regis fatigatus est neq; increpationibus cessit hæbreoꝝ:sed animam suam constituit ad utraq;:ut & laboraret:& libertaté cognatus acquireret:ueniésq; rursum ad regem suadebat ei ut dimitteret hæbreos ad mõté syna:sacrificaturus deo.Hoc ei præcepisse dominum dicebat: & in nullo contradicendũ illius iussioni exorabat:deũq; ꝓpicium fore cunctis:si eos dimitteret egredi ne prohibendo illos sibimet reputaret paciédũ quæcũq; patiũt qui præceptiõibus dei contradicũt:quando eis qui irã in se cõmouerit diuinã in oĩbus oboriunt aduersa.Ex quibus uticq; neq; terra:neq; aer suauis existit:nec soboles eoꝝ naturali modo progreditur:sed inimica omnia & aduersa sentire egyptios edicebat:& hæbreoꝝ populum abire ex illorũ prouintia etiã illis nolentibus affirmabat.Rege uero moyses despiciente sermones:nullãq; conuersionem sui ad talia faciente:passiones pessime quas singulas explanabo egyptios inuaserunt:nec prius flectebantur quã eoꝝ experiméta perciperent simul & quia uellet deus moysen ĩ nullo eoꝝ quæ prædixerat monstrari mendacé:& quia prodesset hoibus:ut discerent obseruare & facere ea:in quibus non

posset offendi diuinitas:ne ad iracundiã couersus:in eorꝝ iniquitatibus ulciscat. Fluuius enim eis sanguineus dei uolũtate profuit:& qui bibi non posset:cũ fonte aquarꝝ aliũ non haberent:nõ colore solũmodo talis erat:sed etiã se cõtingentibus doloris amari gemitũ inferebat: eratq; talis egyptiis:hæbreis aũt dulcis & potabilis existebat:licet naturaliter uideret eẽ mutatus.In hoc miraculo rex timens atq; hesitãs ꝓpter egyptos:abire pmisit hæbreos.Cũq; malũ fuisset aliquomõ releuatũ rursus sentẽtiã pmutauit:nec eos abire pmisit.Deus aũt illo cõtemnẽte post calamitatis ablationẽ:& nolente a sua malicia tempare aliã intulit egyptiis plagã.Ranarꝝ nãq; infinita multitudo eorꝝ terrã late depasta est:plenusq; erat his etiã fluuius:& polluebat eorꝝ potus: & aĩalibus ibi putrescẽtibus:fetor cũctis noxius exalabat ex aqua:eratq; cũcta regio huiusmodi malo plena: ebulientibus ranis & morientibus:quæ etiã domestica eorꝝ habitacula ualde uexabãt:dũ in cibis sepius inuenirent & poculis:& in cubilibus eorꝝ inambulantes: fetorq; crudelis erat:& abominabilis:moriẽtibus ranis ac putrescẽtibus. Dũ his ergo malis egyptii præmerẽt:iussit rex Moysen tollentẽ hæbreos abscedere.Cũq; dixisset hoc:repente ranarꝝ exterminata est multitudo: & terra simul & fluuius in suam reuersi sunt naturam.Pharo uero mox ut passionibus terra priuata est:oblitus calamitatis illius:rursus retinuit hæbreos:& tãq; si plurimas passiones expiri uelit: nequaquã dimisit moysen populũq; discedere:quẽ prius timore potiusq; prudenti animo abire decreuerat.Rursus ergo alterius mali ꝑcussione eius fallaciam diuinitas uulnerauit.Peduculorꝝ nanq; infinita multitudo egyptiis pullulauit:ex interioribus ebulliẽs: ex quibus mali male consumebant:neq; lauacris:neq; medicamentorꝝ unguẽtis genus hoc exterminare prævalẽtes. Ob hãc ergo pestẽ Egypti rex turbatus:metuensq; simul pestẽ sui populi:licet fautæ uerecundiam se deuicti uiri putaret habiturũ:cogebatur tamẽ a malo tẽperare: hæbreisq; concessit egressionẽ. Cũq; hoc iterũ leuigaret:filios obsides & uxores reuersionis suæ eos reliquere sanciebat. Vnde irritauit potius deũ:credens se eius quoq; ꝓuidẽtiam fallere:sicut moysen.Sed illũ latere nõ potuit egyptũ punientẽ propter hæbreos.Bestiis nãq; multigenis & multimodis quorũ aspectibus nullus occurrit:eorꝝ prius impleuit regionẽ:quibus & ipsi consumebant:& terra agricolarꝝ cultura nudabat.Si quis enim primarꝝ passionũ pditionẽ euaderet:hoc langore & interitu hoium talia sustinentiũ succũbebat.Cũq; pharo neq; sic dei iussiõibus obediret:sed uxores qdẽ abire cũ uiris diceret:relinquendos uero filios postularet: nõ defuit deo:unde calliditatẽ eius diuersis malis & maioribus denuo supueniẽtibus castigaret.Crudeliter nãq; eorꝝ corpora uulnerabant iterius corrupta.Ita passim egyptiorꝝ multitudo consumebatur.Rege uero neq; hac plaga tempãte grando uehemens:cũ neq; prius i egypto aer aliqd tale ꝓtulerit:neq; similis apud eos hiemis tẽpore descenderet:maiorq; q̃ apud habitatores boreæ partis & septemtrionalis aeris rigore deferretur effluxit & fructus earꝝ usquequaq; cõfregit.Deide genus locustarꝝ germẽ qd nõ fuerat uexatũ grãdine deuorauit:ut eis generaliter spes terrenorꝝ fructuũ depiret.Sufficiebat nãq; quẽlibet sine calliditate fatuũ:etiã ea quæ ꝑdicta sunt mala ad intellectũ & cogitationẽ utilitatis adducere.Pharo itaq; tantũ iprudẽs quãtũ malignus sentiens cãm:deo tamẽ cõtradicebat: iussitq; moysẽ cũ uxoribus suis hæbreos abducẽ:facultatẽ uero eis deserere:eorꝝ depopulãdas domus. Moyse uero nõ acqescẽte ita dimitti eos:quos oporteret deo sacrificiũ de suis rebus offerre: cũ ꝓpter hãc cãm multo tẽpore morarẽt:tenebræ ꝑfũdissimæ & partẽ lumis nõ habẽtes:egyptiis sunt diffusæ:ꝑ quibus & uisus eorꝝ aeris crassitudine clausi sunt:eosq; mori miserabiliter cõpulerunt.Metuebant enĩ ne caligine simul absorberẽt.Deinde his excussis post tres dies totidemq; noctes:dũ nullatenus penitẽtiã ageret pharo ꝓpter egressum hæbreorꝝ:accedẽs ad eum moyses ait.Quousque iobediẽs es uolũtati dei?Iube dimitti hæbreos:nõ enĩ poteritis ab his malis eripi: nisi hæc uolueritis iplere.Rex aũt iratus in his quæ fuerãt dicta:minat eius se caput auferre:si ad eũ ob hãc iportunitatẽ denuo remearet.Tunc moyses nequaq̃ se de his uerba facturꝝ dixit:sed illum ipsum cũ ꝓceribus egyptiorꝝ dẽpcaturꝝ fore:ut hæbrei discederẽt. Et ille quidẽ cũ hæc dixisset abscessit.Deus aũt ostendẽs adhuc una plaga feriẽdos egyptios:ut dimitterẽt hæbreos:iussit moysen præcipe populo:ut sacrificiũ paratũ hr̃ent:essentq; ꝑstructi a decima die xãtici mẽsis: usq; ad q̃rtãdecimã qui apud egyptios quidẽ parmuthi:apud hæbreos aut nisan uocat:macedones uero xanticũ eũ appellãt.Et egressuros hæbreos oĩaque portaturos asseruit. Et ille quidẽ iã præparatos habens ad egressionem hæbreos:& constitutos per tribus ibidem retinebat. Cum autem instaret quartusdecimus dies:omnes ad egressionem tendentes & immolantes sanguinẽ: domus proprias ysopi frondibus emundabant. Cunq; cenassent: reliquias carnium tanquam egressuri concremauerunt.Vnde hactenus secundum hunc morem ita sacrificamus. Illamque festiuitatẽ pasca uocauerũt: qd significat transcẽsionẽ:eo ꝙ illa die deus trãscẽdere eos pestẽ uoluit: q̃ scilicet egyptios uisitauit.Mors enĩ primogenitorꝝ ita egyptiis facta est:ut plurimi ꝓcerꝝ

cõgregati circa regalia Pharaoni persuaderẽt:quatenus hæbreos sub uelocitate dimitteret.Qui uocatũ moysen abire præcepit:arbitratus:ut si de ꝓuintia recederent: iminentẽ egyptioꝝ castigationẽ cessare:mulieribusq; honorabãt hæbreos:alii quidẽ ut citius egrediren̄t: alii uero ꝓpter uicinitatis eoꝝ consuetudinẽ.Et illi quidẽ egrediebant:flentibus egyptiis & penitẽtiã agẽtibus: eo ꝙ fuerint eis sic crudeles tendebãtq; ad ciuitatẽ noie licus:quæ tunc erat deserta:ubi babylon postea fabricata est:dũ cambises egyptũ deuastaret:celeriterq; agentes iter ad locũ beelsephon: tertia die ad rubrũ mare deuenerunt.Et ꝓpter desertũ nihil de terra possent habere ciboꝝ: fermentata farina azimis panibus ex modico tempore tantũmodo coagulatis uescebãtur:hisq; triginta sunt usi diebus:longiori enim tempore eis non sufficerũt quæ tulerunt ex egypto:cũ etiã is cibus sub necessitate custodiretur:nec ad satietatem eodem uteret̃.Vnde ad memoriam illius inopiæ:festiuitatem octo dieꝝ agimus quæ dicitur azimoꝝ.Omnis itaq; multitudo mulierum pariter & infantum egressoꝝ considerantibus inestimabilis erat.Qui uero ætatẽ habebant aptã ad expeditũ:sexcenta milia fuerunt:reliqueruntq; egyptũ:mense xantico:luna.xv.post ãnos.xxx. &.cccc.q̃ pater noster abraã uenisset in chananeam:post iacob autem aduentũ in egypto : anno. cc.& quito.Moyses autẽ erat quidẽ ãno iã.lxxx.frater autẽ eius aaron tribus ãnis maior extabat. Portabant etiã ossa ioseph:dũ hæc ille suos filios facere præcepisset. Cap.XI.

POrro cũ egyptios hæbreoꝝ peniteret egressus:rexq; grauiter ferret : tanquam ueneficiis moyseos signa illa facta fuissent:deliberauerũt super eos:irruere. Et sumentes arma persequebantur:tanquam reuocaturi eos : ubicũque cõpræhendissent: nec eos ulterius deo dimitterent:seque contra eos facillime prævalere iudicabant:cum & iermes essent illi: & itinere fatigati.Et a singulis occurentibus requirentes quo abierent:persequi cum studio festinabant licet molesta sit illa terra iter agentibus:non solum expeditis:sed etiam singulariter ambulantibus.Moyses autem per ea loca prouide ducebat hæbreos:ut siquidem peniteret egyptios & persequi uellẽt hæbreos: supplicium maliciæ suæ:& trãsgressionis ĩdubitãter exoluerent. Per palestinam uero grauiter ferebat transire:propter antiquam molestiã : uolebatq; quolibet modo latere pergens.Confinis enim est egyptioꝝ hæc ꝓuincia:& propterea uia quidẽ ducente ad palẽstinam populum non eduxit:per desertum uero multum iter agens : malaq; perpessus innumera:ad chananeã studuit peruenire:insuper & propter mandata dei iubẽtis adduci populum ad montem syna:sacrificium illic oblaturos. Apprehensis ergo hæbreis egyptii ad prælium parabantur:& multa uirtute prosecuti:concluserant eos in paruulo quodam loco. Sexcenti enim currus eos persequebantur : & equites quinquaginta milia : & ducenta milia pariter armatorum.Et itinera quidem clauserunt quibus hæbreos fugere iudicabant:iter rupes intrãsgressibiles eos & mare claudentes: ubi terminatur mons ex asperitate uiarum:nimis immẽsus. Et fugam eis penitus amputantes:a maritima & montis congressione hæbreos militibus obsederũt: os ipsum fugæ claudentes:ut egressum eis ad campestria denegarent.Non itaq; tolerabãt obsessionis modum hæbrei:propter egestatem necessariorum:neque fugæ facultatem habẽtes: armisq; priuati qui licet si pugnare uellent:eis spes rerum omnium amissa uideretur:nisi semetipsos traderent uoluntati egyptiorum. His ita factis:moysen in omnibus culpabant:oblitiq; signorum quæ eis fuerant a deo pro sua libertate monstrata:usq; ad hoc uenerunt:ut etiam prophetam qui eis salutis dona promiserat:pro incredulitate lapidibus niterentur obruere:seq; tradere cogitarent:eratq; luctus & gemitus mulierum & infantum:ante oculos habentium mortẽ: montibusque se & mari claudentibus simul & hostibus & fugam nullatenus ex istis inuenientibus. Moyses aũt licet esset in eum exasperata multitudo:ipse tamen circa prouidentiam eorũ nõ cessabat : sed hæc omnia iactabat in deum:qui eis etiam iam alia quæ prædixerat pro eorum libertate contulerat : & neque in hoc reliquendos esse inimicis dicebat:neque seruituros:neque perituros:stansq; in medio ait. Nec hominibus quidem bene conuersantibus circa nos iustum erat non credere:de dei uero prouidentia uos desperare opus non est:a quo uobis omnia prouenerunt quæcunq; per me ad salutem & libertatem seruitutis uestræ neque sperantibus promisit: cum potius in hesitatione sicut putastis uenientes:oporteret nos adiutorrum dei sustinere:cuius opus erit etiam nunc in tali nos difficultate conclusos:ex desperatione sicut uos creditis habituros salutẽ:& ex hostibus libertatem:qui fortitudinem utique suam circa nos est ostensurus:& ꝓuidentiam facturus. Non enim ĩ paruis diuinitas auxilium sui fauoris solet accommodare: sed potius in quibus humanam spem ad meliora non uidet accedere. Vnde tali auxiliatori credẽtes:cui uirtus est etiam parua grandia facere : & tantarum infirmitatem rerum suo munimine roborare. Nolite egyptiorum arma metuere:nec quia mare & posteri montes uiam fugæ prohibent:propterea salutis spacia desperare:fient enim uobis hæc quasi campi dei prouidentia : &

pelagus conuertetur in terram. Cunq; hæc dixisset:ducebat eos ad mare egyptiis intuentibus. Erãt enim e diuerso positi:& labore persecutionis affecti:in crastinũ differre prælium utile fore credebant.Dum uero moyses peruenisset ad litus sumens uirgam rogabat deum: & auxiliatorẽ atque adiutorem inuocabat dicens.Neq; tu quidẽ ignoras quia effugere nobis mala p̃sentia:nec fortitudine:nec auxilio licet humano:sed tu præbe aliquod salutare exercitui:tua uolũtate egyptum relinquenti. Tuum est enim nos eripere:quia nunc omni spe & cõsilio desolati ad tua solius subsidia cõuolamus:& quicquid ex prouidentia tua nobis accesserit:quod nos ab egyptioꝝ ira liberare nunc possit inspiciamus:uelociterq; tuam nobis ostende uirtutem:& populum desperatione ruentem in peius:ad securitatem dignare & ad fiduciam pietatis perducere. Non enĩ in extraneis sumus:sed tuum quidem est mare:tuus est & mons qui nos circũdat:ita ut hic apiri te præcipiente:& mare conuerti possit in terrã. Valebimus etiam effugere p̃ desertũ:sed tuæ placeat uirtuti hac etiam nos parte saluare.Talia siquidem cũ orasset:p̃cussit uirga mare.Quod repente percussione iciſum: & in se diuisum terram reliquit nudam:ut hæbreis uia esset & fuga. Moyses autem uidens ad destinationẽ dei & pelagus cessisse eis:p̃priam terram primus intrauit: & hæbreos diuino itinere facto ꝓpter piculum p̃sentium hostiũ sequi se præcepit.Qui delectabantur in hoc:agebantq; deo gratias:ꝓpter salutem quæ per eũ ultra modum rõnis acceserat: quos iam nequaquã tardãtes:sed cũ festinatione pgentes:uelut sibi p̃sente deo:uesanos quidem egyptii primitus iudicabãt:& tãquã ad interminationẽ manifestæ mortis ĩtentos.Cũ uero uidissent eos illesos abire:nullũq; ĩpedimentũ eis nec difficultatẽ aliquã obuiare:p̃sequi eos aggressi sunt:tãquã & illis pelagus ita quietũ existeret.Præordinantes ergo equos: ingrediebaꝫ totus exercitus in mare.Hæbrei uero illis se armantibus atq; tardantibus:ad terrã contra positã puenerunt:sine aliqua passione illos effugientes: Quapropter illi audaciores effecti persequebantur: tanqua:m nec ipsi aliquid essent passuri:cum nescirent hæbreis proprie factam:& non esse cõmunẽ uiã Quæ utiq; pro salute periculum patientium fuisset ostensa:& non propter eos qui ad p̃ditionem eorũ accedere festinabant.Dun ergo egyptioꝝ exercitus omnis in mare intrasset: rursũ effusum est:& descendens uentorum procella:omnes egyptios compræhẽdit:ymbresq; simul & tonitrua ualde grauissima e cælo descenderunt: choruscationesq; lampadantes:nihilq; fuit rerũ euenientium per iram dei ad perditionem hominum qui eis nimie tunc non accessit. Nox caliginosa insuper & fluctuosa appræhendit.Et isti quidem ita sunt perditi:ut nemo ex eis relineretur:hæbrei uero neq; retinere poterant gaudium ĩopinabilis suæ salutis:& hostium perditione firmissimæ libertatis:quando defecerunt qui eos seruire cogebant:deumq; sic aperte suum adiutorem inspiciebãt.Et illi quidem periculum ita effugientes insuper & inimicos punitos sic esse respicientes ut nulli unquam priorum hominum poterant reminisci: hymnum tota nocte dixerunt.Moyses aũt canticũ in deũ & laudẽ gratiarũq; actionem ꝓpiciationis eius: exametro cõposuit.Ego itaq; ut iueni ĩ sacris libris ita hæc singula q̃q; tradidi.Nullus uero discredat uerbi miraculũ:si ãtiqs hoĩbus & malicia priuatus uia salutis licet p̃ mare facta ẽ sine uolũtate dei: siue sponte reuelata:dũ & eis q̃ cũ alexãdro rege macedõiæ fuerũt oli ãtiqtus resistẽtibus páphi licũ mare diuisũ sit:& cũ aliud nõ esset iter trãsitũ p̃buit eis:uolẽte deo p eũ destruere psaꝝ prĩcipatũ:hocq; cõfitenꝫ oẽs:q̃ actus alexãdri cõscripserũt.De his itaq; sicut placuerit cuilibet estimet.Postea uero armis egyptioꝝ pfluctus uiolẽtia uẽtoꝝ allatis:exercitui hæbreoꝝ: moyses & hoc arbitratus dei ꝑmissiõe factũ:ut neq; armis egerẽt:hæc exiit colligẽs:hæbreosq; his muniẽs: duxit eos p desertũ ad montẽ syna:illic imolatus deo: & ꝓ salute multitudis hæbreoꝝ ut dictũ fuerat munera redditurus in pace.

HAec continẽtur ĩ libro tertio Iosephi historiaꝝ antiqtatis iudaicæ Cap.I.
Quomodo moyses populum ex egypto sumens duxit ad montem syna:multo itinere fatigatum. Cap.ii.
Quomodo pugnãtes cum hæbreis amalechite & qui cũ eis erãt deuicti sunt:& israel prædam hostium perceperunt. Cap.iii
Quia socerꝫ suũ ietro moyses ad se uenientẽ ad montẽ syna libẽter excepit. Cap.iiii.
Quomodo persuasit ei: ut distribueret populum per millenarios:& centenarios qui prius inordinatus erat. Cap.v.
Quomodo hæc singula fecit moyses socero monente. Cap.vi.
Quomõ moyses ascendit ĩ syna montẽ:acceptasq; a deo leges:hæbreis dedit. Cap.vii.
De tabernaculo qđ fecit moyses ĩ deserto ad honorẽ dei:ut tẽplũ esse uideret. Cap.viii.
De arca qualiter facta sit:in qua tabulas legis collocauit. Cap.ix.
De mẽsa ꝓpositionis:in q̃ omni septimana duodecim panes azimi ponebãt. Cap.x.

lib. iii

lib: 3.

De candelabro aureo:& altari interiori & exteriori. Cap.xi.
Quæ sunt uestimēta sacerdotum & pontificis. Cap.xii.
Quomō aaron eligit ī sacerdoté:& quomō moyses purificauerit tabernaculū & sacerdotes: & quēadmodū de festiuitatibus:& singulis diebus fuerit cōstitutū. Cap.xiii.
Quia moyses procedens a monte syna cum populo:eduxit eum ad locum qui dicit eserioth:ubi murmurantibus filiis israel pro desiderio carnium dominus immisit coturnices:& de plaga quæ secuta est esum carnium. Cap.xiiii.
Quomodo ex inde moyses duxit populū ad fines chananeoꝝ:unde misit exploratores. xii. qui cōsiderarent eoꝝ regiones & ciuitates:qui reuersi post q̄dragita dies:terroré & metū incusserūt filiis israel:quasi nō possent expugnare chananeos:unde illi indespationé adducti cōsilio iito de creuerunt redire ī egyptū:moyse & aaron interépto:quare iratus nō eos sed filios eoꝝ terram re ꝓmissionis itraturos:ipsos aūt p.xl.annos ī deserto prædixit eé morituros.

Incipit tertius liber ātiquitatis iudaicæ.

IGitur inopinabiliter hæbreos tali sāluté donatos grauiter itegꝝ cōtristabat:dum syna duceréť in monté:esſetq; regio ualde deserta:& necessariis alimētis egena:& aq̄ difficilis:q̄ nō solū ut p̄beret aliqd hoibus indigebat sed etiā nec aliq̄ aialia ut aleret erat idonea.Est enī sterilis nullusq; nouus fructus ex ea ualet oriri. Per huiusmodi siqdé regioné necessarie ꝓpabāt quādo ūde īrét ad aliā nō habebāt. Portabaťť aūt aq̄ ex locis iā trāsactis duce iubēte:& ea expēsa ad effodiēdos puteos cū labore ꝓpter terræ duriciā accedebant:& cū inueniréť erat inoptabilis:sed amara simul & parua. Hoc itaq; modo faciētes circa meridiana iter:uespere uenerunt in locū quē ꝓpter aquæ maliciam mar nominauerunt. Amaritudo enim hæbraica lingua sic dicit.Ibi fatigati itineris uiolētia: indigētiaq; ciboꝝ qui eis defecerant omnino mānserunt.Erat ibi puteus ualde durus:qui nec sufficere quidé tanto exercitui poterat: paruā tamē eis consolationé p̄bebat:q; in illis locis fuisset inuentus. Audierāt enī ab exploratoribus:quia nihil ābulantes ulterius inuenirét.Illa siquidé aq̄ amara grauiter non solū hoibus:sed etiā subiugalibus existebat.Videns itaq; moyses populū in angustia cōstitutū: & simul cām cui cōsultari nō poterat:neq; enī inimicus erat hostis: quatenus uim īferēti de necessitate potuisset sua fortitudine resistere.Et dū isto mō eoꝝ deficeret uirtus:infantūq; & mulieꝝ multitudo debilior:nihilq; ꝓdesset doctrina uerboꝝ: calamitatē oium suā moyses ꝓpriā faciebat.In unū itaq; cōcurrebāt:eiq; cūcti īstabāt:mulieres quidé ꝓ paruulis:uiri aūt ꝓ semetipsis ne eoꝝ utilitatem sperneret:sed eoꝝ saluti quocūq; ordíe ꝓuideret.Ad hoc ergo cōuersus é:ut solūmō deo supplicaret:ut aquā ex malicia p̄senti cōuerteret:eāq; illis potabilē cōdonaret.Et concedēte deo tātam grām:sumēs summitatē uirgæ quā in p̄senti gerebat diuisit ꝓ mediū:& ī longitudine ipsam īcisioné faciés:deiceps iactauit in puteū:latissaciens hæbreis:eo q; deus eius oones audisset:& promisisset aquā se eis qualé cōcupiscerét p̄bituꝝ:si tamē iussis eius nō segniter sed ꝓmptissime ministrarét.Illis uero dicētibus qd uellet se facturos:si aq̄ cōuerteret ī melius:iussit eos q iuuētute ualebāt haurire dicēs:q; prius effusa plurima q̄ ultia remaneret aqua possit eis eé potabilis. Illi qdé laudauerūt dictū:& aqua frequētibus contusionibus exercitata:purgataq; facta ē potabilis.Hinc itaq; castrametati:uenerūt ī helim:q̄ ꝓcul qdé bona uidebaťť aspectu.Habebat enī palmaꝝ arbores.De ꝓximo aūt maligna cōprobabaťť. Nā palmæ illæ septuagita nō amplius erāt īcrescibiles: nec multū eminētes a terra:ꝓpter aquæ inopiā:quia dū eēt locus oīs harenosus:neq; eis ex duo decim fontibus humectatio quedā:aut ad rigādū spes utilis hēbaťť:sed dū germinare nō possent: steriles erāt indubitāter & paucæ.Cūq; p harenā discurrerét:nihil eis occurrebat: uel si paucum aquæ ī manibus sumerent:iutile inueniebāt atq; cenosum. Fructū uero ferre erāt ille arbores nimis īualide:ꝓpter aquæ ut'dixi sterilitaté.Pro hac ergo causa culpabāt ducé:clamabātq; suam esse miseriā:expimētūq; maloꝝ p eū se pati dicebāt:triginta dieꝝ ambulātes uiā. Quæcūq; enī portabāt cōsumpserāt:& nihil penitus inueniētes:erāt in despatione reꝝ cūctarū. In p̄senti nāq; malo aīum habētes & nō recordātes quanta eis fuissent a deo & moyseos uirtute sapientiaq; collata:irascebaťť aduersus ducé:& lapidare eū simul aggressi sunt:quasi ipse causa tātæ calamitatis existeret.Ille uero ita multitudine prouocata:& contra eum amare commota:de deo confidens: & consciētia pura prouidentiæ suæ:quam gerebat contra contribules suos: semetipsum dedit in medium:& conclamantes atque ad lapides manus habentibus:cum esset ille aspectu gratissimus:& ad loquendū multitudiné suasibilis:mitigare cepit iras eoꝝ:neq; eis prioꝝ beneficioꝝ

obliuionem habere poscebat: propter recordationē malorū præsentiū:nec quia nūc laborarent: ideo deberēt perpetua dei munera ꝓiicere:quorū tā magna & inopinabilia meruissent.Sed sperare potius etiā de præsenti anxietate se dei ꝓuidentia liberandos:qui eorū uirtutē probare uellet: si haberent tolerantiam:& animo bono præcedētia retinerent. Quia si non ad illa bona ꝓpter præsentia mala respicerent:exercerentur in malis:& arguerentur non esse boni. Neq; circa patientiam:neq; circa priscorum bonorū memoriam:cum ita deum eiusq; uolūtatem cōtemnerēt: ꝓ quam egyptū reliquissent & ita circa eundē ministrum eius affecti esse uiderentur:cū in nullo fuisset mētitus de quibus dicēdū aut faciendū dei mādato iuberet. Enumerabat igitur oīa:quēadmodū pempti fuissent egyptii qui eos cōtra domini cōpresserāt uolūtatē: & quēadmodū idē fluuius illis quidē sanguineus esset:ipsis uero potabilis atq; dulcis: & quomodo per mare ne lōgius fugientes nouā uiam aggressi ipsi quidem ex illo saluati sunt:inimici autē eorū prorsus absorpti: & quia dū arma non haberent:etiā hoc eis deus abūde præbuerit:& alia quæcūq; ad pdēdos inimicos:ipsosq; saluandos necessaria fuissent:eis ultra spem uirtutis suæ more contulerit. Non ergo debetis inquit etiam in præsenti de eius ꝓuidentia despare:sed sine iracūdia sustinere: & cogitare eius auxiliū non quidem tardū esse:sed ideo nūc differri ut uos hac difficultate ꝓbet utiq; credentes deum nō ꝓ defectū esse segnē:sed ꝓ expimento uirtutis uestræ & desiderio libertatis:& cognoscat utrū & ciborū copiā:& sterilitatē aquæ pro eo fortiter ferre possitis:an seruire potius eligatis:sicut iuméta dominātibus sibi:& eis qui ꝓpter ministeriū suū hæc pinguissimæ uirtutæ consueuerūt adiiciens sup hæc:dicebat non se tantū de sua salute metuere: quādo utiq; nihil mali pateret:si moriretur iniuste:sed potius ꝓ illis cogitare:ne ꝓ lapides quos mitterēt sup eū deū iudicarētur contemnere.Sic itaq; mitigauit illos:& ab īpetu lapidationis abstinere fecit: & ad penitētiā sceleris conuertit:dicens eos nō hoc rationabiliter:sed necessitate feciſse:cogitauitq; oportere:ut ad diuinā supplicationē precesq; ueniret.Et ascēdens quēdam scopulū:deposcebat:ut questū populo auferret deus:& eos ab inopia liberaret:in ipso enim esse saluté suā:& ī nullo alio:atq; concederet ueniam his quæ in præsenti fuerant necessitate populi gesta:cū generi hominum res opportunæ proueniētes:& difficile placeāt:& eius accusatio sit amica.Deus aūt: & prouisurus se cōpromisit:& occasiones eorum desideriis præbiturus.Moyses uero a deo hæc audiens descēdit ad plebem.Illi cum uiderent eū promissionibus letum:a mestitia ad hilaritatem conuersi sunt:stetitq; ille in medio:uenisse se a deo dicens:& portare eis pro hesitationibus præsentibus libertatem.Et post paululum ortygiarū alias ortygometrarū multitudo quas præcipue nutrit sinus arabicus:transcenso medio mari superuolauit:& post laborem uolatus quasi ad terrenam requiē descendit inter hæbreos.Illi ergo tanq̄ alimentū sibi a deo collocatū comphendenteas. Tunc Moyses ad oīones dei repente cōuersus est:qui promissionis suæ compleuit auxilium.Mox autem post occasionē cibi prioris:etiam secundū eis deus emisit. Extendēte nanq; Moyse manus ad orationē:ros descendit ex aere.Cūq; fuisset eius manibus illinitus. Moyses arbitratus est etiā hoc ad cibū eorum a deo fuisse collatum:gustauitq;:& letus effectus:ignorante multitudine:ymbrem eē credente:& temporis esse pluuiarum quod agebatur.Ille docebat eos: ꝙ non secundum eorum opinionem ros e cælo descenderet:sed ad salutem eorum cibūq; ueniret.Et cum gustaret:fidem credendi præbebat eis.Illi uero imitantes ducē:delectabantur ī cibo. Melius enim dulcedinem & delectationem habebat ualde suauē.Simile autem erat aromatibus ꝑcipuis:& magnitudo eius similis semini coriādri.Festinabāt quoq; singuli colligere uehemēter. Quibus præcipiebatur:ut omnes exequo per dies singulos assarii mēsuram colligerēt:nec esset ille cibus in crastinū reliquēdus:hocq; fiebat:ne debilibus colligendi difficultas existeret:uirtute ualentium:& hoc ad necem accederent. Qui tamen plus a præcepta mensura colligissent: nihil amplius quā labores habebant cum maius nihil illic q̄ assarium inuenirent: & quod remaneret in crastinum:nulli utilitati proficeret:quando uermes illud & amaritudo consumeret. Sic ergo erat ille cibus diuinus & inopinabilis:& huiusmodi ultio fiebat ipsarum rerum priuationes seruantibus.Hactenus autem sic rigatur ymbribus locus ille:sicut etiam tunc a Moyse præstandū diuinitas misit hunc cibum. Vocant autem hæbrei hunc cibum mānā. Manna itaq; īterrogatio est ī nostra lingua dicentis:quid est hoc. Illi igitur gaudium in his quæ eis fuerant celitus missa celebrabāt.Quo cibo.xl.annis usi sunt:quanto tempore in deserto fuerunt. Cum uero inde migrassent:uenerunt ī rafidī ;passi nouissimas pro intolerabili siti miserias.Nam cum præcedentibus diebus paucam aquæ difficultatem habuissent: tunc omnino cōperientes terram inaquosam:in malis erant:rursusq; irascebantur in ducem. Ille ergo paululum multitudinis impetum deuitans:dei conuertebatur ad præces rogans ut sicut cibum eis indigentibus præbuit sic etī ī potum daret:cum peteret eis gratiam cibi non existente potu.Qui donum diu non distulit: sed

præbiturum se moysi tantam aquæ multitudinem unde non posset sperare promisit:iussitq; ut uirga percuteret petram quæ ibidem erat apposita:& ex ea sumeret abundantiam rerum quibus egerent.Curabat enim ut neq; cum labore potius eis adesset. Hæc ergo moyses a deo sumens ueniebat ad populum,sustinentem & in eum conspicientem:uiderant nãq; iam eũ de monte descendere.Cum uero uenisset:liberaturum eos etiam de hac necessitate dicebat deum: donatãq; salutem non speratam:& de petra eis fluuium manare promissum. Quibus obstupescentibus hunc auditũ:si eis siti & itinere fatigatis necessitas ad hæc fieret:ut petrã incideret: moyses uirga percussit petram:illaq; scissa:aqua manauit copiosa & ualde perspicua.Illi igitur iopinabile factũ mirati sunt.Quod cum uiderent:iam eis etiam ipsa sitis cupiditas est ablata:bibentibusq; dulcis & suauissimus erat potus:& quale donum esse deo donãte uideretur.Tunc ergo moysen mirati sunt:qui a deo sic fuerat honoratus:& sacrificia pro dei prouidentia collata sibimet ipendebat. Declarat autem scriptura in templo reposita :eo q; deus prædixerit moysi aquam hoc modo de petra manaturam.

Cap.II.

CVm uero hæbreorum nomẽ iam ualde ubiq; diuulgaretur:& de his sermo cresceret: in timore nõ paruo prouinciales erant:& mittentes legatos adinuicem solatia deposcebant.ut simul uiros illos interimere niterentur.Erant autem in hoc instantes: qui gobothe petrã inhabitant.Qui uocãtur quidẽ amalechite: pugnatores autẽ maximi illarum tunc gentium existebant.Quorum quinq; reges inuicem semetipsos:& circũhabitantes ad bella contra hæbreos rogabãt dicentes exercitum alienũ & egyptiorum seruitia fugientem: sibi inuasiones inferre:nec bonum sibi fore si tale factũ despicerent:sed ut antequam eorum fortitudo ad maiorem tenderet potestatem:& ipsi magis pugnare inciperent confidentes: eo q; illis nullus resisteret:destruendos eos esse cautissimum atq; sapientissimũ edicebãt. Et pœnã etiã de deserto & actibus quos illic gesserãt exigendã:q; non ita possit euenire:cũ ciuitatibus,atq; bonis eoꝝ manus iniicerent.Alii ergo inchoantem inimicorum uirtutẽ mollire & deiicere optimum esse:magisq; iam proficientem ꝓhibere credebant.Alii uero hoc supfluũ putabãt. Alii nullã occasionem eis aduersus se fieri permittebãt.Hæc & his similia per multas prouincias adinuicẽ legationibus agitantes:deliberauerant aduersus hæbreos bella suscipere. Moyses itaq; cum nihil belli speraret.hesitationem & turbam habuit repente prouincialium:& ad congressionem iam præparatam:subitaq; pericula hæbreorum multitudinem perturbabant:quia licet omnium rerum haberent inopiam:petiorem tamen necessitatem pugnandi cum hominibus qui essent rebus omnibus bene conditi putabant.Moyses autem consolari cepit eosq; confidere deposcebat: decretoq; dei credere quo sepe fuerant liberati. Et quia debellarent eos etiam qui eorum hostes existerent:arbitrari exercitum quidem multum & omnibus armis instructum:sed pecunias: alimenta:aliasq; res in quibus solent homines confisi pugnare:in auxilio diuino consistere: & sibi per deum omnia hæc adesse. Inimicorum uero manum paruam:inertem: debilem:tanquam nõ fuerint quæ istos habere constaret:deo uolẽte facile superari.Scire autem eos oportere dicebat: qualis eorum auxiliator fuisset in multis iam experimentis & grauioribus. Et quia in præsenti quidem bello haberent laborem aduersus homines:cum uero fuerat eis suis & famis inopia:& ĩ montibus atq; mari periculum:ubi fugam iuenire nõ poterant:hæc omnia diuino solatio deui cissent.Ergo rogabat eos promptiores esse:tanquam omnium rerum facultas eis esset:ita ut hostibus preualerent.Et moyses quidẽ populum huiusmodi uerbis exacuens:ad præliũ cõuocauit tribuũ principes.Et postea singulos adinuicem.Iuuenes quidẽ exorabat senioribus obedire.Illos autẽ ut uerba ducis audirent.Erant aũt eoꝝ aĩæ in piculo cõstitutæ:& ad præsẽtia ꝓparatæ sperabantq; aliquãdo a malis huiusmodi liberari.Iubebãt quoq; moysen:ut ad bella ꝓiret neq; tardaret:ne dilatio eoꝝ fiduciã ĩpediret.Ille uero ex multitudine pugnacẽ eligens iuuẽtutẽ:sup eos instituit iesum naue filium de tribu effraim:ualde robustũ:& labores tolerare fortissimũ: ad cogitandũ similis & loquendũ nimis idoneũ qui nosset decẽter deũ & moysen colere doctorẽ pietate:esset;q; apud hæbreos aptus.Paucos uero circa aquã cõstituit.Plurimos aũt totius exercitus circa ĩfantũ mulierũq; custodiã:& tota nocte erãt ꝓpati:quæcũq; fecerãt arma sumẽtes:& duces ꝓprios itendẽtes:tanq; ꝓliũ aggressuri dũ eis ꝓcipent.Inuigilabat aũt & moyses iesum docendo: quemadmodũ exercitũ collocaret. Incipiente uero die iã pandi:rursus poscebat iesum:ne minor iueniret ĩ ope q; circa eũ spes eẽt uniuersoꝝ:gloriã ꝓsentis militiæ ĩ futuris natiõibus possessurus.Hæbreoꝝ uero nobilissimos seorsũ rogabat:cũctaq; ꝓiter multitudinẽ exhortabat armatã.Et ille qdẽ cũ ita constituisset exercitũ sermonibus & operꝝ ꝓparatiõibus:discessit ad montẽ: deoq; similis & iesum credidit expeditũ.Miscebant itaq; hostes:& ĩ manibus erat bellũ:fiduciaq; & uiribus utebant in iuicẽ.Deiq; donec moyses manus extendebat ad cælũ:hæbrei cõprimebãt

amalechitas. Cūq; laboré ex defectu manuū moyſes ferre nō poſſet:qa quotiés manus depone-bat:totiés hæbreos pdere cōtigebat:iuſſit fratré aarō & ſorores marie uirū noie Vir ſibi aſſiſte-re:eiuſq; manus utroq; latere cotinere:& adiuuātes eū nō pmitterēt laborare.Quo facto hæbrei amalechitas fortiter deuicerūt:& oēs iteriſſent utiq; niſi nocte ſupueniēte:populus receſſiſſet a cæde. Victoriā quoq; optimā atq; pfectā noſtri habuere maiores: inferenteſq; ſibi bellū uicerūt: & circūhabitantes deterruerunt:abūdantiāq; potiti ſunt magnorūq; bonoꝝ quæ ſuis laboribus habuerūt.Deuincētes nāq; exercitū hoſtiū:maximas diuitias & publice & priuatim poſſiderūt omnes:cū primitus etiā alimētis neceſſariis indigerent.Fuit aūt eis nō ſolū in præſenti:ſed etiā i futuro bonoꝝ cā huius quā prædiximus pugnæ pfectio.Nō tātūmodo enī corpa hoſtiū ſeruitio ſubdiderūt:ſed etiā mētes:& cūctis circūhabitātibus poſt illoꝝ deuictioné affuere terribiles:eiſ-que diuiciaꝝ maximū culmé adiectū eſt.Nam fugiētes ĩimici:magnā copiā argēti ſimilis & auri reliquerūt ĩ caſtris:& uaſa erea qbus ad ueſcēdū utebāt multāq; & iſignē abūdātiā utrarūq; reꝝ id eſt ornamētoꝝ textiliū pariter & armoꝝ:& alioꝝ q̄ pparabant ad prælīū: diuerſāq; iumēta:& q̄cūq; moris eſt ſequi iter agēté exercitū:prudētiaq; repleti ſunt hæbrei ope fortitudis:& multū deſideriū uirtutis erat in eis.Semp enī laboribus iſiſtebāt:oīa ſe cape iudicantes.Huius ergo bel-li hic extitit finis.Poſtea uero moyſes exuebat mortuos hoſtiū:& arma fugiētium colligebat: & hæc uiris pugnatoribus exhibebat:ducéq; militiæ ieſum præcōiis attollebat: exercitu teſtificāte cū cta quæ geſſerat.Nemo ergo hæbreoꝝ mortuus eſt:hoſtiū uero tanti:quantos neq; numero cōpræhendi poſſibile eſt.Pro gr̄aꝝ uero actione Moyſes ſacrificās:altare cōſtruit: qđ dei uicto-riā noſcauit;,pphetauitq; oēs fore pituros amalechitas:nihilq; eoꝝ ĩ futuro reliquēdū:eo q̄ cōtra hæbreos in ſolitudine dimicaſſent:& nequaq̄ poſitis ĩ calamitatibus pepciſſent. Tunc exercitū feſſū:cōuiuioꝝ opulētia reparauit.Hoc ergo bello cōtra hoſtes ſuos poſt egreſſus ex egypto pri mitus ita pugnauerūt.Cū uero pacificas poſt uictoriā Moyſes hoſtias obtuliſſet:feciſſetq; non paucis diebus hæbreos ceſſare poſt pugnā;,pduxit ordinatū exercitū:multa nāq; eis iā copia erat armoꝝ.Et ,pcedens pauliſp tribus mēſibus poſtq̄ mouit ex egypto:uenit ad montē ſyna:ubi ei circa rubū multas uiſiones factas fuiſſe prædiximus. Cap.III.

QVi raguel ſocer audiēs eius fœlicitatē:libēter occurrit.Et moyſes excipiēs cum eo ſe-phorā uxoré ſuā & filios:delectatus aduētu eius:facto ſacrificio epulas copioſiſſimas populo miniſtrabat iuxta rubū q flāmas euaſerat:& multitudo quoq; p cognationes epulis ueſcebāt.Aaron aūt ſumens raguel & qui cū eo erāt: hymnos canebāt in deū: qui eius ſalutis & libertatis & egreſſiōis auctor extiterat. Simulq; laudabāt ducē:q̄ſi eius uirtute cūcta eis ,pſpera cōtigiſſent.Et raguel quidē preconia multa plebis apud moyſen de eoꝝ fortitu dine dixit:quia ,p cunctoꝝ ſalute ſic laborauerint uniuerſi. Cap.IIII.

DEinde uidēs raguel moyſen in reꝝ multitudine cōſtitutū:cūctis ad eū euntibus ut li tes decideret poſtulātibus:& tantūmodo ſe iuſtitiā ĩpetrare credētibus:ſi ille eis arbi-ter iudicaret:eis enī q uincebāt leuius eſſe pdere uidebāt p iuſtitiā moyſeos:q̄ uicto-res ſentētiā cuiuſlibet auaricia ſuſtinere:tūc eq̄dē tacuit nolēs ĩpedire uolētibus du-cis uti uirtute.Cū uero qeuiſſet a turba:ſumēs eū ſolū ſeorſū:dicebatq; eū oporteret facere:cōſi-liūq; dabat quatenus minoré qdem rerū curā aliis cōmitteret,De maioribus aūt & ſalute plebis ipſe tantūmodo ,puideret.Nā ad iudicādum etiā alios hæbreoꝝ dignos iueniri dicebat:cogitare uero ,p ſalute tātoꝝ nō quēquā aliū niſi moyſen poſſe ſolūmodo. Sciēs iq̄t uirtuté tuā & qualis fueris ĩ miniſterio dei ad ſaluādū populū:reꝝ arbitriū cōmitte aliis examinādū.Tu uero ad ſolū dei miniſteriū retine temetipſū:in cogitādo & reqrēdo quēadmodū populū ab hac poſſis iopia liberare.Meis ergo conſiliis utere de rebus humanis:& exercitū pfecte diſpone p dena milia ui-ros:deīde p mille:ita poſt hæc diuides eos p quīgentos:& rurſus in centū:deīde q̄nquagenos: & iudices cōſtituēs ſup eos.Qui p trigīta rurſum diuiſi:p uicenos & denos hębunt ,pprios iudices: eoꝝ negocia finiētes.Sit aūt aliq; ſup iſtos unus:uocabulū a pricipio numeri ſumēs.Et hi ſiqdē ſint approbati ex oī plebe:boni & iuſti:q diuerſis rebus iudicent eos:& ſi quid ē ſupra & maius: ad maiores ueniat dignitates:qđ uero etiā apud eos difficile fuerit:hoc deducat ad te. Sic enim fiet utrunq;:quatenus & hæbrei iuſtitiā impetrare mereant:& tu ſoli deo miniſtrādo facias eum exercitui eſſe ,ppitium.

Cap.V.

HAec aūt monēte raguel:moyſes libenter excepit:& ſecūdum eiuſmodi dictū fecit:nō celans cōſiliū eius:nec ſuam faciēs illius ſuaſionē:ſed inuētorē huius rei omni populo manifeſtās. Nā ĩ libris ſuis raguelē cōſcripſit iuentorē predictæ rei:optimū eſſe crē-dēs ut oībus notā faceret ueritatē:licet ei ſoli potuiſſent p̄bere gloriā: q̄ ab alio ſunt

iuēta.Factū est itaq; quatenus uirtus moysi potuisset etiā ex hac uolūtate cognosci. Sed de his q dē oportune i scriptura alia declarabimus. Moyses uero cōuocata multitudie:ipse qdē ad mōtē syna itur⁹ se esse dicebat:tanq; cū deo mānsurus:& aliqd ab eo utile ꝓcipiēs:ad eos sit remeaturus: illos uero precepit iuxta montē tabernacula sua ponere:& uicinitatē dei tenere.

Cap.VI.

HAec cū dixisset ascēdebat i mōtē syna:q excellētissimus ē i illis regiōibus:& pp altitudinē magnitudis suæ & scopulor⁹ ꝓceritate:nō solū hoibus iaccessibilis:sed ēt qui uideri sine aspectus labore nō possit.Et cū sermo esset circa eū deū hītare:terribilis oibus & inadibilis erat uniuersis hæbreis. Siquidē secūdū moysi mādata tabernacula mutauerūt:& radicē mōtis apprehēderūt: eleuātes manus suas ad deū:tāq; cū ꝓmissiōe bonor⁹ q eis ꝓmiserat moyses reuertere a deo:& festiuitatē celebrātes sustinebāt ducē:purgātes semetipsos alia purgatiōe:necnō & a coitu mulier⁹ tribus diebus sicut eis ipse prædixerat abstinētes:rogabāt deū ut placide suscipet moysen:& dona præparet qbus decetero uiuer bene possint.Vtebāt ergo cōuiuiis opulētis:& ornamēto decēter cū cōiugibus & filiis abstinebāt:& duobus quidē diebus erāt i epulis constituti. Tertia uero die ātequā sol oriret:nubes opuit cūctū hæbreor⁹ exercitū:& locū ubi tabernacula fixerāt oēm circūdedit:& fulgura facta sūt uētiq; uhemētes pluuiā nimiā cōcitātes undiq; ferebā tur:& choruscatiōes erāt uidētibus ualde terribiles:& fulgura crebro dimissa:dei ꝑsētiā oibus īdicabāt.Et de his qdē unusq;sq; legētiū sapiat ut uoluerit:mihi uero necessitas ē hæc referre sicut i sacris libris scripta sūt.Hæbreos itaq; ea q uisa fuerāt:& clāgor auribus redditus ualde terrebat: etiā sermo quo ferebat quia deus habitaret i mōte:retinebātq; semetipsos i tabernaculis suis afflicti.Sed et moysen ira dei pisse putabāt:& de ipso similia sustinebat.Cū uero ita cōsisterēt:apparuit Moyses letus & nimis exultās:qui & fortitudinē eis abstulit:& de futuro meliora ꝓmisit:serenusq; repēte aer & prius qui āte paululū fuerat cōturbatus:moyse aduenīēte reuersus ē.Igit inter hæc cōuocabat populū i ecclesiā:ut audirēt q dixisset deus. Quibus collectis:stās i excelsiori loco unde eū oēs audirent ait ad hæbreos:Deus equidē sicut & prius ꝓpicius me suscepit: uitāq; uobis ꝓmittēs fœlicē:& cōuersatiōis ornatū:etiā nūc ipse assistet i exercitu.Eū siqdē & opa q pp illū nobis sūt facta cōsiderātes nō despiciatis ea q dicūt:nec me q hæc dico respiciētes:nec quia p me lingua hūana deus uobis loqt attēdatis:sed uirtutē eius cōsiderate:& magnitudinē eius excellētiæ quoq; cognoscetis:& quō ꝓ utilitate cūctor⁹ ad me loqui dignatus ē.Nō enī me respiciatis moysen amarami filiū & iochabel:sed eū q nilū ꝓ uobis cōuerti fecit i sāguinē:uariisq; plagis domuit egyptior⁹ astuciā q p mare iter nobis ostēdit:quiq; cibū de cælo fecit hesitātibus aduenire: q potū de petra estuātibus manare fecit:p quē adā de fructibus terræ marisq; comedit:p quē noe ex ymbribus est ereptus:p quē abraā ꝓgenitor noster obtinuit terrā chanaā:p quē Ysaac de senioribus parētibus ē editus:p quē Iacob.xii.filior⁹ uirtutibus ē ornatus:p quē Ioseph ptātis egyptiorū dominus ē factus:ille uobis me iterꝑte hæc dignat uerba ꝓferre.Fiāt itaq; uobis amabiliora:quā uxores & filii.Fœlicē nāq; hēbitis uitā ista seruātes:terrāq; eritis potituri fructiferā sine fluctibus maris:& ꝓle filior⁹ naturaliter nascēdor⁹:& hostibus ualde terribiles.Ad dei nāq; ego ueniēs uultū:īcorruptæ uocis auditor effectus sū:ille ꝓ uro genitore alias genere sp eius ē eternitate sollicitus.Cūq; hæc dixisset:eduxit populū cū mulieribus & īfantibus:ut deū ipsum sibi loquēte de rebus agendis audirent ne uilior uideretur dictorum uirtus ad aures eorū humaua lingua ꝓueniens. Omnesq; audiebāt uocē ex alto uenientē ad uniuersos:ita ut nullū effugeret.Et uerba quidē quæ Moyses in duabus tabulis dereliquit; fas nobis non est secundū unūquēq; sermonem aperte depromere:uirtutes aūt eor⁹ insinuabimus Docet itaq; nos primus sermo:quia deus est unus & hic solummodo est colendus.Secundus autem iubet:nullius animalis factam imaginem penitus adorandam. Tertius:ut per deū in nulla re debeat aliquis frustra iurare. Quartus:ut seruandæ sint septimanæ:& ab omni opere cessandum. Quintus:parētes honorandos. Sextus:abstinendum a cæde. Septimus:non adulterandum.Octauus :furtum non faciendum. Nonus:falsum testimonium non dicendum.Decimus autem: nullius alieni rei habendā esse cōcupiscentiam.Et plebs quidem cum hæc audisset præcipientem ipsum de rebus quibus moyses fuerat locutus:gaudens in his quæ prædicta sunt:a congregatione discessit.Succedentibus autē diebus aduenientes ad tabernaculum: poscebat ab eo etiam leges sibi a deo debere proferri. Ille uero & istas posuit: & de omnibus quocunque modo gerenda forent reliquis temporibus singula designauit:quorum memoriam opportuno tempore ero facturus.Plurimas autem leget i alia scripura disponā seorsum de ipsis expositurus.Igit cū circa eos ita res agerent: moyses iter⁹ i mōtē syna cōscendit prædicēs hæbreis:eisq; uidētibus ascendebat. Cūq; illic tardaret:quoniā.xl.diebus eis abfuit:timor inuasit hæbreos:ne moyses aliqd ptulisset:& iter malā diuersa nihil eos sic

affligebat:quã q; putarent se ꝑdidisse ducẽ.Erat enĩ tumultus inter hoĩnes: aliis quidẽ dicẽtibus eum pisse in bestias incidentẽ & maxie illi hæc dicebãt:qui circa eũ odiũ habere uidebantur:alii uero ad deũ eum secessisse narrabãt. Prudẽtes aũt & nihil hoꝝ quæ dicebanꝫ a populo pro sua delectatiõe alias dilectiõe susciꝑiẽtes:sed & bestiis ĩcidentẽ pisse humanũ putãtes:aut certo a deo translatũ ꝑ uirtutẽ ꝓpriã ueriſimile iudicantes: minus quidẽ hæc ferre ratio faciebat: sed ꝑsule se desolatos arbitrari:atq; tutore qualẽ aliũ habere nõ possent:uehemẽter affligebãt: & neq; oppinari poterãt ĩ tanta mora uiro bono qd accidisset:neq; sine tristicia aut deiectione degere præ ualebãt:exercitũ uero nequaq̃ ꝓmouere cõfidebãt cũ moyses eos ꝑdixisset ibidẽ sustinere.Cũq; iam q̃draginta trãsisset dies:totidẽq; noctes:moyses astitit:nullo cibo hoĩbus cõsueto participatus:& gaudio apparẽs : totũ cõpleuit exercitũ:ꝓuidentiãq; dei quã circa eos haberet expoſuit:ĩmul & ordinẽ secundũ quẽ uiuẽtes eẽnt habituri fœlicitatẽ:dicẽs ostensum sibi ꝑ hos dies & tabernaculũ:q̃le sibi deus uellet fieriĩ quo descendẽs ad eos ipse ueniret:ut etiam migrãtes ex inde illud portarent:& nequaq̃ ad montẽ syna egerẽt ascẽdere:quãdo ad eos ipse descenderet deus:ut eoꝝ adesset oratiõibus.Fiat ĩquit tabernaculũ mẽsuris & opibus quæ ipse mõstrauit:uobis utiq; ad hoc opus ĩsegniter accedẽtibus.Et cũ hoc dixisset:duas tabulas ostẽdit eis;habẽtes scripta illa decẽ ꝑcepta:in utraq; qna. Erat ĩ ea ĩscriptio manus dei. Illi uero gaudẽtes in his quæ uidebãt & audiebãt a principe:quo possent eũ laudare studii sui munificentia nõ cessãbãt:sed deferebãt argentũ & aurũ:ſimul & es:lignaq; & magnã ualde materiã:q̃ neq̃q̃ potuisset putredine uiolari:caprarũq; pilos:& ouiũ pelles:alias quidẽ hiacinto:alias uero coccino: alias purpureo flore tinctas: alias albũ colorẽ ꝑbentes:lanasq; ꝑdictis fucatas coloribus & linũ byſſinũ:lapidesq; ĩsertos auro: qbus hoĩes ornamẽti gratia solent uti: pecudũq; multitudinẽ offerebant ꝑiter. Ex tali nãq; materia tabernaculũ fabricatũ est: quod migratũ:& ꝑ loca diuersa deuectũ:nihil differebat a tẽplo. His itaq; a singulis cũ magno studio oblatis:supra modũ uniuscuiusq; uirtutis: atq; donatis architecto:mãdato dei in his constituuntur operibus: quos populus elegerat sibi potestate collata quoꝝ noĩa hæc sunt:quæ sacris inscripta libris iueniũtur. Beseleel uri filius de tribu iuda:& mariæ sororis moyſi:& heliphas isamach filius de tribu dan.Et populus siquidẽ tanto studio ĩ cunctis rebus obediebat:ut etiã moyses eos suspẽderet:dicẽs sufficere ea q̃ data fuissent.Hoc etiã artifices iam ꝑdixerant abũdare.Accedebãt ergo ad opus tabernaculi faciendũ: & moyses eos singulã quãq; mensurã secundũ ostensiones dei simul & magnitudinẽ: quãtaq; oporteret fieri uasa sacrificiis ministratura diuinis edocebat. Mulieres aũt largitatẽ suã circa sacra uelamina: & circa alia quæcũq; huiusmõi opibus erãt necessaria: ꝑ deum ĩ ornamento & ꝑciosis lapidibus offerebant.Omnibus itaq; in ꝑparatione iã cõstitutis.auro:argẽto:& ere & textilibus rebus: prædicẽs festiuitatẽ moyses:& sacrificia ꝑ uniuscuiusq; uirtute facienda:ad instituendũ tabernaculi opus accessit:& atriũ prius mensus est ita.

Cap.VII.

Altitudinẽ quidẽ qnquaginta cubitoꝝ centũ uero longitudinẽ: tabulasq; ad instar colũnarum statuit ereas qnq; cubitoꝝ habẽtes altitudinẽ: in utroq; latere tabernaculi.xx.ꝑ longum: per latũ uero.x.Anuli tabulis singulis inerant:& capita tabulaꝝ argentea.Bases aũt deauratæ & celatæ per circuitũ:& in terra cõfixæ: ꝓtingebãtq; funes ab anulis ducti usq; ad capita clauoꝝ eneoꝝ qui erant magnitudine cubiti:& ꝑ singulas tabulas in terrã ualide positi:ut ex uiolentia uentoꝝ tabernaculũ ĩmobile custodirent.Cortina uero mollissima ex byſſo per oĩa undiq; pẽdebat a capite tabulaꝝ descendẽs ad basem usq; cõclusa alias diffusa:& cõcludens oẽm per circuitũ locũ:ut nihil a piete differre uidereẽ.Sic itaq; habuerũt tria latera atrii per circuitũ: quarũ uero latus fuit qnquaginta cubitoꝝ:qd frons erat totius opis:ubi.xx. quidẽ cubiti erant aperti:q̃ttuor habẽtes tabulas in modũ portaꝝ:oẽsq; opere argenti factas ꝑter bases erãtq; eneæ Ex utroq; enĩ latere portaꝝ ternæ erãt tabulæ cõstitutæ:& ꝑ portaꝝ fortitudinẽ incastratæ:& per eas cortina byſſina circũibat.Et cũ eẽnt portæ.xx. cubitoꝝ longitudie: altitudie uero qnq;: uelum in eis erat ex purpura:& cocco:hiacinto:& byſſo factũ multis floribus & uariis:exceptis animaliũ figuris ornatũ. Intra ianuas aũt aſperſoriũ erat eneũ:ſimilẽ habẽs basem: ex quo sacerdotibus manus diluere:pedesq; ꝑfundere moris erat: & ambitus quidem atrii erat ornatus hoc modo.Tabernaculũ aũt statuit in medio eius loco cõuersum ad orientẽ:ut mox cũ sol oriretur: in eũ radios suos emitteret.Cuius longitudo quidẽ.xxx.cubitoꝝ erat: latitudo uero. x.cubitorũ habebat spaciũ:& alter quidẽ paries erat australis:alter uero cõuersus ad aquilonẽ:postergũ uero eius relinquebaẽ occasus:cuius altitudinẽ tantã oportebat ascendere:quantam latitudinem esse constabat.Erantque tabulæ ex ligno:ex utroq; latere.xx.cubitorum scemate quadrangulo factæ latitudine quidẽ unius & dimidii cubiti: altitudine uero quattuor digitorum. Laminæ autem factæ ex auro erant per interiorem exterioremq; partem:quibus singulis tabulis erant cardines

Descriptio Tab
naculi ad ſi
ſyna:—

lib. iii

lib: 3.

bini immissi per duas bases quæ erant argenteæ & in suis foraminibus tabularꝝ cardines susci-piebant. Parietis uero occidentalis tabulæ sex erant quidem alterutris omnes perfectissime copu latæ: ut aptissime his cõpaginatis: unus earꝝ paries esse uideretur: intrinsecus & extrinsecus deau-rate. Ex lateribus aũt erant tabulæ numero. xx. quarꝝ latitudo habebat mẽsuram unius & dimi-dii cubiti: altitudo tertiam partem palmæ: & ita. xxx. cubitos adiplebant. Posterioris uero parie-tis. viiii. cubitos sex tabulæ faciebãt: quibus coniũctæ sunt aliæ duæ tabulæ ex medio cubito fa-ctæ: quas angulares posuerunt ad instar maiorꝝ tabularꝝ. Singulæ uero tabulæ anulos habebant aureos per exteriores partes eminentes: uelut quibusdam radicibus confixos per ordinẽ: adinui-cem per circuitum respicientes: & per eos deaurati uectes imissit: unoquoq; habente magnitudi-nem cubitorꝝ. v. erantq; ad coniũctionẽ tabularꝝ: intrabatq; caput uectis uniuscuiusq; in alio ue ctis capite: ueluti in modũ cocleæ alias conche: & postergum parietum in lõgitudine positorum unus erat ordo: per tabulas omnes uadens: quo per uncinos utriusq; parietis latera cõtinebãtur incastrationibus factis & imissis adinuicem. Quod propterea sic exquisitum est: ut neq; a uentis mouerentur: neq; alia causa tabernaculum conturbaret: sed imobile secura quiete seruaretur. In-trinsecus aũt longitudinẽ eius tripartite diuisit: id est decẽ cubitos ad interiorem partẽ pro futu-ros distribuit. Quibus dimensis: in medio quattuor tabulas similiter operatas statuit paululum abinuicem disiunctas ab alterutris quæ separent. x. cubitos a reliquis. xx. & qđ interius erat eorꝝ aditus uocabatur: reliquũ uero tabernaculũ sacerdotum erat. Hanc itaq; tabernaculi dimẽsionẽ ad instar rerꝝ naturæ constituit. Tertia siquidẽ pars eius quæ erat intra quattuor tabulas: quæ sa-cerdotibus intransgressibilis uidebatur: uelut cælum dei erat reliqui uero. xx. cubiti sicut terra & mare gressibilis est hominibus: ita solis sacerdotibus adiacebat. Per frontem uero unde ingressus erat factus: columnæ stabant ex auro factæ: & eneis basibus superpositæ numero. v. Tegebatur autem tabernaculum cortina ex bissino & purpureo: & iacintino: & coccineo coloribus facta. Et cortina quidem prima cubitorꝝ erat. x. & undiq; eas tabulas obtegebat: quæ diuidentes templũ: introitum interius habebant: & hoc erat quod faciebat: ut a nullo uideretur. Et omne quidem templum sanctum uocabatur: quod uero erat interius & inaccessibile: ultra quattuor tabulas san ctum dei. Cortina autem erat speciosa: quasi floribus uniuersis de terra germinantibus uariata: aliisq; oĩbus itexta quæcũq; pter aialiũ formas poterant exornare picturis. Alia uero huic & ma-gnitudĩe: & textu & colore uicina. v. colũnas i igressu positas obtegebat: ab ãgulo sũmitatis uni-uscuiusq; colũnæ cortina: anulis cõtinẽtibus usq; ad medietatẽ colũnæ depositã. Reliquũ uero ingressus erat sacerdotibus accedentibus: sup q̃ linea erat alia cortina eiusdẽ magnitudis: funibus eã per anulos ducẽtibus ac retrahẽtibus: ut tegeret oĩa: & impediret aspectum intuendi sacrificia & maxime in diebus insignibus. Nam & in reliquis diebus: & præcipue quando uideretur nubi-lum: textus eius tegminis fortis erat: & laborem facilem sustinebat. Vnde permansit ista consue-tudo etiam edificantibus nobis templum: quatenus uelum huiusmodi in ingressu appendatur. Decem uero aliæ cortinæ erant singulæ latitudine cubitorꝝ quattuor: longitudine uero octo: & xx. aureos habentes uncios: ad copulandum alterutris uncinis & anulis: ut cõiunctæ simul: unã uiderentur efficere. Quæ extensæ: templum & quod erat desuper obtegebant: & parietes a late-ribus & a tergo stantes a terra uno pede suspense. Eiusdem uero latitudinis & aliæ cortinæ una plus numero. i. xi. erant: longitudine tamen excellentes. Erant enim iste. xxx. pedum: textæ uero de pellibus: sicut illæ de lana: similes omnes sigillata uarietate contextæ erant usq; ad terram teg mine suo diffusæ: ad instar thalami culmen uelaminis exhibentes: una cortina ante frontẽ pen-dente. Vndecima nanq; cortina ad hoc erat assumpta: aliæ super has ex pellibus factæ: p tegmi-ne & adiutorio desuper erant impositæ: propter estum: aut imbrium certæ diffusionem. Multos itaq; stupor habebat inspicientes a longe: nam colorem eius in nullo differre putabant cælo. Hæ uero ex pilis & pellibus factæ pendebant: sicut illud uelum portarum: & estuum pariter & im-brium iniuriis repugnantes. Hoc ergo modo tabernaculum constitutum est.

Capitulum. VIII.

FActa est autem & arca deo ex lignis natura fortissimis: & quæ nequaquam putredi-nem sustinerent: quæ hæbraica lingua uocantur heron. Cuius constructio erat hu-iusmodi: longitudinis quidem. v. cubitorũ: latitudinis triũ ex auro purissimo. Intrise cus aũt & extrisecus sic tegebatur: ut eius ligna celarentẽ & aureis cardinibus tegmen cõpaginatũ habuit ualde mirabile: & undiq; simul eq̃le: nullaq; pars eius cõpaginationẽ poterat uiolare. Per utrũq; uero latus longitudinis eius anuli erant aurei bini: totũ lignũ penetrãtes: & p eos uectes deaurati imissibiles per utrunq; latus: ut quotiens opus esset per eos arca moueretur. Non enim in uehiculo: sed a sacerdotibus portabatur. Super tegmen uero eius erãt figurationes

duæ:quas hæbrei cherubin appellant. Sunt enim aníalia uolatilem habentia figurã: quæ a nullo hominum eſt inſpecta. Hæc dixit moyſes ſe uidiſſe in dei ſede figurata. In hac ergo arca duas tabulas recõdidit:in quibus fuerant decem uerba conſcripta:quina quidé p ſingulas tabulas binas: ſemis aũt p unáquáq; paginulã:& has in aditu collocauit. Cap. VIIII.

IN templo uero méſam poſuit proxime uelut delfigam alias deificá:habenté longitudinem duos cubitos:latitudiné uero unũ:& altitudiné trium palmoꝝ. Erant aũt pedes eius ex medietate inferioris partis:facti per circuitũ rotundi & tornatiles:qđ uero ad ſuperiora tendebat:quadráguli operis erat:habebatq; per circuitũ uniuſcuiuſq; lateris labium exornatum:uelut quattuor digitis alto ligno circũeuntem ſuperioré & inferiorem eius corporis partẽ: & per ſingulos eius pedes ſuperius labio erat anuli:per quos uectes deaurati mittebantur in ligno qđ eminebat. Sinum enĩ habebant:ubi anuli erant cõmiſſi:& his per uiam portabatur. Ponebatur aũt in téplo ad aquilonẽ conuerſa:nõ longe ab aditu:&. xii. panes azimos in ea ponebant:ſenos per partes mundos ualde:ex farina duoꝝ aſſarioꝝ:quæ menſura hæbraica vii. cotilas atticas habet. Super páes aũt ponebãtur duæ phialæ aureæ thuræ plenæ. Poſt dies aũt vii. iterum panes alii portabantur:die qui a nobis ſabbatũ appellatur. Septimanam ſiquidé noſtri ſabbatum uocant. Cauſam uero huius rei in aliis edicemus. Cap. X.

COntra facié uero menſe reſpicientis ad parietẽ meridianũ conſtitutũ erat candelabꝝ ex auro factũ fuſile:pondus habés minas centum qđ hæbrei dicũt cinchares: qđ græca lingua iterprætatũ:talentũ nuncupatur. Fecit aũt & ſperulas: & lilia:cũ calamis: & ſcyphis:eranteq; oĩa. lxx. ex quibus in una baſe compoſitũ erat omne candelabrũ í altitudine:& in tantas conſtitutũ partes:in quantas diſtribuunt planetas & ſolẽ. Conſumaturq; in vii. capita alterutra per ordinẽ conſtituta:in quibus lucernæ ponunt ſeptem: imitantes ſingulas planetaꝝ:reſpiciuntq; ad orientẽ & meridiẽ: candelabro obliquo poſito. Inter qđ candelabrum & méſam interiorẽ ſicut dixi thuribulũ erat & altare: de ligno qdẽ unde & priora ſunt fabricata imputribili & forti: ex uno quoq; lateſ cubitũ latitudinis habens:altitudiné uero duplicẽ:eratq; craticula aurea in ea facta:habebatq; per ſingulos angelos coronas aureas puriſſimas ſex: & anuli & uectes inerant quibus per itinera a ſacerdotibus portabatur. Erat aũt & altare ante tabernaculum conſtitutũ:& ipſum quoq; de ligno:menſurã uniuſcuiuſq; lateris quinq; cubitoꝝ:altitudine uero trium:ſimiliter exornatũ:& ex laminis aureis alias ereis adopertũ:cui ſuberat craticula in modũ rhetiaꝝ factũ. Suſcipiebat enĩ terra ignem qui de craticula ferebatur:quia baſes ei nõ erãt ſubiectæ. Diuerſæ autem ponebantur fuſcinulæ:& phialæ:forcipes & ſciphi:& quæcunque alia uaſa ad ſacrificium fuerant facta:omnia erãt erea:& tabernaculum quidem huiuſmodi erat: necnon & eius uaſa. Cap. XI.

FActæ ſunt etiam ſacerdotibus ueſtes omnibus aliis quos chananeos uocant pariter & principi ſacerdotum:quem arabarchin appellant quod ſignificat principem ſacerdotum. Quotiens autem ſacrificia ſacerdos adiret purificabatur. Lex enim purificationem fieri iuſſit: & alioꝝ quidem ſacerdotum ueſtes erant huiuſmodi. Primum quidem induebatur manachaſſin: quod conſtrictorium poterat dici. Eſt autem cinctorium circa fœmora ſubtile ex biſſo contorto contextum:ingrediẽtibus per eum pedibus uelut deuaſtrapis. Scinditur uero ultra medietatem deorſum:& uſq; ad lumbos aſtrigitur. Super hoc aũt lineo indumento duplicis ſindõis biſſine ueſtitur:quod cethomẽ quidem uocatur hæbraica lingua: ſignificat uero lineum. nos enim lineum cethon appellamus. Eſt autem hæc ueſtis tunica uſq; ad talos:corpus omne complectens:& manicis brachia ualde conſtringens:accingũtur circa pectus modice ſuper iliũ zonam circũducente latam: quaſi digitis quattuor uarie ita contextam: ut uideatur pellis eſſe uiperea: in qua flores intexti ſunt coccinei purpure: cum iacinto & biſſo commixti. Stamen eius zonæ eſt ſolũmodo biſſus:& ſummẽs initium cinctureæ a pectore:& circundare dicitur itẽrum ante pectus:& uſq; ad crura dimittitur: donec ſacerdos nihil operiatur. Pro decore nanq; uidẽtium eſt ita compoſitum. Cum uero ad ſtudia ſacrificioꝝ: & miniſterium præparatur:ne impediatur opus í leuo humero eam portat. Quod moyſes quidem arrabanech appellauit:nos aũt a babyloniis diſcentes: hemſaneam uocamus ſic enim apud eos hæc tunica nuncupatur. Sinum uero nuſq; habet hæc ueſtis: ſed larga eſt ad collum eius apertura: & naſtali ex utraq; parte oram eiuſdem ueſtimenti a parte pectoris:& ſcapularum aſtringunt: hoc etiam baſſabazan uocaſ. Super caput autẽ geſtat pileũ in modũ paruuli calamaci:aut caſſidis qđ extẽditur ſuper ſummitatem capitis & modice uerticis medietatem excedit:uocaturque maſnemphtis & tale eſt ut uideatur ex lini factum textura:habens uita:quæ inuolutæ ſepius connectuntur:ne facile dilabatur. Deinde aliud unum uelamen deſuper circundatur:deſcendens uſq; ad inferiora

barbæ: celãs pillei illius ligaturam: & totam capitis superficiem:aptaturq; perfecte:ne laborante sacerdote circa sacrificia corruat.Quales sint cæterorum sacerdotum uestes declarabimus.Princeps sacerdotum ornatur quidem & istis:nihil ex prædictis uestibus derelinquens:superinduitur autem tunica de iacinto facta:quæ & ipsa talaris est: uocaturq; mechir secundum linguam nostram:quæ zona constringitur:coloribus prædictis & floribus exornata: auro contexto uariata: ornatuq; in fimbriis eius inest uelut malorum granatorum:& tintinnabulorum aureorum multo decore factorum:ita ut inter duo tintinnabula malum granatum habeatur: itemq; inter duo malogranata tintinnabulum.Est autem hæc tunica ex duabus incisionibus:ut sit suta super humeros:& per latera:sed uno uelo in longum undiq; circuntexta ad collum habens tãtummodo sectionem non e latere:sed in longum fissam a pectore ad medias scapulas. Vita autem ei cõsuta est:ne possit eius apertio turpiter apparere. Similiter & unde manus egrediũtur apertum est. Ad hæc autem tertio induitur uestimento:quod dicitur ephot.Simile est autem superhumerali græcorum.Fit enim hoc modo ut sit textus eius magnitudie cubiti de cunctis coloribus:auroq; uariatus:amplectens omnem pectoris locum:& ad manus eiiciendas apertum est:& omni scemate tunice simile est.Huic uestimento locus uacuus in medio pectore magnitudine palmi dimittit ubi inseritur essin:quod græca lingua logion:latina ratiõale significat:& complet totum ephot: hoc est illum locum quem texentes propterea reliquerunt uacuum: uniturq; ephot cum rationali:anulis aureis per circulos singulos sub equalitate commissis per uitam hiacitinam:quæ immittitur pro ligaturis & consertionibus alterutris anulorum. Ne autem uacua esset medietas anulorum:& rationalis:filiis hiacintinis adinuentum est ut ea loca conseruent. Superhumerale uero duo sardonici lapides ifibulabant per singulos humeros auro clausi:habentes per extremitatem circellos aureos:in quibus suscipiunt rationales ligaturas.His lapidibus iscripta sunt nomina filiorum iacob prouincialibus litteris lingua nostra sena per lapidem:seniores autem i humero dextro sunt.Inserti sunt autem in essin:id est in rationale duodecim lapides: magnitudine & decore præcipui.Hoc ornamentum propter eminẽtiam eius honoris ab hominibus possideri non potest.Isti siquidẽ lapides per quattuor ordines terni per singulos ordines cõstituti sunt: habẽtes aureas per circuitum coronas:quibus inclusi consertiq; sunt: ne possit quocunque mõ textura corrupta defluere.Et in primo quidem ordine trium lapidum:inchoat sardonix:topasius:smaragdus.In secundo habet carbunculum iaspidem:saphirum.In tertio inchoat ligurius: deinde ametistus:achates est tertius: qui & post alios est nonus. In quarto ordine tenet chrisolitus principatum:post quem onix:deinde berillus:qui est ultimus omnium.Litteræ autem in omnibus istis sculptæ sunt nominibus filiorum iacob:quos tribuum principes arbitramur:singulisq; utiq; lapidibus eorum nomina referentibus secundum ordinem:quo nati esse noscuntur. Cum ergo per se illi quos diximus anuli sint infirmi:nec possint pondus lapidũ sustinere: alii duo maiores in extremitate rationalis quæ respicit ad collum eminentes:ipsam texturam faciunt qui suscipiant catenas aureas opere plectili uenientes per fistulas quasdam ab extremitatibus humerorum:quarũ catenarũ sumitas ascendens perducitur postergum:& in circulo qui est ad dorsum in superhumerali conseritur:& hoc est rationalis munimen eximium: ne possit aliqua parte dissũpi. Zona uero rationalis consuitur de coloribus prædictis auro conserta:quæ ex utroq; latere circunducta:& iterum reuoluta ante pectus ex ambabus summitatibus pendere dimittitur: & habet quasdam fimbrias ex aureis fistulis miro decore compositas in utraq; zonæ summitate pendentes. Pilleum autem priori similitudine operatum habet pontifex:sicut reliqui sacerdotes : & alium cõsutum ex hiacinto uariatum. Circũdatur uero ei & aurea corona:tribus uersibus facta: supra quam surgit in media fronte quasi caliculus quidam aureus:similis herbæ: quæ apud nos acchoro nuncupatur:quam græci hyoscoamos dicunt. Ne quis autem cum non uiderit hanc herbam per ignorantiam naturam eius ignoret:significo huiusmodi hominibus eius modum. Hæc herba frequenter ultra tres palmos oboritur:radicem uero rotundam habet:& quasi rapæ similem:folia uero eius mente propinqua sunt. De ramis autem eius oriuntur caliculi rotundi: & in circuitu habet oculos: unde fructus egreditur. Calicem ergo quem diximus supra coronam auream positum habet magnitudinem digiti minoris:cuius cauatio rotunda est:quasi cratheris : quem tamen latius condiscipulis explanabo. Est autem quasi spera diuisa: & circa fundum aliam habet incisionem a radice rotundatam. Deinde paulatim cauatura colligitur : & ad superiora denuo decenter aperitur : & in labio ita colligitur : ut proprie uideatur emisperium mira rotunditate tornatum. Super hunc iterum oriuntur incisiones quasi extremitates malogranatorum spinose : & in acutissimum deficientes cacumen: quia semper seruat: & fructum huius caliculi superpositio seminis syderiditis uicium. Habet autem florem

ſimilem plangatini:& per circuitū tota corona his floribus eſt celata:ab occipitio uſq; ad utrūq; tempus.A fronte uero hoc quidem non habet:ſed lamina eſt aurea:ſacriſq; litteris nomē dei habet in ſcriptum.Hoc igitur eſt pontificis ornamentum.Mirari ſiquidem quilibet poterit odium hominum quod circa nos habere non deſinunt: quaſi nobis hoc modo diuinitatem deridentibus quam ipſi non quieſcunt colere.Siquis enim tabernaculi poſitionem conſideret:& ſacerdotalem inſpiciat ueſtem & uaſa quibus utimur ad ſacrificia celebranda: & legiſlatorem uirum ſacrum agnoſcet & fruſtra nos ab aliis blaſphemari percipiet. Nam ſingula quæq; horū ad ſimilitudinem & formam rerum facta reperiet:ſi abſq; inuidia hæc ſapienterq; uelit conſiderare. Tabernaculum nanq; triginta cubitorū trine diuiſum:in quo duas partes ſacerdotibus cūctis diſtribuit: quaſi profanum quendam cōmunemque locum terram & mare ſignificat. Hæc utique greſſibilia cunctis ſunt. Tertiam partem ſoli dicauit deo eo ꝙ cælum ingreſſibile ſit hominibus. Super menſam duodecim panes poſiti: ſignificant annum menſium quantitate tanta diuiſum. Per candelabrum de partibus ſeptuaginta compoſitum: ſeptem planetarum de camonia tetigit. Et ſuper illud ſeptem lucernæ ipſorū planetarū curſum oſtendit. Tantæ nāq; ſunt numero.Cortinæ ex quattuor coloribus contextæ:elementorū deſignant naturam.Biſſus terrā declarat:eo ꝙ linum oriatur ex ea:purpura uero mare:eo ꝙ piſcium ſanguine coloratur.Aerem uoluit ſignificari per iacinctum:cocus uero eſt ignis indicium.Significat autē & pontificis linea tunica totam terram:iacintina uero ueſtis polum quæ per malogranata choruſcationes:per tintinnabulorū ſonitum tonitrua indicare dignoſcitur.Superhumerale etiam ad ſimilitudinē naturæ totius eſt:quando & illud deo placuit ex quattuor coloribus fieri:auroq; contextū propter ſplēdorem reor:qui mundo diffunditur.Rationale uero in medio ſuperhumerali in modum terræ conſtituit.Hoc undiq; nāq; tenens medium locum zonæ circulo ſignificat occeanum:qui utiq; cuncta ſuo limbo circundat,Ir.dicat autē ſolem & lunam uterq; ſardonix quos pontifex portat ī humeris.Duodecim uero lapides ſeu menſes:quis intelligere poteſt numerum ſtellarū:quem zodiacum circulum græci uocant.Pileus uidetur mihi cælum imitari:cum ſit ex iacinto:non enim aliter poterit ſuperponi ei nomen dei. Et in corona deſignatur & in lamina aurea ſplendor quo diuinitas præcipue gaudet.Et hæc quidem tantummodo declarata ſufficiant:cū ſepius & ī multis uirtus legiſlatoris oportune poſſit exponi.

Cap.XII.

IGitur cum prædictarū rerum terminus eueniſſe:nōdum miniſtris ſacris muneribus dedicatis: aſtitit deus moyſi:& ſacerdotium aaron fratri ſuo eum dare præcepit: qui propter uirtutis opus omnibus honore iuſtior haberetur. Tum ille colligens in eccleſiam multitudinem:uirtutem eius & ſtudium edicebat:& propter eos pericula paſſurum eſſe.Cunq; in omnibus eum populus teſtaretur:& eius ſtudium ualde laudaret:Moyſes ait. Viri iſraelite:fabrica quidem iam perfecta eſt:ſicut ipſi deo gratum fuit:nobiſq; poſſibile. Quia uero tabernaculum oportet iam dedicari:decet prius fieri ſacerdotem ſacrificiis miniſtraturum: & pro nobis orationes facturum.Et ego quidem hac deliberatione mihi conceſſa: meipſum dignum hoc honore iudicabam:eo ꝙ natura omnes ſui potius amatores exiſtant:& maxime:quia multum mihi ſum conſcius pro ueſtra ſalute laboraſſe. Nunc autem ipſe deus aaron dignum hoc eſſe honore decreuit: & hunc ſacerdotem nobis credidit iuſtiorem:ſciens quia dignus induetur ſtola deo deuota:& curam habebit altaris:& ad hoſtias offerendas & orationes faciendas pro nobis libēter auditurus:qui curam habet generis noſtri:uirum quem ipſe magis elegiſſe dinoſcitur.Hæbreis itaque placuere quæ dicta ſunt:& ordinationi dei præbuere conſenſum.Erat enim aaron propter genus:& prophetiam & uirtutem fratris:honore hoc dignior uniuerſis: habebatque filios illo tempore quattuor:nadab:abiud:eleazar:ithamar. Quæcunq; uero ad fabricam tabernaculi præparata ſuperauerant:hæc iuſſit ad tegmen cortinæ ipſius tabernaculi:& lucernæ:& thuribuli:aliorumq; uaſorum expendi:quatenus hæc per iter neq; pluuia neq; puluere uexarentur:& populum denuo colligens: ſingulos ad oblationem iuſſit offerre dimidium ſicli. Siclus autem hæbreorum nummiſma quattuor dragmas atticas habet.Illi libenter quæ iuſſerat moyſes:erat offerentiumq; multitudo ſexcentorum quinq; milium & quingentorum quinquaginta uirorum:offerebantq; argenti libras uiginti:ætate uſq; ad quinquaginta annos conſtituti: oblatumq; circa tabernaculi opus expēdebatur. Purificauit autē & tabernaculum & ſacerdotes hoc modo.Myrrham electam ſiclos quingēta:& totidem ireos cinamomi & calami. Eſt autem & hæc ſpecies ſuauis odoris:priorem menſuram & medietatem: iuſſit horum contuſa miſceri: oleique oliuarum pondus menſuræ prouinciæ quæ dicitur bin: duas coas atticas capiens. Quibus permixtis: & coctis alias coactis: facta eſt arte unguentariorum unctio ſuauiſſima. Deinde

sumens ipsos sacerdotes:& omne tabernaculum unguens purificauit:offerens hostias multas & uarias in tabernaculo:deinde aureum thuribulum:quod magni erat honoris alias oneris:& reliqua quorum prætereo narrare naturam:ne multiloquium fiat legentibus. Secundo autem die: id est ante solis ortum & occasum incensum fieri oportebat omnino:oleumq; purgantes: ad luminaria cõseruabant.Quarum tres equidem lucernæ super sacrum cãdelabrum deo tota die lucebant:reliquæ uero accẽdebãtur ad uesperum. Omniumq; facta sunt:optimi opifices beseleel: & heliab fuerunt.Nam & prioribus artificibus ipsi præpositi fuerant ad meliorem operatõnem iugiter exercendam:& intelligentiam rerum:quarum institutionem primitus ignorabant.Horũ itaq; beseleel meliorem contigit iudicari.Igitur omne tempus ad opus faciendum transiit ĩ mẽsibus septem:& post hoc exquo egyptũ reliquerant primus annus ipletus est.Inchoante ergo anno secundo:mense xantico secundum macedonas:nisan uero secundũ hæbreos:in nono mense tabernaculum consecrarunt:& oĩa uasa eius quæ iam declarata sunt.Ostendit autẽ deus se gauisum in operibus hæbreorũ:& non frustra eos laborasse in pulchritudine illius edificii: sed accessit & habitauit in eo tẽplo.Præsentiã suam nãq; hoc modo fecit. Cælum siquidẽ mũdũ erat: sup tabernaculũ uero solummõ caligo facta est:non alta nube: satis autẽ densa circundans illud : ut tẽpestas putaretur esse:neq; rursus ita subtilis fuit: ut ualeret per eam aspectus aliquid contueri: gratusq; alias gracilis ros ex inde defluebat:pandebatq; dei præsentiã his qui & uolebãt & credebant.Moyses autẽ cũ artifices qui talia fuerãt operati dignis muneribus honorasset: sacrificauit in tabernaculi uestibulo secundum mandatũ dei thaurũ:& arietẽ:& hedũ:pro peccatis. Dicturus autẽ de his quæ ad sacrificia pertinent:etiã de his quæ circa sacrificia celebrãtur ĩdicaturus sum simul & de quibus iussit holocausta fieri:& quæ comedenda tanq̃ cibos laxauit alias lex ait.Mactatis igitur animalibus quæ prædixi ex eorũ sanguine uestem aaron ipũmq; cũ filiis aspergebat: purgans eos fontiũ aquis & unguento:ut dei fierent sacerdotes. Septem itaq; diebus hoc modo ipsos & eorũ uestes curabat:tabernaculum simul & eius uasa ex oleo prælibato sicut iam dixi: & sanguine hircorũ & thaurorũ ĩmolatorũ per singulos dies id est unoquoq; secundũ genus Octauam ergo festiuitatẽ denũciauit populo:& quẽq̃ secundũ uirtutẽ ĩmolare p̃cepit.Illi uero alteruтros emulati:& sacrificiis superare semetipsos certantes:singuli festinanter dictis obediebant.Impositis autẽ hostiis super altare:repente ex eis spontaneus ignis accensus est:& similis flamma fulguri chorusc̃ationis emicuit:& oĩa quæ erant super altare cõsumpsit. Contigit autẽ post hæc & aaron calamitas quedã: ut tanquã homo simul & pater de ea cogitaret:quam tamen fortiter tolerauit:quõ & circa casus animo fortis erat: & hoc uoluntate domini prouenisse iudicabat. Et quattuor nãq; filiis eius iam dixi duo seniores nadab & abiuth portantes super aram hostias:nõ quas prædixerat moyses: sed quibus primitus utebantur subito concremati sunt super eos igne magno impetu ueniente:& pectora facieseq; eorũ in flãmante:ita ut nullus eum ualeret extinguere:& illi quidem ita defuncti sunt.Moyses ergo iussit patrem eorũ & fratres portare corpora extra castra deducentes:honore congruo sepelire luxitq; plebs eos nimis amare propter mortem quæ eis sic iopinabiliter accessisset.Solos aũt fratres eorũ & patrẽ nõ cogitare ex hac tribulatiõe moyses exornauit:cũ deberẽt præponere dei honorẽ suæ tribulationi.Iam enim aaron sacerdotii stola uidebatur indutus.Itaq; moyses oẽm honorem respuens:quẽ sibi oẽm multitudinẽ uidebat offerre:solũ dei ministeriũ celebrabat:& aliquãdo quidẽ ad mõtẽ syna ibat:aliquãdo uero tabernaculũ ingrediẽs responsa poscebat:de quibus seorsum rogabat deum:& stola priuatus: & aliis se cunctis publicum demonstrabat:in nullo ab aliis differre studebat: nisi ut eorum curam prouidere uideretur. Insuper scribebat leges secundũ quas deo grati uiuerent: & in nullo alteruтros accusarent quas tamen dei præcepto constituit.Nunc igitur de conuersatõne eorum & legibus exponam.Quod uero de ueste pontificis prætermisi:uolo proferre nullo modo enĩ maligniтatibus detrahentium reliqui occasionẽ.Si qui tamen tales sint:ut conténant dignitatem dei cognoscere:oĩpotentem deum scire negligentes derelinquunt: siue ad sacra ueniant:siue adesse nolint:& hoc non solum hæbreis uoluit esse manifestum:sed etiam peregrinis ista legentibus.
Lapides autem quos ferre super humerum prædixi põtificẽ erant sardonices.Eorũ naturã puto amplius oĩum ad humanã notitiã uenientiũ effulgere. Dũ ergo & sacrificiis deus adesset:alter q ĩ dextro hũero portabaẽ micabat:& ex eo ita splẽdor exiliebat: ut etiã pcul positis appareret: cũ prius hoc lapidi nõ ĩesset.Et hoc itaq; mirabile é:his tamẽ q sapiẽtiã nõ adiectionẽ diuinorũ operum nãsciscunt.Quod uero é mirabilius dicã.Per duodeci enĩ lapides quos supra pectus põtifex in essim sutos.i.ĩ rõnale portat: uictoriã pugnaturis deus p̃nũciauit.Tãtus ergo splẽdor fulgebat in eis:cum nondũ exercitus moueretur:ut omni fieret multitudini manifestum:eorũ auxiliis adesse deum. Vnde græci qui nostras solẽnitates honorãt :eo q̃ nihil in his contradicere ualeant:

essin rationale uocant.Cessauit itaq; & essin: & sardonix splendescere annis ducentis anteq̃ hæc ego conscriberẽ:cũ deus molestẽ ferret trãsgressiones legũ:de qbus sub oportunitate dicemus. Nunc aũt ad cõsequẽtia uerba cõuertar.Tabernaculo iam dicato:& ornatis sacerdotũ rebus:populus deũ apud se esse cũ tabernaculo iudicauit:& ad sacrificia simul & requiẽ est cõuersus:quasi oẽm iam molestiã respuisset:& de futuris meliora desiderantes munera deo alia quidẽ cõiter:alia uero seorsũ de singulis tribus offerebãt. Principes enĩ tribuũ bini & bini cõueniẽtes uehiculũ & duos boues offerebant:erãtq; uehicula sex:& ita tabernaculum in itineribus deuehebãt. Ad hæc aũt unusquisque eorum phyalã:thuribulumque portabat: & capsam capientem daricos decem: plenam thimiamatibus. Thuribula uero & phyalæ argenteæ erant: habentia utraq; siclos ducẽtos.In phyala tamẽ septuaginta solũmodo sunt expensi.Hæc erãt plena farina:oleo cõsperſa:quibus utuntur ad sacrificia Sup illas aũt oblationes uitulũ & arieteẽ cũ agno ãniculo ad holocaustũ id est totũ incendendũ:& cũ his hyrcum pro oblatione peccatoꝝ offerebant singuli principum: sed & alia sacrificia quæ salutares appellantur p singulos dies boues duos: & arietes quinq; cum agnis ãniculis & hedis.Isti enĩ sacrificabant per duodecim dies: unus in tota die. Moyses aũt nequaq̃ ascendebat in montẽ syna:sed ingrediẽs tabernaculũ cõsulebat deũ de actu legũq; dispositione:quas humanã sapientiã præcellẽtes:oporteret firmissime omni tẽpore custodiri:& donum dei esse cunctis ostendit:talesq; fore ut eas hæbrei nec in pace per epulas: nec ĩ bellica necessitate trãscenderent.Sed de his quidẽ legibus dicere suppono aliã scriptõnẽ facturus:nũc tamẽ quarũdam memorabor paucaꝝ:de purgatiõe & sacrificiis positaꝝ.Etenĩ sermo mihi de sacrificiis faciendus est.Duo sunt sacrificia:quoꝝ aliud quidẽ ab uno quoq; priore: aliud uero celebrãt a plebe:& hæc quidẽ duobus mõis efficiũtur:aliud quãdo totũ qđ imolatur ĩcẽdit:& ꝓpterea etiã nomen holocaustomatis hẽt:idest totũ incẽsum:aliud uero qđ ꝓ gratiaꝝ actione psoluitur:& ad ĩmolationẽ epulaꝝ exhibetur.De priori nãq; narrabo. Vir priuatus holocaustũ faciẽs:ĩmolat bouem:& agnũ:& hedũ:hæc quidẽ ãnicula. Boues aũt pmittũtur ĩmolare etiã iã maiores: sed hæc oĩa masculini generis fiant holocausta. His cesis: limbũ altaris sanguine pfundũt sacerdotes:deinde purgãtes eã mẽbratĩ incidunt:& oĩa sup altare ĩponunt:lignis instructũ: & subiecto igne ĩflãmatum. Pedes cũ iecore purgãtes: & interim pinguedinẽ una cũ aliis offerũt:pellesq; sacerdotes accipiunt.Et holocaustomatis quidẽ iste ẽ modus.Pro gratiaꝝ uero actione hostias celebrãtes hæc aĩalia sacrificãt:matura quidẽ & ãniculis grãdiora:masculina tantũ fœminis cõbinata:ĩmolantesq; hæc:fundũt quidẽ sanguinẽ sup aram:renes aũt & adipes: & oẽm pinguedinẽ cũ reticulis iecoꝝ:& cũ his caudas agni supponũt are.Pectora aũt & crura dextra sacerdotibus præbẽt & duobus diebus de reliquis carnibus epulanť.Quæcũq; uero remãserint:cõcremantur. Similiter ꝑdicto modo sacrificii etiã ꝓ peccatis hostiæ celebranť.Qui uero maiora sacrificia nõ habẽt: offerunt colũbas aut turtures duos:quorũ alius quidẽ fit in holocaustũ deo: alius sacerdotibus datur ad cibũ.Certius aũt de sacrificiis hoꝝ aĩalium ĩ sacrificioꝝ sermone dicemus. Qui enim p ignorantiã in peccatũ iciderit:agnã & hedũ fœminas eorũdem ãnoꝝ offert:& sanguinẽ quidẽ fundit sacerdos in arã:nõ sicut prius:sed anguloꝝ tangit extremitates:& renes aliũq; adipẽ cum rheticulo iecoris sup altare ĩponit.Sacerdotes autẽ tollunt & pelles:& adipes:& carnes ea die cõsumendas in tẽplo:lex enĩ in cras relinqui nõ sinit.Qui uero peccati:sibiq; cõscius est: & nullum habet qui eũ possit arguere:arietẽ ĩmolat lege ꝑcipiente:cuius carnes ĩ tẽplo sacerdotes similiter comedũt ea die.Principes in qbus peccant sacrificãtes: ea quidẽ offerunt quæ priuati: placãt uero deũ offerendo ad sacrificia thaurũ & hedũ masculos.Lex autẽ ꝑcipit ĩ publicis priuatisq; sacrificiis etiã farinã mundissimã adiici:in agno quidẽ assarii mensurã:in ariete uero duoꝝ:ĩ thauro trium : & hoc sanctificãt sup altare oleo mixtũ.Nam & oleũ offertur ab immolantibus:ĩ boue quidem hin medietatem:in ariete autẽ huius mensuræ tertiam partem: & quartam in agno. Hin autem mensura hæbreoꝝ antiqua fert choas atticos duos: secundum quã mensurã oleum offerebant & uinũ.Vinum autẽ circa aram libant.Siquis sacrificium non celebrans pro uoto simile primitias offerat:unam dragmam super aram mittit:reliquam uero ad uescendum sacerdotes accipiant aut ad coquendum.Nam & oleo fermentatur aut certe ad faciendos panes sacerdoti tollent:quodcunq; ex ea ad holocaustum necessarium est.Prohibet autem lex immolari alio die natum una cum genitrice:sed nec aliter immolari permittit:misi cum octaua dies nati transierit.Fiunt & alia sacrificia pro languoribus euitandis:aut pro aliis causis:& equalia libamina cũ hostiis expendũtur:quoꝝ ĩ crastinũ aliquid remãere lex ꝓhibet:sacerdotibus.ſ.ꝓpriã sumẽtibus partẽ.Ex publico aũt sumptu lex est:agnum anniculum singulis diebus occidi: inchoante die & terminante. Septima uero q̃ sabbatũ nũcupať duos occidũt:eodẽ sacrificãtes mõ.In initio mẽsis & quotidiana sacrificia: & duos boues cũ agnis ãniculis septẽ & arietẽ mactãt:hedũ uero,p decli-

natione peccatoꝝ:ſi forte per caſum obliuionis eueniant.Septimo menſe quem macedones hyperueretheum uocant:adiicientes his quæ prædicta ſunt thaurũ & arietem:& agnas.vii. ímolát: & hedum pro peccatis.Offerunt ſuper hæc duos hedos: quoꝝ alter quidé uiuus ultra terminos deſerti dimittitur:futurus pro toto populo expiatio & declinatio peccatoꝝ: alterum uero í ſuburbanis in locum puriſſimũ deducentes:cũ ipſa pelle totum incendunt:nihíl omnino purgátes. Concrematur autẽ ſimul thaurus non oblatus a populo: ſed ex proprio ſumptu pontificis præparatus.Quo interfecto & allato í templũ eius ſanguine ſimul & hyrci: aſpergit digito cõtra mẽſam alias altare ſepties.Eodem autẽ numero & pauimentũ & totiens templum & auream aram: & reliquum quod eſt circa maius ueſſibulũ: portans ſuper hæc extremitates & renes: & adipem eum rheticulo iecoris ſuperíponunt altari.Præbet & arietẽ deo pontifex ad holocauſtũ.Quinta uero eiuſdem menſis & decima:tẽpore ad hyemẽ uergente: tabernacula figere iuſſit ſingulos p familias:metuentes frigus pro anni cuſtodia.Dumq; patriá peruenirent:in illa ciuitate quá propter templũ metropolim haberent:feſtiuitatẽ eos ſeptẽ diebus agere & holocauſta facere: & ſacrificare deo:& pacificas offerre præcepit:utq; in manibus portarent ramos mirre & ſalicis:ſummitateſq; palmaꝝ: & uirgulas maliperſici. Prima itaq; dierum in his fit holocauſtũ hoſtiarũ ex tribus & decem bobus & agno uno aut pluribus:& arietibus duobus:adiecto hyrco pro declinatione peccatoꝝ.Sex aũt diebus ipe quidẽ numerus agnoꝝ & arietum cum hyrco ſacrificaẽ:ſubtrahitur uero ſingulis diebus unus bos:donec ad ſeptimũ ueniatur:& ab omni tempore die octaua reqũieſcunt:& deo ſicut prædiximus uitulum ímolát & arietem:& agnas ſeptem: & hyrcum pro declinatione peccatoꝝ Hæc quidẽ hæbreis tabernacula figẽtibus celebrare patrí moris eſt. Menſe uero xantico qui apud nos niſan appellatur:id eſt anni principium quartadecima luna ſole oppoſito in ariete quo menſe liberati ſumus a ſeruitute egyptioꝝ:ſacrificiũ quod tũc egrediẽtes ex egypto fecerunt ímolare nos ánis ſingulis quod paſca dicitur: celebrareq; ſanciuit: & utiq; celebramus illud per tribus noſtras:nihil ímolatoꝝ in craſtinum reſeruãtes.Quintadecima ſuccedit feſtiuitas azimoꝝ:quæ ſeptem diebus celebratur in qua azimis ueſcuntur:& ſingulis diebus thauri occiduntur duo & aries unus:agni ſeptem:& hæc holocauſta fiunt:hyrcus quoq; pro peccato adíicitur:per dies ſingulos ad epulum ſacerdotum.Secunda uero azimorum die quæ eſt ſexta & decima frugum primitias quas metunt anteq̃ ex eis ueſcantur: deum indicantes iuſtũ eẽ primitus honorari: quo ſint hac ubertate completi offerunt iſto modo. Siccantes ſpicaꝝ manipulum & contundentes:& munda ad coquendũ ordea facientes:are dei aſſarium offerũt: & unã dragmam ex eo mittentes:reliquũ ſacerdotum uſui relinquũt:& tunc iam licebit omnibus pro ſua metere uoluntate.Immolant aũt in principiis frugum agnum in holocauſtum deo. Septima uero ſeptimana tranſacta poſt hoc ſacrificium quoꝝ ſeptem ebdomadaꝝ dies ſunt quadragíta & nouem:penthecoſten celebratur:quá hæbrei aſartha uocant: quod ſignificat penthecoſten id eſt qnquageſimá. In qua offerunt deo panes de alphita ſiccata factos cum fermento aſſariorum duoꝝ:& ad mactandum agnas duas.Hæc equidem duo offerũtur ſolũmodo.Nam cœam ſacerdotibus præparant:nihilq; ex his in craſtinum relinqui permittitur.Immolant aũt ad holocauſtum uitulos tres:& arietes duos:& agnas quattuordecim duoſq; pro peccato hyrcos. Nulla uero feſtiuitas eſt in qua holocauſtum non faciant:aut in qua ex operibus laboꝝ requiẽ nõ habeant:ſed in omnibus & legitima ímolationis ſpecies: & certus uocationis modus eſt: & eoꝝ quæ ad epulandũ ímolantur:ex cõmuni tamẽ ſimila coacta fermento carens datur aſſariorũ uiginti quattuor:& ad panes faciendos expenduntur.Coquentur enim duo diuiſi ante ſabbatũ: & ſabbato mane oblati ſuper ſacram menſam ponũtur ſibi ab alterutris conuerſi duabus patenis aureis ſuperpoſitis:thure plenis qui permanent uſq; ad aliud ſabbatum:& tunc pro illis alii deportantur:illi uero ſacerdotibus exhibenẽ:& thure incenſo in igne ſacro in quo oía holocauſta fiũt: aliud thus ſuper aliud alios panes abiicitur.Immolat uero ſacerdos de propriis expenſis ſecundo per diem farinã oleo mixtam & modica coctione duratã:quo fit menſura unius aſſarii:cuius medietatem quidem mane:aliã uero medietatẽ meridie igni ſolent offerre. De his itaq; integriorẽ denuo non declarabo ſermonem:ſufficienter uero mihi etiã nũc de his uideor enarraſſe. Moyſes autẽ tribũ leui a cõmunione populi ſegregans:ſacram utiq; futurá ſanctificauit fontiũ aquis ualde puriſſimis:& ſacrificia pro talibus deo legitima præbens:tabernaculũ eis ſacrataq; uaſa :& reliqua quæcũq; ad tegmẽ tabernaculi uidebantur feciſſe contradidit:quatenus præſidẽtibus & dicatis iam deo ſacerdotibus miniſtrarent.Et de animalibus diſcreuit ſingula quæ comederenẽ: & a quibus ſe penitus abſtinerent.De quibus cum nobis occaſio huius ſcripturæ prouenerit dicemus adiiciẽtes & cauſas:pro quibus motus:alia quidem nobis ad cibum eſſe præcepit:ab aliis autem abſtinere imperauit.Sanguinis aũt totius uſum ad ueſcendum modis omnibus iterdixit:

animam illū & ſpiritū eſſe putans.Sed & carnes ſponte mortui aſalis ab eſu omnino prohibuit: & ab adipe & rheticulo caprino:& ouino:& bubalino:abſtinendū eſſe prædixit.Expulit aūt a ciuitate etiam leproſo corpore maculatos:& ſemine defluentes:ſed & mulieres quibus fit purgatio naturalis: remoueri iuſſit uſq; ad ſeptimā diem:poſt quā diem:quaſi purgatas remeare permiſit. Similiter aūt & mortuo facientes exequias:poſt totidē dies legitimū eſt redire . Eos autē qui ſup numerū horum dieꝝ in pollutione conſiſtunt:ſacrificare legitimū eſt agnas duas:quaꝝ alteram quidē ſanctificare conuenit:alterā uero ſacerdotes accipiunt.Similiter aūt īmolant & p eo cuius defluit ſemen:quotiēs hoc p ſomniū patiē:deſcendēte eo prius in aquā frigidā.Idem facit qui cū legitima uxore concumbit.Leproſos aūt omnino expulit de ciuitate:cū nullo penitus conuiuē tes:& nihil a mortuis differentes.Si uero quilibet ſupplicando deo hac egritudine liberaē: ſaniq; colorem aliquando recipiat:diuerſa deo ſacrificia compenſabit de quibus poſt hæc dicemus. Vnde etiam quilibet irridebit eos:qui dicunt moyſen lepra fatigatum : & propter hanc cauſam ſimiliū proiectoꝝ ducē factū in chananeam ueniſſe cū eis.Si hoc fuiſſet uerū:nequaquā moyſes ad iniuriam ſuā hæc ſanxiſſet cū magis rationabiliter etiā aliis hoc introducentibus cōtradicere præualeret:quando & apud gentes multas leproſi ſint:& fruantur honore præcipuo:& non ſolū iniuria & expulſione priuentur:ſed etiā militias mereanē inſignes:& ciuilia eis ſingula cōmittāē: & in ſacris:& ī templis ingrediendi habeant poteſtatem. Qua propter in nullo prohibeaē moyſes ſi aliqua huiuſmodi paſſione circa coloē ipſe aut multitudo quæ cū eo erat uexareē : de iſtis meliora ſancire nullumq; detrimentum huiuſmodi paſſionibus cogebatur inferre . Sed palā eſt: quomodo hæc de nobis inuidia concitati loquuntur.Moyſes autē ab his mundus exiſtens : etiā mundis contribulibus conſtitutis : de languentibus hoc modo ſanciuit:& hoc pro dei honore decreuit.Sed de his equidem unuſquiſq; cogitet ut uoluerit.Mulieres uero quando pariunt : intrare in templum prohibuit:ſacrificia contingere non permiſit uſq; ad quadrageſimum diem: ſi maſculus ſit qui pariatur:duplicibuſq; diebus:ſi fœminam generare contigerit.Ingrediētes ergo poſt predictæ dilationis tempus ſacrificia celebrabūt:quæ ſacerdotes ſolenniter deo diſtribuūt . Si quis adulteram ſuam ſuſpicatur uxorem:offert farinæ ordeaceæ aſſarium: & unum pugillum ex ea mittens in altare:reliquum dat ſacerdotibus ad edendū.Mulierem uero conſtituat aliquis ſacerdotum ad ianuas quæ ſunt conuerſæ ad templum:& uelamen capitis eius detrahens:ſuperſcribi ī membrano dei uocabulum iubeat ipſamq; iurare nihil uiro nocuiſſe:nec pudicitiæ uinculum diſrupiſſe:quod ſi commiſit:ut fœmore dextro diſiuncto uteroq; putrefacto moriatur : ſi uero amore nimio & huius rei zelo petulanter maritus hac ſuſpitione moueatur:ut menſe decimo ei puer maſculus generēt:perfectoq; iureiurando:dei nomē diluens e membrana:in phiala exprimat: ſumenſq; terram de templo circa parietem iacentem: & ſuperaſpergens mulieri dabit bibendum.Illa uero ſiquidem iniuſte accuſata eſt:concipit:& pertus eius nutritur in utero:ſi aūt de thoro maritali mētitur etiam deo: cū confuſione uitam relinquam ſuſtinebit.Nam & femur eius putreſcit:& uenter uertitur in hydropem.Et de ſacrificiis quidem & purgationibus eorum moyſes cōtribulibus ſuis ita proſpexit:leges autem eis tales expoſuit.Adulteriū quidē omnino prohibuit:fœliciſſimum eſſe credens:uiros circa thorum eſſe ſecuros:& ciuitatibus ſimul & domibus expedire:filios eſſe ueraces.Sed & matribus miſceri tanquā malum maximū lex negauit. Similiter uxori paternæ & nutricibus & uxoribus:& ſororibus coire quemquam filiorū tanquā prauā iniuſticiam nimis odiuit.Prohibuit autē & mulieri naturaliter pollutæ miſceri:& iumētis & maſculis:eo q; hæc libido nequiſſima uideaē:& aduerſus eos qui hæc præſumunt:mortis ſupplicium prouenire decreuit.Sacerdotum uero duplicem fecit purgationē.Nam & ab iſtis ſimiliter eos abſtinuit:& ſuper hæc neq; meretrices neq; concubinas eos habere permiſit:neq; ancillā: neq; captiuam eis nubere uoluit:ſed & eas quæ de cauponibus & pandocibus uitā agunt:& quæ prius maritos habentes:& pro cauſis quibuſcunq; dimiſſæ ſunt:ab eorum coniūctione ꝓhibuit. Summum pontificem neq; mortui uiri permiſit uxorem habere:licet hoc aliis conceſſiſſet:huic ſoli dedit nubere uirginem eamq; ſeruare.Vnde neq; ad mortuum ſummus ſacerdos accedit:cū reliqui non prohibeanē ſolēnia fratribus & parentibus & omnibus ſuis mortuis exhibere:quos eſſe oportet ſimplices:omni uera ſimplicitate.Qui inter ſacerdotes integer non eſt : paſci quidē de oblationibus ſacerdotis conceſſit:aſcendere autem ad altare in templumq; introire ꝓhibuit. Hos itaq; non ſolum circa ſacrificia mundos:ſed etiam circa conuiuia & cultum ſuum ſtudioſos & inculpabiles eſſe præcepit.Ob quā cauſam ſtola ſacerdotali ueſtiti immaculati & circa omnia mundi ſunt:& ſapientes exiſtunt.Bibere uinum donec ſtola ueſtiti ſunt prohibentur : inſuper & oues integras immolant:& in nullo pollutas.Hæc igitur etiam in tempore uitæ ſuæ geſta tradidit moyſes:quorum quædam & in deſerto degens adinuenit:quatenus dum terram chananeam

lib. iii

lib: 3.

perciperent:hæc seruarent:id est ut ãno septimo requiem terræ præbeant:ab aratro & plãtationibus sicut & ipsos septima die ab operibus cessare sanciuit:& ut quæ spõte oriũt de terra:essent uolentibus ĩ usum communia & contribulis & extraneis:nihilq; ex eis seruarent. Hoc autẽ fieri post septimam annorum septimanam iussit:qui sunt anni quinquaginta: uocaturq; ab hæbreis hic annus quinquagesimus iubileus:in quo & debitores a credito relaxant: & serui liberi dimittuntur:quia dum essent contribuli pro quadam transgressione legum eos seruitii scemate castigauit:mortemq; sustinere prohibuit.Instante siquidem iubileo quod nomen significat libertatẽ restituunt etiam agros antiquis dominis isto modo.Conueniũt uenditor agri simul & emptor & reputantes fructus & expensas in agro factas fructus exuberasse compertas: uenditor recipit agrum.Cum uero expensæ transcendunt:hoc quod deest recipiẽs emptor:a possessione discedit connumeratis scilicet ex equo fructibus & expẽsis prioribus possessoribus reddit agrum. Eandem legem uoluit etiam in domibus obtinere:quæ per uicos quoq; uendũtur.Nam de his quæ ĩ ciuitatibus uenũdantur aliter definiuit.Siquidem antequam impleatur ãnus recipiat pecunias: reddere domum cogit emptorem:si uero completus annus fuerit possessionem confirmat emptori.Hanc igitur moyses legum cõstitutionem dum sub mõte syna moraretur exercitus a deo cognouit:& hæbreis scriptam contradidit.Cum circa legislationem iam putaret ista sufficere:ab exercitii militaris iura conuersus est:habens in animo bellicas causas attingere:præcepitq; principibus tribuum præter tribum leui:ut numerum pugnare ualentium perfecte cognoscerẽt.Leuite sacrati erant:& ministerio alio fungi non poterant. Examinatione itaq; facta: inuenta sunt milia sexcenta & tria:& sexcenti quinquaginta:qui potuissent arma producere a uigesimo anno usq; ad quinquagesimũ.Pro leui tamen elegit inter principes tribũ manasse filii ioseph:& effraĩ pro ipso ioseph. Hæc autem fuit supplicatio iacob ad ioseph: dũ fecisset filios eius sibi preberi sicut prædixi.Figentes autem castra tabernaculum in medio statuebant:& terne tribus per latera singula tabernaculi commanebant:& plateas per medium habebant:eratq; ornatus quasi fori rerumq; uenalium singulis ĩ ordine constitutis & opifices artium singularum in stationibus erãt: nulliq; alii loco:quam ciuitati competenter edificatæ & collocatæ similis erat.Ea siquidem quæ circa tabernaculum erant sacerdotes tenebant deinde cuncta leuite. Exquisiti enim sunt leuite masculi:qui ultra uiginti annorum essent:inuentiq; sunt uigintiduo milia:octingẽti octoginta. Quotiens super tabernaculum nebulã stare contingebat:tanquã deo ibidẽ cõmorante quiescebant:cum uero conuerteret:procedebant. Adiuenit aũt & modũ tubæ:ex argento factæ:qui est huiusmodi:longitudinem habens pene cubiti.Est aũt angusta fistula cãtatoria calamo capacior: prebens latitudinem:quæ conueniat ori ad susceptionẽ spiritus:& classice sono uicina: quæ hæbraica lĩgua uocatur alofra.Factæ sunt tales duæ:& una quidẽ utebant ad iussionẽ & collectionẽ populi in ecclesiis celebrandã:altera uero:cũ oporteret ad cogitandũ de rebus necessariis prĩcipes conuenire:ambabus aũt multitudo colligebat.Cũq; tabernaculũ moueret hæc fiebant: & sonãte priore:hi qui habitabãt ad orientalẽ tabernaculi partẽ surgebant: cũ uero secũda sonuisset:qui ad austrũ residebant parabãt & ita in thecã inuoluta tabernaculi medietas: p̃cedentibus sex tribubus portabatur:& alia media sequẽtibus sex:leuite uero omnes circa tabernaculũ erãt. Tertia sonante pars quæ conuersa erat ad occidentẽ ferebat:& quarta:quæ circa septẽtrionem. Vtebant his tubis etiã in sacrificiis hostias offerẽtes:& sabbatis:& cæteris diebus.Sacrificauit aũt tũc prius ꝓ discessu ex egypto:qd pasca dicit in deserto. Cap.XIII.

POst paululũ ꝓcedens a mõte syna: & loca quædam cõmutans de quibus dicemus: ad locũ qui dicitur eserioth uenit.Abi multitudo rursus seditionem fecit:accusando moysen:& necessitatem ꝓfectus sui:dicendo:& quia de terra bona eis suasisset exire: & cũ illã pdiderint ꝓ fœlicitate quã eis se ꝓmiserat præbiturũ:diuersis miseriis tenerent astricti:& aqua priuati:& si cõtingeret ut & manna deficeret:essent sine cõsolatione pituri. Cunq; multa seuiora in illum edicerẽt: unus quidẽ monebat eos:ut neq; moyseos laborũq; eius pro cunctorum salute exhibitorum immemores esse deberent:neq; de dei adiutorio desperare. Plebs aũt ad hoc potius est cõmota:& contra moysen maior turba consurgẽs erat.Moyses itaq; confortans eos tali desperatione deiectos:licet turpiter ab eis fuisset contumeliam passus: tamẽ promisit carnium eis multitudinem se præbiturũ:non una die sed plurimis.Illis autẽ nõ credentibus:& dicente quodam unde posset hæc tantis milibus quæ prædixerat ministrare: deus iquit & ego licet mala audientes a uobis non tamen recedimus operantes pro uobis:& istud nõ tarde proueniet.Cunq; hæc dixisset:coturnicibus repletus est omnis exercitus:colligebantq; eas circũ stãtes.Deus autem non tarde hanc reddidit hæbreis iniuriam & maledictum in se commissum. Non parua siquidẽ multitudo eoꝝ mortua est:& hactenus locus ipse cognominat cabrothalia:

Educens ergo eos exinde moyses in terrā quæ uocat conualis iuxta chananeoꝝ terminos existentem & ad habitandū difficilē populū in ecclesiam congregauit:eisq; in contione locutus est dicens.Cum deus nobis duo bona promiserit:libertatem:& fœlicis terræ possessionem:aliud deo dante iam possidetis:aliud estis pcepturi celeriter. In finibus sedemus chananeorum:arcebitq; nos decetero procedentes: neq; rex:neq; ciuitas : sed neque omnes eorum gentes.Exercitū ergo præparamus ad bellum.non enim sine labore nobis hæc terra conceditur:sed maximis eam præliis obtinebimus.Mittamus autem exploratores:qui huius terræ bona considerent:& quæ uirtus in ea sit habitantium.Antea omnia uero unanimes simus:& deum qui est in omnibus nobis adiutor:& pugnandi socius honoremus. Hæc cum dixisset moyses:multitudo ei honorē exhibuit:elegitq; exploratores duodecim notissimos uiros: unum de unaquaq; tribu . Qui circumeuntes omnem terram chananeoꝝ:a patribus circa egyptum iacentibus usq; ad ciuitatem emathin:ad mōtem libanum peruenerunt:naturamq; terræ & icolarum hominum considerantes ualidam:reuersi sunt:quadraginta diebus omne hoc opus explentes:insuper & fructus quos proferebat illa terra portantes:eorumq; abundantiam & multitudinem bonorum terram illam habere narrabant:& a uoluntate bellandi populum suspendebant:metuentes etiam suæ paupertatis inopiam:dicentesq; flumina impossibilia transituros: & esse mōtes insuperabiles iter agentibus & ciuitates muris ualde fortissimis:& ambitus eaꝝ grādi munimine roboratos.In ebron autem & gigantum prolem se inuenisse dicebāt.Et exploratores quidem uidentes:quia cunctis quos ab egypto egredientes inspexerāt:maiores essent chananei : & ipsi tabuerunt:& multitudinem hoc credere compulerunt.Illi autē ex his quæ audierāt possessionem terræ illius difficilem sibi iudicabant:solutoq; concilio:cū uxoribus & filiis lugentes degebant:tanquam eis deus nihil opere:sed tantum uerbo promitteret.Rursumq; moysen increpabant:& inclamabant ei:eiusq; fratri atq; pontifici:& pessimam quidem licet cum illoꝝ blasphemiis habuerunt noctem.Mane uero concurrerunt ad ecclesiam deliberationem habentes: interfecto moyse & aaron:ad egyptum denuo remeare.Vnus autem exploratoꝝ iesus filius naue de tribu effrem:& calep de tribu iuda:metuentes in medium processerunt:tenebātq; multitudinē: confidere supplicantes eam:& neq; deum falsitatis arguere : neq; credere his quæ pro terrore nō uere dicebantur de chananeis:sed sibi potius qui ad fœlicitatem & possessionem bonorum eos decentius inuitarent:quando nec montium magnitudo:nec altitudo fluuiorum:uirtutem colētibus effectum impediret:maxime cū deus securitatem præbeat:& eorum propugnator existat. Pergamus ergo inquiunt simul ad hostes:nullā timoris suspitionē habētes:sed duce credite deo: noscq; sequimini quo uocamur.Et illi quidem dicentes hæc:nitebantur iram populi mittigare. Moyses autem & aaron in terrā prostrati:rogabant deū nō pro salute sua:sed ut quiescere ignorantem faceret plebem:eorūq; sedaret animos præsentis hesitationis passione turbatos . Astitit ergo & nubes:& instās supra tabernaculum significauit dei præsentiā.Moyses uero iam cōfidēs: in media astitit multitudine:deūq; pmotū pro eoꝝ precabat alias pendebat iiuria : pcepturosq; fore supplicium : non quidem delicto dignum:sed quale patres pro correptione inferunt filiis. Cunq; transissent in tabernaculū corā deo ꝑ futura eoꝝ perditione deflebant:cōmemorabātq; populū quæ passi sunt ab eo:& quantis benefitiis participati:ingrati circa eum existerent:quādo etiam nunc exploratorum terrore decepti:sermones illoꝝ potius q̄ promissiones dei iudicarēt ueriores:& ob hāc causam nō equidem perderet omnes:neq; eorum exterminaret genus: quod omnibus hominibus potius apud se haberet honoratum:chananeorum uero terra non eos esse potituros:neq; eius fœlicitate letaturos:sed etiam sine domibus & ciuitatibus ī deserto quadraginta ānis esse uicturos:& hanc pœnam eos pro iiquitate soluturos filiis autem uestris dicebat: deus terram daturum se promisit:illosq; participaturos bonis:& dominos eorum fore quæ uos ipsi uobis inuidistis accipere.Cum hæc itaq; moyses dei uoluntate dixisset:in tristiciam & erumnam conuersa est multitudo:rogabantq; Moysen:ut propicium eis faceret deum:& a deserto libertatis præberet urbes.Ille autem dicebat deum huiusmodi non habere consilium:neq; secūdū leuitatem humanā ductum circa indignationem eoꝝ:sed habita deliberatione in eos sententiā protulisse.Non itaq; iudicandum est oportere hæc discredi:si moyses cū uir unus esset : tantam militiam hominum irascētium potuit mitigare:& ad mansuetudinis uota reducere.Deus enim assistens ei:sermonibus eius uinci multitudinem præparauit:quippe cum sepius iobedientes:inutilem sibimet inobedientiam fuisse cognouissent:in calamitatibus utiq; incidentes . Mirabilis itaq; uirtute & fortitudine fuit uir ille ad credendum sibi de quibuscūq; populus audiret:& hoc non solum tempore quo uixit:sed etiam nunc est . Nullus enim est hæbreorum qui non tanquā

Lib. iiii

Lib: 4.

præsente eo:& castigante si forte sit moribus icõpositus obediãt sanctionibus eius:licet alios latere possit.Et alia quidem indicia ultra humanam uirtutem eius existunt.Olim enim quidã trãs euphratem fluuium habitantium : quattuor mensium itinere uenientes propter honorẽ nostri sacrificii cum multis periculis simul & sumptibus:sacrificantesq; non ualuerunt imolatiõe participari:interdicente hoc moyse quibuslibet:qui non sint nostris legibus eruditi : neq; nobis ex paterna traditione coniuncti.Et alii quidem nec sacrificarunt: alii uero semiplene sacrificantes reliquerunt:alii autem neq; initium ingrediendi in templum ualentes facere discesserũt:obedire moyseos preceptis potius quam suam uoluntatem facere præponentes : & cum prohibentem se de talibus non metuerent:solam tamen conscientiam formidarunt.Sic legislatio quæ uidebatur dei : fecit illum uirum meliorem sua natura putari.Sed etiam ante tempus modicum huius belli Claudio romanis imperante:ysmaele apud nos existente pontifice:cum fames nostram regionẽ talis obtinuisset: ut quattuor dragmis uẽderetur assarium:allata farina ad festiuitatem azimoꝝ in choris septuaginta qui modii quidem singuli sunt unus & triginta:attici autem quadraginta & unus:nullus sacerdotum præsumpsit comedere cum scilicet terram iopia tanta detineret:qppe cum metuerent legem & iram:quã etiã super iiqtates hoibus occultas solet inferre diuinitas, Igitur nõ oportet ammirari de his quæ tunc gesta sunt:quando etiam nunc litteræ a moyse derelictæ:tantam uirtutem habent ut etiam inimici nostri fateantur:quia is constituit rempublicã nostram per moysen eiusq; uirtutẽ:deus est.Sed de his quidẽ ut placuerit unicuiq; consideret.

HAec sunt capitula ĩ quarto libro iosephi historiaꝝ antiqtatis iudaicæ. Cap.i.
Bellum hæbreorum absq; noticia moyses contra chananeos gestum atq; deuictum : Cap. ii.
Seditio chore & plebis cõtra moysen & fratrẽ eius de sacerdotio. Cap. iii.
Quemadmodũ moyses ĩstituit decimas dare leuitis & sacerdotibus:& de morte mariæ:& aaron primi sacerdotis domini:cui successit eleazarus filius ipsius. Cap.iiii.
Quemadmodũ cõmiserunt seon & ogreges amorreorum bellũ:uicitq; eos moyses & filii israel: terras eorum & ciuitates tenentes & hereditare possidentes. Cap. v.
De balach moabitaꝝ rege:seu de balaam propheta:cuius asina humana loquela usa est: qui post benedictiones quibus benedixit filiis israel consilium dedit balach qualiter seduceret populũ p mulieres madianitas:& de ultiõe quæ secuta est:& seductos hæbreos:& seductores madianitas: & ubi moyses iosue successorem sibi constituit. Cap. vi.
Moyses alloquitur populum ante mortem suam:& tradidit ei librum legis:& quẽadmodum ab hominibus est ablatus.

Hic liber continet tempus annoꝝ qudraginta.

Incipit liber quartus antiqtatis iudaicæ.

HAebreos itaq; deserti molestia atq; difficultas cogebat ẽt ꝓhibẽte deo ad chananeos accedere.Non eni moyses sermonibus acqescebãt obedire : sed etiã ꝓter illius uolũtatẽ supare se hostes existimãtes:illũ eqdẽ accusabant suspitionẽ habẽtes:eo q; eoꝝ negociaret inopiã:& ut semp eius uideret egere solacio.Prælia uero aggressi sũt chananeos:dicentes deũ non propter moysen eis auxiliari:sed cõiter genti suæ ferre solatiũ ꝓpter maiores eoꝝ suãq; uirtutẽ quoꝝ semp ꝓuidẽtiã habuisse uidebat: & quõ q prius libertatẽ ꝓbuisset:etiã tũc laborare uolẽtibus ferre solacia nõ tardaret:dicebantq; etiã solos se posse hostibus ꝑualere:licet uelit moyses deũ ab eis alienare:oibusq; hoc expedire:ut ipsi sui rectores essent:& non ab egyptioꝝ iniuria digressi:moyseos tyrannidem denuo sustinerẽt:& secũdũ eius uolũtatẽ uiuerẽt:nec decipent quasi diuinitas ei soli utilia ꝓ eius deuotione ꝓdiceret: tanq; nõ oẽs essent de genere abraam:sed unus esset his auctor oĩum:cui deus oĩa nosse futura ꝓberet: qui uiderent sapere si eius supbiã contẽnentes & deo credentes:obtinerent terrã quam eis uolẽtibus promiserat : & non propter prædictam causam sub dei nomine respicerent prohibentem. Ergo cogitantes inopiam atq; desertum propter quæ ad hoc potius urgebantur:ad chananeoꝝ bella sunt ꝓfecti:deum ducem existimantes:& non ad legislatorem solatium sustinentes: donec sibi meliora fore decernerent.Quo facto hostes aggressi sunt . Illi autem eoꝝ nõ expauescentes

inuasionem seu multitudinem eos fortiter exceperunt:& hæbreoꝝ multitudo est interempta. Reliquæ uero militia cohortis eorum soluta est:sectatiq; in tabernaculum turpiter confugerũt: & eo q̃ ꝑter spem tãtæ calamitati occubuissent:omnino deiecti sunt:& nihil utile decetero sperabant:cogitantes q̃ hæc p̃ dei iracundiã euenissent:accedentibus ad bellũ cõtra eius uolũtaté. Moyses ergo uidens suos ꝑditione cõpressos:& metuẽs ne uictoria confidentes inimici:& appetentes maiora sup eos accederent:iudicauit exercitũ in desertũ procul a chananeis educere. Cũq; multitudo ei cõsentiret:quæ utiq; cognouerat q̃ absq; præceptionibus eius ꝓuidẽtiæ preualere non posset:eleuato exercitu abiit in heremũ:faciens eos ibi quiescere:nec prius chananeos adire: donec ad hoc oportunũ tempus a deo acciperet. Igitur quod in magno contigit exercitu:& præcipue apud eos qui in erumnis calũniatores & inobedientes existunt:hoc etiã iudeis euenit. Nã dum essent sexcenta milia:& forte præ multitudine consiliis melioribus se minime subiicerent: inopia potius & erumnis irascebãtur:& aduersus alterutros:& aduersus ducem. Seditio enĩ talis: qualem nec apud græcos:nec apud barbaros factam audiuimus tunc eos apprehendit:per quam omnes deserendos a deo atq; perditionis piculum susceпturos eripuit moyses:oblitus maloꝝ:licet paulominus ab eis fuisset occisus. Pro cuius. p̃cibus deus nihil mali eos sustinere pmisit: licet legislatorem suũ contumeliis affecissẽt: & mandata quæ ipse p̃ moysen dederat despexissent:eripuit tamen eos:quãdo eis ꝓ seditione sua mala ꝓuenire potuissent:nisi ipse eoꝝ piculo ꝓspexisset. Seditionem uero & quẽadmodũ postea moyses cõuersatus est narrabo: prædicẽs cãm ꝓpter quam talia sunt commissa.

Cap. II.

CHore hæbreoꝝ ex genere nobilis:& abũdans diuitiis:& lingua facilis:ac ad pſuadẽdũ plurimis idoneus:uidens moysen in maximo honore constitutũ p̃ inuidiam grauiter hoc ferebat. Nam cũ esset ex ea tribu erat & eius cognatus:& mordebat quasi iustius esset:ut eam gloriã ipse obtineret:qui & ditior illo:& genere apud leuitas nõ uideret esse deterior clamabatq; dicens esse crudelé moysen:gloriamq; sibimet occupasse:& hanc p̃ caliditatem quesisse sub occasione:quasi uideret deum:& cõtra leges aaron fratri sacerdotiũ dederit non cõi placito plebis:sed suo iudicio:& sup hæc modo tyrannico honores q̃bus uellet:impenderet. Seuius autẽ esse dicebat:& ultra uiolentiã:qa lesionẽ niteretur iferre latẽter:quãdo nõ solũ nolentibus:sed neq; intelligentibus insidias eius honores aufferre contẽderet:quia cũ scierĩt inquit hoies nõ se posse uiolentia preualere:hanc quidẽ uolentes boni uideri non inferunt:dolosa tamen arte machinãtur:quatenus desideratũ perueniant ad effectum. His & similibus suadebat plebi:quia utile foret ut dũ adhuc huiusmodi latere se crederẽt:punirent:nec sinerent ad optiorem accedere cumulum:ne manifeste fierent inimici:adiiciebatq; dicẽs. Quam rõnem reddere poterit moyses:ut aaron & eius filiis daret sacerdotiũ. Si enim ex tribu leui deus honorem alicui p̃bẽdũ esse decreuit:ego hũc iustior sum accipe genere quidẽ ipso cõsistens quo moyses:diuitiis aũt & forma potentior. Si uero maior tribus querit:dignũ est ut ruben tribus potius honoret:& hũc accipiant dathan:& abyron & falas. Isti enim seniores erant ĩ illa tribu:& potentes facultate pecuniaꝝ. Hæc itaq; chore dicẽs:uolebat uideri quidẽ cõi utilitate prodesse:opere uero agebat: ut honorẽ hunc in se populi suffragatione transferret. Et ille quidẽ hæc maliuole plebi cũ dolosa dicebat eloquio procedente uero sermone:paulati ad multos & crescentibus auditoribus: cõtra derogationẽ aaron ois exercitus est agitatus. Erant enim concordantes cũ chore ducenti & quinquaginta priores uiri:studẽtes quatenus fratrẽ moyseos sacerdotii iure priuarẽt:& p̃ hoc eũ exhonorarẽt. Tũc itaq; populus:ut etiã moysen lapidaret aggressus est:& in ecclesiã iordinate & turbulẽter cõueniebãt:& ante tabernaculũ clamabãt oés. Exeat tyrãnus:& populus ab eius seruitio libereť:qui sub occasiõe dei uioléta mãdata p̃cepit. Dicebãt enĩ Quod si deus ipse sacerdoté futuꝝ elegeret:dignissimũ ad hũc honorẽ ꝓueheret & nõ eũ multis iferiori daret:& si decreuisset hũc aaron dari corã populo faceret:& nõ in fratris hoc potestate reliqueret. Moyses ergo cũ derogationẽ chore iam ex multo p̃sciret:etiã irritatũ populũ nõ expauit:sed cõfidẽs rebus quas fideli deuotione tractabat:& sciens fratrẽ dei uolũtate sacerdotiũ:& nõ suo munere meruisse ad conciliũ uenit:& multitudini quidẽ nihil omnino locutus est:ad chore aũt clamãs:cũ eẽt dexter etiã in aliis:& ad loquẽdũ nimis ingeniosus:mihi iqt o chore & tu:& unusq;sq; hoꝝ:ostẽdebat aũt ducẽtos & quinquagĩta uiros:honore digni ẽe uidemini: & totũ exercitũ huiusmodi honore nõ priuo:licet non habeãt quæ uobis ex diuitiis & culmine aliæ dignitates existunt. Igiť sacerdotiũ aaron nõ eo q̃ diuitiis p̃cellat:cũ tu ambos nos pecuniaꝝ multitudíe uidearis supare neq; propter genus:quãdo cõmune nobis hoc fecit deus:eũdẽ ꝓgenitorẽ dans nobis:neq; ꝓpter fraternũ amorẽ:q̃ iustius alter habeť potuisset:ego hoc cõtuli fratri. Nã si nõ cogitarẽ de dei legibus:hũc honorẽ mihi potius p̃buissem:quãdo plus mihi ego sum uicinus q̃ alter:& mihi magis q̃ alteri

familiaris exiſto:neq; ſapiens cõſiliũ erat memet piculis ſubdere: & alio ex tali cauſa fœlicitatis dona cõferre.Sed a malicia ego ſum remotus:deus uero ſe cõtemni nõ deſpexit: neq; uos ignorare uoluit:ſed hoc facientes ei præſtatis:& ipſe eligens ſacerdotem futuꝝ ſibi a querela uos huiuſmodi liberauit.Non enim aaron gratia mea hoc:ſed iudicio diuino ſortitus eſt. Vnde ponat hoc deus in medio quaſi ad diſceptandum:ut nunc qui dignus ad hoc inuenitur:accedat.Quod dedit deus non delinquimus:ſi uolentes accepiſſe iudicamur:cum ſit impium:honorẽ quem ille præbet non adire:& nimis irrationabile uniuerſo tempore ſecuritatẽ ꝓmittente deo conténere. Sed & nũc iteꝝ ꝓbare uult eũ qui pro uobis ei debeat hoſtias ĩmolare:& preſul pietatis exiſtere. Incongruum nãq; eſt o chore ut quilibet appetens honorẽ:deo hũc prebẽdi cui uoluerit auferat poteſtatẽ.Igitur a ſeditione & huiuſmodi murmure quieſcite:mane uero omnes qui ſacerdotiũ queritis thuribula ſingula portantes a ueſtris domibus cum thimiamate & igne uenite.Sed & tu chore cede deo iudiciũ:& in his eius expecta ſnĩam & non temetipſum deo uelis facere melioré: ſed potius adeſto:de hoc honore taliter iudicandus:necnon & abiron arbitror ĩtereſſe iudicãdũ cum & eiuſdẽ ſit generis: & in nullo poſſit de rebus ſacerdotii iuſte culpari: cõueniẽteſq; pariter corã omni populo incenſum facite:& cuiuſcũq; ueſtrũ ſacrificiũ ſuaue iudicauerit deus: hic uobis ordinabitur ſacerdos:& ita derogatione fraterna tanꝙ ei honorẽ ſacerdotii ego donauerim liberabor.Hæc moyſe dicẽte:& a turba:& a ſua ſuſpitiõe multitudo ceſſauit & laudauerũt cũcti quæ dicta ſunt.Erat enim uir optimus:& loqui utilia uidebatur. Tunc ſiquidem concilium eſt ſolutum. Altera autem die cuncti congregati ſunt in eccleſia:ut adeſſent ſacrificio & electioni de ſacerdotio concertantiũ:eratq; populus conturbatus:cum eſſet multitudo ſuſpenſa ſpe futurorum:& aliis delectabantur:ſi moyſes malignus oſtenderetur:ſapientes uero ſi huiuſmodi ſeditione liberarenẽ.Metuebant enĩ:ne procedente turba ordinator eoꝝ diſciplinæ potius depiret. Omne ſiquidem uulgus cum naturaliter queri cõgaudeat de eis qui in poteſtate ſunt conſtituti: ad ea quæ forte placuerũt ſummopere ſententiam tumultus efficiebat.Moyſes autem miſſis ad dathan & abiron miniſtris: eos ſecundum conſtitutum uenire iuſſit & ſacerdotium expectare. Cum uero nec obedire eos nuncii retuliſſent:nec uelle dicerent moyſi quaſi contra omnem populum malignitate creſcẽte ſuccumbere:audiens hæc ab eis moyſes:ſequi ſe maiores natu præcipiens:ibat ad dathan & abiron:nec ĩdignum eſſe putabat ad ſuperbos accedere. Illi uero nihil contradicentes ſecuti ſunt.Dathan autem & qui cum eo erant cognoſcentes moyſen cum nobilibus pupuli ad ſe uenire:accedentes cum uxoribus & filiis ante tabernaculum reſpiciebant quæ moyſes eſſet acturus: erantq; circa eos conſtituti famuli:ut ſi uellet aliquam uiolentiam moyſes facere: uindicarent. Ille uero cum ueniſſet in proximum:manus ad cælos tendens: multumq; clamans ita:ut populus cunctus audiret ait.Domine cæli & terræ:& maris:tu enim mihi meoꝝ actuum fideliſſimus teſtis exiſtis:quomodo omnia tua uoluntate feci: tu fugientibus prebuiſti obuiam miſericordiam:in omnibus ſatiſfaciens neceſſitatibus hæbreorum: eſto meus & in his uerbis auditor. Tibi nãq; nec quod agitatur:nec quod cogitatur abſconſum eſt.& ideo neq; cõprimis ueritatem:ut horum contra me uelis defenſare ingratitudinem.Antiquitatẽ meæ generationis tu noſti certiſſime:non auditu cognoſcens:ſed uiſu his quæ facta ſunt tũc aſſiſtens. In his ergo quæ de me licet ueritatem aperte ſcientes iniuſte ſuſpicantur:te teſtem mihi precor exiſtere.Et ego uitam ſimplicem habens:mea quidẽ uoluntate tua uero uirtute:hanc mihi ragu:l relinquente ſocero:bonorum illorum adeptionem deferentes:meipſum tradidi pro iſtorũ erumnis:& primo pro libertate eorum:nunc uero pro ſalute maximos labores toleraui:omniq; piculo me pro eis ſubieci.Nũc uero quoniam ut malignus in ſuſpitione ſum uiris:quorum uita meo labore ſubſiſtit:tu qui mihi locutus es in monte ſyna & tuæ tunc uocis auditorem eſſe uoluiſti: & inſpectorem prodigiorum quæ in illo loco feciſti: & iuſſiſti ad egyptum properare:& tuam uoluntatem his innoteſcere:qui egyptiorum mouiſti fœlicitatem:& a ſeruitute his prebuiſti refugium:mihiq; poteſtatem pharonis paruulam demonſtraſti: & in terram neſcientibus itinera nobis pellagus conuertiſti permixtumq; mare egyptiorum necibus conturbaſti qui nudis armorum munimina contuliſti:qui corruptos fontes nimis heſitantibus potabiles feciſti: potũq; nobis ex lapidibus produxiſti:qui a terrenis cibis inopes:maritimis ſatiaſti:qui etiam cibum celeſtem prebuiſti primitus non inſpectum:qui legum modũ condidiſti:& ordinem noſtræ reipublicæ demonſtraſti :ueni domine oĩum iudex & teſtis meus:ad quẽ ſuffragia ulla non redimũt: tu noſti ꝙ nullum munus contra iuſticiam ab hæbreis accepi nec contemſi propter diuitias paupertatem:nec contra uniuerſitatis leſionẽ conuerſatus ſum qui nunc inextraneas meoꝝ ſtudiorum ſuſpitiones incurri:tanꝙ te nõ iubente:ſed mea potius uoluntate ſacerdotium aaron dederim:oſtende nũc:quia oĩa tua ꝓuidẽtia gubernanẽ & nihil fortuitu:ſed tuæ uoluntatis interpo-

sitiõe ꝓueniũt ad effectũ:& quõ geris sollicitudinẽ generis hæbreoꝝ:uidica ī abiron & dathan: qui de insensibilitate te cõtemnũt:quasi mea uideant arte cõpressi. Fac itaq; sup eos aptum iudicium prouenire:ita contra tuã gloriam seuientiũ:non eos cõi modo faciens transire de uita nec humana lege morientes:seculo p̃senti facias recedere: sed deglutiat eos simul & generationẽ & substãtiã eoꝝ terra quã calcant. Hæc enī erit tuæ uirtutis ostensio:atq; doctrina cũctoꝝ sic eos castigabis:qui talia de te nõ bene suspicãt:sic ego minister p̃ceptoꝝ tuoꝝ fidelis oĩbus apparebo. Si aũt uere contra me derogasse noscunt:illos quidẽ innoxios ab omni lesione seruato:necẽ uero quã illis optaui facito meã:& pœnã ab eo exige qui tuã uoluit nocere plebem: ut decetero pax concordiaq; succedat. Sana multitudinẽ tuis preceptis obedientẽ:illesam custodiens eam: & a pœna peccati huius exsortẽ. Tu siquidẽ nosti:quoniã iustũ nõ est suppliciũ ꝓ eoꝝ malicia cõiter sustinere cunctos israelitas. Hæc eo dicente simul & flente:repente terra cõmota est:& ueluti uiolentia uenti turbatis fluctibus agitata. Populus autem cũctus expauit:grauiq; & durissimo strepitu per eorum tabernaculum concitato: terra scissa est:& oĩa quæ erant illis gratissima: in ea sunt ꝓrsus absorpta. Quibus sic exterminatis:ut ne occurrerent quidẽ illud agnoscere: mox apertio terræ sup eos reducta est:& ita reintegrata:quasi nihil hoꝝ quæ prædicta sunt factũ esse uideret inspicientibus. Et illi ita pierunt. Probatione uero diuinæ uirtutis effecta:cognati quidẽ illorum dolebant non solum calamitatẽ quæ digna gemitu uideret: sed etiã ꝓximitatis affecti. Sapientes aũt quos euidenter uoluntas latebat illorum euẽtus iudicii certos fecit:& decernẽtes: quia ueluti erratici deperissent:qui fuerãt cũ dathan:de eorũ nece non contristabãt. Igitur moyses euocauit eos qui de sacerdotio contẽdebant ad sacerdotũ probationẽ:ut scirent cuius sacrificium deus susciperet:& illum constitui sacerdotẽ. Conuenientibus aũt ducentis quinquaginta uiris:qui & propter patrũ uirtutẽ honorabãt a populo:& propter suam illos etiã transcendebãt: processerunt quoq; aaron & chore:& ante tabernaculum omnes sanctificauit in thuribulis quæ ferebant. Ingnis uero repente tantus effulsit:quãtum nullus opifex uidit:nec de terra ꝓlatus: uel concursione fluctuũ: aut uiolentia spiritum materia adinuicem percussa:sponte aliquãdo uisus est exilire:sed qualis potuit dei uoluntate succendi:clarus & flameus:quo ueniente super eos cũcti ducenti quinquaginta extincti sunt:& chore simul:ita ut nec corpora eoꝝ alicubi uiderẽtur. Solus aũt liberatus est aaron nihil ex igne lesus:qui utiq; a deo uidebatur electus. Moyses igitur his pereuntibus:uolẽs pœnam eorum reseruare alias referuari memoriæ: & futuros agnoscere: iussit eleazarum filium aaron thuribula eoꝝ circa altare eneum collocare:ut in memoriã essent futuro generi:quæ illi sunt passi qui putabant uirtutẽ dei se posse deludere. Et aaron quidẽ iam non munere moyseos sacerdotiũ se habere credebat:sed dei iudicio patefacto:cũ filiis firme ipso honore fruebatur. Seditio tamẽ neq; ita cessauit:sed multomagis augebatur: & crudelius accrescebat:erat tumultus ualde deterior:& nunq̃ hoc malũ finiri putabatur:sed longe tempore pmanere. Homines nanq; iam nihil præter dei ꝓuidentiã geri credentes:& hæc absq; dei gratia circa moysen gesta minime iudicantes:culpabant moysen:eo q; tanta ira dei non tam propter iniusticiam punitoꝝ:q̃ propter fauorem moysi prouenerit. Illos enim perisse dicebant:nihil delinquẽtes nisi q; circa dei religionẽ studium haberent:moysen uero ī interitu talium uiroꝝ & omnium optimoꝝ populũ deleuisse:insuper & fratri sacerdotium dedisse quod auferri nequiret: nullúq; alium ad hoc ulterius promoueri:cũ priores uiderent ita perisse. Super hæc etiã & a cognatis extinctoꝝ supplicatio multa fiebat ad populũ:ut gloria moyseos minueret:hoc enī ad suã cautelã accidere iudicabant. Moyses aũt diu in tumultu populũ constitutũ patienter audiebat:metuẽsq; ne quid iteꝝ seditionis emergeret:& magnũ malũ aliquod proueniret in ecclesiam congregauit multitudinẽ:& sustinens audiebat:nec ad satisfactionem ueniebat:ne magis uulgus exacueretur auditu. Hoc uero solũ principibus tribuũ prædixit:ut noĩa tribuũ suis uirgis inscripta portarẽt. Illum enim sacerdotium dicebat habituꝝ in cuius uirga deus ĩdicium gloriæ designasset. Portauerũt ergo oẽs alii uirgas: & aaron scribẽs in uirga sua tribũ leui:easq; moyses ī tabernaculo dei collocauit. Altera uero die ꝓtulit uirgas:erãt enim cognitæ. Cum uero omnes eas singuli uiri signassent:& coram multitudine deportassent:alias quidem ī quo scemate eas moyses accepit:in eo pmãsisse uidebant:de aaron aũt uirga germen & ramos ortos:& fruccũ speciosum amigdale ex eo ligno ꝓcessisse mirabãt. Tunc obstupescentes huiusmodi uisionẽ:& licet aliquod fuisset odium circa moysen & aaron:linquẽtes hoc continuo:mirariq; ceperunt in illis dei iudicium:& decetero placito diuino fauentes:linebant aaron pontificatum habere. Ille siquidem tertio iam eum deum ordinante:hunc honorem firmissime possidebat. Hæbreoꝝ itaq; seditio licet multo tempore uiguerit:hoc tamen modo quieuit.

Cap. III.

Lib: 4.

IGitur moyſes leuitaꝝ tribū ſeruiturā deo.a ꝑliis & milicia ſegregauit: ne ꝓpter inopiam aut queſtum neceſſarium ad uitam ꝑtentem eſſent circa ſacrificia negligētes: iuſſitq; ut deū ſecundū dei uolūtatē chananeā obtinerent hæbrei:leuitis octo & quadraginta ciuitates bonas & præcipuas diſtribuerent:ſed & terrā ante muros duorum miliū cubitoꝝ ad eos ꝑtinere deſcripſit.Sup hæc aūt & populū conſtituit annuoꝝ fructuū decimas ipſis leuitis ſacerdotibuſq; præbere.Hæc eni ſunt quæ accepit hæc tribus a populo.Neceſſariū aūt iudicaui:ipſoꝝ ſacerdotū quæ ſint ꝓpria declarare.Quadragintaocto quidē ciuitatū:tredecim ex eis leuitis cedere ꝑcepit:& decimaꝝ quas a populo ꝑ annū accipiūt decimas eis diuidi: inſuper etiam primitias omnium frugum de terra naſcētium:deo populum iuſtum eſſe offerre ſanciuit. Quadrūpedum quæ ſacrificiis offeruntur quod primitus naſcitur:ſi maſculus ſit īmolandum præberi ſacerdotibus iuſſit:& ut ipſi cum domo tota epularentur in ciuitate. Sacratoꝝ uero quæ comedi non poſſunt ab eis ſecundum patrias leges:dominus ſiclum & dimidium eis præberi fecit:pro hominis uero primogenito quīq; ſiclos.Sunt autem eos primitie etiā tonſiōis ouium & meſſium:unde panes facti eis ſolenniter miniſtrantur.Siquis eoꝝ uouerit quos nazareos appellant comam nutrire: & uino nō uti:iſti dum capillos ſuos dedicant propter ſacrificia uenientes ad ſacerdotes corban offerunt deo:quod ſignificat munus:mulier quidem triginta ſiclos:uir autē quinquaginta.De his uero qui eo ſunt egeni pecuniis:ſacerdotibus licet ut uoluerit iudicare:ſed etiam his qui domibus īmolant epulationis cauſa non religionis:neceſſe eſt offerre ſacerdotibus pectus & dextrum brachiū pecoris.Et ſacerdotibus quidē moyſes ex his quæ propeccatis populus ſacrificans prebet ſicut in precedenti libro ſignificauimus:hoc dari conſtituit: omnium uero quæ ſacerdotibus offeruntur:participari conſtituit:& ſeruos & filios:& mulieres: abſq; hoſtiis quæ offeruntur pro peccatis.Illa enim in templo ſoli maſculi ſacerdotes ea die conſumunt.Cum hæc moyſes conſtituiſſet:ſurgens cum omni exercitu ad terminos idumeæ uenit: & legatos ad regem idumeorum miſit:poſcens uiam ſibi concedi:quam ſe confidebat accipere: & illum cum nihil lederetur ſine dubitatione prebere. Neceſſaria nanq; exercitui ſe miniſtrare dicebat:& aquæ precium eos iubebat accipere.Ille uero his quæ moyſes petebat nō conſentiēs: neq; uiā cedens:ſed caſtrametatus occurrit:prohibiturus eos qui tranſire uiolenter preſumerēt. Moyſes autem cum deus pugnæ initium fieri non iuſſiſſet recedebat:per deſertum iter faciens. Tunc itaq; ſororem eius mariam finis uitæ accepit:cum quadrageſimum expleſſet ānum ex quo egyptum dereliquit:decimi xantici menſis initio ſecundū lunam:ſepelieruntq; eā publice nimis ſplendide:ſuper quendam montem qui uocatur ſyn:& poſt triginta dies afletu populum moyſes hoc modo purgauit.Vitulam fœminam aratro & cultura inexptam: totāq; rubeam paululū ab exercitu procul ductam:in loco mundiſſimo pontifex īmolauit: & eius ſanguine ſepties digito aſperſit tabernaculum dei:deinde incenſa:ut erat tota uitula cum pelle atq; uiſceribus:lignū cedrinum in mediū ignem miſerūt: & hyſopum & lanam coccineam:colligēſq; oēm cinere uitule uir mundus: poſuit in locū puriſſimū.Hi ergo qui morte polluti erāt:paululū in fontem cineris mittentes: & hyſopū baptizātes:& hoc cinere ſpargentes tertia & ſeptima dieꝝ:erant in reliquo mundi.Hoc etiā uenturos ad promiſſam ſorte ſeruare ꝑcepit. Poſtq; uero ꝓpter luctū ſororis in exercitu huiuſmodi purgatio facta eſt:duxit populum ꝑ deſertū & per arabiam: uenitq; ad locū quē arabes metropolim ſuā putant:primo quidē archim nominatum:qui nunc petra uocitatur. Hic itaq; cū eſſet excelſus mons:aſcendens in eū aaron moyſe ſibi manifeſtante quia moriturus eſſet:uidente cuncto populo:erat enim e diuerſo locus:ubi erat populus conſtitutus: exutus pōtificali ſtola:tradit eam eleazaro filio ad quem propter ætatem pōtificatus uenit:& mortuus eſt populo eum uidente:ipſo quidem anno quo ſoror uidebatur eſſe defuncta: cum uixiſſet annis tribus:& triginta & centū.Defunctus autē eſt ſecunda luna initio menſis qui uocaſ apud atheni enſes ecatonbeon apud macedones aūt lochis:apud hæbreos uero ſadebat:apud romanos nūcupatur auguſtus. Cunq; luctus ſuper eum diebus triginta fuiſſet expletus poſt hæc ceſſauit.

Cap.IIII.

SVmens igitur moyſes exinde exercitū uenit ad fluuiū arnon:qui de mōtibus arabiæ deſcēdens:& per totum deſertum fluens in ſtagnum alfatiten erumpit:diuidens moabitidem:& amonitidem.Hæc autem terra eſt fructifera:& hoium multitudine nobilis:alere bonis ibi naſcentibus copioſa. Ad ſeon itaq; regē illius regionis moyſes miſit:populo uiam petens:ut fœderibus quibus uellet ille crederet factis:q; i nullo lederentur:neq; terra: neq; qui ſub eo conſtituti eſſe uidebantur:ſed etiam uenalia populo ſub precio fore uendenda: ſicut illorum procuraret utilitas:& aquam peregrinis ut uellent eos uenundare depoſcēs. Seon autē hæc negans propriū armauit exercitū:ut hæbreos arnon fluuium tranſire ꝓhiberet.

Tunc moyſes uidens hoſtiliter amorreum inſiſtere:non paſſus ut hæbreis per inertiam proueniret inopia:primitus acceſſit ad eos: & cum eſſet difficile ut prævaleret aduerſus ſeon : conſuluit deum: ſi eum pugnare permitteret. Cunque deus uictoriam promiſiſſet: fiducialiter ipſe ad certamen uenit:& exercitum totum exacuit: dicens eos bellandi nunc deſiderio potituros: quod diuinitas iubebat. Illi uero ut deſiderabant poteſtate percepta: ſumentes arma ad prælia repente profecti ſunt.Amorreus itaq; inſiſtentibus populis cum iam non eſſet equalis: ipſe quidem obſtipuit hæbreos:exercitum autem eius fortem ſe non opere ſed timore reſpondit. Primā ergo congreſſionem non tolerantes:nec ſuſtinere hæbreos ualentes in fugam conuerſi ſunt:hæc ſibi potius pro ſalute quā pugnare utile iudicantes. Confitebant enim in ciuitatibus ualde munitis:in quibus cum recluſi fuiſſent:nihil profuit eis. Hæbrei nanq; dum eos fuga declinare reſpicerent inſiſtebant:& irrumpentes eorum aciem:eos inſecutione perterruerunt. Illi ſiquidem diſrupti fugiebant ad ciuitates:hæbrei uero perſequentes nequaq̄ fatigabantur:quando & ad labores præparati:& uti fundibulis experti: & in omnibus iaculis propter facilitatem armorū ad perſequendum uidebantur aptiſſimi:ita ut dum hoſtes longius eſſent:fundibulis & iaculis ſternerentur ut proximi.Multa ergo cedes effecta tunc noſcitur quādo etiam fugientes uulneribus uexabantur:laborabantq; potius propter ſitim quā propter pugnam. Erat enim tempus eſtatis. Et cum multi ſitis deſiderio ad fluuium concurrerent fugientes circundantes eos hæbrei percutiebant:omneſq; illos iaculatos ſagittatoſq; peremerunt:ita ut etiam ſeon eorum rex ſimul extingueretur.Hæbrei uero mortuos ſpoliabant:prædamq; ſumebant:multamq; copiam habuerunt ex illa terra:cum eſſet adhuc fructibus plena.Tunc igitur exercitus ſine terrore iam captis hoſtibus egrediebatur ad epulas. Nullum enim eis erat impedimentum pugnæ: cum omnes pariter deperiſſent.Amorreos ſiquidem huiuſmodi peremptio comprehendit:qui nec prudentia uidebantur aſtuti:nec opere neceſſario boni:quorum hæbrei terram late ceperunt.Eſt autem hic locus inter tria flumina poſitus:quaſi naturam inſulæ tenens.Quem locum arnus alias arctos qui dem a meridiana parte circundat:iaboch ſeptentrionis circuit latus: qui in iordanis fluuium deſcendens:illi etiam nomen tradidit.Occidentalem uero partem eius regionis:iordanis ripa concludit.Cum ergo res ille ita conſiſterent: iſraelitis inſtabat oggaladine & galanitidis rex:ducens exercitum copioſum:& feſtinans tanquā ſolacium amico ſeon præbiturus. Cum uero eum iam cognouiſſet extinctum:etiam tunc deliberauit congredi cū hæbreis putans ſe prævalere:eorūq; uirtutem experimento cognoſcere.Cunq; fuiſſet ſpe ſua deceptus:& ipſe bello mortuus & omis eius exercitus eſt peremptus.Moyſes autem iaboch fluuium tranſiens: regnum o gregis perambulabat:ciuitates deſtruens: & omnes habitatores eius occidens: qui & diuitiis omnibus in illa terra:& uirtutibus & opulentiæ magnitudine præcellebat.Ogigitur regis magnitudo & pulchritudo uehemēs erat:qualis eſt paucorum.Erat enim manu uir fortis:ut operibus uirtutis magnitudo & pulchritudo corporis uideretur equalis.Fortitudinis uero & magnitudinis eius ſunt experti:qui lectum eius uiderunt:in ciuitate rabbatha regni ammanitidum factum ex ferro: quatuor cubitorum latitudinem habentem:longitudinem duplicem:& uno cubito fortiorem.Hoc igitur cadente non ad præſens ſolummodo hæbreis rerum fiducia eſt conceſſa: ſed etiam in futuro cauſa eis bonorum moriens eſt effectus. Nam quadragīta urbes alias ſexaginta clare nimis munitas illiq; ſubditas tenuerunt:prædāq; copioſam & ſeorſum ſinguli & cōiter oēs adepti ſunt

Cap.V.

MOyſes itaq; caſtrametatus:deduxit exercitum ad iordanem: circa magna campeſtria: contra hierico ciuitatem opulentiſſimam:& palmas atque balſamum quæ ſolet ferre copioſe. Ceperunt autem proni eſſe iſraelite.& deſiderium habere bellandi. Porro moyſes cum paucis diebus deo pacificas hoſtias immolaſſet populumq; epulari feciſſet partem quandam amatorum miſit:qui terram madianitarum explorarent: & eorum patrias obſiderent.Cauſa uero bellandi aduerſus eos huiuſmodi fuit.Balach moabitarum rex cum amicicias paternas haberet:atq; ſocietatem circa madianitas & iſraelitas uideret tanto cremēto proficere:etiam de rebus ſuis in formidine nimis erat conſtitutus.Denicq; non credebat terram aliā hæbreos querere niſi ſuam:cum promiſiſſet utiq; deus chananeam illos fore poſſeſſuros: uelociterq; ſtuduit amicos de hac re ſuis tēptare ſermōibus:& pugnare quidē ipſe i fœlicitate cōſtitutus: cōtra illos qui obſtrigerent erūnis nō iudicauit:ſed,phibere magis eos:ne potiores efficerēt: deliberauitq; legationē ꝑ eis ad madianitas,ptinus deſtiare.At illi dū eēt qdā ab eufrate propheta ꝑclarus illoꝝ tēporum:eiſq; nimis amicus ad hunc miſerūt cum legatis balach uiros de ſuis fide digniſſimos:rogātes ut ueniret ille ,ppheta:q̄tenus pro perditiōe iſraelitaꝝ maledictiōes efficeret

Qui uenientes legatos ſuſcepit:& largitatē eis hoſpitalitatis exhibuit.Cunq; cenaſſet:dei uolūtatem cōſuluit:qui forent de quibus madianite rogarent. Cum uero deus impedimentum eorum uoluntati feciſſet: ad legatos rediit:deſiderium quidem ſuum & ſtudium eis oſtendens circa ea quæ ab eo requirerent:ſed deū reſiſtere ſuæ uoluntati dixit qui eum ad tantam gloriam propter ueritatis eloquium perduxiſſet:exercitumq; pro quo maledicendo eum uenire rogarent:eſſe nimis deo amabilem:ſuadebatq; eis ſimul:ut propter hanc cauſam inimicicias ſuas ab iſraelitarum gente ſuſpenderent.Cumq; hæc dixiſſet:legatos dimiſit. Madianite uero balach uehementer inſiſtente:& preces maximas offerente:miſerunt iterum ad balaam. Tunc ille ſtudens aliquid uiris illis præſtare:denuo conſuluit deum.Qui uolens eum rem experimēto probare: iuſſit ne legatis in aliquo contradiceret:ſed cum eis iret.Qui arbitratus deum hæc ei non pro deceptiōe iuſſiſſe: cum legatis mox ibat:angelo ſancto occurrēte ei per uiam quodam anguſtiſſimo loco: qui erat accinctus gladio bis acuto. Aſina autem in qua balaam ſedebat intelligēs ſpiritum diuinum eē: declinauit balaam ad unam maceriam:non ſentiens plagas quas ei balaam inferebat: dum percuſſus ad maceriam alias a maceria uexaretur.Cum uero angelus inſiſteret:aſina percuſſa uoluntate dei uocem loquentis emiſit: balaam accuſans uelut iniuſtum:quia dum prioribus miniſteriis nihil quod de ea quæreretur haberet:tunc ei plagas inferret:non intelligēs:quomodo uoluntate dei prohiberetur ab his quæ feſtinaret implere. Cumq; balaam humana loquente aſina perturbaretur:palam etiam angelus apparuit eumq; increpaſ de plagis aſinæ cepit: tanquam nō eſſet hæc culpa iumenti:ſed q; eius iter contra dei uoluntatem fieri prohiberetur. Metuens autē balaam:ſtuduit remeare:ſed deus eum confortauit ut iret:præcipiens: ut quicquid eius in mente poneret: hoc ille manifeſtaret. Et ille quidem: cum hæc deus iuſſiſſet: uenit ad balach. Rege uero decenter ualde eum ſuſcipiente: petebat ut ductus ad quendam montium: conſideraret quemadmodum hæbreorum exercitus eſſet conſtitutus.Balach autē ipſe per ſe deduxit prophetam cum regio miniſterio i montem qui ſupra eorum caput uidebatur exiſtere: aberat enim ab exercitu ſtadiis ſexaginta. Videnſq; eos ille:præcepit:ut ſeptem aras rex conſtitueret:& totidē tauros & arietes adduci iuberet.Cumq; rex celerrime miſtraret: ille hæc immolauit holocauſta. Quo facto:cepit e diuerſo benedicere dicēs. Hic populus felix:cui dabit deus multorum poſſeſſionem bonorum:eritq; eius auxiliator in omnibus:& præſulem prouidentia ſua ei concedit:ita ut nullum humanum genus ſit:quod non uirtutem eius & ſtudia iudicet optima:& ab omni malicia ſegregata.Hæc itaq; & uos iquit habebitis:& melioribus filiis relinquetis.Deo quippe uos ſolos homines intendente:& ubicunq; fueritis in omni terra ſub ſole poſita fœliciores habente: terram in quam uoſipſe miſit obtinebitis: ſeruituram ſemper filiis ueſtris: quorum gloria complebitur omnis terra ſimul & mare:& ſic abundabitis in orbe terrarum:ut omni terræ habitatores ex ueſtro genere præbeatis.O admirandum te atq; beatum exercitum qui tantus ex uno patre creatus es.Sed nunc quidem uos adhuc paucos chananeorum terra ſuſcipiet:ſcituri orbē terrarum ueſtrum fore habitaculum in eternum.Nam multitudo ueſtra ita & in inſulas dilatabiť: & in omēs terras ſicut nec in cælo numerus eſt ſtellarum.Et cum tanti fueritis: nec ubertatē uobis negabit deus:in pace omnia bona miniſtrando:& uictoriam atq; potentiam in bello largieť: & filios inimicorum qui contra uos aliqua præſumptione contenderint ſubiugabit. Non enim ultra reuerteretur aduerſarius noſter uictor:qui filios ſuos letari faciat aut uxores. Tanta uobis fortitudo prouidētia dei præſtabitur: cui grandia minuere uirtus eſt:& latius augere quæ parua ſunt. Talia ſiquidem ille ſua ſacratione proferebat:cum non eſſet in ſemetipſo:ſed dei potius ſpiritu uinceretur.Balach autem contriſtato & proclamante:eo q; pacta tranſcēderet: quibus ſuiſſet a ſuis amicis magnis muneribus inuitatus: & cum ueniſſet pro maleditione hoſtium: eosditaret:& beatiores omnium hominum oſtenderet:ait ad eum balaam.O balach:de cunctis rebus cogitare putas in nobis eſſe:de talibus quicq̄ dicere ſeu tacere:quando dum nos ſpiritus dei percipiet:uoces & uerba quæ ipſe uult nihil ſcientibus nobis emittit. Ego uero recordor: quomodo tu:& madianite ſupplicantes me deſiderabiliter huc adduxiſtis:& ꝓpterea ueni:fuitq; mihi uotiuum:in nullo tuum deſiderium uiolare.Sed melior deus eſt horum quā quæ ego tibi præſtare credebar.Nimis enī iſani ſunt:qui p̄ſentiā humanaꝝ reꝝ apud ſemetip̄os ita ſuſcipiunt:quatenus nō ea quæ diuinitas dictat edicāt:ſed magis illius uiolentiā faciāt uolūtati. Ego ſiquidē hūc exercitū neq; laudare ꝓpoſui:nec in quibus bonis genus eoꝝ deus habiturus ſit aſpire: ſed deus ꝓpicius eis exiſtens: & feſtinās eis fœlicē uitā gloriāq; p̄bere ꝓpetuā: hæc mihi uerba promiſſionum talium miniſtrauit. Nunc autem quomodo mihi uotum eſt:tibi & madianitis præſtare: quorum preces repellere me nimis indecens eſt: ueni rurſus erigamus aras alias: & ſacrificia

proxima prioribus celebremus:si forte flectere potero deū:ut me permittat hos omnes maledictionibus obligare. Cunque balach fieri permisiffet: & secundo sacrificanti nequaquam diuinitas ut israelitas malediceret ánuisset:cadens pronus in terrā: p̄dicebat regibus affuturas passiões & quæcunque ciuitatibus erāt euentura eximiis:quarū aliquas quidem nec habitari cōtingeret. Quæ etiam facta sunt:dum hæc temporibus priscis per terram siue per mare usque ad memoriā meam hominibus euenissent.Et cum hæc omnia talem terminum excepe rint:qualem ille prædixit:quilibet conijcere potest:quomodo & in futuro sic erit: quemadmodum præfatus est ille. Balach autem indignatus eo q̄ non maledicti essent israelite: remisit balaam: nullo honore remuneratum.Ille uero iam descendens & circa transitum eufratē ueniens:& balach principibusq; madianitarum ualedicens ait. O balach & madianite præsentes:oportet me hæc & præter uolūtatem dei præstare uobis.Hæbreorum quidem genus nulla pestis pœnitus apprehendit:nec bella:nec aliqua necessitas:nec sterilitas fructuum terrenorum: nec alia quælibet eos uesania corrūpit.Est enim cura deo liberare eos ab omni malo: nullamq; permittere super eos uenire huiusmodi passionem quatenus omnes debeant deperire. Euenient autem eis pauca ; & ad modicum tempus:quibus humiliari uidebuntur. Sed deinde intelligent: q̄ pro timore fuerit illa eis talis uexatio. Vos quasdam uictorias ad breue tempus aduersus eos desiderates:quod impetrabitis: si hæc quæ moneo feceritis:filiarum uestrarum speciosas præcipue uirgines:quibus subdi & deludi castitas possit insipientium propter pulchritudinis honestatem:circa exercitum eorum proxime destinate:& supplicantibus eorum iuuenibus:ut earum amplexibus misceantur præcipite: quatenus dum eos concupiscentia obligatos uiderint:deserant rogantibusq; manere eas: nō primitus audiant:quā eos patrias leges relinquere iubeant:simul & honorem dei qui eas posuit eis: & madianitarum atq; moabitarum colere ritum cogant.Sic enim illis indignabitur deus.Cunq; hæc ille dixisset:abscessit.Madianite uero dum misissent filias suas sicut ille monuerat:hæbreorum iuuenes decepti sunt pulchritudine puellarum:& ad earum colloquia uenientes:rogabant quatenus earum pulchritudine fruerentur:nec consuetudinis proximitate recederent. At ille libenter hæc uerba suscipientes consenserunt eis:obligantes eos amore suo. Quibus dum concupiscentia creuisset:eos ille cepere deserere.Dumq; illos angustia de mulierum discessione crudeliter inuasisset:uberrimis fletibus exorabant:ne eos ille desererent ; sed futuras uxores & dominas omnium possessionum uel substantiarum suarum manere poscebant.Hæc autem cum iurisiurandi religione firmabant:deumq; mediatorem in promissione faciebant flentes:& undiq; semetipsos misericordia dignos ostendentes mulieribus.Ille uero dum eos seruitute iam captos eē cognoscerent & omni uinculo fœde consuetudinis obligatos: eis talia cœperunt dicere. Nobis quidem o fortissimi iuuenes domus paternæ sunt:& magna possessio bonorū parentum atque domesticorum fauor & dilectio: nihilq; horum egentes:uenimus ad uestrum eloquiū: nec questum speciosi corporis requirentes:uestram nobilitatem adiuimus:sed uiros bonos & iustos existimantes:honorare uos xeniis quibus indigetis aduenimus. Nunc quomodo dicitis circa nos habere dilectionem:& nostro contristari discessu:neq; nos uestras preces abiicimus:sed tantummodo fidem uolumus fauoris uestri percipere:per quam nos credere dignissimum iudicamus: ut uestram conuersationem uidentes:uxores esse possumus.Formidamus &enim:nedum fueritis satietate nostræ consuetudinis adimpleti:deinceps contumeliis affectas:ad parentes nos proprios remittatis.Rogantibus autem illis:& ut uellent fidem daturos se pollicētibus:& ob amorem in nullo contradicentibus:dixerunt ille.Quomodo hæc quidem uobis placēt:moribus & uita utimini:ut ab omnibus alienati populis sitis:ita ut etiam cibos proprios habeatis:& pocula cum nullo communia:necesse erit uolentibus uobis habitare nobiscum: etiam deos colere nostros nec erit indicium circa nos aliud uestri fauoris:nisi eosdem deos quos nos adoretis: nullusque culpabit uos:si terræ ad quam uenistis:eius colatis & numina:cum dii nostri sint communes omnibus:uester uero in nullo sit talis:dicebantq; eis:ut aut quæ essent omnium:ea facerent: aut aliam quererent terram:in qua possent legibus propriis conuersari.Illi autem amore earum deuicti:optima illas dicere iudicantes:& semetipsos tradere uoluptatibus earū: patria iura trāsgressi sunt:deosque plurimos iam putantes:immolare eis lege prouinciæ proponentes:cibis etiā extraneis congaudebant:& omnes ad libidinem mulierum contra leges proprias insurgebant: ita ut etiā per oēm exercitū iuuenes agerēt cōtra legē:& seditio priore multo peior ꝯcideret:cum oīno solēnitates iā ꝓprie deperirēt.Nam dū semel iuuenes mores attigissent extraneos:eos uberius appetebant.Sed & siq priorum uirorum propter uirtutes patrum nobiles erāt:cum eis uitio subiacebant.Denique Samarias princeps tribus symeon:dum haberet chorami madianitidem mulierē:ducis cuiusdā filiā;uiri inter illos ualde potētis:uxore iubēte ante solēnitates mosaycas

quod illam magis delectaret:effecit:non immolando lege patria:sed alienigine nuptias eligẽdo. Et dũ hæc ita gererẽtur:moyses metuens:ne quid peius accideret: congregãs populũ in ecclesiã nullum equidẽ nominatim culpauit:nolens quẽquam desperatione deiicere:quia dũ laterẽt poterant penitere. Dicebat aũt:quomodo non agerent digna se:aut suis patribus oportuna:dũ libidinem deo preponerẽt:& ei placentia uiolarent:oportere tamẽ:ut dũ adhuc bene eis esset: reuerterent ad fortitudinem:arbitrantes non ad uim inferendam leges esse positas:sed ad concupiscẽtiam repellendam. Super hæc adiiciebat non esse rationabile ut qui casti fuissent in heremo: nũc constituti inter bona tanta peccarent:& rerum quas adepti fuerant per indigentiã tempore ubertatis amitterent. Et ille quidem hæc dicens:conabatur emendare iuuenculos:& ad penitentiam eorum quæ gesserant reuocare. Post quem surgẽs Samarias:ait. Tu quidẽ Moyses utere legibus quas posuisti:ex ipsa consuetudine eis firmitatem attribuens:& quomodo iam frequenter castigasti hæbreos qui non bene seducuntur:me in his quæ tyrannice imperas nõ habebis obnoxiũ Non enim aliud quicquam hactenus sub figmento legum dei: qua iugum seruitutis nobis inferre machinaris:& tibimet defendere principatum:auferendo nobis deliderĩ:& ppriũ uiuendi arbitrium:quod est liberorum & dominũ non habentiũ. Itaq; crudelior circa hæbreos ut solus eris egyptiorum: castigare nos uolẽs:& secundũ leges tibi placitas singulos uolũtates astrĩgere. Sed multo iustius est:ut tu potius puniaris:quando ea quæ omnibus idubitanter bene se habere uidentur:solus exterminare contendis:& cõtra omniũ placita tuam ualere sententiã Mulierem itaq; peregrinam sicut asseris duxisse me fateor. A me enim audies meos actus sicut a libero. Nõ enim latere proposui:nec pro me alter delator erit. Et sacrificaui diis:quibus sacrificandum nõ iudicatis iustum existimans per multos me debere acquirere ueritatem:& non uelut sub tyrãno uiuere & omnem spem semper ex unius cõuersatione pendere. Dum hæc autem samarias de his quæ ipse:& alii male gesserant edixisset:populus equidem quiescebat formidine futurorum legislatorem intendens:nolentem illius superbiam ex aduerso litigio prouocare. Metuebat enim ne multi propter luxuriam uerborum eius imitatores facti multitudinem perturbarẽt:& in his quidem dimisere cõuentum:sed causa mali potius augebat. Cũq; samarias ex tali causa mortuus non fuisset: fines uir & in aliis quidem rebus melior existens multorum iuuenum & dignitate patris transcendens coetaneos uniuersos:eleazari sacerdotis filios & fratres:moyseos nepos:dolens in his quæ gesserat samarias:& antequam per licentiã fortior efficeretur iniuria:opere uolẽs ultionem inferre:& iniquitatem ne crescceret amplius prohibere:dum adhuc qui hæc arripuerãt minime punirentur:animo simul & corpore sic audacia confortatus est: ut non prius decertare quiesceret quam uictoriam in eo facto perciperet. Tunc ad tabernaculũ samariæ ueniens:ipsum euaginato gladio & chorami simul extinxit. Iuuenes autem omnes quibus erat uirtutis amor: & fines imitatores esse uidebantur: perhibebant eos qui in culpa samariæ similes existebant. Multi siquidem inique gerentium horum uirtute perempti sunt:omnesq; pestilentia perierunt: deo illis post hæc immittente languorem:& quicunq; eoꝝ cognati fuerant:& cũ prohibere deberent:magis ad iniuriam dei eos exacuerant pariter sunt extincti. Perempti sunt itaq; ex eorũ cetibus:non minus quatuordecim alias uigintiquinq; milia uirorum. Hac itaq; causa exaggeratus moyses ad iteritum madianitarum misit exercitum:de quorum prælio post paululum edicemus:narrantes primitus quod reliquimus. Iustũ nanq; est legislatoris uoluntatem:nequa quã in hoc sine laude trãsire. Balaam enĩ qui petitus fuerat a madianitis: ut malediceret hæbreis: & hoc quidem complere diuina prouidentia non prævaluit:sed cõsilium dedit:quo hostes utẽtes:hæbreorum populum pene consumerent:moyses magnifice nimis honorauit eius diuinationis uerba describens:cum posset huius gloriam propriam facere:quando nullus qui mendaciũ probans argueret testis extaret. Illi nanq; testimonium reddidit:& eum memoria dignũ fecit. Et hæc quidem si uoluerint quicunque considerent. Moyses itaq; pro quibus prædixi rebus ad terram madianitarum misit exercitum ex una quaq; tribu:duodecim milia uiros eligẽs:quorum ducem statuit fines: cuius fecimus paulo ante memoriam: qui leges custodiuit hæbraicas: & zamariam transgredientem eas ipse percussit. Madianite uero uidentes exercitum contra se uenire & quantus nunquam aduersus eos accesserat:congregantes prouinciæ multitudinem expectabãt hostes:& undiq; muniti excipiebant eos. Venientibus autem eis congressione facta: madianitarum cecidit multitudo quæ computari non posset: numerumq; transcenderet. Sed & reges eorum quinq; pariter sunt perempti:quoꝝ nomina erant Och:& Sur: Obeth:& Huir: Quintus uero rex est Arach:de cuius cognomine ciuitas in terra arabum constituta: hactenus ab omnibus de nomine regis edificantis arachen uocatur: quæ apud græcos dicitur patras. Hostibus igitur effugatis:hæbrei eorum tenuere prouinciã:multamq; sumẽtes pdã; & possessores

cum mulieribus perimentes: solas uirgines reliquerunt. Hoc enim moyses duci fines iusserat. Qui reuersus: incolomem reduxit exercitum: & prædam ualde copiosam: id est boues quinquaginta duo milia: & sexaginta septem: asinos autem sexaginta milia: auri uero & argenti uasa innumere multitudinis quibus utebantur in domo. Nam per longam fœlicitatem erant ualde locupletes. Deductæ sunt autem & uirgines: quasi triginta uero milia. Moyses itaq; diuisa i duas partes præda: alterius quidem quinquagesimam partem eleazaro dedit & sacerdotibus: leuitis autē alterius quinquagesimam: reliquam uero uniuerso populo distribuit. Viuebātq; decetero ualde fœliciter: eratq; eis per uirtutem omnium bonorum copia: nullaq; tristicia eorū uoluptates impediebat. Moyses igitur cum esset senex: iosue successorem sibi constituit: ad pphetias: & ad militiæ principatum: si cubi necessarium foret iubente deo: ut iterum teneret imperium. Iosue autē omni doctrina legum: diuinisq; ministeriis moyse docente erat instructus. Inter hæc duæ tribus: gad: & ruben: & manasse dimidia quadrupedium multitudine & omnibus aliis ualde diuites: habentes commune consilium: rogabant moysen: ut eis præcipue amorreā concederet: quæ pascuis optima uidebatur. Ille uero existimans eos timuisse chananeorum pugnam: & occasionem honestam quasi pro pascuarum diligentiam requisisse: malignos eos appellabat: & turpem occasionē timoris adinuenisse: ipsosq; uelle sine labore delicare: dum omnes adhuc in erumna cōsisterēt: & terram ideo peterent obtinere: ne decetero cum eis laborarent: quibus terram traditurū se deus promiserat: trans iordanem & aduersas gentes iterempturum. Illi ergo cōspicientes iratū ducem & contra se iustissime prouocatum: respondentes satisfaciebant non pro timore periculoꝝ: neq; propter laboris defectum hoc petere: sed ut prædam in oportunis constituētes locis: expediti ad certamen & ad bella uenire possent: dicebantque se præparatos: ut dum possiderēt ciuitates ad custodiam filiorum & uxorem & facultatis suæ: ubiq; cum exercitu properarent. Porro moysi dum iste sermo placuisset: uocans eleazarum sacerdotem & iesum: & ad ultimum uniuersos: cōcessit eis amorream: ita ut auxilia conferrent cognatis suis: donec omnia complerētur. Accipientes itaq; ista conditione prouinciam: & ciuitates fortissimas possidentes filios & coniuges: & alia quæcunq; poterant circūeuntibus impedimentum facere in eis apte constituerūt. Edificauit aūt & moyses decem ciuitates: quæ in numero quadragintanouem forēt: quaꝝ tres distribuit: ut ad eas qui nolentes facerent homicidium confugerent: & tempus fugæ constituit habentes ptātem scilicet perempti cognati occidere homicidam: si eum extra terminos ciuitatis ad quam fugerat inuenissent: quod nulli alii permissum est perpetrare. Hæ siquidem ciuitates fugacibus distributæ sunt: bosor quidem in arabiæ finibus: arimnan autem in terra galaditorum: galalim uero in bataltidem regionem. Cumq; etiā chananeorum terram obtinerent: tres alias ciuitates inter urbes leuitarum moyses fabricandas ad habitaculum fugatium delegauit. Moyses autem adeuntibus eum maioribus natu tribus manasse: & dicentibus uirum insignē in tribu sua fuisse defunctū nomine orophatim: & filios quidem masculos non reliquisse sed filias: & consulētibus si earum fuisset hereditas: ait siquidem aliquos de tribu sua ducerent: cum hereditate ad eos irent: si uero ex alia tribu alicubi nuberent: hereditatem in paterna tribu relinquerent: & tunc manere uniuscuiusq; hereditatem in propria tribu constituit.

Cap. VI.

CVm uero iam quadraginta minus triginta dies implerētur: moyses cōgregans ad iordanem: ubi nunc ciuitas est abilal: locusq; palmaꝝ conuentum: uniuerso populo ita locutus est. O uiri commilitones: & sicut deo placuit calamitatis longe participes: cētum uiginti annis senectute confectum oportet me ab hac uita discedere. In his quæ gerenda sunt trans iordanem: iam non ero uester adiutor: neq; pugnabo uobiscum: a deo prohibitus. Iustum igitur credidi neq; nunc meam deponere pro uestra fœlicitate curam: sed propriā iudicare uestræ ubertatis adeptionem: & memoriam meā in abundatia bonorum referre uestrorum. Nunc igitur explanans: quemadmodum uos fœlices eritis: uestris filiis bonoꝝ uestrorum relicturi possessionem ab hac uita discedo: dignusq; sum: ut mihi fides habeatur: & propter pristinas uirtutes & eo: q; animæ ad uitæ huius terminum uenientes: cum omni loquantur integritate. O filii israel cunctis hominibus causa bonæ possessionis propicius deus est. Hic enim solus dignis hoc distribuere: & auferre in se delinquentibus potest: cui uos exhibentes quales uos ipse uult esse: simul & ego uoluntatem eius sciens: aperte uos moneo. Non enim eritis beatissimi: & omnibus mutabiles aut fœlices: si ex illius mādatis aliquando cessaueritis. Possessio nanque bonorum quam nunc tenetis: firma manebit: & præsentium rerum celerrimam securitatē habebitis: si solummodo quæ uos deus uult sequi obediatis: neq; legum alienarum ordinem proponatis: neque pietatem quam nunc circa deum geritis spernentes: admodum alium conuertamini.

lib. IIII

lib: 4.

Hæc autem agentes: fortissimi cunctorum eritis bella ferre: & inimicoꝝ nulli succumbere. Deo enim uobis auxiliatore præsente: cunctos suos postponere rationis nō est: præmia siquidem magna uirtutis uobis sunt posita: quæ omni uita possideatis. Virtus &enim primitus bonarū causarum est præmium: deinceps etiā aliaꝝ rerum præstat augmentum: ita ut dum inter uos ea usi fueritis: magnā conferat uobis uitam: & inter alienigenas glorioſos efficiat: & apud posteros eminentes ostendat. Hæc itaq; poteritis adipisci: si legibus quas dictante mihi deo constitui obediatis: easq; custodiatis: & eaꝝ sapientiam meditemini. Ego gaudens discedo in uestris bonis: cōmēdans uos castitatis legi: & bonæ conuersationis ornatui: uirtutibusq; ducum: qui prouidentiam uestræ utilitatis exhibebunt. Deus aūt qui hactenus uestri præsul extitit pro cuius uoluntate & ego uobis utilis fui: nō usq; ad præsens stare faciet prouidentiā suam: sed quanto tempore ipsi uoluerit eum habere patrocinantem: in uirtutis studiis permanētes tanto præsidium eius habebitis. Consilia nanq; uobis præbebunt optima: quæ sequentes: fœlices eritis: pōtifex eleazarus & iesus: necnon & seniores: & principes tribuum quos audire uos cōuenit: scientes quoniam omnes qui bene sub principe consistunt: & principatū tenere: & libertati præesse possunt: nec indigne/mini in his quæ uos agere duces uestri popoſcerint. Nunc &enim ut benefaciētibus iniuriam faciatis in hoc fiduciam ponetis: q; decetero declinātes meliores causas habebitis: nec huiusmodi iram aliquādo sumatis quali circa me uti sepius præsumpsistis. Nostis enim q; frequēter peiora a uobis quā ab hostibus mortis pericula sustinui. Et hæc nō improperia ferens uobis edico: nō enī in exitu uitæ dolentes contra me relinquere uolens hæc ad memoriam reuoco: quādo nec tempore quo hæc patiebar iratus agnoscor: sed ut de futuro a talibus temperetis: & in nullo uestris præsulibus iniuriam propter diuitias faciatis: quæ uobis iordanē transeuntibus & chananeā obtinentibus affluenter aduenient. Nam si procaces fueritis contemptores effecti: & uirtutē deuotinemq; perdideritis: quā circa deum geritis: eum primitus habebitis inimicum: & terram quam armis obtinuistis iterum cum magnis obprobriis amittetis: totumq; dispersi per orbem: uestro seruicio omnem terram & mare complebitis: eritque uobis dum horum omnium experti fueritis inutilis iam penitentiæ memoria legum non seruatuꝝ. Vnde si uultis hæc apud uos permanere: dum hostibus præualueritis: nullum relinquatis ex eis: sed omnes perire decernite: ne uiuētibus eis illoꝝ studia degustantes a conuersatione paterna recedatis. Sed & aras & lucos & tēpla quæcunq; habuerint destruenda cōmoneo: & genus & memoriam eorū igne consumi. Sic &enī bonoꝝ uestroꝝ uobis erit firma securitas. Ne uero p ignorātiā melioris rei natura uestra ad peiora declinet: & leges uobis dictante mihi deo composui: & ordinem bonæ conuersationis institui: cuius seruātes ornatū: fœlicissimi eritis oīum reꝝ. Hæc dicēs: dedit eis in libro leges: & cōuersationis modum ibi conscriptū. Illi uero flebant: & multū quærebantur ducem: memoriā pericu lorum eius habentes: & quanta p eoꝝ salute gessisset: desperātes etiā de futuris: q̄si nullus ei prīceps similis foret: minusq; iam deum sui curā prouidere credētes: eo q; moyses eū potius exorasset. Tunc eorū quæ in deserto ei cū ira locuti fuerant penitētiā agentes ingemiscebant: ita ut oīs populus in lachrymas p rumperet: & plusq̄ sermone dici potest: gemitus cū dolore p ferret. Moyses autem consolabatur eis: & licet dignus utq; magna uterentur conuersatione poscebat. Tunc ergo conuentus ita dimissus est.

Cap. VI.

VOlo aūt conuersationē dicere primitus moyseos: eiusq; dignitatis uirtutes exponere: ut qui hæc legerit: agnoscāt: q̄lia initia nostri habuere maiores: & sic ad aliaꝝ rerum uenire narrationē. Scripta sunt hæc oīa sicut ille reliqt nihil nobis adiicientibus ad ornatum: quod a moyse relictum nō est. Hoc tantum nobis placuit modo nouitatis inducere: ut secūdum genus nobis singula disponātur: dispersæ quæ ab illo ī scriptis relicta sunt: & quēadmodū deum in singulis quibusq; consuluit. Propterea nāq; necessariū iudicaui hæc p̄dicere: ne aliq̄ nobis a cōtribulibus hanc scripturā legentibus quō generetur. Hic ergo ordo est legum in nostra conuersatione cōpetentiū. Quas aūt nobis cōiter ad alterutros dereliquit: has de moribus & cāis explanare & referre distuli: sed adiuuante deo post nobis insinuare propositum est. Ait enim. Dum chananeorum terram possideritis: & ad usum bonorum peruenerit is: & ciuitates iam edificare ceperitis: ea facientes quæ deo placita sunt: fortissimumq; pignus fœlicitatis habebitis: sit uobis una ciuitas sacra in terra chananeorum in loco optimo & uirtute præelaro quamcunq; deus sibi p prophetam elegerit: & templū unum in ea sit: & altare unum ex lapidibus non manu dolatis: sed passim iacentibus qui dealbati erunt: & ad decorē ualde purissimi: accessus aūt ad eum sit nō per gradus. In alia uero ciuitate: nec altare: nec templum sit. Deus enim unus & genus hæbreorū est unum. Qui blasphemauerit deū: lapidatus suspēdatur p diē: & sine honore: turpiterq; sepeliatur. Conueniāt auté in ciuitatem in qua templū construūt ter ī anno

a finibus terræ quam hæbrei tenuerint:quatenus deo & pro illis quæ possîdent gratias referant: & de futuris preces effundant:& conuenientes adinuicem:tunc epulantes amici sint. Bonum est enim:ut semetipsos alterutrum contribuli nō ignorent:sed sua studia sibi cōicent.Hoc aūt eis ex hac societate proueniet:ut & aspectu:& loquela memoriā sui semper obtineāt.Si enim alterutris impermixti sunt:extranei sibimet putabūtur.Sit & decima exceptio frugū uobis præter eam quā distribuit dominus sacerdotibus & leuitis dare:quæ uendatur quidem p prouincias & ad epulas ministretur & hostias:quæ in sacra urbe sunt celebrandæ.Iustū est enī ex his quæ de terra nascūtur quā deus nos possidere cōcesserit:ut ad honorē eius qui hæc tribuit perfruātur.Ex mercede mulieris fornicariæ nō sunt sacrificia celebranda.Nunq̄ enī ex his quæ de cōtumelia procedunt diuinitas delectatur.Nihil nimiꝫ confusione corporꝫ peius est. Similiter aūt siquis ꝓ coitu carnis:aut uenatu:aut custodiis græcum mercedē acceperit: nunquā exinde deo sacrificandum est. Nullus blasphemet eos quos principes aliæ ciuitatis esse putant.Sacra peregrina nō sunt curāda: neq; uas denoīatum alicui deo est sumendū.Nullus uestrū texta ex lana & lino tunica uestiatur. Hæc enī solūmodo sacerdotibus est cōcessa. Conueniente uero multitudine ī urbe sacra ad immolandum:post.vii.annos īstante festiuitate quæ uocatur scenophegia.i.tabernaculorꝫ defixio: summus sacerdos stans in excelso tribunali unde possit audiri legationibus leges: & neq; uxor: neq; filii audire ꝓhibeant:sed neq; serui.Bonū est enī:ut a māibus īscriptæ leges:etiam memoria conseruētur:qua nunquā deleri possînt.Sic ergo neq; peccabūt:nō uolentes dicere: eo q̄ decreta legum ignorare uideātur.Leges itaq; multā habebūt contra peccātes audaciā: utiq; prædicentes eis quæ sînt passuri delinquentes: & aīabus eorꝫ inscribētes quæ p̄cipiunt per auditum : q̄tenus omnino in īterioribus eorꝫ cōsistat uolūtas legū:in qua cū deficiūt: auctores ipsī suæ lesionis exīstunt. Discant etiā pueri primū leges:quæ est doctrina optīa:& causa fœlicitatis eximia. Secūdo aūt per singulos dies mane & uespere testificanda sunt dona dei:quæ liberatis de terra egyptiaca cōcessīt.Iusta est enī naturaliter gratiarꝫ actio quæ referē:& ꝓ cōpēsatiōe rerꝫ iam factarꝫ:& pro inuitatione futurorꝫ.Inscribenda uero ī ianuis ea ī qbus eis deus benefecerit & brachiis singula quæq; declaranda: quæ uirtutē dei ualeant designare:& fauorē eius circa uos ostēdere: quatenus undiq; circa eos illuceat dei fauor.Principes aūt sint ī unaq̄q; ciuitate uiri.vii.qui & uirtute & iusticiæ studio sint exēpti: unicuiq; uero pricipatui duo uiri ministri præbeāt ex tribu leuitarum. In oībus honorē qui ī urbibus iudicare cōstituti fuerīt habeāt ita:ut illis p̄sentibus neq; blasphemare:neq; aspere agere liceat aliquibus:sic utiq; respiciētibus pudorē dignorꝫ hoīum: tanquā sibi deū in illis cōtēnere uideātur.Iudices aūt ptātem habeant ꝓnunciandi:quodcūq; uidē eis:nisi forte pecunias eos quilibet accepisse ꝓ iudicii diuersītate demōstret: aut aliā cām ꝓferat:ꝓ quā eos nō bene iudicasse cōuincat.Non enī lucrū attendētes:aut dignitatē cōuenit iudicare: sed iusticiam rebus oībus p̄ponentes.Nam hoc nō agēs:deū qlibet cōtēnere putat:eūq; īfirmiorē credere quā illos: qbus cōtra iusticiā timore ptātis sentētiā ꝓpriā p̄stare cōtendit. Dei enī uirtus iusticia ē.Quisquis igit̄ p̄stat eis qui aut nō iuste q̄runt aliq̄d:aut nō iuste ī dignitate sunt cōstituti: illos potius deo potiores facit.Si uero iudices nō ītelligūt de rebus sibi creditis iudicare:quando multa talia solēt hoībus ꝓuenire:itegrā cām in urbe sacra remittāt:& cōueniētes pōtifex & propheta:& seniores q̄ eis uidēt iusta: ꝓnuncient.Vni testi non credat:sed tribus: aut ultimū duobus:quorꝫ testimoniū uerꝫ faciat uita prior.Mulierꝫ testimoniū nequaquā recipiendū pp leuitatem:& procacitatē generis earꝫ.Sed neq; serui testimoniū phibeant:pp ignobilitatē animi:quos aut ꝓpter lucrū:aut pp timorē uerissîme potest credi:nō posse uere testari.Siquis aūt falsē testatus:est cōiunctus:ea patiat q̄ passurus eēt is:cōtra quē testimoniū dixit.Si homicidio facto ī aliq̄ regione:nō iueniat hic qui fecit:ne ī suspitōne sit aliqs:q̄si p odiū ꝓpetrauit:q̄ratur quidē homicida cū multo studio:& de eo nunciando ꝓponant edicta.Cum uero nullus eū nūciauerit:principes ciuitatū uicinarꝫ regionis illius in qua cædes facta est:& seniores cōueniētes: metiant a loco ubi iacet mortuus regionē:& ps q̄ fuerit uicinior ciuitati:populi eius emētes uitulā: & deferētes eam ad uallē:& ī locū inutilē aratro & plātationibus: īcidāt ceruices bouis:& sumentes aquā lauent māus suas supra caput bouis sacerdotes & leuite simul: & seniores illius ciuitatis:& exclament ab homicidio mūdas se manus habere:neq; gessîsse:neq; factori cōicare:& iuocēt deum sibi ꝓpicium fore:& nunquā tam malā passionē in illa terra cōtingere.Optima īquit ē huiusmodi dispositio:& conuersatio talis:nec uobis alterius reipublicæ sit affectus: sed hāc diligite:dominas leges habentes:& secundū ea omnia facientes:satis est enim:ut deus sit uestri prīceps. Si abheserit uobis regis amor: sit quidem iste contribulis: sitque ei iusticiæ prouidentia semper: & uirtutis alterius magnitudo.Sciat aūt is legibus atq; deo plurimum inesse sapientiam: nihilq; gerat præter pontificis seniorūq; sententiam; nec multas nuptias usurpet; neq; abundantiā sectetur pecu-

niarum:nec ornatus equoꝝ:quibus rebus ſibi collatis ultra leges ſuperbus erit.Prohibeatur etiã ſi quis hoꝝ ſtudiũ habuerit fieri:ultra modũ utilitatis ueſtræ potẽtior. Terminos terræ moueri nõ licet:nec ꝑprie nec aliene: ꝑ quos uobis ſeruabit̃ pax: ſed hẽantur firmi ieternũ poſiti ſicut diuina ſententia:tanq̃ prælijs ex hoc & ſeditionibus mundus uexatur:dum accedere ultra termi nos auari uoluerint. Nanq; procul non eſt:ut tranſcendat leges qui terminos uoluerit permuta re.Qui in terra plantauerit:ſi ante quartum annum fructum attulerit:neq; deo ex hoc primitias offerat:nec ipſe comedat. Non enim ſecundum tempus hoc illatum eſt: dum naturæ præter tẽ pus uim feciſſe uideatur. Vnde hoc neq; deo:neq; proprio domino cõpetit ad utendũ. Quarto uero anno uindemiet omne quod naſcitur tunc enim maturum eſt:colligenſq; ad ſacram depor tet urbem:& cum decimis aliaꝝ frugum expendat cum amicis propriis epulando: & cum pupil lis & uiduis. Quinto autem anno:ſint domini ſui quæ fuerint nata. Qui terram uineis plantat non ſeminet eam:ſatis eſt enim hanc enutrire hoc germẽ:laboribuſq; aratri eſſe priuatã. Bobus terra aranda eſt:& nulla cum eis altera animalia iungenda ſunt:ſed propriũ hoc genus ſit ad arã dum.Semina uero ſint munda & impermixta:& nõ duobus aut tribus generibus ſeminetur: nõ enim cõione diſſimiliũ natura letatur neq; iumenta permiſceantur:quæcunq; cognata nõ ſunt. Metuebat enim legiſlator:ne per hoc iniuria tranſiret ad homines: initium a minoribus & tur pibus primo ſumens.Nihil ergo huiuſmodi debet eſſe licitum:ex quo per ſimilitudinẽ cõuerſio quædam in cõibus rebus habere poſſit acceſſum.Qua ꝑpter neq; de rebus uilibus legis negligẽ tiam habuerunt:ſcientes omnibus prouidere:ne in aliquo uideretur eſſe culpabiles.Metẽtes in quit & manipulos colligentes non omnem decet meſem excutere: ſed relinquere aliquos mani pulos:qui ſint egentibus alimentum.Similiter aũt & de uinea ramuſculos pauperibus relinquẽ dos:& oliuaꝝ quendã fructum reſeruandũ colligentibus:& eſcam propriam nõ habẽtibus.Non enim tanta abundantia ex nimia colligendi diligentia domino utilis erit:quanta gr̃a ex indigen tium ſatietate proueniet.Tunc diuinitas terrã ad illationem fructuum proniorem efficiet: eorũ qui non ſuæ tantũmodo utilitatæ proſpiciunt: ſed etiam pro aliorum cibo cogitare noſcuntur. Sed & boum ora dum ſpicas terunt in area non ſunt liganda.Non enim iuſtum eſt: ut qui ſimul laborauerunt in fructu & circa natiuitatem eius fatigati ſunt:participare prohibeãtur. Neq; po ma matura contingere inter agentes arcendi ſunt:ſed tanq̃ de propriis eos debent permittere ſa tiari:ſiue prouinciales ſiue ſint peregrini:& cum gaudio præbendum eſt eis ad comedendũ: por tare uero eis nihil liceat.Neq; uindemiãtes ex his quæ ad torcular portantur guſtare prohibeãt ſibimet occurrentes.Iniuſtum eſt enim:bona quæ dei uoluntate ad utendum data ſunt:inuideꝛ deſiderantibus ea comedere:dum pomum ſit in maturitate ſicut deo placuit: & mox abire feſti net.Et licet per uerecundiam aliqui contingere non præſumant: rogantes eos cum ſint quidem iſraelite tanquã ſocii:& propter cognitionẽ alias cognationem pariter domini:& ex loco alio ue nientes:ut munera ſuſcipiant deprecandi ſunt:quæ deus eos uidere conceſſit. Damna ſiquidem iudicanda non ſunt:quæcunq; per benignitatẽ tranſeuntibus conferuntur:quãdo deus ubertatẽ bonoꝝ præſtat hoibus:non ut utantur ſoli:ſed ut etiã aliis largiantur:uolens hoc modo fauorẽ ſuum circa iſraeliticum populum & fœlicitatis eoꝝ adminiſtrationem aliis apparere: cũ eos ſuã abundantiam aliis participare præcepit.Qui uero præter hæc fecerit.xl.minus una plagas habe na publica accipere uoluit:& liberum pœnam hanc turpiſſimã ſuſtinere: quia dum lucro ſeruit: fecit iniuriam dignitati.Bene inquit uobis erit expertis erumnaꝝ egyptiaꝝ atq; deſerti:ſi habea tis curam eoꝝ qui nunc in ſimilibus conſtituti ſunt:& adepti diuitias ex miſericordia & prouidẽ tia dei:eaſdem ſimiliter egentibus diuidatis.Super decimas aũt duas quas annis ſingulis prædixi celebrandas:aliam quidem leuitis:alteram uero ad epulationes: tertiam quoq; per annum tertiũ expedit fieri:ad diſtributionem inopum:mulierũq; uiduarum:& infantum & pupilloꝝ.Germia quæcunque prius naſci contingit:ad templum præferant:& pro terra hæc proferentes quam eis præſtitit poſſidere:deum benedicentes:ſacrificia quæ leges offerre eos iubent celebrantes: horũ primitias ſacerdotibus templi diſtribuant.Cum uero hæc quilibet impleuerit:& omnes decimas una cum primitiis quas leuitis:& ad epulandum dari mos eſt obtulerit:diſceſſurus domi:ſtans e diuerſo templi:gratias quidem agat deo:qui eas ab egyptioꝝ iniuria liberauit: terrãq; eis magnã frui:multãq; conceſſit:teſtimonium perhibeat:q; & decimas ſecundũ leges moyſeos obtulit: ex oret deum ſibi propitium & placidum ſemper eſſe: & cõiter cum hæbreis omnibus permanere atq; ſeruet bona quæ dedit eis:& addat quæcunq; donare poteſt. Vxores aũt ducant nobiliũ tẽ pore conſtituto:uirgines liberas:bonis parentibus procreatas. Qui uero uirginem ducturus nõ eſt:ei nõ iungatur:quã diſcedere ſuaſit ab alio:neq; cõtriſtet priorem maritũ eius. Ancillas libe ri non ducant uxores:nec ſi per amorem ad hoc aliqui compellantur. Concupiſcentia nanq; eſt:

decorū retinere:& cōgruū libera dignitate.Sed neq; fornicariæ ſequendæ ſunt nuptiæ:p quibus corporis iniuriis nuptiales hoſtias non ſuſcipit ſumma diuinitas. Sic itaq; prudentia filioꝝ erit libera:& ad uirtutē rectitudinis p̄parata:ſi non fuerit de turpibus nuptiis neq; de concupiſcentiꝫ non legitime conuenientiū ꝓcreati.Siquis uirginē deſpōderit:deinde non eā talē inueniat: cām dicturus:ipſe quidem accuſet:utens ad probationē documentis ſuis:reſpōdeat aūt puellæ pater aut frater:aut quicūq; poſt eos genere uicinior eſſe monſtratur:& dum iudicatū fuerit puellam non eſſe culpabilem: cū accuſatore p̄maneat: nullam habente uiro ulterius poteſtatem dimittēdi eam:niſi magnæ cauſæ proceſſerint;& contra quas ne reſpondere poſſit. Is qui audacter aut petulanter puellæ cām uiciauerit:& derogationes intulerit multas:cōdemneſ.xl.minus una plaga.&.l.ſiclos patri dare cogatur.Si conuicerit puellam fuiſſe corruptam: ſiquidem popularis ſit: eo q̄ caſte uirginitatē uſq; ad legitimas nuptias non ſeruauerit lapidetur:ſi uero de ſacerdote ſit nata:uiua protinus cōcremetur.Siquis duas uxores habuerit: & alia quidē in honore magno & fauore fuerit:aut propter amorē:aut pulchritudinē:aut ob aliam cām: altera uero i minori apud eum parte conſiſtat:ſi ex dilecta filius cū ſit iunior ab illo qui ex alia ꝓcreatus eſt petat ꝓpter fauorem patris quē circa matrem habet priuilegia ſenioris:qtūs duplicem ſubſtantiæ paternæ partem accipiat:ſicut in legibus diffinitū eſt:non ei concedatur.Iniuſtū nanq; eſt: ut qui natiuitate ſenior ē: eo q̄ minus mater eius a patre diligit debita pte fraudet.Qui puellā corruperit alio deſponſatam:ſiquidē ſuadens ei & ad corruptionē ſibi conſentientem habuerit:cum ea moriatur. Maligni enim ſunt utriq;:ille quidem eo q̄ turpitudinem puellā uolūtarie ſuſtinere ſuaſerit: & nuptiis liberis hæc mala præferre coegerit:illa uero q̄ ſemetipſam ꝓpter libidinem propriā: aut propter lucrum ad contumeliam perſuaſam præbuerit. Si alicubi eam ſolam inueniens: nullo adiutore præſente compreſſerit:ſolus ipſe moriatur.Qui uirginem corruperit:nōdum alicui deſponſatam:ipſe eam ducat uxorem.Si uero puellæ non placeat ut habeat eū:patri .l. ſiclos preciū iniuriæ ſoluat.Ab uxore copulata ſibi uolens diſiungi propter quaſcunq; cauſas:quæ multimode hominibus prouenire noſcuntur:ex ſcripto eo q̄ nunq̄ poſtea cum ea cōueniat cōpromittat. Sic enim habebit poteſtatem aliæ copulari:nam prius illa alteri iungi non poteſt. Si aūtē & illo moriente uoluerit eam prior uir recipere:non ei liceat. Quæ ſine filiis fuerit a marito derelicta: frater illius eam accipiat:& natum filium mortui nomine uocans:hereditatis nutriat ſucceſſorē. Hoc enim & publicis utilitatibus proderit:domibus minime deſtitutis:& cognatis poſſunt ſubſtantiæ conſeruari:& mulieribus reuelatio calamitatis auferri:quādo prioꝝ maritorum ꝓximis coniungentur. Si uero noluerit eam ducere frater:ueniens mulier:apud ſeniores teſtimoniū huius rei perhibeat: q̄ uolentem eam domi manere:& filium ex eo habere non ſuſcepit: iniuriā faciens fratris defuncti memoriæ.Requirentibus uero ſenioribus pro qua cauſa nuptiis eius abſtineat:ſiue maximam cauſam ſiue paruam dixerit:ad hoc ueniēdum eſt:ut ſoluens uxor fratris caligulas illius uiri:& expuens in faciem eius dicat:hoc diguum eſſe ab ea pati:iniuriā defuncti memoriæ facienti. Et ille quidem a ſenioribus abſcedat:hoc obprobrium habēs omni tempore uitæ ſuæ:illa uero ſi uoluerit alio cuilibet ſe petentium nubat. Siquis captiuam ceperit uirginē:ſiue iam nuptam:uolens ei copulari:non primitus liceat eius cubile cōionemq; contingere:anteq̄ illa radens caput ſuum:& lugubre ſcema percipiens:parentes defleat:& amicos quos in bello p̄diderat: qtūs de eorum triſticia ſanata;ſic deinceps ad epulas conuertatur & nuptias. Bonum eſt enim & iuſtum:accepturus de qua filiū habiturus eſt:ut eius ſatiſfaciat uoluntati: & nō tantummodo libidinē ſequēs propriā qđ uxori futuræ eaꝫ poſſit eē conténat. Triginta uero in luctudie bus expletis: ſufficiūt enī iſti dies ſapientibus ad lachrymas amatoꝝ: tunc ꝓcedat ad nuptias. Si uero cupiditate plenus:habere eam conténat uxorem:ad ſeruiciū eam deducere nō habeat potestatem:ſed ubicunq; uoluerit mulier ire diſcedat:hanc libertatem habens. Quicunq; iuuenum contemnunt parentes ſuos:& eis honorem non præbent:aut propter uerecundiam: aut propter inſipientiam iniuriā facientes eis:primū quidē ſermonibus eos moneant ipſi parentes:ſufficiunt enim ad hæc huiuſmōi iudices:dicentes nō ſe p̄p delectationē fuiſſe coitu naturali p̄mixtos:neque ꝓ augmēto pecuniaꝫ:dū eſſent facultates parenti utriq; cōes: ſed ut ipſi filios haberēt: qui eos in ſenectute gubernarēt:& qbus egerent p eos haberent:qđ dū grato fiet:deo p̄cipue eaꝫ ē: adiiciāt etiā hæc uerba dicēres: fouentes ſtudio magno nu_triuimus:nulliq; rei pepercimus:quæ ad ſalutem tuam tenderet:& utilitatem optime tibi eruditi ōis afferret:nūc aūt quoniā decet ueniam tribui iuuenū delictis:monemus te:reſpue in quocūq; pro noſtra exhonoratione minor iuentus es:& admodum temperamenti conuertere:ſciens etiā deū ea quæ cōtra parentes præſumuntur nimis ingrate ferre: quomodo & ipſe totius humani generis pater eſt:& una cū illis exhonorari uidetur:qui eandē appellationem habere noſcūter.Indignum eſt ergo a filiis hæc ſuis

ſuſtinere:cum & lex taliũ ſit ultrix ineuitabilis:cuius te filii experimentũ ſumere non optamus. Et ſi in his uerbis iuuenũ temperet audacia:ab obprobriis liberant quæ ex ignorantia ꝓueniũt. Sic enĩ & legiſlator bonus inueniet:& patres fœlices erunt:nõ uidentes nec filiũ puniri nec filiã. Cum uero parẽtis ſermones atq; doctrina ꝓpter intemperantiã ſuam pro nihilo eſſe uidebũtur inimicas ſine pacis fœdere ſibi faciens legis:cum frequẽtibus contra parentes preſumptionibus incitatur:hic inquit eiectus extra urbem:ſequente multitudine:lignoq; ſuſpẽſus & ꝑmanẽs tota die ad uiſionem cunctorũ:nocte ſepeliatur:ſicut etiã alii:qui quocũq; modo ꝓimi legibus decernuntur.Sepeliantur autẽ & hoſtes:& nullus mortuus expers iaceat ſepulturæ:ſoluẽs pœnã ultra iuſticiam.Nulli hæbreoꝝ ad uſuras liceat fenerare neq; cibũ neq; potũ.Non enim iuſtũ eſt a cõtribuli redditus ſuſtinere:ſed ſolaciũ utilitatis eius lucrũ eſſe decernere:& gr̃aꝝ actionẽ & recõpenſationem a deo referendã pro benignitate ſufficere. Qui acceperint ſiue pecunias:ſiue quoſcũq; fructus ſiccos uel humidos reminiſcentes deum hæc cum dilectione reſtituant: tanquã reponentes in propriis locuſis:& iterum cũ opus fuerit hæc tollentes.Qui uero circa redditionem impudentes extiterunt:non in domos eoꝝ introeũdũ eſt:& pignus ſumendũ: antequam ex hoc cauſa dicatur.Pignus enim a foris petendũ eſt:& debitor per ſe portare debet nihil reſiſtẽs ei qui cũ auxilio legis ad eum uenit.Siquidem idoneus ſit cui pignus ablatũ eſt:teneat illud creditor: quouſque reſtituat quod debetur:ſi uero eſt paup:reſtituat antequã ſol occumbat : & maxime ſi ueſtis ſit in pignore conſtituta:ut eam habeat ad ſoporẽ:quando naturaliter deus paupi miſereꝫ. Mola uero & uaſa ei congrua non ſunt accipienda pro pignore:ne inſtrumẽtis neceſſariis ad ciboꝝ alimenta priuẽtur:& pro egeſtate aliquid peſſimũ patiantur.In furto hoĩs pœna ſit mortis: qui uero aurum aut argentum abſtulerit:condẽnetur in duplum.Qui iumentũ rapuerit damno quadrupli condẽnetur:præter bouẽ:pro hoc enim quintuplum ſoluat . Qui ad ſoluenda multa fuerit inops:ſit ſeruus eoꝝ:quibus eſt condẽnatus.Siquis fuerit cõtribuli uenditus : ſex ãnis ſeruiat:ſeptimo autẽ anno liber abſcedat.Si uero filio ei ex ancilla nato apud emptorẽ ꝓpter affectũ eius ex familiaritatis dilectione ſeruire uoluerit inſtante anno iubileo quẽ quinquageſimũ nominamus:liber efficiatur cũ uxore ſimul & filiis.Si quis aũt aurũ uel argentũ per uiam iuenerit: querat eum qui ꝑdidit:preconemq; mittens:in quo eum loco inuenit reſtituat:& ex alio damno non bonam utilitatẽ eſſe decernat.Similiter aũt & de pecudibus quacũq; in deſerto errare compererit:non inuento repente domino apud ſe reſeruet:teſtem habens in his deũ: q̃ noluit aliena lucrari. Nulli liceat ꝓtranſire:cũ iumentũ alicuius tẽpeſtate fatigatũ in luto uiderit cecidiſſe:ſed alleuet illud & proprio adiuuãdo labore:ei adiutor exiſtat:uias aũt ignorãtibus demonſtrandas: & non riſum aucupantes de eoꝝ errore alienis utilitatibus liceat impedire. Nemo blaſphemet abſentẽ.Percuſſus in lite quis:ubi non eſt ferrũ:repente mactetur:idem patiente eo qui ꝑcuſſit q̃ fecit.Si uero portatus ad ꝓpria qui ꝑcuſſus eſt:egrotet diebus multis deinde moriatur ſit inocẽs qui ꝑcuſſit.Sanato aut illo & multas expenſas in egritudine faciente : reſtituat uniuerſa ꝑcuſſor: quæcũq; ĩ uulneris ſanandi tempus expendit & quæcũq; medicis erogauit.Qui mulierẽ pregnãtem calce ꝑcuſſerit:ſiquidẽ abortiuũ fecerit mulier:pecuniis a iudicibus condẽnetur:tanquã per corruptionem uentris:plebis faciens detrimẽtum. Dentur ergo & uiro mulieris ab eo pecuniæ. Moriente aũt ea ex ea plaga:& ipſe moriatur:aĩa ꝓ anima cenſente lege ponendã.Venenum neq; mortiferum neq; aliud quod ſit utile leſioni: ullus iſraelitaꝝ habeat.Si uero inueniatur quiſquã hoc poſſidere:moriatur hoc patiens:qđ toleraret ille contra quem uenenũ ꝓbatur eſſe cõfectũ . Qui cecauerit quẽquã ſimilia patiat:priuet quo priuauerit alios:niſi forte pecunias accipere uoluerit qui cecatus eſt:lege uidelicet illi dante licẽtiã qui paſſus eſt eſtimare paſſionis ſuæ caſum: & concedente ſi ſeuerior eſſe uoluerit.Bouem eoꝝ ꝑcutientẽ dominus ĩterficiat.Si aliquẽ interficiat ꝑcutiens taurus:ipſe quidẽ lapidatus moriat:& neq; ad cibũ utilis habeat.Si uero etiã culpabilis approbet dominus:preſcius eius naturæ:nec cauens:& ipe moriat:tanquã ipſe eius qui a boue pemptus eſt auctor mortis extiterit.Si ſeruũ uel ancillã bos ꝑimat:ipſe quidẽ lapideꝫ.xxx. uero ſiclos eius domino lapidati dominus dari damnet.Bos aũt ſi a boue ꝑcuſſus mortuus fuerit:uendat:& q mortuus eſt & q ꝑcuſſit:& p̃ciũ amboꝝ eoꝝ domini ſibi diſtribuãt.Qui puteũ: ſiue lacũ offodiũt:diligẽtiã hẽant:ut tabulaꝫ illic faciãt tegumẽtũ:nõ ut alq haurire ꝓhibeãt:ſed ut nullũ ibi ſit cadendi piculũ.Et ſi in huiuſmodi ꝓfunditatẽ non clauſa incidens iumẽtũ alicuius moriat:eius preciũ domino ꝓprio ſoluat.Circũdanda eſt quoq; maceria ĩ puteis ſiue lacis:q̃ ꝓ muro ſit:q̃tenus nõ ſinat aliquos illic deuolutos extingui.Depoſitũ ſiqs accepit:tãquã rẽ ſacrã aut diuinã ita cuſtodiat:nulluſq; fraudare creditorẽ ſtudeat neq; uir neq; mulier:nec ſi ĩmenſam auri lucraturus ſit quãtitatẽ:ſpernens q̃ſi nullus ſit:q eũ poſſit arguere. Generaliter itaq; cõuenit unũ quẽq; ſuã cõſciẽtiã ſciẽtẽ bene ageꝛ:& teſtimonio ſuo ſibi ſufficiẽtẽ uniuerſa agere quæ

ab aliis possint laudis premia condonare:& maxime respicientem ad deum:quē nullus malignorum latere potest.Si uero nihil agens dolose:perdiderit cui creditū est depositū:ueniens ad septē iudices:iuret p deū: q neq; eius cōsilio uel malicia periit:neq; aliqua rei perditæ pte sit usus: & inculpabilis tūc abscedat.Si uero uel in aliqua pte usus fuerit:rem sibi creditā ipse perdat etiā uniuersam:& quæcūq; accepit:reddere condēnetur.Sicut aūt de rebus depositis sancitū est: ita & siquis mercedē fraudet operantium corporibus suis:habeatur odibilis.Vnde nō est fraudanda uiri pauperis merces:scientibus uniuersis:quia ꝑ terra aliisq; possessionibus ei deus hoc præstitit. Sed neq; differenda solutio est:sed sub die præbēda:tanquā nolente deo fraudari quāq; usu laboris sui.Pro iniusticia patris nō debere filios puniri:sed propter suā potius uirtutem eis misericordia præbenda est nō lesio:quia filii pessimoꝝ fuere patrū:neq; odio habēdi sunt ab iniquis nati. Sed neq; patribus filioꝝ sunt repēsanda peccata:cū multa iuuenes extra nostrā doctrinā sibimet arrogent per superbiā:nolentes quæ sunt utilia doceri & coitū fugere:per quē una secū & masculi uirtutem & fructū filioꝝ ꝓcreationis amittunt:quā nobis hoibus ad augmentū generis ꝓbuit deus:quando ī nece futuroꝝ filioꝝ agitur:& per hoc eoꝝ exterminatur initiū. Nam sicut aniæ illoꝝ debilitantur:ita & quæ sunt corporis permutantur.Similiter aūt quicquid putat esse uidētibus monstruosum:nō liceat fieri neq; de hoibus neq; deceteris aīalibus. Hæc siquidē uobis legum uestræ reipublicæ sit pacifica cōstitutio:& deus ꝓpicius eius decorē inuiolabilē cōseruabit. Nullūq; fiat tempus quod in aliquo aliquis hæc innouet:& in contrariū mutet. Quia uero necesse est humanum genus incōsiderata picula aut uolūtarias turbas īcidere:ēt de his breuia collo quemur q̄tenus p̄scientes q̄ oportet fieri:ad opus salutis sitis idonei:& nō tūc regrentes quæ nos conueniat facere:minus instructi tēporibus succūbatis.Terrā quā uobis sine laboribus præbuit deus:& sine uirtutū exercitatione cōcessit:p̄stet quidē:ut ea sine bello fruamini:neq; aliis ī ea cōtra uos præliātibus:neq; ītestina seditione cōcussīs:p quā cōtraria uestris patribus gerentes:quæ ab illis sunt custodita pdatis:sed utētes legibus bōis quas uobis deus præbuit p̄sistatis.Si uero causus belli aut nūc uobis:aut uestris filiis postea forte ꝓuenerit extra terminos hoc agatur. Bellaturi: legationes & precones mittite ad uoluntarios hostes Ante arma nanq; bonū est apud eos uti sermonibus declarātibus:quoniā & militiā copiosam habentes:& equos & arma:& ante hæc ꝓpicium deū:& uobiscū piter dimicantē:tamē petite:ut nequaq̄ cū eis pugnare debeatis: ne res eoꝝ auferre cogami.Et siquidē consentiūt:bonū uobis est seruare pacē: si uero cōfidentes in se: quasi uirtute præcellāt:& uos uexare conent:exercitū sup eos inducite:principe quidē utētes omnipotēte deo sub principē uero cōstituite unū:qui cūctos uirtute præcellat.Multoꝝ nāq; principatus his q agere qcquā excellēter alias celeriter cōpellunt ipedimentū est:& potius nouit ledere q̄ iuuare.Exercitus aūt ducat mūdus:& īter oēs corporis robore & animi audacia ualde p̄positus: timidi uero discerēdi sunt:ne dū circa cōgressionē belli cōuertunt ad fugā:hostibus magis uires adiiciāt.Eos qui nup edificauerit domos:q bus tēpus ānale nō fuit ad fruendū:& q plantauerūt: & necdū pticipati sunt fructibus ī ꝓuincia dimittendos cēsemus:sed etiā eos q spōsi sunt: & qui nup uxores duxerūt ne desiderio eaꝝ pcentes uitæ & seruātes semetipsos:ut illis fruantur:arma tractare cōtēnant.Cū uero castra īquit ducitis,puidete ne qd mali geratis. Obsidētes ciuitatem & lignis egētes ad machinationis opus:nō īcidatis arbores terræ fructiferas: sed parcite scientes: eas a deo,p utilitate hoium eē ꝓductas.Quæ si uocē haberēt iurgiū uobis īferrēt:qa cū nō sit in eis cā belloꝝ:iniquæ sectiōis ꝓiudicia patiāt:& si uirtus eis foret:ēt demigrarēt: & ī aliā terrā recederent.Vincētes aūt ī pugna:rebelles occidite:alios uero ad tributa reddēda seruate: absq; gēte chananea.Hos enī cū omni domo cūctos oportet exterminari.Custodite ī bello præcipue:ut neq; mulier utat instrumēto uirili:nec uir tunica mulieri. Huiusmōi siquidē moyses hæbreorū rempublicā dereliqt.Leges aūt prius q̄dragesimo anno cōscriptas tradidit:de quibus in alia sum cōscriptione dicturus.Reliquis uero diebus frequētes benedictiōes p ecclesias eis dedit: & super eos qui nō legitime uiuerēt:si quæ in eis sunt definita trāscenderēt maledictiones iposuit: deide exametrū eis carmē effecit: qd in libro dereliquit in sacrario cōseruandū:eloquiū continēs futurorum:secundum quod oia facta sunt atq; fient:nullaq; ueritate priuat. Hos igitur libros simul & arcam in qua decē uerba duabus tabulis cōscripta recondidit:& tabernaculum tradidit sacerdotibus:& populū adortatus est:ut dum obtinerēt terrā:& collocarentur in ea:amalechitaꝝ nō obliuiscerent iniuriā.sed castrametati super eos:pœnā de eis sumerēt:eoq; eos in deserto positos afflixissent.Capta uero terra chananeoꝝ:& oēm eius multitudinē pimi iussit & altare erigendū: qd ad solis respiceret ortū: tum nō longe ab urbe sicimoꝝ īter duos mōtes: garizeo quidē a dextris positoa leuo aūt eo qui hebal nūcupatur:diuisoq; exercitu per sex tribus in duobus montibus:& eū eis leuitis & sacerdotibus:primū quidē eos qui in mōte garizeo eēnt orare sancciuit:

lib: 4.

bona sup eos accidere:qui circa religionē dei legūq; custodiā studiū haberēt:nec offenderent in his quæ moyses imperauit:& his fauere alias tribus:rursumq; his orātibus:sex alias respondere benedicētes:deide transgressoribus ponere maledicta:& ī eoꝝ cōfirmatione sibi tribus adinuicē consonare.Conscripsit aūt benedictiones eoꝝ:ut nequaquā longo tpe hæc doctrina deficeret. Quas etiā moriēs in altaris latere utroq; conscripsit:stāte populo:& secū sacrificia & holocausta celebrante:qđ nequaquā ulterius fecit.Hæc igitur constituit moyses:& hæbreoꝝ gens hæc mā data sequēdo constitit.Altera uero populū cū mulieribus & infantibus in ecclesiā conuocauit: ita ut famuli etiā adessent & ei iusiurandū ꝓ legū custodia celebrarēt:ut de dei uoluntate pfecte cogitātes:neq; cognatis fauētes:neq; terrore pmoti:neq; aliā quēlibet fortioꝛē cām q̄ legū custodiā arbitrantes:eaꝝ p̄cepta transcenderēt:sed siue quisquā eoꝝ consanguineus temptaret huius conuersationis iura confundere siue ciuitas foret:in eis ulciscerenť & singulariter & cōiter: & cū eis prævalerent:etiā fundamenta subuerterent:ut neq; pauimentū contemnentiū si esset possibile remaneret:si uero nequirent inferre tormentū:hoc ipsum ostenderent:quia non sua uoluntate fecissent.Et in his quidē multitudo iurabat.Docuit aūt eos quēadmodum sacrificia p̄cipue deo placerent:& quō prælīantes digni fierent utentes coniectura lapidū:de quibus primitus declarauī.Prophetauit uero & Iesus præsente moyse. Igitur moyses cuncta quæ forent pro populi salute facienda in bellis simul & in pace tractās:legibusq; compositis:& distributis reipublicæ piter ornamentis dicit:quia ei diuinitas indicauerit q; si transgrederenť eius religionē hæbrei experirentur aduersus:ita ut eoꝝ terra armis hostiū compleretur:& urbes destruerentur:& cōcremarentur templum:& uiri uenditi seruituri forent nullo eoꝝ calamitatibus miserante:eosq; cū talia sustinerēt:frustra eē pēituros . Deus tamē īqt q uos creauit:& ciuitates ciuibus uīis tēplūq; restituet:eritq; haꝝ rerū calamitas non semel sed sepius affutura. His dictis:exhortans Iesum ad chananeos exercitum ducere tanquā deo cooperante in his quæcūq; tentarēt: & omni multitudini benedicens quomodo ego inquit ad nostros pergo maiores : & deus hoc die me ad illos ire decreuit gratias quidem et adhuc uiuens uobisq; præsens refero:propter ꝑuidentiā eius:quā nō propter libertatē solummō uestram gerens:sed etiā pro muneribus optimis semp exhibuit:laborantiq; mihi & omnē sollicitudinē adhibenti pro meliori uestra cōuersatione sua solacia nō negauit:& in oībus placidū nobis præbuit semetipsum:magis aūt ipse fuit:qui etiā bonā conuersationem dedit:finemq; concessit:me uteris sub principe pariter & ministro:in quo uestrū populū uoluit adiuuare.Pro quibus oībus benedicere uirtuti dei cui cura erit & ī futuro cogitare,ꝓ uobis:moriens optimum iudicauī.& ipse utiq; hoc debitum deo restituens:& uobis ad memoriam derelīquēs : qa colere uos semper hunc oportet:& honorare:& leges reꝝ omnium quas præstitit:placiduſq; permanens adhuc præbebit:tanquā optima dona seruare:quia pessimus inimicus est & homo nequissimus : qui legislatori facit iniuriam:& leges ipsas frustra positas arbitratur. Deum ergo non prouocetis ad iracundiam legibus neglectis:quas ipse generās uobis dedit.Hæc autem moyse ad finem uitæ dicente:& cum benedictione singulis tribubus futura prophetāte: populus cessit cunctus ad lachrymas:ita ut etiam mulieres tundentes sua pectora:demonstrarēt in eius morte lugubrem passionem.Sed & peruuli flentes:cum adhuc magis ad retinendam tristiciam inualidi forent declarabant:quomodo & ipsi uirtutem eius & magnitudinē ultra ipsam infantiam sentiebant.Erat itaq; iuuenibus ac senioribus erumna magnæ tristiciæ.Alii nanq; scientes:quali tutore priuarentur:de futuro lugebant:aliis uero maximus ob hoc erat luctus : quō cum nondū bene eius uiderentur degustare uirtutē: tali principe fraudabanť.Nimietatem uero gemitus populi:atq; dolorū:coniicere poterit unusquisq; ex eo:q; tunc ipsi legislatori prouenisse dinoscitur.Nam cū omni tempore suaderet non oportere quēquā ꝑ futura deiici morte: tanq̄ hanc uoluntate dei & legis natura ferente: in his tamen quæ gerebantur a populo : uictus est ut defleret.Igitur properantē quo erat auferēdus:cuncti cū lachrymis sequebātur.Moyses aūt alios quidē manu silentiū faciens:procul quietos manere precepit:proximos uero suis consolabať ser monibus:ne sequentes lugubrem ei facerent finem.Illi etiā hoc ei præstandū iudicātes : ut ꝓpria uolūtate discederet:semetipsos ī aliis locis detinuere flētes:& abeuntē lachrymis currentibus ītuentes:quē solūmō seniores deduxerūt:& pōtifex eleazarus:& princeps Iesus Cunq; uenisset ad montē qui uocať abarim:qui est excelsus & e diuerso positus:hiericho terrā optimā chananeoꝝ & amplā intuētibus ad uiuēdū p̄bens:seniores dimisit:& dū salutaret eleazaꝝ:& iesum:eisq; adhuc loqreť:nube subito sup eū astāte:in quadā cōualle sublatus est.Scriptū est aūt ī sacris libris: eū fuisse mortuū ꝑ metum:ne ꝑ excellētiā uirtutis q̄ erat circa eū ad diuinitatē abisse putareť Vix itaq; oē tēpus ānoꝝ.xx.& cētū:ex qbus pte tertia prīceps fuit:minus uno mēse.Defunctus est aūt ultimo mēse āni:q; a macedonibus uocať distrus:apud nos aūt adari mēsis initiū est:sapia

cūctos hoies qui fuerūt quocūq; tpe supans:& optime his quæ intelligebat utēs:ad dicēdū uero & ad loquēdū populo ualde gratissimus:& alia multa bona possidēdo nimis idoneus: sic quoq; cunctis abstinens passiōibus:ut neq; esse in eius aia putarent:sed solummō eoꝝ noia sciret:& in aliis potius:q̄ in se esse conspiceret.Et dux quidē inter paucos illi similis fuit:ꝓpheta uero qualis ille: alter nullus:ita ut qcquid eū cōtigisset loqui:deus putaret audiri.Luxit hūc populus trigīta diebus: & nunquam tristiciæ magnitudo hæbreos tāta detinuit:quāta fuit in transitu moyseos. Diligebant etenī eū non solū qui fuerūt expti:sed etiā qui eius legebant leges:questioneſq; uehementissimas faciebant:& eius uirtutē ita cōsiderabant.Finis itaq; moyses declaratus a nobis hoc modo sufficiat.

HAec insunt in quinto libro iosephi historiaꝝ iudaicæ antiquitatis. Cap.i.
Quō iesus duxit hæbreoꝝ exercitū: & dū pugnasset cōtra chananeos: & deuicisset terrā eoꝝ ꝑ sortes funiculoꝝ ē ptitus:& de morte ipius iosue:& pōtificis eleazari. Cap.ii.
Quō moriēte duce:filii israel fœliciter aliquāto tpre pugnaueret cōtra chananeos. Cap.iii.
Quō ꝓcedēte tpe israelite trāscēdentes patrias leges ad grādes erūnas deducti sunt:& seditione facta:adinuicem pugnauerunt:huiusmodi causa pro qua deleta est tribus beniamin præter ducentos uiros. Cap.iiii.
Quō post hanc afflictionē israelite rursus impie agētes:opprimūt a chananeis: & a cursato rege assyrioꝝ cui seruierūt ānis octo sed postea libertas eis restituta est ꝑ zenizē beli filiū : prīcipāte annis quadraginta:qui apud finicas dicitur iudex. Cap.v.
Quō rursus populus noster annis.x.& octo seruierunt moabitis:& a quodā aoth noie seruitute priuatus sit:eo principatū annis:lxxx.tenente. Cap.vi.
Quō chananeis eos in seruitutē redigētibus ꝑ annos.xx.liberati sunt per barachum & debborā: qui eoꝝ principes fuerunt. Cap.vii.
Quō pugnātes amalechite contra israelitas uicerūt:eorūq; ꝓuinciā afflixerūt ānis septem quos liberauit dominus ꝑ gedeon:qui sup populū fuit annis quadraginta. Cap.viii.
Quō abimelech filius gedeonis ex cōcubina mortuo patre arripuit principatū:interfectis cūctis fratribus suis excepto uno:& de pœna quā exsoluit ꝓ fraterna cæde. Cap.ix.
Quō israelite relinquētes legē dei opprimūt ab āmonitis:quos liberauit dominus ꝑ iepte galaaditē qui tenuit principatū ꝑ sex annos. Cap.x.
Prenunciatio natiuitatis samson: & fortitudo eius : & quantorum malorum auctor fuerit palestinis. Cap.xi.
Post mortē samson ꝑfuit israelitis beli sacerdos:& de noemi uxore elimelech:seu de ruth moabitide:quā duxit uxorē boos:pater obed patris iesse:ꝑis dauid. Cap.xii
De ortu samuelis prophetæ : qui predixit cladem israeliticam : filiorum beli sacerdotis perditionem Cap.xiii.
Quō filii israel pugnātes cū palestinis cesi sunt:filii beli sacerdotis ī bello pereunt:arca dei cap ta abducit:ipse sacerdos cōpto quod factū est:de sella corruens:mortuus est:cū tenuisset prīcipatū quadraginta ānis.Continet hic liber tēpus annoꝝ quadringentoꝝ septuagintasex.

Incipit liber quintus.

MOyse itaq; predicto mō ab hoibus abeūte Iesus oībus iā ī eo legitimis finē habētibus:& luctu q̄escēte:ꝑcepit ut populus esset ꝑparatus ad expeditū: misitq; exploratores ad hiericho:q & uirtutē eoꝝ:& q̄ ipsi uolūtatē hīe uiderēt:agnoscerēt.Ipse uero disponebat exercitū: tāquā iordanē oportuno tpe trāsiturus:& cōuocās prīcipes tribuū ruben & gad:& ꝑsides manasse: nā & huius tribus mediā ptē ī ar nō ascripserat habitare:q est chananeoꝝ terræ ps septia:cōmemorabat eis q̄cūq; moysi ꝓmisissent:atq; poscebat: ut ꝑstātes & illius ꝓuidētiæ q neq; dū moreret circa eos defecisset:&utilitati cōi semetipsos ad ea q̄ precipiebat ꝓnissimos exhiberēt:& cū eqtibus qnq̄ginta milibus armatoꝝ a loco q dicit abela ad iordanē accessit ī stadiis.lx. Cūq; fuisset illic castrametatus: repente exploratores aduenerūt nihil hoꝝ q̄ agebāt apud chananeos ignorātes. Latēter enī prius oēm urbē eoꝝ licēter cōsiderauerūt simul & muros q̄cūq; tortes:& qui nō ita cauti eē uiderēt:sed & portas:q dū essent fragiles:oportunū ꝑberēt iuasuris introitū.Nō aūt curabāt ciues q̄cūq; uidebāt eos ista cōsiderare putātes uisiōis grā pegrinos aptissima eos ciuitatis loca singula ꝑscrutari:nō uolūtate tamē hostili.Cūq; uespe factū fuisset:& descendentes in habi

taculū quodā muro uicinū ueniſſent ī quo cenaturi erāt:eſſetq; eis addiſcēdi cura:nunciatū ē re gi cenanti:eo q; exploratores qdā ex hæbreoꝝ exercitu ueniētes eēnt ī raab habitaculo:cū multa latēdi ꝓuidētia cōſtituti.Ille uero repēte eos ꝓcepit cōprehēſos adduci:ut eos torquēs agnoſce ret.qd agere uolētes adeſſent.Cūq; iuaſionē eoꝝ raab agnouiſſet:nā ſupra murū ſtipulā lini fic cabat:exploratores qdē illic abſcondit.His aūt q̄ miſſi fuerāt a rege dicebat:q; ꝓ pegrini qdā ignoti fuerit ante paululū q̄ ſol occūberet apud eā:& cenātes abſceſſerūt.Quos ſi timorē ciuitati:& regi piculū ferētes ueniſſe putarēt ſine labore cōprehēderēt ꝓſequētes.Illi uero muliere ita loquete: nullū eius ſentiētes dolū abſceſſerūt:neq; ꝓſcrutātes habitaculū eius. Cūq; ꝓexiſſent ꝓ uias per q̄s eos præcipue ire credebāt:& q̄ ducerēt ad uada iordanis & nullū ſignū agnoſcerēt:a labore qe uerūt.Tumultu aūt ſedato:raab deducēs uiros & piculū ꝓ eoꝝ ſalute faciēs ſuū: q̄ ſi capi ī eoꝝ occultatione potuiſſet:nequaquā ſupplicia regis euaderet:ſed cū oī domo peſſime depiſſet roga uit ut haberent ſui memoriā:& dū chananeoꝝ terrā obtinerēt:huius ſalutis repēſationē eos ſibi cōferre poſcebat.Quo facto:dimiſit abire eos ad ꝓpria:iurātes:ut eā liberarent & quæ cū ea ſo rent:dū ueniētes ī ciuitatē uaſtarēt eā:& oēs hītatores eius:ſecundū ſnīam apud ſe ꝓfinitā una pi merēt.Hæc enī illa ſcire ſe dicebat ſignis dei uirtute mōſtratis.At illi de ꝓſentibus gras referētes: & de futuris iurabant ope ſe:repanſaturos fore:& ſuadebant:ut dū ſentiret capiendam ciuitatē: oēm poſſeſſionem ſuā atq; domeſticos in illo habitaculo recōderet:& ante ianuas coccineū fu nē appēderet: quatenus ſciens domū princeps ne qd ei mali fieret cuſtodiret.Adiiciebāt enī.Nū ciamus ei: quia tuo fuerimus ſolatio liberati.Siqs uero pugnando ceciderit tuoꝝ:aut tu:neq̄quā nobis hoc aſcribas:qui ꝓpter deū quē iurauimus nunc tibi ꝓponimus ut in nullo debeas q̄ſi de iuriſiurādi trāſgreſſiōe dubitare.Et illi qdē hæc ꝓmittētes abibāt dimiſſi ꝓ muꝝ:& ad ſuos pue niētes nūciauerūt q̄cūq; in urbe geſſiſſent. Ieſus aūt pōtifici eleazaro & ſenioribus dixit q̄ fuerāt ab explora toribus iurata raab:qui iuſiurādū ſua quoq; ſentētia firmauerūt.Metuēte uero duce trāſitū flumīs:cū eſſet grādis eius īpetus & nō pontibus trāſiret:nā primitus nō erat iūctus: q̄ ēt ſi uellēt ei pōtē facere:nequaquā ſe arbitrabāt ꝓpter hoſtes hīe pmiſſionē iter hæc deus & trāſi bilē fluuiū fieri ei ꝓmiſit:magnitudinē eius īminuēs:& duobus trāſactis diebus.Ieſus trāſpoſuit cūctū exercitū:totāq; multitudinē tali mō.Precedebāt eq̄dē ſacerdotes habētes arcā:deīde leuite tabernaculū & uaſa quæ ad ſacrificioꝝ miniſteria ſunt neceſſaria deferētes.Sequebat aūt leuitas ꝓ tribus ſuas ois exercitus habēs ī medio īfantes atq; mulieres.Metuebāt enī ꝓpter eos : ne uim pateret in flumīe.Cūq; ſacerdotibus primis ītroeūtibus meabilis iā fluuius uideret : altitudine qdē eius īminuta:alueo uero eo q; multus nō eſſet fluctus:q̄ſi ad ſicci pauimenti ſtar expoſito: oēs iā cōfidēter fluuiū trāſmeabāt & qualē eū deus futuꝝ eſſe predixerat:talē eſſe conſpiciebāt. Steterūt aūt ī medio ſacerdotes donec turba trāſiret:& ſecuritatē attingeret.Oībus itaq; trāſeūti bus:egreſſi ſunt ſacerdotes:libeꝝ iā fluuiū relinquētes:ut more ſuo decurreret.Et fluuius quidē egreſſis hæbreis denuo creuit:& magnitudinē ſuā recepit.Illis uero quinq̄ginta ſtadiis precedē tibus exercitus uſq; ad decē ſtadia hierichūtis acceſſit.Ieſus aūt altare ex lapidibus quos ſinguli prīcipes tribuū tulerāt de ꝓfundo iordanis iubēte ꝓpheta cōſtituēs ꝓ futuro ſigno iterrupti flu minis: ſup eū ſacrificauit deo:& feſtiuitatē paſcæ ī illo loco cunctus populus celebrauit:& oīa q̄ eis deerāt primitus facillīe tūc abūdabāt.Nā & meſſem iā maturā chananeoꝝ metebāt:& cætera opulētiſſima poſſidebāt.Tūc eis etiā cibus māne defecit:ex quo aliti.xl.fuerūt ānis.Cū hæc uero iſraelite facerēt:& chananei neq̄quā cōtra eos exirēt:ſed clauſi muro qeſcerēt:ieſus eos obſidere deliberauit.Et prīa die feſtiuitatis ferebāt arcā ſacerdotes:precedebantq; ſeptē bucinis ſuis tubas mittētes: rogabantq; ſimul exercitū:ut uiriliter circuirēt muꝝ : ſenioribus ſuis ſequētibus:& tu bas mittētibus ſolummō ſacerdotibus.Quo geſto:ea die nihil amplius faciētes ad caſtra reuerſi ſunt.Cūq; hoc.vi.diebus feciſſent.vii.die oēm populū'colligēs armatoꝝ ieſus: captiuitatē urbis ānūciabat:& qa eis illa die deus eā ſine eoꝝ labore cōtraderet:muris eius ſpōte ꝓſtratis:oīa tamē occidēda q̄cūq; aīo placuiſſet hīe ꝓcepit:& nullo labore ab hoſtiū nece quieſcēdū:& ut neq; mi ſericordia cedēdi:neq; circa p̄dā uacādā fugiētes cōtēnerēt inimicos:ſed aīantia cūcta pimerēt:& nihil ad uſum ꝓprie uoluptatis auferrēt:auꝝ uero & argentū quodcūq; inueniret iuſſit auferri: ut deo præcipue geſtoꝝ primiciæ ſeruarent:quæ primū fuiſſent ciuitate ſubacta pceptæ:ſolā ue ro raab liberandā decreuerunt:& generationē eius eo q; ei exploratores prebuerant iuſiurandū Hæc dicens ieſus:atq; diſponens exercitū. deduxit ad ciuitatem. Circuibant autem iterum urbē arca precedente:& ſacerdotibus ad opus populum commonentibus.Cunq; ſepties circuiſſent:& paulatim quieuiſſent repente cecidit murus:neq; machina:neq; alia uiolentia muro ab hæbreis illata.Illi uero ingredientes urbem iericho omnia in ea peremerunt: inopinabilem muri ruinā obſtupeſcentibus ꝓmentibus utriq; eorum : ad defenſionem ſuam inutilibus ſubito conſtitutis.

Necabanť aũt per itinera cõſtipati:& ĩ domibus apprehenſi:nulliq; penitus percebať:ſed omnes ꝑiter occidebãtur:uſq; ad mulieres etiam & infãtes:eratq; ciuitas plena mortuoꝝ corporibus: & nullus effugit necis incurſum.Ciuitaté quoq; cunctã incenderũt:ſimul & regioné. Raab uero ad illud cenaculũ cũ ſuis confugientem exploratores eripuerunt.Quã dum ad ſe ieſus uenire ſe ciſſet:gratias egit ꝓexploratoꝝ ſalute:& ꝓ tali beneficio dixit non ſe retributionis fore minorem:donauitq; eã repente multis agris:& rebus maximis honorabat.Siquẽ locũ ciuitatis ptrãſiebat:ignis eum deſtruebat:& ſup habitatores eius deiiciebat.Sed & ſiquis uaſtatã poſtea uellet inſtruere maledixit quatenus qui fundamenta muroꝝ iaceret:priore filio careret:qui uero ꝓficeret:& nouiſſimũ ſimul amitteret.Hoc uero maledictũ nõ neglexit diuinitas:ſed impoſteꝝ dictu rus ſum paſſionẽ quæ ꝓpter eã factã aduenerit.Congregata eſt igiť innumera multitudo argẽti ſimul & auri:necnõ & eris:cũ nulli placuerit aliquid exinde ſuſtuliſſe nec ad utilitatẽ ꝓpriã ea diripuiſſe.Et hæc quidé ieſus ſacerdotibus theſauroꝝ recõdenda contradidit.Hoc ergo mõ periit hiericho. Achar uero charini filius ex tribu iuda dũ iuẽiſſet clamidẽ regiã:totã auro cõtextã:habentẽ auri mazã alias maſſam:hoc é ſiclorꝝ põdus ducẽtoꝝ:crudele iudicãs:ſi is q piculũ habuerat lucrũ iueniẽs qđ in ſua utilitate cõferret:daret hoc deo:& nõ magis egenti: foueã faciẽs ualde ꝓfundã ĩ ſuo tabernaculo ſupfodiẽs eã:latere ſe iudicãs deũ:ſicut potuit latere cõmilitones. Vocatus eſt auté locus in quo caſtrametatus é ieſus galgala:qđ nomẽ ſignificat libertatẽ.Tráſeũtes enĩ fluuiũ:tã ſemetipſos ab egiptiis:& ab erũnis deſerti cõfidebãt eſſe ſecuros. Poſt paucos ergo dies uaſtationis hiericho:milit ieſus.xxx.milia armatoꝝ ĩ ciuitatẽ adan:poſitã ſup hiericho quatenus dimicarẽt.Et cõgreſſis hoſtibus:ceciderũt hæbreoꝝ uiri ſex & triginta.Cunq; hoc nũciatum fuiſſet iſraelitis:magnã triſticiã & crudelé anguſtiã ꝓtinus habuerũt:& nõ tantũ ꝓpter cognatos amiſſos:licet oẽs uiri boni & nimis exerciti piſſent:quãtũ ꝓpter deſpationẽ ſuã.Credentes enĩ iam ſe terrã obtinuiſſe:& a prælis iã exercitũ uacare:hoc deo taliter ꝓmittẽte:potiores inopinabiliter uidebant hoſtes:& ſaccos ſupinduentes ſtolis ſuis:tota die erãt ĩ luctu & lachrymis conſtituti:nulla re inherentes:nec cibo caſu ſiquidé qui contigerat grauiſſime uidebanť afflicti. Videns aũt ieſus exercitum ita percuſſum:& ex omnibus iã rebus peſſima deſpatione deiectũ:audacter acceſſit ad eũ:& ait.Non nr̃a petulantia uenimus ut hãc terrã armis ſubiiceremus: ſed moyſe famulo tuo ad hoc nos adhortante ꝓceſſimus dũ multis ſignis poſſeſſionẽ huius terræ præbituꝝ te nobis eẽ ꝓmiſeris:exercitũq; armis hoſtiũ facere melioré.Quæ ſunt hæc quæ nobis repẽte uenerũt.Núc aũt ꝑter ſpẽ decepti uidemur: & tãq̃ nõ firma ſint tua ꝓmiſſa q̃ moyſes ꝑdixit afficimur:& deterior nunc de futuris metus nos deſpabiles habet:primũ expimento talia ſuſtinẽtes.Sed tu domine quõ tibi uirtus eſt malis his adhibere medicinã & ꝑſenti nr̃æ triſticiæ prebere uictoriã:etiã de futura deſperatione tuo fauore nos libera.Sic equidẽ ieſus pronus in terra iacens deprecabatur deũ.Cui reſponſio a deo data eſt:ut ſurgeret & exercitũ a ſua pollutione purgaret;ꝓpter furtũ rerum ei dicataꝝ hanc deuictionẽ nunc ſuper eos eueniſſe dicens: ſi uero requireret qui fecerat ac puniret:uictoria eis ſemp de hoſtibus proueniret.Hæc ergo populo ieſus enarrabat:& uocans eleazarum pontificem:& prícipes tribuum:ſortem ſuper eos mittebat. Cunq; hoc delictum in tribu iuda factum eſſe declararetur: rurſum per genus ſortem miſit:& ueritas huius iniqtatis circa cognationẽ achar illuxit.Tunc denuo per unumquéq; uiꝝ inquiſitione facta:apprehenſus eſt achar. Ille uero cum non potuiſſet negare deo:dum eum ita cõſtrinxiſſe probabatur:furtum confeſſus eſt:& protulit in medium ueſtem. Et ille quidem repente peremptus turpé pœnam & incũctanter cõgruã ſuæ præſumptioni promeruit ſepulturã, Ieſus ergo purgatum exercitum deduxit ad adã urbem: & nocte circa ciuitatem inſidias conſtituens: diluculo hoſtibus eſt congreſſus. Iſrael autem cum fiducia propter priorem uictoriam ſuper eos euntibus: ſimulando ſe recedere populus hæbreorum: hoc modo longius eos perſequentes traxit a ciuitate: & tanquam de uictoria confidentes. Dum uero reſiliſſet exercitus contra faciem eorum:dediſſetq; ſigna quæ conſtituerat eis: quos in inſidiis collocauerat; eoſq; excitaſſet ad pugnam: tunc illi in ciuitatem ingreſſi ſunt. Dumq; eſſent circa muros ciues intenti:alqui uero & circa aſpectum eorum qui egreſſi fuerãt mentibus occupati illi quidem ciuitatem ceperunt:& omnes occurrentes ſibimet extinxerunt. Ieſus autem procedentibus illis ad prælium occurrens omnes conuertit in fugam. Cunq; refugerent quaſi ad integram ciuitatem: cum & ipſam captam inſpicerent: & incenſam cum mulieribus & filiis agnouiſſent: per agros diſperſi ſunt:defendere ſemetipſos ſollitudine non ualentes. Cum talis calamitas hoſtes apprehendiſſet:infantum turba capta eſt atq; mulierum:& rerum aliarum uaſorumq; innumera multitudo necnon greges pecudum hæbrei ceperunt ac multas pecunias. Erat enim locus ido

neus. Et hæc omnia ieſus in galgalis poſitis militibus partitus eſt. Gabaonite uero habitantes iuxta hieroſolymam:uidentes paſſiones quæ prouenerũt hiericho & adanitis: & ad ſemetipſos tranſire hanc uaſtationem exiſtimantes. Ieſum quidem aperte rogare noluerunt: neque enim hoc impetrare ſe quaſi aliquid mediocre putabant:dum in interitu potius chananeorum gentis eum pugnare cognoſcerent.Cheſeritas autem & chiaterimitas quæ uicini eis erant ad auxilium popoſcerunt:dicentes neq; illos periculum declinare: ſi iſtos iſraelite deuĩcerent: adunati uero poſſent magnitudinem eorum uirtutis euadere. Et dum hæc uerba placuiſſent:miſerunt legatos ad ieſum amicitias poſtulantes:quos præcipue iudicabant idoneos:ut agerent quæ omnibus expedirent. Illi uero confiteri ſe chananeos incautũ exiſtimantes: fugere ſe huiuſmodi piculũ crediderunt ſi dicerent:nihil ſibi cum chananeis quolibet modo competere: ſed longiſſime ab his habitare & ueniſſe ſe pro fide uirtutis eorum: ambulantes itinere multo:& pro coniectura ſermonis huius ueſtimenta monſtrabant. Veſtes enim cum nouæ fuiſſent quando egrediebãt: longo itineris tempore attritas ſibimet aſſerebant. Cilicinis enim ut eorum uerbis crederet uestibus utebantur. Stantes ergo in medio dicebant ſe miſſos a gabaonitis: & uicinis ciuitatibus multũ ab ea terra remotis:facturos cũ eis pacem:more fœderis pſriæ ſuæ:agnoſcẽtes dei gſa atq; dono chananeoꝝ terrã eis poſſidere conceſſam:his tributarios fore gratanter & ciues eoꝝ fieri promereri. Hæc itaq; illi dicentes:& iudicia itineris oſtendentes: rogabant hæbreos ad pacta amicitiaſq; deſcendere. Ieſus autem dictis eorum credens:quod non eſſent de gente chananeorum:amicitias fecit cum eis:& Eleazar pontifex cum ſenioribus præbuit iuſiurandum habituros amicos & ſocios:nihilq; cogitare ſe aduerſus eos iiuſte:populo.ſ.in iureiurãdo una conſentiente.Et illi quidem quæ uoluerant callido conſilio promerentes ad ſemetipſos ibant.Ieſus uero caſtrametatus contra chananeos in confinio gabaonitarum:& agnoſcens non procul ab hieroſolymis gabaonitas inhabitare:& chananeorum generis eſſe:uocans eorum priores de falſitate culpabat. Illis autem non aliam præter hanc ſalutis occaſionem ſe habuiſſe dicentibus: & propterea ad hæc ex neceſſitate ueniſſe: conuocabat pontificem eleazarum & ſeniores: eiſq; cenſentibus publicos eos famulos ne iuſiurandum tranſgrederetur eſſe decretum eſt.Et illi quidem pro calamitate comprehenderant eos:hanc ſui cautelam atque cuſtodiam inuenerunt. Cũ uero rex hieroſolymorum grauiter ferret:eo quod gabaonite cum ieſu pacta feciſſẽt uicinarum gentium reges contra eos pugnaturos ad ſolacia rogabat. Quibus eis præbentibus: quattuor enim erant:& cum eo caſtrametantibus:circa quendam fontem non procul a ciuitate:dum iam pararent obſeſſionem gabaonite auxiliatorem aduocauerunt ieſum. Ad hoc enim uentũ erat ut a ſuis quidem perimi ſe putarent:& ab eis qui ad interitum chananeorum gentis caſtrametabantur ſaluari ſe propter amicitias exiſtimarent. Ieſus autem cum omni exercitu ad eorum ſolacia properare feſtinans:& die noctuq; perambulans: diluculo uenit ad hoſtes: & fugientes ſequebatur:pergens in deſcenſu bethoron:ubi etiam dei quoq; operatione cognouit ſignificatam ſibi tonitruis & fulminibus:& grandinis demiſſione maiore quam ſolitum eſt: inſuper etiam die creſcente:ne nox ſuccedens hæbreorum impetum refrenaret ieſus reges in quadam ſpelũca celatos circa maceda uenit:omneſq; puniuit. Quod uero longitudine tunc dies extenſus eſt:& plus ſolito creuit:palam eſt per ſcripturas:quæ ſunt ĩ templo repoſitæ. Sic igitur exterminatis regibus qui eduxerant contra gabaonitas exercitum: reuerſus eſt rurſum ad chananeæ montana ieſus:& multa cæde in ea facta:ſumens prædã uenit ad exercitum galgalis conſtitutum. Et cum hæbreorum uirtute per circuitum habitantes ſermo diſcurreret:& ſtupor haberet omnes audiẽtes multitudinem peremptorum:caſtrametati ſũt ſuper eos reges chananei:qui circa montem libanum habitabant:& chananei qui campeſtribus erant: paleſtinos ſecum ducentes:uenerunt q; ad ciuitatem berothi galileæ ſuperioris & deierſe:qui locus non procul a galileis eſt. Totius aũt exercitus armatorum erant.ccc.milia:& duo milia curruum. Turbabat itaq; hæc multitudo & ipſum ieſum & iſraelitas:& ſperare meliora ,ppter timoris magnitudinem dubitabãt. Deo uero arguente timorem eorum:& ſi magis ſolacium ab eo quererẽt:promittente ut deuincerent inimicos: & iubente equos hoſtium ſubneruare: currus incendi: audax in promiſſionibus dei factus fidens perrexit ad inimicos: & quinta die ueniens circa eos: congreſſus eſt: pugnaq; fortis effecta eſt & cædes fide potior: quam poſſit audiri. Perſequens autem eos multũ pambulauit: & oẽm exercitũ hoſtium præter paucos:extinxit:regeſq; ceciderũt uniuerſi:deficientibus hoſtibus ad iterficiẽdos: eo quod ieſus eoꝝ equos occidit:& currus ĩcendit.Quo facto: ,puinciã licẽtius poſſidebat:nullo ꝓſumẽte bellũ ei inferre:ſed ciuitates obſeſſione capiebat:& quicquid potuiſſet ſumere deuaſtabat.Quintus iam annus tranſierat: & nullus remanſerat chananeorum: niſi qui munitione murorum effugerant. Ieſus autem de galgalis denuo caſtrameta-

tus:ſacrum tabernaculum conſtituit circa ciuitatem Sylo:locus enim opportunus pulchritudíe uidebatur:donec edificari templum quietis cauſa permitteret.Et inde procedens ad ſicimam cũ omni populo altare conſtituit deo:ubi moyſes quoque prædixit:& diſtribuens exercitum ĩ monte quidem garizi conſtituit medium:& in bael dimidium:in quo & altare edificauit: necnon & leuitas ſacerdoteſque diuiſit.Sacrificantes uero & maledicta facientes:& eas in ara conſcriptas relinquentes:ad ſyloam denuo ſunt reuerſi. Ieſus autem cum eſſet ſenex & chananeorum ciuitates non facile capi uideret: tam propter locorum munitionem:in quibus erant quã propter fortitudinem murorum:quos pro naturali ciuitatum cuſtodia circunduxerant:& credebant hoſtes deſperatione captionis ab obſidione recedere:nam propter ſuum interitum chananei cognoſcẽtes iſraelitas egreſſos ab egypto:omni illo tempore erant ad faciendas ciuitates fortiſſimas occupati. Congregari ergo ieſus tunc populum in eccleſiam ſylo præcepit. Quibus cum ſummo ſtudio concurrentibus:commemorans eis: & quibus fuerant iam potiti: & actus quos geſſerãt: quam eſſent optimi:& deo præbente digni:& ꝙ uirtute legum quas ſequebantur.xxx. & unum reges præſumentes eis bellum inferre deuicerant:& omnem exercitum quicunque ſperauerant contra eorum ſe fortitudinem dimicare ita necauerant:ut neque eorum generatio relinquereſ: cum uero ciuitates aliæ quidem iam captæ uiderẽtur:apud alios autem longo tempore oppreſſione adhuc opus eſſet:propter murorum munitionem:& habitantium in eis audaciam:petebat eos qui trans iordanem erant:ut laborantes cum eis:& in periculo adiuuantes fratres ſuos ſortibus propriis fruerentur:grates utique eis pro labore reſtituendas. Tunc etiam ſingulos ait per tribus de quibus teſtimonium daretur:eo ꝙ uirtute præcellerent dirigendos qui terram metiẽtes fideliter:& in nullo malignantes eius magnitudinem ſine dolo renunciarent. Et ieſus quidem hæc uerba faciens:populum ſibi habuit fauentem:& uiros qui terram eorum deberent metiri direxit:dans eis aliquos terræ menſores doctos:quos propter artem ueritas non lateret mandans eis:ut in ea menſuras eſtimarent:& fœlicem terram & quæ minus eſſet idonea. Natura nãque terræ chananeorum huiuſmodi eſt:ut & planiciem magnam habeat:& fructus ferre ſit copioſa. Quæ comperata quidem aliæ terræ creditur eſſe fœlix cum locis autẽ hierichuntis:& hieroſolymitarũ eſtimata putatur ualde uiliſſima.Licet omnino hæc ſpacia parua: & eorum multa montana ſint:magnitudine uero fructuum & ad cibos aptorun ex pulchritudine alia ſimilis nõeſt:& propterea eſtimandas potius quam metiendas decreuit has ſortes:dum ſepius unum iugerum pro mille ſit dignum. Viri autem qui miſſi fuerant cum eſſent decem circuneuntes & eſtimantes terram:ſeptimo ad eum menſe reuerſi ſunt ad ciuitatem ſylo:ubi tabernaculum conſtituerat. Tunc ieſus eleazarum & ſeniores cum principibus tribuum ſumens diuiſit hæc nouem tribubus & dimidiæ tribui manaſſe:ſecundum magnitudinem ſingularum tribuum menſuram efficiens. Cunque miſiſſet ſortem:iudæ quidem tribus ſorte cadente elegit ſuperiorem idumeã. Quæ in longum quidem extenditur uſque hieroſolymam: latitudine uero uſque ad paludem quæ ſodomæ conſtituta eſt.In hac autem ſorte ciuitates erant aſcalon & gaza.Simeon uero ĩ ſecunda ſorte prouenit idumea quæ circa egyptum eſt & arabiæ montem. Beniamite uero ſortiti ſunt a iordane quidem flumine uſque ad mare longitudinem:latitudinem uero quæ hieroſolymis betheliſque terminatur. Hæc ſors anguſtiſſima fuit propter terræ fœlicitatem: dierichon enim & hieroſolymitarum tulerunt urbes. Effraim autem tribus a iordane flumine uſque ad gazara longitudinem habuit:latitudinem uero quãcunque habuit bellis quæ uſque ad campum maximum terminatur:manaſſe uero medietas a iordane quidẽ uſque ad ciuitatem doron: latitudiné aũt ad bithiſanos:q̃ nunc ſcitopolis appellatur. Poſt hos autẽ yſachar carmelum mõtem: & fluuium in longitudine habuit taburium alias itabirium montem uero in latitudine. Zabulonite uero uſque geneſar deſcendentem circa carmelum & mare ſortiti ſunt: & conuallẽ quæ carmelum nuncupatur:eo ꝙ etiam huiuſmodi ſit. Aſſerite uero omnem terram quæ ad ſidonem conuerſa eſt habuerunt. Ciuitas autem arce in horum parte fuit:quæ etiam hactipos nuncupatur.Partem uero ad orientem conuerſam uſque ad damaſcum ciuitatem: & galileam ſuperiorem neptalite ſumpſerunt uſque ad montem libanum: fonteſque iordanis:quorum de montibus eſt fluctus collectus.Danite autem loca conuallis ad occaſum ſolis poſita tenuerunt: azoto & doris:determinationemque iamniam ſimul & geth abethoron uſque ad montem: ex quo tribus iuda pendebat. Sic itaque diuiſit ieſus terram:& nouem atque dimidiæ tribui eam tradidit poſſidendam. Nam amorream quæ & ipſa ab uno chananei filio ſic uocata eſt moyſes dudum capiens:tribubus duabus:dimidiæque diſtribuit.Hoc autem & primitus indicaui.Loca uero circa ſidonem & archeos: & amatheos & aritheos inculta tunc erãt. Ieſus autem cum eum iam ſenectus impediret:ut non poſſet ea quæ cogitabat efficere:& dum qui poſt eũ erant princi-

patum sumpturi negligenter in communi utilitate conuersarentur:præcepit singulis tribubus ut nullum de chananeoꝝ genere in terra quã sunt sortite relinquerẽt. Hanc enĩ cautelã eis atq; custodiam paternaꝝ solẽnitatũ fore:hanc etiã moysen prædixisse cõmemorans:& hoc ei eẽ credendũ dixit:sed & leuitis octo &.xxx.ciuitates eẽ restituendas:qui iã prius accepant ĩ amorrea.x. Quaꝝ tres distribuit fugacibus habitandas .i.de tribu iuda ebron. Sichen uero ex effrem. & cades de neptalim.Est aũt hic locus supra galileã.Diuisit eis & cũctas præde reliqas. Erat nãq; terra ãpla:& magnas diuitias obtinebant.Abundabãt enĩ & cõiter oẽs & eoꝝ singuli auro & uestibus:& aliis uasis:& q̃drupedũ copia:quoꝝ numerus cõpræhendi nõ poterat. Post hæc aũt exercitu in ecclesiã cõuocato:eis qui super iordanẽ in amorrea cõstituti erant: quoꝝ exercitus quinquaginta miliũ armatoꝝ esse uidebatur:ita locutus est.Cum deus pater & dominus generis hæbreoꝝ hanc terrã nobis possidere concessit:& possessam semp se nobis seruare promisit:p̃ cuius mandato cognatis indigentibus ꝑnissime uos obtulistis ad oia:iustũ est nulla uos difficultate ulterius detinente quiete etiã frui securis utiq; nobis de uoluntate uestra:quia si rursus opus fuerit ad necessaria eã ĩsigniter offeretis:neq; post hos labores eritis aliquando tardiores. Gratias ergo agimus uobis ꝑ periculis in q̃bus uixistis nõ mõ solum:sed etiã semp acturi sumus:& quia cũ sitis boni memoriã habebitis oium:& mẽte retinebitis quæcunq; p̃ uos ꝑuenerunt nobis: & quõ usum bonoꝝ uestroꝝ pp nos distulistis:& laborãtes primitus in quibus nũc dei fauore consistimus postea uita sorte frui utile iudicastis. Accesserũt aũt supra uestra bona ex laboribus:quos nobiscum habuistis multæ diuitiæ prædã precioſioré augẽtes: & aurũ & argẽtũ sup̃ hæc oia quod maius est uester fauor.Ob quã ré ita nos ad quodcũq; uolueritis ĩ repẽsatiõe paratos habebitis: q̃ neq̃q̃ hoꝝ quæ moyses prædixit estis obliti:illo etiã in oibus certum habetote nõ est quicq̃ in quo uobis gratiaꝝ debita nõ soluamus.Gaudentes ergo uos ad sortes uestras dimittimus:& rogamus ut nullũ esse terminũ nostræ cognationis existimetis:nec quia iter nos iste fluuius est:alteros nos:& nõ hæbreos nos esse credatis. Omnes enĩ sumus ex abraã qui hic & illic habitamus: unusq; deus q & nostros maiores & uestros ad illoꝝ pduxit uitam:cuius religionis habetote curam & cõuersationis: quã per moysen ipse cõstituit.Perdurantes enĩ in istis fauorẽ dei & eius solatium semp habebitis:cõuersis uero uobis ad imitatõnẽ gentiũ externaꝝ auersabitur uestrum genus.Hæc cũ dixisset singulos maioꝝ:& cõiter eoꝝ multitudiné salutans:ipse quidem restitit. Deduxit aũt eos populus:nõ tamen sine lachrymis:& uix semetipsos abinuicẽ dimiserunt.Transiens aũt fluuium tribus rubẽ & gad:& q̃cũq; de manasse piter sequebanť:altare super ripã collocare iordanis decreuerunt.ut memorabile signũ generationis futuræ cognationis eoꝝ:qui intra Iordanem habitare uidebanť existeret.Audientes aũt qui ĩtra iordanẽ erãt:quia dimissi ab eis altare cõstituissent.Et nescientes qua hoc uoluntate fecissent: ꝑ nouitate tamẽ culturæ deorum peregrinoꝝ hoc celebratũ credentes & sacræ religioni derogatũ uerisimile iudicantes erãt armati ad ultionem eoꝝ qui collocauerant altare fluuiũ transituri & punituri eos q̃si ꝑ paternaꝝ destructione solẽnitatum.Non enĩ uidebať eis iustũ ut cognationẽ respicerent:aut dignitatẽ eoꝝ: qui auctores fuerant haurũ reꝝ:sed dei amplectabanť mandata:& cõmodo honorari congaudebant.Et illi quidẽ armati sunt p furorẽ:retinuit aũt eos iesus & põtifex Eleazarus:& pariter seniores sermõibus suadẽtes:ut prius experimenta eoꝝ uoluntatis accipent:deide si male uoluntatis agnoscerẽt eoꝝ mẽtes:tũc armis super eos incederent. Miserunt itaq; legatos ad eos:fineen filiũ Eleazari:& decẽ alios apud hæbreos honoratos:cognituros sapienter cur altare transeũtes super ripã flumis statuissent.Cũq; illis trãseuntibus:& ad eos ueniẽtibus fuisset ecclesia cõgregata:stãs finees hæc dicebat.Magis equidẽ deliquistis quã positis correpti de futuro sermõibus emendari: uerũtamen nõ secundum magnitudinẽ iniqtatis nos reddituri uobis ad arma repente ultionẽq; descẽdimus. Cognatos nãq; uerbis prius corripe uolẽtes: hãc celebrauimus legationem:q̃tenus agnoscerẽmus cãm ꝑ qua accessistis:ut altare fabricetis:ne petulãter uideremur armis adiť uos: utrum uoluntate bona feciſtis hoc: an reuera culpa conuincatur: unde in uobis iustius ulciscamur.Non enim credimus uos ipso experimento dei uoluntatem sepius agnoscentes:& auditores legum: q̃s ipse nobis cõtulit existentes:diuisos a nobis:& in ꝑpriam sortẽ uenientes q̃ dei gratia & ipsius circa uos ꝑuidentia meruistis:obliuionẽ eius habere: & tabernaculũ arcãq; deferentes: & altare quod nobis est proprium:peregrinos introducere deos: chananeorum mala sectantes. Sed nihil inique fecisse optamus:agentes penitentiam:& nequaq̃ uesanientes ulterius:legum paternarum pudorem:memoriamq; sumentes.Si uero in delicto consistitis:nequaq̃ laborem pro legibus refutamus:sed transeuntes iordanẽ defendimus eas:& ante omnia deum nihil uos a chananeis differre credẽtes:sed sicut ipsos uos quoq; similiter ꝑimentes.Nõ enĩ puteis q̃ qa trãsistis

fluuium: etiã a dei uirtute estis extranei. Vbiq; in his quæ sunt ipsius estis:& effugere potestatẽ eius atq; iudicium nullo modo poteritis.Si uero creditis hunc locum ubi nũc estis positi impedimentum esse correptionis:nihil prohibet denuo terram diuidere:eamq; ad pecudũ pascua deputare. Sed agite tẽperãter:& a nouo delicto recedite.Rogamus ergo uos per filios & uxores:ne nobis faciatis necessitatẽ huius defensionis: qđ nec uestræ:nec ipsoꝝ saluti aut causis expedit sic cogitare:ut nõ uerbis uinci potius quã experimentũ uelitis sustinere ꝑlioꝝ. Hæc fineæ dicente: præsules ecclesiæ & ois multitudo ceperunt de ꝙrimoniis satisfacere:& ꝓfiteri:neq; ab eoꝝ se cognatiõe recessisset:neq; ꝓ nouitate altare cõdidisse:sed & deũ unũ nosse:q hæbreis é oibus cõis: & illud altare positũ ãte tabernaculũ ad sacrificia facienda. Hoc aũt altare ꝓꝓ qđ & suspectũ estis facti:dicebãt nõ ꝓ religione collocatũ:sed ut signũ fieret:& indicium i futuro uræ familiaritatis. Et necesse é nobis tẽperare:& i patriis legibus ꝑmanere:nõ utiq; trãsgressionis idiciũ sicut suspicamini facere.Testis aũt nobis sit deus:qa istud altare nõ ꝓ tali causa cõstruximus.Vnde melioré de his hẽntes opinioné nihil culpetis ulterius:neq; nos extra sortẽ iudicãdos eẽ credatis:nec eoꝝ similes q cũ generis abraã sint:ad nouas solẽnitates accedũt. Hæc dicẽtes laudãs finees:reuersus est ad iesum:& eoꝝ uerba populo nũciabat.Ille uero gaudens q ꝑ neq; ulla pugnandi foret necessitas:nec ad sanguiné bellũq; deducerentur cõtra cognatos:pacificas deo ꝓ his hostias ímolauit: & dimittẽs post hæc multitudiné in ꝓprias sedes:iesus ipse in sichem cõmoratus est.Post hæc anno.xx.senior iã existens euocabat honoratos maxie ciuitatũ & principes & seniores: & multitudinem quantácũq; cõgregari eẽt possibile.Quibus in unũ cõuenientibus cũcta beneficia dei cõ memorabat.Erant enĩ multa:per quæ ab humili forma ad hanc gloriã & substantiã pueniſſent: & seruari dei uoluntatẽ:quæ talis circa eos esset orabat.Et pie cũctos poscebat agere: ꝑ quã solã eis grata diuinitas ꝑmaneret.Hoc enĩ bene se habeẽ dicebat:ut trãsiturus a uita huiusmõi eis monita derelinqueret:poscebatq; ab illis:ut quæ ille diceret memoria retinerent. Et ille quidé talia præsentibus loquẽs:defunctus est cũ uixisset annis centũ & decẽ:quoꝝ cũ moyse quidem ꝓ doctrina utiliũ reꝝ cõmoratus é q̃dragíta:dux aũt post illius mortẽ sex & uiginti ãnis fuit uir neq; sapiẽtia indignus:nec eaꝝ quæ cogitabat ut multa sapiẽter ediceret inexpt⁹: sed ubiq; summus & ad opa periculaq; magnanimus audaxq; bella dísponere:& in pace dexter:& i omni tẽpore ꝑci pua uirtute cõueniens.Sepultus est aũt in ciuitate thamna i tribu effraim.Eodem uero tempore mortuus est & Eleazarus pontifex fineæ filio sacerdotium derelíquens:cuius sepultura est facta in gabatha ciuitate.

Cap.II.

VEniens igitur ſamuel ad ſaul:miſſum ſe dixit a deo ut eū commōeret: quia eū electū ex omnibus regem fecit:& propterea debere eum obedientem ſibi eſſe: quō ipſe quidem haberet gentium principatum: deus uero & ipſius eſſet & rerū omnium dominaor:adiiciebatq; dixiſſe eum:quō multa mala amalechite hæbreis ī deſerto fecerūt: quando egredientes ex egypto ueniebant in regionem quæ nunc eſt eorū: ideo bello perimēdos amalechitas:quibus ſubditis:nullum eorum debere uiuum pœnitus relinqui alias reliquere:ſed omnem necandā ætatem:incipientes a mulieribus pariter & infantibus:& hoc ſupplicium eos q; maiores noſtros afflixerunt ſuſtinere.Sed neq; iumentis neq; aliis pecudibus ob utilitatem propriamq; poſſeſſionē ait eſſe parcendum:ſed cuncta dicanda deo:& nomē amalech ſecundū moyſi mandata delendum.Saul uero ,pfeſſus eſt ſe præcepta cōplere:& obedientiā non ſolum in hoc credidit:ut cōtra amalechitas pugnaret: ſed ut etiā uelociter properaturū eſſe monſtraret:cōgregauit cunctum exercitum : eūq; dinumerans in galgalis inuenit iſraelitaꝝ abſq; tribu iuda circa. xl.milia uiroꝝ:illa nāq; tribus ſola.xxx.milia armatos habebat. Tunc ergo ſaul amalechitaꝝ regionē īgreſſus:inſidias occultas circa torrentē fecit:ut nō ſolū a perte alias ab arce pugnās:eos affligeret: ſed etiam inopinate ſuper eos per incertas uias irrueret:& circundatos deuaſtaret. Igitur congreſſus in pugnam:fugauit hoſtes multoſq; pemit:& reliquos pſecutus eſt fugientes. Cunq; illud opus propicia diuinitate compleſſet: amalechitaꝝ urbes obſedit: & alias quidem molitionibus: alias uero ſuffoſſionibus cloacarum & muris extrinſecus e diuerſo edificatis: alias autem fame & ſiti:alias uero modis aliis obſidens:& fortiter capiens ad necem cunctorum infantum & mulierum ſimul inuectus:nihil crudele:nec ultra humanam naturam ſe facere credens:primum q; in hoſtes hæc agebat: deinde q; præcepto diuino cui non obedire foret grande piaculum miniſtrabat.cœpitq; regem hoſtium agag captiuum. Cuius corporis pulchritudinem magnitudi-

nemque miratus:decreuit esse saluandum:non hoc faciens diuina uoluntate: sed iudicium proprium sequēs:& sine causa ei cedēs uitam quasi misericorditer:unde illi potestas sine suo periculo miserendi non esset. Deus nanq; sic odiuit amalechitarū genus:ut neq; infantibus parceretur: quibus potius misereri natura est.Saul itaq; regem agag & malorū quæ contra hæbreos gesta uidebantur:auctorem a morte seruauit:& hostis pulchritudinem præceptis dei præposuit. Peccauit quoq; cum eo simul & populus.Nam & illi iumentis & pecudibus pepercerunt:eaq; sibi diripuerunt:iubente deo non esse seruanda:sed & alias res diuiciasq; collegerunt. Siquid uero dignū possideri non erat consumpserunt.Cunq; uicisset saul uniuersos a pelusio egypti usq; ad rubrum mare residentes hostes:sicimitarum gentem solūmodo dereliquit. Isti nanq; in regione madian in medio habitabant. Quibus ante pugnam denunciauit ut abscederent:ne forte amalechitarū calamitati cōmunicarent. Nam dum essent cognati raguel soceri moysi: credidit esse saluandos. Saul igitur tanquā in nullo prophetæ mandata præuaricans quæ acceperat: dum contra amalechitas pugnaturus exiret:& uelut omnibus integre conseruatis:deuictis hostibus:cum letitia reuertebat ad propria. Deus autem pro amalechitarū uita & rapina pecudum quā populus gesserat contristatus est:quō hæc fuerant eo prohibente cōmissa.Dirum nanq; iudicabat:ut cuius fortitudine fuerant adepti uictoriam:eū spernerent:& nec tanq̄ humani regis præceptionibus obedirent:dicebatq; prophetæ penitēr se:eo q̄ saul ordinauerat regem: quō eius iussa nō faceret:sed uteretur propria uoluntate. Hæc audiens samuel:ualde cōfusus est:& deum cœpit tota nocte rogare:ut esset propicius saul:seq; ab eius indignatione suspenderet. Qui ueniam se dare saul etiā propheta poscente non annuit:iniustum esse decernens:se tantis peccatis indulgentiā condōare: non ob aliam cām asserens mala generari:nisi cum aliqui iniustitiam passi:ad uindictam negligētiores existerent: alias extiterint. Aucupantur enim inquit gloriam benignitatis meæ & patiētiæ: & latenter hæc pariunt.Dum ergo deus precibus prophetæ denegasset:nec parceret:die facta Samuel ad saul uenit in galgala:uidensq; eum rex: cucurrit & osculatus est dicens. Gratias ago deo qui dedit mihi uictoriam:& quia omnia pro eius uoluntate sunt gesta. Cui respondens ait samuel. Vnde ergo audio clamorem iumentorū & ouium in exercitu.Cui respondit populum hæc ad sacrificia reseruasse:genus autem amalechitarū mandato diuino omne se deleuisse nullūq; fuisse derelictum nisi tantūmodo regem:de quo quid oporteret fieri dicebat adinuicem quid cogitādum.Cui propheta dixit:deum non super sacrificia delectari:sed super bonos & iustos huiusmodi autē illos qui eius mandata consiliūq; secuntur:& nihil aliud bene se agere iudicant:nisi quod pro dei fecerint uoluntate.Is enim conténitur:non quādo ei sacrificatur:sed quādo in obediētiæ spiritus adhibetur. Ab his enī qui ei subditi nō sunt:nec eū uera religione colūt:neq; dū multas hostias & magnas obtulerint:neq; dum ornamento ex auro argentoq; facta dicauerint susceptit hæc libenter: sed potius auersatur:& magis studiū hoc nequiciæ iudicat non esse pietatem. Ad illos autem qui sulūmodo quod præcepit diuinitas recordantur:& mori potius elegūt quā prævaricari aliquid quod iubetur:semper conuertitur & neq; sacrificiū ab eis exqret:sed & dū sacrificauerint siue simplex aliquid:siue uilissimū:grauiter eorum praua munera:quā ditissimorū maximam suscipiet opulentiā.Tu siquidē scito tibi deū iratum:spreuisti nanq; & neglexisti ea quæ tibi mandauit. Quō igitur arbitraris eum sacrificia respicere:ex his rebus quæ decreuit ille perire:nisi forte similia iudicas illa peccata:& quis deo offeréda sacrificia.Scito igitur regnū tibimet auferendum:& potentiā quā a deo tibi neglexisti collatam fuisse:alii conferendā.Porro saul fatebatur quidem inique se fecisse: & peccatū se negare non posse:transgressūq; se mandata pphetæ dicebat:sed pro timore ac metu exercitum non prohibuisse prædam diripientem nec tantā multitudinem retinere potuisse:sed ignosce inquit:& esto mitis nunc: decetero enim obseruabo ne peccē.Rogabatq; prophetam:ut reuertens hostias deo pacificas immolaret.Ille uero cum deum illi non parcere præuideret:remeauit ad propria. Saul autem uolens retinere samuel appræhendit eius pallium:uiolenterq; tractum:eo q̄ samuel impetu facto discederet:uestem eius disrupit. Cui propheta dixit. Sic tuum scindetur imperium:& accipiet illud uir bonus & iustus:quando deus permanet in suo decreto:nec mutatur atq; conuertitur. Nam mutare sententiam passiōis humanæ:non fortitudinis est diuinæ.Saul autem impie quidem se gessisset fatebatur:i fecta uero facere quæ fuerant facta non posse:rogabatq; eum:ut se coram multitudine honoraret: & cū eo ueniens adoraret. Quod cum fecisset samuel ueniens adorauit deum deductusq; ad eum est rex amalechitarū agag.Et dum diceret agag:quā esset amara mors ait samuel.Sicut tu multas hæbreorum matres pro filiis ingemiscere lugereq; fecisti: sic ingemiscet in tua morte genitrix tua. Iussitq; repente eum in galgalis mori.Ipse uero in ramatham ciuitatem abiit.

Capitulum.VIII.

lib. vi

lib: 6.

REx saul sentiens quæ mala passurus esset:qui sibi deum in regno fecerat inimicũ ascẽdit in gaba:quod nomen interpretatum significat collem:& post illã diem non uidit saul Samuelẽ.Cunq; propheta propterea tristis esset:iussit deus:ut a cogitatiõibus qẽsceret:& sumens uas olei ĩ bethleẽ ciuitatẽ iret ad iesse filiũ obed:& eius ungueret natum:quẽ ipse monstraret in regem.Cum uero metueret ire:ne cognoscens saul:& aut latẽter aut palam eum occideret:dicente deo & dante securitatẽ:prædictam peruenit ad ciuitatem. Quem cuncti salutauerunt causam eius inquirentes aduentus.Quibus dicebat uenisse se ut deo sacrificaret.Tunc sacrificio celebrato:uocabat iesse cum filiis ad altare:& inspiciens filium seniorẽ procerum & optimum:credidit propter pulchritudinem hunc esse futurum regẽ:sed prouidẽtia diuina frustratus est.Dum enim consuluisset deum:si iuuenẽ ungueret:quẽ ipse admiratus fuerat: & dignum iperio iudicabat:respondit deus:non ea uidere homines quæ deus intendit:sed tu inquit pulchritudinem iuuenis respiciens:hunc arbitraris regno placere:ego aũt non corporis pulchritudinem ac specié apicem facio esse regalẽ:sed animi sine dubitatiõe uirtutem.Ille siquidem perfecte pulcher est:qui pietate & iusticia est simul & fortitudine:necnon & obedientia splendidus:& oĩbus ex quibus animæ pulchritudo consistit.Cunque dixisset hæc deus:præcepit samuel iesse:ut omnes ei suos filios demonstraret.At ille alios quinq; uenire fecit:quoꝝ quis senior quidem erat eliab uocabatur:secundus uero aminadab sammaa tertius:quartus uero nathan:quintus auté rachel:sextus asam.Videns aũt & istos propheta in nullo minores pulchritudine senioris:consuluit deum quẽ hoꝝ eligeret fore regem. Quo dicente nullum:denuo requisiuit iesse:si præter istos haberet alios filios.Qui dixit esse alium nomine dauid pastorẽ ouium curam habentem:iussitq; eum samuel uelociter uocari:impossibile dicens eos esse cõmessuros anteq̃ ille ueniret.Cunq; uenisset dauid uocatus a patre:puer colore quidem rubeus:& pulcher aspectu: tacite samuel dixit ad eum.Hic est qui deo placuit ad regandum.Tunc & ipse discubuit:fecitq; iuuenẽ sub se discũbere:& iesse cum reliquis filiis.Deinde uidente dauid:sumens oleum unxit eum:eiq; adhuc tacite dixit atq; significauit:quõ regnare eum deus elegerit:monuitq; iustum esse debere: & eius præceptis obedire. Sic &enim regnũ ei multo tempore fore mansurũ:domũq; claram ac famosissimã habiturum:uastaturũq; pariter palestinos.Sed & cum quibuscũq; gentibus congrederetur uinceret:& ingentem gloriã possideret:quod & ipsum habere & posteris relinquere promittebat.Samuel quidẽ dum hæc monuisset absessit:diuinitas aũt ad dauid saul relicto migrauit.Et ille quidẽ prophetare cœpit: sancto super se spiritu ueniente:saul uero quædã passiones & demonia repente cõpræhenderunt:suffocationes ei & angustias inferentes: ita ut medici ei salutis nullum remedium inuenirent.Siquis tamen cantare esset pitus: & in cithara psallere doctus: hunc adduci iusserunt:ut cum eũ demonia inuaderent & turbarent:super caput eius astans psalleret:& hymnos ediceret. Ille uero hæc nõ dissimulauit efficere:sed queri huiusmodi hominem protinus imperauit. Cunq; ei quidã suoꝝ dixisset:uidisse se ĩ ciuitate bethleẽ quendã iesse filiũ: adhuc ætate iuuenculũ:pulchrũ atq; decorũ & aliis studiis ualde dignũ necnõ psallere & hymnos cantare doctũ:insup & eximiũ pugnatorẽ:mittés saul ad iesse dauid sublatũ a gregibusad se uẽire ꝓcepit:mãdãs ei uelle se iuuenculũ uidere:de cuius pulchritudíe ac fortitudíe cognouisset. Ille uero misit filiũ:dãs ei mũera saul portare.Quo ueniente gauisus est:fecitq; eũ armigerũ suũ: & bonis omnibus honorauit.Delectabatur enim ĩ eo:maxime ĩ inuasione demonioꝝ:qui cũ ad eum accederẽt: solus erat medicus:hymnos dicendo & psallendo rursus in cithara:& saul a mẽtis oppressione reuocando. Misit igitur saul ad patrem pueri iesse:petẽs ut apud eum dauid maneret:eo q; eius præsentia delectaretur:ysai uero saul non contradicendo concessit.

Capitulum.X.

POst non multa siquidem tempora:palestini denuo congregati:& magnum super israelitas omnes exercitum colligentes:inter socho & azecha castrametati sunt. Contra quos denuo saul produxit exercitum:& super quendam montẽ castra ponens: coegit palestinos priora quidem castra relinquere:& ex aduerso montis quẽ saul appræhẽderat aduenire:diuisitq; eoꝝ exercitus medius mons:qui erat positus inter eos. Igitur descendens quidam de exercitu palestinoꝝ nomine goliad de ciuitate geth:uir ualde procerus: cuius altitudo quattuor erat cubitoꝝ:& palmi unius:accinctus armis quæ pro magnitudine sua natura eius corporis exigebat: indutusq; lorica cuius erat pondus quinq; milium siclorꝝ eris:galeam uero & tibi alia habebat erea:quæ talis uiri & magnitudine & inopinabilia potuissent membra protegere:hasta uero eius erat non leuis dextræ portatio:sed quã ipse gestabat in humeris: cuius ferrum sexcentorum siclorꝝ fuit:sequebanturq; eum multi arma portantium.Hic igitur goliad stans inter medias acies:uocem emisit grandem cõtra saul & hæbreos dicens.A pugna nũc & piculo uos

absoluo.Quæ enim necessitas est nostrorꝫ exercitus depire.Sed date aliquē uestrum contra me pugnatuꝫ:& totū bellū unius uictoria terminet:seruiatq; pars altera illis:quorꝫ fuerat ille qui uicerit.Est enī multo melius & tēpantius:unius piculo ꝓmereri:quod potestate adest multorꝫ. Hæc cum dixisset:castra remeauit ad propria.Altera uero die rursum uenit:ac eadē uerba fecit: & similiter usq; ad diem quadragesimum hostes ad prædictas cōditiones prouocare nō destitit: ita ut terreret & ipse saul:& eius exercitus.Constituebant equidem acies quasi pugnaturi: ad cōgressionem uero minime ueniebant.Bello itaq; consistente iter palestinos & hæbreos:saul remisit dauid ad patrem suum iesse:cum ei eius tres alii filii ad solaciū & piculum pugnæ sufficerent. Ille ergo tunc quidem ad ouilia & pasturas pecudum remeauit nō multo post ad castra reuersus hæbreorꝫ missus a patre:ut necessaria fratribus deportaret:& qd agerēt agnosceret.Cūq; goliad denuo reuertens & ꝓuocans exprobraret:quasi nullus inter eos uir esset q contra eum pugnare præsumeret:cum fratribus loquens dauid ea quæ mandauerat pater:& audiens illū blasphemātem exercitum:& pariter affligentē indignatus est & fratribus ait:paratū se esse solū cum hoste pugnare.Cui senior fratrum aminadab interminatus est:& præsumptionem habere eum præter ætatem dicens:& expertū huius officii:iussit ad patrem & ad pascua remeare.Qui reueritus qdē fratrem discessit: & apud quosdā militum est locutus:q; uellet cum palestino ꝓuocāte pugnare. Illis autem repente Saul iuuenis indicantibus uoluntatem:rex eū uocauit:& dū quæreret : ut qd uellet ediceret dixit.Non deficiat mēs tua rex:nec metuas:ego superbiam huius hostis pugnādo ꝓsternā:& ita sublimen & ꝓcerū subdā & sic iste quidē irridebitur tuus uero exercitus gloriosus inueniet:si neq; a uiro bellatore habet in acie perire:sed ꝓuocatus a puerili ætate moriatur.Saul autem eius præsumptionem atq; magnanimitatem ualde mirante:non tamen in eo habente fiduciam propter ætatē:sed infirmū esse:ut contra peritum hostē bellū susciper:ea dicente: dauid ait.Pollitior hoc:confidens in deo qui mecū est:cuius etiam adiutorio fungor expimento.Nam dum aliquando leo ouiculas meas inuasisset:& agnū arripuisset:sequens apprēhendi eū & agnū quidē ex ore eius eripui:ipsum uero dum contra me impetum fecisset:a cauda comprēhensum: & percussum in terra peremi.Idem & ursо faciente:in eo ultus sum.Putet ergo ille hostis unū se esse huiusmodi bestiaꝫ:diu exprobrans exercitui:& nostrum blasphemans deum : qui eū faciet mihi subiectū.Saul igitur uoluntatē pueri atq; præsumptioni similem orans deo terminū dixit. Vade ad pugnā Et accixit eū lorica sua simul & gladio:& apponēs ei galeā destinauit.Dauid aūt oneratus his armis:cū nō esset exercitatus i eis ait.Ista quidē rex tua sint ornaméta:cui fortitudo est hæc gestare præcipua:mihi uero tanq; seruo tuo cōcede sicut ego uolo pugnare.Ergo positis armis sumpto baculo:& qnq; lapidibus de torrente in pastorali pera:& fundā in dextera manu portās:ibat ad Goliad.Videns aūt eū Goliad sic uenientē spreuit:& iniuriā ei fecit quasi nō arma gerens hoīum pugnaturus ueniret:sed quibus canes repelli solēt:dicens.Nū me canē existimasti. Ille aūt nō canem:sed deterius aliquid eum se putare respondit.Cōmouitq; Goliad ad iracundiā: ut ei maledictum apponeret ex uocabulo dei sui:& interminatus est:daturum se carnes eius terrenis bestiis: & cæli uolatilibus deuorandas.Cui respondit dauid.Tu quidem uenis cōtra me cū gladio:& hasta:& lorica:ego aūt uenio ad te armatus deo:qui & te & omnem uestrū exercitum nostris manibus pditurus est.Hodie nāq; tuū caput abscidemus:& reliquū corpus tuū similibus canibus apponemus:scientq; cuncti:quō deus præsul est hæbreorꝫ:& arma nostra ipse est semp & fortitudo.Nam omnis exercitus & reliquus apparatus inutilis est absente deo.Palestinus autē armorꝫ pōdere grauatus:cū currere non ualeret:paulatim uenit ad dauid:cōtennēs eū & se nudū confidens simul & adhuc ætate puerulum sine labore perimere.Occurrit autem ei iuuenis cum deo auxiliatore suo:qui ab hoste non uidebatur:& sumens de pera unum lapidum quos de torrente collegerat:& emittens eum de fundibula:percussit repente goliad in fronte:& usq; ad cerebrum pertransiuit:ita ut mox confracto capite goliad caderet ꝓnus in terram.Tunc stetit dauid & caput eius incidit.Cadens ergo goliad:factus est palestinis occasio maximæ fugæ. Nam dum peritissimum suorum cecidisse conspexerunt; de rebus omnibus desperantes:resistere non ualuerunt:sed uidentes se uictos turpiq; fugæ se tradentes:conabātur liberari.Saul autem & cunctus exercitus hæbreorum clamorem facto:super eos exilierunt:& multos interemerunt:& persecuti sunt usq; ad terminos geth:& portas aschalonis.Mortui itaq; sunt palestinorum . xxx.milia:& totidem uulnerata.Porro saul reuersus ab exercitu hostium:eorum castra diripuit & simul incēdit . Caput autem goliæ dauid ad tabernaculum proprium deportauit:& hastam dicauit deo. Porro circa dauid inuidiam atq; odium saul regis uirgines mulieresq; prouocauerunt.Occurrētes enim uictrici militiæ cum cymbalis & tympanis:delectabantur omni letitia milites:mulieres quidem q; multa milia saul palestinorum interemisset : uirgines autem q; multa dena milia ex-

terminans dauid cœpit.Hæc audiens rex q̄ millenario numero testimonium ipse perciperet: & denum milium multitudo iuuenculo uoueretur:& cogitans q̄ nihil post hunc tam clarum fauorem nisi regnum minus esset dauid cœpit eum timere:& nimis habere suspectū: & a priori quidem officio quem utiq; suum armigerum fecerat eum amouens:ne dum nimis proximus esset: eum posset occidere:constituit eum millenarium:dans ei locum quidem meliorem: & ut putabat sibimet cautiorem:uolebatq; eum ad hostes & prælia mittere ; ut in his pericula sustinendo periisset.

Cap.XI.

DAuid ergo deum habens ubiq; ducem:quocunq; uenisset prævalebat:& optime agere uidebatur:ita ut propter excellentiam fortitudinis & populus eū & regis filia uirgo concupisceret:& amore detenta cunctis ita fieret manifesta:ut hoc eius desideriū perduceretur ad patrem.Ille uero quasi percepta occasione in morte dauid:hoc libēter audiuit daturumq; nuptiis eius se uirginem hæc sibi nunciantibus ait:si ducēta ei capita hostiū adueheret necatorum.At ille honore sic claro ei proposito:uolens ex opere piculoso & incredibili gloria magis procedere:tendebat ad causam.Saul autem cogitabat eum ab hostibus piemendum:& decenter sua uota complere:si per alios & non eo faciente moreretur:iussitq; suis famulis ut uoluntatem dauid experirentur:qualis circa puellæ nuptias esset.Illi uero cœperunt cū eo loqui:q̄ diligeret eum rex saul una cum populo:& uellet ei etiam suam filiam copulare. Qui dixit.Non modicum uidere putatis me generū esse regis.Mihi uero nihil tale subsistit: præcipue cum sim abiectus:& a gloria uel honore segregatus.Saul autem dum famuli dauid respōsa dixissent:ait.Dicite ei non me pecuniis egere:nec honoribus:quibus rebus uenditur filia potius quā nuptiis collocatur:sed eligere generum habentem fortitudinem:aliasq; uirtutes:quas te habere manifestum est:& uelle me recipere ab eo pro nuptiis filiæ:non aurum nec argentū:neq; ut hæc de domibus paternis eiiciat:sed propter suppliciū hostium:capita sexcenta palestinorū . Et mihi enim ipsi nullū potius quā hoc:nullū clarius munus erit.Sed & meæ filiæ multo solēnius honoribus est præcipuū:uiro tali & tanto testimonio de hostiū triūphis decorato posse coniūgi . His uerbis delatis ad se dauid gauisus:quasi saul studeret eum sibi cognatione coniungere:neq; consilium expectauit:nec si possibile aut difficile esset:opus præsens animo cogitauit:sed repente cū sotiis ad hostes pro nuptiarum pollicitatione profectus est.Deus enī erat qui cūcta facilia dauid & possibilia faciebat.Cumq; multos interemisset:abscidens sexcenta capita uenit ad regem. Et harum rerum probatione facta nuptias exigebat. Saul autem cum non haberet unde promissa refugeret:& mētiri pessimū iudicaret:aut per insidias eū occidere:cū forsitā etiā in hoc frustrari suo consilio posset:dedit ei suam filiam nomine michol.

Cap.XII.

CVm ergo saul non esset recta uoluntate mansurus:uidens etiam dauid & apud deum & apud homines approbari:expauit eum:& metū celare non ualens:timore magnarum rerum idest regni simul ac uitæ:ne priuaretur utroq;:cogitauit eum crudeli calamitate perimere:eiusq; mortem ionathæ filio:& reliquis familiaribus delegauit.Filius aūt admirans permutationem patris circa dauid:cum non post multam eius deuotionem non mediocriter in eum:sed ad mortem usq; seuiret:& cum iuuenem diligeret eiusq; uirtutem : dixit ei secreto uolunratem patris sui:suasitq; ut die futuro se custodiret:ipse uero salutaturum se patrē dixit : eiq; pro eo opportuno tempore locuturum:causamq; cogniturū:& ei exprobrare:q̄ occidi uoluisset iniuste qui tanta bona fuerat operatus:qui etiam si ualde peccasset ueniam promereri debuisset:dixitq; ei se post hæc patris indicare sententiam. Dauid autem consilio benigno obediens:egressus est a rege. Altera uero die ionathas uenit ad saul:& dum eum letum & exultantem aspiceret:cœpit de dauid proferre sermonem dicens.In qua maiori uel minori iniquitate inueniens culpabilē dauid:præcepisti eū pater interemi:uirq; qui tibi quidē magnæ salutis causa fuisse probatus est: palestinis autem ualde supplicium:ab illusione & iniuriis simul eripiens populum hæbreorum:quas diebus.xl.sustinuit nullo utiq; præsumente prouocationis certamina sustinere:& qui post hæc iussione tua deferens hostium capita:sororem meā prāmio accepit uxorem:cuius mors tibiipsi grauior erit:non propter solam uirtutem eius:sed etiam propter ipsam cognationem:quando eius morte etiam filia tui uexabitur pene ante gaudium coniugii: ueniēs ad uiduitatis opprobrium.Hæc ergo cogitans pater:ad clementiam conuertere nihil committens in uirum:primum quidem q̄ nobis magnum beneficium præstitit tuæ salutis: quādo malo spiritu & demonibus in te residentibus:illos expulit:pacemq; tuæ animæ condonauit: secūdo autem:quando & in tuis hostibus ultus est.Hæc etenim obliuisci:turpissimum est . His ergo sermōibus mitigatus saul:iurauit filio:nihil dauid iniuste fore passurum.Sermo enī iustus:& iracūdiā regis subiecit:& metū.Ionathas aūt euocato dauid:īdicauit ei de sua salute:quā impetrarat a

patre:eumq; deduxit ad regem:& erat in conſpectu eius ſicut prius.Eodem uero tempore: paleſtinis bella gerentibus denuo ſup hæbreos:ſaul contra hoſtes dauid cum exercitu deſtinauit. Et congreſſus aduerſus eos multos eorum proſtrauit:victorq; reuerſus eſt'ad regē.Quem ſaul non ſicut ſpabat poſt bella ſuſcepit:ſed potius eius fœlicitate cōtriſtatus eſt:tanq̄ illius bonis actibus uidereť ipſe deceptus.Cūq; regem rurſus pueris aſtantibus demō ageret: ſpirituſq; turbaret:uocans dauid in domo in qua iacebat tenēs lanceam:eum pſallere & hymnos cantare p̄cepit.Quo iuſſa faciente:inſurgens in eum:lanceam iaculatus eſt:eamq; dauid præuidens declinauit:fugitq; in domū ſuā & ī ea tota die pmanſit.Nocte uero mittēs rex:iuſſit eū uſq; ad diluculū cuſtodire: ne latēter effugeret: quatenus mane deductus ad publicum traheretur ad mortem.Michol aūt dauid cōiunx:filia regis:cognita uoluntate patris:dauid indicauit:dubiā ſpem eius uitæ conſpiciens:& de anima ſua piter diffidēs.Neq; enī ſe credebat poſſe habere uitā:ſi fuiſſet illius amore priuata.Et ergo dixit.Non te hic coniūx ſolis ortus inueniat:nam te ulterius non uidebo:ſed fuge citius:dū tibi p̄bet nox fuge p̄ſidiū:faciatq; tibi hac dominus lōgioré.Scito enī te a pře meo ſi inuētus fueris occidēdū.Quo dicto:eū p feneſtrā depoſuit & dimiſit.Deide cōſtituit lectulū q̄ſi egrotātis:& ſub ſaga iecur ſpirās capræ ſuppoſuit.Die uero ſecūdo miſit pr̄ eius ut dauid deducereť ad eū. Illa uero nūcians:eo q; nocte fuiſſet factus īfirmus:& oſtendens eis lectulū cōoptū:dū iecur quod ſub ſaga iacebat palpitaret:egrotum uere eſſe & dormire dauid qui miſſi fuerant crediderunt.Renūciantibus autē illis infirmum factum eſſe nocte:iuſſit eum ſic adduci:ſe uelle eū perimere dicens.Qui uenientes ad lectulum:diſcooperientes & deceptionem inuenientes factā ab eius uxore:renunciauerunt regi.Quam dum rex culparet pater:eo q; eius quidem liberauerit inimicum:illum uero deceperit:ſatisfecit ei ueriſimile loquens:quaſi eam ad hæc non conſentientem:dauid occidere uoluiſſet:& hoc p ſalutis ſuæ timore feciſſet:pro quo ei deberet ignoſcere:quia hoc neceſſitatis cauſa nō uoluntatis efficeret:adiiciens atq; dicens.Arbitror ego pater: q; ita uoluiſti illum perimere:ſicut me potius liberare.Et ſaul equidē ueniam puellæ dedit . Dauid ergo declinauit a periculo:& uenit ad ſamuel prophetam in ramatha:eiq; regis inſidias īdicauit: & q; iaculo eius pœnæ fuiſſet extinctus:dum neq; circa eū extiterit inimicus:neq; circa hoſtium certamen infirmus:ſed in omnibus pronus & fœlix:quæ magis cauſa dauid inuidiam generauit. Cognoſcens itaq; propheta regis iniuſtitiā:ramatham ciuitatem reliquit ; & deducens dauid ad quendam locum nomine galboa:commorabātur illic cum eo.Cunq; nunciatum fuiſſet ſaul eo q; dauid eſſet apud prophetam:miſit armatos:eumq; ad ſe conpræhendendū iuſſit adduci. Qui cum ueniſſent ad ſamuel:inuenientes eccleſiam prophetarum:participanti ſancto ſpiritu ,pphetare cœperunt.Saul autem audiens hoc:ſuper dauidialios deſtinauit:& illis idem facientibus:denuo miſit alios. Prophetantibus autem & ipſis qui tertio fuerant miſſi:ad ultimum iratus ipſe perrexit. Cum uero iam erat in proximo:antequam eum uideret ſamuel:prophetare cœpit:uenienſq; ad eos ſaul:ſpiritu uehementi cōpulſus:amens factus eſt:& exutus ueſte tota die canebat & nocte:dauid & ſamuele uidente . Ionathas uero ſaul filius occurrente ſibi dauid ; & de patris eius inſidiis ingemiſcentem & dicentem:quia dum nihil inique geſſiſſet neq; peccaſſet:eum pater eius occidere feſtinaret:rogabat ut nihil ſuſpicaretur tale:neq; derogantibus ſiqui forte huiuſmodi eſſent crederet:ſed ut ad ſe reſpiceret & ſecurus eſſet:nihil tale in eo cogitāte patre . Nā ſi cogitaſſet:ei ſine dubio pandidiſſet:dum pater eius utiq; conſiliū eius omne nō celaret. Porro dauid iurauit ita eſſe:& ſupplicabat ut credens prouidentiam eius haberet:potius quā eum ſpneret quaſi mēdacē:eiq; renunciaret quicquid a rege pro ſe aut cognoſceret aut uideret: dicebatq; ideo non ei de ſe dixiſſe patrem:q; ſciret illum circa ſe amiciciæ affectū habere. Cōtriſtatus ergo ionathas:eo q; dauid huiuſmodi patris eius eſſe circa ſe crederet uoluntatem: interrogauit eum quid uelit ut faceret. Ille autem:noui inquit omnia te mihi conferre & præſtare uelle. Craſtina die initium menſis eſt:& habeo conſuetudinem ſedens comedendi cum rege.Si tibi uidetur a ciuitate egredior & maneo in campo latenter:tu uero querenti ſaul reſponde me profectum eſſe ī regionem bethleem in tribum meam:ad feſtiuitatem ibidem celebrandam:adiiciens etiam q; tu me ire permiſeris.Et ſiquidem ut aſſolet dici de canticis proficiſcētibus:cum bono uadat aut aliquid ſimile dixerit:ſcito nihil ī eo circa me fore doloſum nec inimicū:ſi uero aliter reſponderit: hoc tibi erit indicium:quoniam aduerſum me fuerit cogitatum:& renunciabis mihi uoluntaté patris:miſericordiæ hoc & affectui communi diſtribuens:per quem fidem a me accipere:& idem tu domine famulo tuo dare uoluiſti.Si uero inuenis in me malignum aliquid:ipſe me perime:ut ſic proficiſcaris ad patrem . Quæ uerba nouiſſima a dauid ionathas nō egre ſuſcipiens:promiſit ſe ea quæ prius popoſcit eſſe facturum. Et ſiquidé triſte aliquid:aut q; eius odium pāderet pater reſpōderet:ei renūciař:& ut eū potius ſecuꝫ redderet:egreſſus:ſub diuo:nihil ſe ptermiſſuꝫ

lib. vi

Lib: 6.

pro dauid salute surauit dicens. Nunc deum quem magnũ esse uides & ubiq; præsenté: & anteq̃ mentem meam sermonibus prodam: iam prescientem eum: in communi pacto testé promissionis adduco. Quoniam non cessabo frequenter tentans patris animum cognoscere: donec mihi eius animi secreta pandantur: quæ cum didicero: non celabo: sed protinus tibi nũciabo: siue mitis circa te: siue sit ualde crudelis. Nouit autem hoc deus qualem eum circa te semp esse exoro: qui & nunc tecum est: nec te derelinquit: faciatq; te inimicoꝝ tuoꝝ: siue pater meus est: siue ego: esse meliorem: tu autem hoꝝ esto memor: & licet me finire uitam contingat: filios meos serua: & pro rebus præsentibus illis tuam retribue benignitatem. Dumq; iurasset hæc: dimisit dauid: & ad quendam campi locum ire præcepit: in quo erat solitus se exercere: quæcũq; cognouisset a patre nũciatuꝝ se ei promittens hoc modo ut deduceret puerũ & mitteret sagittas tres: & si iuberet puero sagittas afferre quæ ante eum iacerent: cognosceret: nihil esse apud patrem maliciæ: si diuersi aliquid audiret: illo dicente a rege contraria similiter expectaret: securitatem se ei præbiturũ dicens: ne quid sustineret icõgruum utq; fœlicitatis tempore hoꝝ memor esset & utilitatẽ eius filiis exhiberet. Dauid itaq; a ionatha hanc fidem accipiens: ad locũ proximum est ꝓfectus. Altero uero die cum esset mensis initium purificatus solenniter rex ad cõuiuium uenit: & sedẽtibus circa eũ filio ionatha a dextris: & principe militiæ abner a sinistris: uidens esse locũ dauid uacuum tacuit: suspicatus eum non esse a coitu mundum. Cũq; secunda die noui mensis nõ affuisset: requisiuit a filio ionatha: ubi iret trãsacto die: & præsenti conuiuio iesse filius nõ adesset. Ille uero ait abisse eum se permittente secundũ solennitatem ad propriam regionẽ: eo q̃ tribus eius festiuitatem ageret: & rogatum se piter: ut etiam ipse cum eo ad sacrificia celebranda cõcurreret. Et si præcipis inquit pater: & ego post eũ uado: nosti enim quõ illi deuotus sum. Tunc igit ionathas saul iniquitatem circa dauid agnouit: & apte uoluntatem eius aspexit. Nam iratus saul: blasphemauit eũ: natũq; de muliere uiro ultro appetentẽ: & proprium hostẽ dixit: & sotiũ dauid & cooperatorem eius: & nec ipsum erubescere nec eius matrem talia facientẽ: nec uolentẽ intelligere: q̃ donec dauid uiueret: regnũ eoꝝ esset incautum: dixitq; ut eũ uocaret: quatenus pœnas exolueret. Respondente uero ionatha: quid iniquũ fecit ut puniatur: non ad uerba iã & blasphemias irãq; saul accessit: sed arepta lancea sup eũ ut respondentẽ interficeret insiluit: & hoc quidẽ nõ impleuit ꝓhibitus ab amicis. Manifestum aũt apparuit: saul initiũ esse dauid & q̃ eũ desideraret occidere: ita ut propter illum pene propria manu filium interficere uoluisset. Tunc ergo regis filius declinato piculo: & nihil aliud præ tristicia ualens: sed deflens eo q̃ & ipse pene mortuus fuerit & dauid necẽ definitã esse cognouerit: matutino facto prexit: & quasi exercitaturus exiuit in campum: ut amico sicut cõstituerat regis proderet uoluntatẽ. Fecit ergo ionathas sicut pollicitus est: & sequentẽ puerum in ciuitatẽ dimisit: ut dauid in deserto loco ad facié loqueret. Quo uiso dauid cecidit ad pedes ionathæ eũq; adorans: saluatorẽ animæ suæ uocabat. Quẽ ionathas eleuauit a terra: & alterutros amplexantes ualde: semetipsos osculabantur & flebãt ætatẽ suã inuidiæ malignitate cõsũptã: & futurã sepationẽ q̃ nihil differret a morte. Deinde qescentes a gemitu: & memoriã turisiurãdi apud alterutros cõstare poscẽtes diuisi sunt. Cap. XIII.

AT dauid quidẽ fugiens saulẽ & iminentẽ ab eo mortẽ declinãs: uenit in ciuitatẽ nobe ad abimelech sacerdotẽ. Qui dum eũ solũ uenire uidisset: & nec amicũ: nec famulum cũ eo esse præsentẽ: miratus est: & cãm cur nemo esset cũ eo quæsiuit. Ille uero cãm ait sibi secretã iussu regis iniunctã: ad quã nõ eum habere multos comitatus oportere dicens: q̃ cõstituisset ad quẽdã sibi locum famulos occursuros: petebatq; ut ei itineris necessaria non negaret: per quæ opus amici faceret: & ꝑsentibus necessitatibus subueniret. Quibus adeptis: etiã arma sibi dari si qua essent ꝑ mãibus postulabat. Aderat aũt illic seruis saul: genere qdẽ syrus: nomine doech qui mulas poscebat saul. Tunc ad dauid sacerdos ait nihil equidẽ se tale hñe sed esse lanceam Golie: quã ipse illo perempto deuouerat deo: eamq; sumens dauid: ex omni hæbreorum regione fugit in geth: quæ est in regno palestinoꝝ: ubi regnauit achis. Cumq; cognitus fuisset a famulis regis: eiq; manifestatus illis dicentibus: quõ dauid esset qui multa milia palestinorũ peremisset: metuens dauid ne ab eo necaretur: & piculum q̃ declinauerat a saul ab illo susciperet: simulauit se esse furiosum: & rabidum ita ut spumã ex ore proiiciens: & alia quæ furiosi sunt faciẽs: fidẽ regi uere passionis ostenderet. Qui famulis ĩdignatus: eo q̃ uesanũ hoiem apud eũ introduxissent: uelociter a se dauid iussit expelli: & ita liberatus de terra geth: uenit ĩ tribũ iuda: & habitãs in spelũca circa ciuitatẽ modollã misit ad fratres suos: eiq; ubi esset ipse mãdauit. Illi uero ad eũ cũ oĩ cognatiõe sua uenerũt. Sed & alii qbus aut odiũ aut timor erat regis saul: ad eũ piter cõcurrerẽt: facturosq; se q̃cũq; placerẽt illi dicebãt: fuerãtq; oẽs simul q̃dringẽti. Tũc ille securus qa auxiliũ ei fuisset adiectũ: surgens ĩde uenit ad regẽ moabitaꝝ: rogauitq; eũ ut parẽtes

eius donec ipſe de ſuo fine cognoſceret:in regione ſua ſuſceptos hꝫet.Quo annuẽte:parẽtes eius omni tempore quo apud eum fuerunt:dignis muneribus honorati ſunt.Præcipiẽte uero ꝓpheta ut deſertum quidem dauid relinqueret:& ad tribũ iuda ꝑgens ibidẽ habitaret:eidẽ obediit: & de moab reuerſus:uenit in ciuitatẽ ſarmut:& in ea moratus eſt.Saul autẽ audiens dauid uiſũ cũ multitudine:non in timorẽ fortuitũ corruit & tumultũ:ſed ſciens uiri prudentiã atq; ꝓſumptionem:q; non ex eo ſibi paruus timoris ſonus exurgeret:quia & dolũ & labores inferret:cõuocans amicos & principes tribus ex qua ipſe erat:in collem ubi regnũ habebat:& ſedens in ſegete:ſic ei locus ille uocabaꝫ:dũ circa eũ eſſet ordo ciuilis piter & armigeri:cũctis ait.Viri cõtribules:noui quidẽ q; meoꝝ beneficiorũ nõ eſtis ĩmemores:quoniã & agroꝝ quoſdã dominos feci:& honores populares:& officia ꝑbui.Interrogo ergo uos ſi maiora his dona & ampliora ieſſe filiũ uobis dare cõfiditis.Noui quoniã oẽs illi potius cõſentiatis:quãdo meus filius etiã ionathas ita ſapit:& uos ad talia ꝓſuaſit.Nõ enĩ ignoro q; iuſiurãdũ cũ dauid & fœdera celebrauit:necnõ q; cõtra me ionathas tractator eius & coopator exiſtit:nullicq; ueſtrũ curæ eſt:ſed tacẽtes rei exitũ ſuſtinetis. Cũq; rex tacuiſſet:alius quidẽ præſentiũ nemo reſpondit.Doech uero ſyrus paſtor mulaꝝ eius ait:q; uidiſſet dauid in nobe ciuitatẽ ueniſſe ad abimelech ſacerdotẽ:ut futura ſibi ꝓphetãte cognoſceret:ꝓceptiſq; ab eo ſumptibus:& haſta golie:ad quos ire uolebat ab eo fuiſſe directũ.Tũc uocans ſacerdotẽ & cunctã eius generationẽ ſaul ait.Quid mali paſſus a me: ſeruũ inutilẽ ieſſe filium ſuſcepiſti:eiq; ſumptus dediſti & arma:cũ mei regni nimius inimicus exiſtat.Cur etiã futuroꝝ ei reſponſa ꝑbuiſti.Nõ enĩ te latuit q; me fugeret:& odio meã domum haberet. Sacerdos aũt quæ facta fuerant nõ negauit:ſed cũ fiducia ſe hæc præbuiſſe confeſſus eſt:nec ſe dauid ꝑticiſſe ſed regi dicens:non eũ tuum nouimus inimicũ:ſed fidelẽ ſocium & præcipuũ ſeruũ & millenarium:& q; horũ maius eſt generũ piter & cognatum:& hæc nõ inimicis hoĩbus præſtiti: ſed ei qui circa te opus ſuæ deuotionis exhibuit.Prophetam autem ei non modo ſolum: ſed ſepius. Dicente nãq; cum magna feſtinatione fuiſſe ſe directũ:ſi ei quibus egebat minime præbuiſſem: non illi putarer:ſed potius tibi reſtitiſſe.Quapropter nihil doloſum aduerſum me cogitare debes:neq; in his quæ nũc audiſti meam tunc fuiſſe debes credere uoluntatem. Amico nãq; & regis genero & millenario hæc impendi:nõ hoſti.Hæc dicens ſacerdos:nequaq̃ ſatisfecit regi ſaul. Qui cum eſſet in magno terrore:neq; ueram confeſſionẽ crederet:iuſſit armatis circũſtantibus ut eum cum ſua cognatione perimerent. Cunq; illi non præſumerent contingere ſacerdotem: ſed diuinitatem formidarent:potius quam regi parere uellent:tum ſyro doech rex ſacerdotis im perauit interitum.Qui ſumens ſuæ maliciæ ſimiles:occidit abimelech eiuſq; progeniem.Erant autem omnes quadringenti quinq; alias trecenti.Quo facto iuſſit quoq; ſaul in ciuitatem ſacerdotum nobam:& omnes occidit:non mulieri:non infanti:nõ aliæ pepercit ætati:eãq; ſuccẽdit. Vnus filius ĩde abimelech tantummodo abiathar nomine liberatus eſt.Hæc ſiquidẽ cõtigerũt ſicut deus ſacerdoti heli prophetauit:propter iniquitates duoꝝ filiorũ eius: dicens prolem eius radicitus euellendã.Porro ſaul rex crudele ſic opus efficiẽs:& totã generationẽ ſacerdotalẽ iterimens:& neq; infantibus miſericordiã:nec ſenibus reuerentiã habens:ſed & ciuitatẽ diſpdẽs quã patriã ſacerdotũ ꝓphetarũq; nutricẽ diuinitas elegerat & ſolam tales uiros habere decreuerat. Hoc actũ omnes fecit agnoſcere:& humano modo cõſiderare:q; donec fuerint aliqui ſimplices & humiles:nec fuerint abuſi natura:nec uoluntatẽ ſuam implere præſumpſerint : manſueti ſunt atq; mites:ſectanturq; ſolam iuſticiam:& circa eam omnem ſtudent habere deuotionẽ:tunc etiã in diuinitate cõfidunt:quæ omnibus quæ fiũt ĩ hac uita præſens eſt:& nõ ſolũ opera:ſed etiam mentem unde procedũt hæc anteq̃ fiant apertæ cõſiderat:cũ uero ad poteſtatẽ ueniũt:& ſupbiæ cumulo dilatanꝫ tunc omnibus illis uirtutibus exuti:& uelut inſcena:uultus:& mores:& moderationem actuum reponẽtes:ſuſcipiunt audaciã:ſupbiam:& cõtentũ reꝝ humanaꝝ & diuinaꝝ: & dum præcipue pietatem iuſticiãq; ſpernũt:& in omnibus quæ cogitãt aut agũt ſibimet arrogauerunt:tunc quaſi non uideat eos deus:aut certe poteſtatẽ eoꝝ non habeat:peſſimis graſſanꝫ in actibus:& quicquid aut audire metuũt:aut odio habẽt reſpuũt:q; aũt irrationabiliter diligũt: hæc gẽa:firma uera:& hoĩbus placita ſimul & deo credunt. De futuris uero rebus nullus eis fit ſermo:ſed eos ꝓtulerunt multas laboꝝ miſerias exhonorãt:& eos habentes odio ſimul iuidiam his cõflant:deducenteſq; eos ad mediũ non ſolũ adeptos honores eis auferunt:ſed ꝑ calũniã etiã uita eos priuare nituntꝫ:puniũtq; nõ ꝓpter opa digna ſupplicio:ſed derogationibus & accuſationibus nequaq̃ examinatis extiguũt:nõ quos oportet hæc pati:ſed ĩ quibus iniuſte nituntꝫ ulciſci. Hoc igitur nobis ſaul filius eis qui primus poſt illũ ducẽ optimũ rempublicã regebat ĩ iſrael manifeſtũ eſſe mõſtrauit:occidẽs tricẽtos ſacerdotes ꝓphetas:ꝑ ſuſpitione quã habuit ĩ abimelech: deiiciens etiã eorũ ciuitatẽ:& ſtudẽs quodãmodo deus ſacerdotibus ꝓphetiſq; priuare:dũ tantos

lib. vi

lib:6.

simul occideret:& neq; patriã eoꝝ manere ꝑmitteret:ut post illos aliqd posset oboriri. Abiathar itaq; abimelech filius:qui solus fuerat de sacerdotibus a saul interfectis ereptus:fugiés ad dauid: erumnã suoꝝ omniũ:& patris interritũ declarauit. Qui ait:non se hæc eis ignorasse futura: sed uidens doech:suspicatum fuisse:q; sacerdotem regi declararet:seq; dolebat quasi huius calamitatis auctorem:& poscebat:ut cũ eo decetero cõmaneret:tanq̃ qui in alto loco latere nõ posset. Eo itaq; tempore audiens dauid palestinos ceilanoꝝ ꝓuinciã deuastare:cõsuluit deũ ꝑ ꝓphetã: si eũ pugnare præciper. Quo dicente:q; diuinitas uictoriã ꝓmisisset:cũ sociis palestinos hostes iuasit: multãq; eoꝝ cædẽ effudit:& ꝑdã tulit. Cũq; apud ceilanos eẽt:donec areas suas fructusq; sine timore colligerent:regi saul nunciatũ est:q; apud eos habitaret. Opus enĩ illud & magnus effectus apud quos gestum est celari non potuit:sed fama etiam ad extraneoꝝ auditus aduenit:& ad regẽ usq; delatum est. Gauisus ergo est saul cũ audisset dauid in ceila cõmorari dicens:deũ illum eius manibus tradidisse:quãdo coactus sit uenire in ciuitatẽ:murũ & portas:& seras habentẽ:iussitq; omni populo:ut ad ceilam unanimiter cõuenirent:& obsidentes eã:capiẽtesq; dauid ĩterimerẽt. Hæc itaq; sentiens dauid & agnosens a deo:quõ eũ forent saul tradituri ceilite:sumẽs quadringẽtos qui cũ eo erant:de ciuitate profectus est in desertũ zyf. Et rex cũ audisset eũ fugisse de ceila: ab eius ꝑsecutione cessabat. Dauid aũt surgens exinde:uenit ĩ quẽdã locũ zifim:qui uocat noua: ubi ionathas filius saul ueniens ad eũ:& osculatus secuꝝ esse dixit:& spẽ bonã habere futurorũ: nec præsentibus rebus eũ debere deficere:quoniã regnaturus foret habituruſq; sub se hæbreorum omniũ potestatẽ:quõ gratiora essent:quæcunq; magnis laboribus euenirent. Et rursus iusiurando celebrato inter alterutros ꝑ deuotione uita totius & fidei:& deũ uocans testẽ ionathas: maledixit sibi:si transcenderet constitutũ & in contraria mutaret. Tunc ionathas dauid ibidem relinquens:paululũ a timore & sollicitudine releuatũ:ad saul ipse reuersus est. At ziphei uolẽtes gr̃am præstare saul:indicauerũt ei:apud se cõmorari dauid:promiseruntq; ei:ut si ueniret:illũ cõtraderent:quẽ scilicet dũ angustia ziphenoꝝ appræhendisset: non posset ulterius alibi deuiare. Quos laudauit rex:& gratias egit:indicantibus inimicũ:eisq; pollicitus est:non tardare eoꝝ recompensare deuotionem:misitq; qui quererẽt dauid:& desertũ omne ꝑscrutarentur:dicens etiã se cõtinuo secutuꝝ. Et illi quidẽ qui directi fuerant ꝑ inuestigando & capiendo dauid:præcedebant regẽ studentes fauore suo non solũ nũciare inimicũ:sed etiã manifestatũ in regiã potestatẽ contradere. Hi tamen iniusta & malignissima uolũtate frustrati sunt:qui cũ nihil mali sustinere potuissent:si non hũc indicassent sauli:ꝓpter blandimenta regia uirũ religiosum:& ad mortem iniuste quesitũ:& qui latere poterat ꝑdiderunt:& se eũ tradere ꝓmiserũt. Cognoscens aũt dauid maliciam ziphenoꝝ & regis inuasionẽ:angustias quidẽ illius regionis dereliquit:fugit aũt ad petram maximã in deserto maon constitutam. Cunq; saul eum ibi ꝑsequeret: cognouit in itinere dauid ab illis angustiis discessisse. q̃si ad aliã petre partẽ. Et cũ saul ex alia parte consisteret:ut eũ pene iam cape potuisset:audiẽs saul palestinos hæbreoꝝ regionẽ ualde uastare:a dauid ꝑsecutiõe discessit: & contra eos qui naturaliter hostes erant dimicandũ magis necessarium iudicauit:quã inimicum proprium ꝑsequẽdo:uastationẽ suæ terræ despicere. Sic ergo dauid inopinabiliter declinato periculo:uenit in angustias engaddi. Cum uero saul expulisset alienigenas:uenerunt qui nũciarent ei dauid in engaddi montibus habitare. Qui sumens tria milia armatoꝝ abiit sup eũ: & cum non esset procul a locis illis:uidit circa iter speluncam profundam atq; rotundam multa longitudine & latitudine nimis apertam:in qua dauid cum quadringentis erat absconsus. Dũq; saul naturaliter uentris purgandi necessitate cogeretur:in gressus in eã solus est. Quẽ dũ uidisset quidam hoĩum dauid:& dixisset in eius inimicũ tempus a deo datum:& suaderet ut ultionis cã saul caput abscideret:quatenus graui persecutione & miseria priuaretur: surgens dauid abscidit quidẽ summitatẽ uestis solummodo:qua saul erat indutus:& repente penitentia tactus ait: non esse iustũ ut suũ occideret dominũ:& qui. ſ. a deo fuerat regnare ꝓceptus. Nam licet iste inquit circa nos malignus existat:me tamen apud eum non decet esse talem. Cunq; saul de spelunca fuisset egressus:accedens dauid exclamauit a longe:petens ut saul audiret. Conuerso autem rege adorauit eum secundum morem ꝓstratus in terrã:& ait. O rex nõ te oportet malignas & falsas derogationes confingentibus aures accommodantem illis credere:& in suspitione diligentes te uiros habere:sed magis operibus affectum considerare cunctorum. Derogatio nãq; multoꝝ est: deuotiõis uero clara ꝓbatio actuũ ueritate cõsistit: & sermo q̃dẽ cuiuslibet ĩ utroq; hĩtus:tenet similitudinẽ ueritatis & falsitatis:opa uero nudũ habẽt ueritatis ĩtuitũ. Cõsidera igit ex istis qualis ego circa te tuãq; sim domũ:& q; mihi oporteat credi:& nõ accusantibus & dicentibus ea quæ neq; aio cõcepi:neq; facere potui. Cur apponis ꝑsequi aĩam meã:& nihil die noctuq; cogitaſ nisi animæ meæ ĩteritũ:quã iniuste ꝑsequeris. Quõ enĩ nõ falsam opinionem de me sumpsisti: quasi

occidere te uoluerim:aut quō nō impie agis in deo occidere cōcupiscens & inimicū tuū credens hoiem qui potestatē hodie habuit punire te:& a te pœnas exigere:sed noluit:cum tēpore ad hoc usus essem oportūo. Quod si cōtra mettibi idē licuisset:nequaq̄ sic captus pteriissem.Quādo ei tuæ uestis incidi partē:potui etiā caput auferre.Et ostendens pannū uestis eius:rei fidē exhibuit: Et ego quidē iustā inqt ultionē retinui:te uero iniustū contra me habere odiū noueris.Sed deus hæc iudicet:& utriusq̄ nostrū arguat uolūtatē.Saul aūt suā inopinabiliter admiratus uitā fuisse seruatā: & humilitatē iuuenis naturā eius obstupescens ingemuit.Cūq̄ & dauid hoc fecisset: respondit cū gemitu saul illū potius esse iustū.Tu inqt cā bonoꝝ mihi fuisti:ego uero tibi calamitatum:& ostendisti hodie priscoꝝ te habere iustitiā.Quis enī inimicos suos in deserto cōprahē sos saluandos esse duxerit alias dixerit?Confido itaq̄ quia deus regnū tibi cōstruet:& oium hæbreorum te potestas expectat:sed da mihi iurisiurādi fidē: ne meū genus exterminesneq̄ habēs malorꝝ memoriā:studēs meū nomē eradicare:sed ut meā domū & salues & serues.Iurante uero dauid ut poposcerat:saul quidē adi ꝓpriū reuersus est imperiū:dauid aūt cū suis abscessit i angustias maspha.Hoc itaq̄ tpe & samuel ꝓpheta defūctus ē:uir q nō fortuito honorē apud hæbreos habuerat:cuius uirtus etiā apparuit i hoc ope qđ ꝓ eius deuotione populus multo tēpore luctū duxit circa sepulturā eius:atq̄ solēnis largitatis studiū magnū cōpetēter exhibuit.Sepelierūt aūt in patria suā i ramatha:multisq̄ fleuerūt eū diebus:nō incōmuniter hoc facientes: uelut i extranei morte:sed tāq̄ ꝓpriū singuli quiq̄ lugētes.Fuit enī uir iustus:& natura benignus:& ꝓpterea magis amicus deo : q præfuit populo solus:post mortem quidē sacerdotis helii ānis duodecim cū saul uero rege annis decē & octo.Et samuel quidē huiusmodi habuit finē. Erat igit quidam ziphēnoꝝ:de ciuitate maon diues & multa pecora possidens:triū nāq̄ miliū ouiū gregē habebat in pascuis:& mille capraꝝ.Has ergo dauid illesas:& sine uexatione custodire suos præcepit: ut neq̄ desiderio:neq̄ egestate:neq̄ pro loco deserto:& ubi potuisset latere aliquis eoꝝ uexare ꝓsumeret.Super hæc autē illud seruandū dicens:ut nihil iniustū fieret:& aliena tangere pessimū iudicarent:neq̄ deū offenderēt.Hoc aūt docebat eos:homini bono præstare se credens & dignū eum esse:beneficiū huiusmodi ꝓmereri.Erat enī illi nomē nabal:uir durus & studiis malignissimus:habēs uitā detestabilē:cui erat uxor bona:simul & casta:& spem nimis eximia. Igit ad hūc nabal tēpore quo tōdebat oues misit dauid uiros decē ut eos salutarēt:& optabat ut hoc multis annis efficeret & qđ esset sibi possibile ab eo ꝑberi poposcit: cognoscēs a suis pastoribus q̄ nihil eos aliquādo nocuerit:sed etiā custodes eoꝝ gregūq̄ fuerūt dū multo tēpore in deserto ꝑiter habitassent:& q̄ nō eū penituerit siqd dauid sua largitate præberet.Nabal aūt his qui missi fuerāt inhumane nimis & dure respondit.Dum enī interrogasset eos quis esset dauid:& respondissent: filiū iesse:ait.Nunc uideo:qa ualde in semetipsis supbiūt fugitiui:& gloriant suos dominos reliquentes.Quod dū fuisset dauid renūciatū:iratus & quadringētos quidē armatos seq̄ se ꝓcipiēs: ducentis ad rerꝝ custodiam derelictis:ibat cōtra nabal:iurans illa nocte domū se & omnē possessionem eius exterminare . Nō solū uero ob hoc iratus est dauid:quia uideretur ingratus:& nihil dedisset eis qui multam benignitatem circa eum habuerāt:sed etiam quod blasphemasset:& maledixisset eis:a quibus in nullo fuerat contristatus.Interea quidam seruus & custos ouium nabal dominæ quidem suæ:illius uero coniugi dixit:quod miserit dauid ad uirum eius nō solum nec aliquid uile perceperit:sed etiam iniurias & pessimas in eum dixerit blasphemias dum omni ꝓui dentia & custodia circa eos fuerit usus in gregibus affirmans hoc in malum domini sui & ipsius profuturꝝ.Quo dicto:abigail uxor nabal eiiciens decē asinos:& onerans eos multis muneribus: nihilq̄ marito dicens:eū p ebrietatē ipse sensu careret;ꝓfecta est ad dauid.Cui ascendēti montis angustias dauid occurrit:cū quadringētis uiris ueniens super nabal.Quem cum uidisset mulier de asina exiluit:& ꝓstrata in faciē adorauit:supplicās:ut nequaq̄ nabal uerba respiceret:qui utiq̄ nabal recte uocaret:quod nomē dementē lingua significat hæbrea.Satisfaciebat autē dicens: nō se eos uidisse qui ab eo fuerāt missi:& debere se ueniā promereri:utq̄ magis ipse ageret deo gratias:qui eum a sanguinis humani pollutione prohibuit exorabat.Nam cum tu inquit benignus fis:ille uindicat a malignis.Quæ enim nabal inquit mala sustineat:super caput inimicorum tuorum eueniant.Esto mihi propicius quidem & iudica me dignam:per quam hæc dona suscipias: iram uero atq̄ furorem quem super maritū & eius habuisti domum:mihi remitte. Hæc enim te decent:cum sis placidus atq̄ clemēs:& quod maius est regnaturus. Susceptis autem illis muneribus ait. O mulier:propicius te hodie ad nos deus adduxit. Nō futurum uideris diem : cū iurasset domum nabal hac nocte disperdere:ut nullus uestrum penitus remaneret: cum utiq̄ sit uir ille ingratus & callidus circa me & socios meos:nunc præueneristi:& meum curante deo mutasti furorem:& nabal quidē licet modo propter te relinquatur inultus:non tamē effugiet pœnas:

sed alia causa quæ ei competit eueniet. Hæc dicens dimisit mulierem. Illa domi reuersa est:& inueniens uirum cum multis uino solutum:& in ebrietate iacentem:tunc quidem nihil horum quæ gesta fuerant indicauit.Cui altera die cũcta significauit:sicq; eum tristem reddidit:& ad solutionem mẽbrorum:& pene ad mortem usq; deduceretur:& non amplius quam decẽ dies postea uiuẽs nabal defunctus est. Dauid autem audiẽs mortem eius:ultum sequidem a deo dixit: nabal uero propria malignitate defunctum:dedissecq; illi pœnas:& se ab eius custodisse sanguíe: mundam habentem dextram. Tunc etiam agnouit:eo quod maligni diuinitus urgeantur:& nullus iter homines despiciatur a deo:qui dat quidem bonis similia:malis uero refert digna supplicia.Et mittẽs ad eius uxorem:petit: quo eã sibimet copularet. Illa uero his qui missi fuerãt: dicens se nõ dignam fore ut illius uel pedes tangeret:tamen cum omni proprio apparatu uenit: eiq; coniuncta est:quæ ad hunc honorem uenire promeruit:tam pro modo castitatis quam pro spem suæ formæ. Habuit autem dauid uxorem:quam primitus duxerat de ciuitate ehisar.Michol autem Saul regis filiam quæ fuit dauid uxor:pater eius saltim filio lais coniũxit:qui erat de ciuitate gallim.Cunq; hæc fuissent gesta:quidam ziphenorum ueniẽtes indicauerunt saul quod rursus dauid esset in eorum regione & possent uiolenter eum compræhendere si sua præberet solatia. At ille cum tribus milibus armatorum super eum egressus est.Cunq; superuenisset nox castra posuit in loco quodam qui dicitur ceila. Audiens uero dauid contra se uenisse saul missis exploratoribus:iussit sibimet nunciari ad quem locum iam uenisset. Quibus dicentibus in ceila eum esse:surgens nocte:ita ut lateret suos uenit ad castra saul: ducens secum abisai natum sororis suæ sariuæ:& achimelech getheum. Saul itaq; dormiente:& circa eum per circuitũ armatis:& abner principe militiæ constitutis:dauid ingressus castra eius:nec ipse pemit eum inueniens eius stratum:& lanceam quæ erat fixa ad caput eius:nec abisai permisit uolentem eum occidere:& in hoc uehementer instantem: sed dicens ordinatum a deo regem occidere esse nimis iniquum:licet ille sit malus uenturamq; ei pœnam oportuno tempore ab eo qui ei præbuit regnum:retinuit impetum eũ uolentis occidere:& pro signo q, eum potuisset eum interimere: & potius abstinuerit:sumens eius lanceam & urcelum aquæ appositum dormienti saul nullo sentiente in exercitu:cunctisq; iacentibus latenter egressus est:cum omnia facere potuisset: quæ & ipsum tempus offerret:& contra regem digna præsumptio suaderet. Trãsiens uero torrentẽ:& ĩ uerticẽ mõtis ascendens:unde potuisset audiri clamans uoce magna militibus saul & abner prícipi militiæ:excitauit eos a somno.Hunc enĩ uocauit & populum.Audiente uero principe militiæ:& requirente quis eũ uocasset:dauid ait.Ego sum filius quidem iesse:uester uero fugitiuus. Cur inquit cũ sis magnus:& apud regem honore præcipuus corpus eius ita custodis:ut sonnus sit tibi dulcior:q̃ illius salutis affectus.Hæc quippe digna morte sunt atq; supplicio. Dudum enĩ ingressus est quidam in uestrũ exercitum super regem:& super alios uniuersos:& nõ agnouistis. Quere lanceam regis:& urceum aquæ:& agnosces quantum malum uos latuit intrinsecus constitutos.Saul autem cognoscẽs dauid uocem:& uidens quia dum eum captiuum habuisset sopore confectum:custodibus negligẽtibus non occidit:sed pepercit ei:quem iuste perimere potuisset:pro salute sua gratias egit:& rogauit ut confidens:nihilq; ab eo mali iam metuẽs iret:ad propria affirmans credere se q, nec semetipsum aliquis ita diligeret': sicut Saul a dauid amaretur: & accusans seipsum: q, eum quidem qui illum custodire posset:& multa indicia circa eum sui fauoris ostenderet:persequeretur iniuste:& tanto tempore dubitantem de anima sua degere in fugam compelleret: ab amicis & cognatis desolatum:ipse uero ab eo sepius liberatus non quiesceret:sed eius animam aperte desideraret auferre. Quo facto alias dicto:dauid iussit ut aliquis puerorum eius ueniens:tolleret lanceam:& urceum aquæ dicens. Deus utriusq; nostræ uoluntatis & actuum iudex sit qui nouit q, etiam præsenti die cum te occidere potuisset: tui misertus abstinui. Et Saul quidem secundo dauid manus effugiens ad regnum proprium remeauit. Metuens autem Dauid si permanens ibi aliquando in Saul manus incideret:decreuit ad palestinos descendere:& illic habitare. Tunc cum sexcentis qui erant circa eum uenit ad achis regem geth.Erat autẽ hæc una quinq; palestinoꝝ urbiũ.Cũq; eũ rex suscepisset cũ uiris:& habitaculũ pbuisset:habente eo simul & duas uxores achinoẽ & abigail:morabat in geth.Saul aũt hæc audiens ulterius uoluntatẽ non habuit:ut mitteret sup eum:aut ipse forsitan ꝓperaret:cũ secundo pene tale piculũ ptulerit:ut ab illo potius potuisset cõpræhẽdi.Porro dauid nõ placuit ut ĩ ciuitate geth:habitaret:sed regẽ rogauit q eũ clemẽter excepat:ut ei locũ aliquẽ in ꝓuícia donaret: ubi cũ suis degere potuisset:pudori esse dicẽs:ut si ĩ ciuitate maneret:se ei onerosum existeꝛ.Cui dedit rex quendã uicũ siceleh nũcupatũ:quẽ uicũ ita dilexit:ut cũ regnasset dauid:eũ ipse & eius pueri q̃si primã possessionẽ honorarẽt.Sed de his ĩ alio loco dicemus.Tẽpus itaq; qđ cõmoratus

est dauid ī sicelech palestiorꝫ fuit mēsiū q̄tuor:& uigīti dierꝫ. Vnde latēter īsurgēs cōtra palestinos in uicina regiōe cōstitutos ferritas & amalechitas: eorꝫ ꝓuinciā deuastabat:multāq; p̄dā iumētorꝫ & camelorꝫ sumēs: reuertebaī ad ꝓpria:& ab hominibus abstinebat:metuētes ne eū diuulgarent ad regem:partem tamen ei prædæ domum mittebat. Cum uero requireret rex quos uastasset:prædamq; tulisset:dicendo eos qui ad austrum iudeos conuersabantur: & ī campestribus habitabant se esse depopulatum satisfecit regi:sperabat enim q̄ dauid odio haberet propriā gentem:& seruus eius foret donec apud eum consisteret.

Capitulum.XIIII.

EOdem tempore palestinis circa israelitas pugnare uolentibus:& mittentibus ad omnes amicos ut eis adessent ī bello in sela:ubi congregati erant exituri super hæbreos: anchus seu achus rex geth:dauid rogauit:ut cum suis armatis ei solatium contra hæbreos præberet. Illo uero gratissime promittente & dicente inuenisse se tempus: in quo ei beneficiis responderet:& susceptionis munus exolueret:promisit rex custodem sui corporis post uictoriam & belli certamen eum se esse facturū honoris & fidei promissione uolens uoluntatem eius augere. Saul itaque rex hæbreorum omnes diuinos & uentriloquos: & omnem huiusmodi artem de sua expulerat regione absque prophetis. Audiens autem palestinos iam esse præsentes:& iuxta suam ciuitatem in campo positam:castra fixisse ad eos cum omni exercitu suo profectus est. Cunque uenisset ante montem quendam gelboe:& uidisset e diuerso hostium multitudinem:timore fortuito conturbatus est:dum esset eorum exercitus potior:& multo melior deumque consuluit per prophetas:ut ei de prælio & eius fine prædiceret. Deo autem non respondente Saul magis expauit:& animo corruit:malum sibi aperte imminere prospiciens: cum utique deum arbitraretur præsentem sibi non esse:iussitque sibi quæri mulierem uentriloquam habentem spiritum:& uocantem animas defunctorum:ut ualeret agnoscere:si in rebus īminentibus præualeret.Genus enim uentriloquorum euocando mortuorum animas:per eas solet poscentibus futura prædicere. Cunque fuisset a quodam famulo ei nunciatum: esse huiusmodi mulierem in ciuitate endor:latenter omnem exercitum relinquens:exutus ueste regali:sumens duos famulos:quos nouerat fidelissimos uenit in endor ad mulierem:rogauitque eam ut diuinaret:& animam suscitaret:citius ipse dixisset. Muliere uero repugnante atque dicente nō se posse regem spernere:qui genus hoc diuinantium expulisset:sed nec illum bene facere:qui dū nihil per eam fuisset lesus: ei pararet insidias: ut prohibita facientem pene contraderet iurauit: ne cuiquam eius diuinationem proderet:nec periculum fore. Cunque iureiurando satisfecisset non eam debere metuere:si ei animam Samuel euocaret:illa nesciens quis esset samuel:eam ex īferno euocabat. Cunq; apparuisset uidens mulier uirum sanctum deo decibilem:cōturbata est: & tunc eius faciem obstupescens:nonne tu es inquit rex saul. Hoc enim ei Samuel indicauerat. Quo confitente:& perturbationem eius quærente:ait uidisse se uirum similem forma deo:eoq; iubente imaginem eius:formam & statum eius quem uiderat explanare:significauit se senē iam glorioſum:& sacerdotali pallio uidisse circūamictum.Ex quibus cognouit rex hunc Samuel eē: & procidens in terram salutauit & adorauit.Anima uero Samuel inquirente cur eam cōmouisset:saul ingemiscebat necessitatē incumbere:& hostes sibi grauiter īminere:& esse in hesitatione rerum præsentium constitutum a deo utiq; derelictum:& neque responsum promereri:neq; per prophetas:neq; p somnia:& ꝓpterea inqt ad te qui mihi semp pius extitisti cōfugi.Samuel autē uidens eum fini uitæ iam proximum:ait.Superflue a me aliquid uis cognoscere:cum a deo sis derelictus.Sed regnum quidem tuum ad dauid transferetur:quod in hoc bello scias esse uenturū: te uero tuūq; principatum cum uita esse finiendum:quō inobediens fueris deo in amalechitarꝫ bello:& eius nequaquā mandata seruaueris:sicut uiuens tibimet prophetaui. Igitur scito te subdendum:& populum inimicis:& te cum filiis tuis die crastina in bello cadentes:mecum esse māsuros. Hæc audiens Saul tristitia faciente loquendi amisit officium:& prostratus est in terra propter doloré qui ei fuerat īdicatus potius:quā pp abstinentiā.Quia enī præcedēti die aut nocte cibum non susceperat:facile non ualebat exurgere:uix tamē recipientē spiritū coegit mulier ut gustaret: hoc munus petēs sibimet repēsari ꝓ diuinatione:quā sui periculo ei ꝓparabat:cū ei ꝓpter timorem ipsius non licuisset.Quæ licet ignorasset qui fuerit tamen ei præualuit ut concederet pro quibus rogauit appositum cibum sumere:quatenus recepta uirtute:ad castra propria remearet. Cunque ille refutaret: & nimis aduersaretur in angustia constitutus compulit & persuasit ei: & habens unum uitulum mansuetum a se domi nutritum: in quo solo requiescebat occiso & carnibus præparatis ei: ut comederet: eiusque seruis apposuit. Quo facto Saul

lib. vi

lib: 6.

noctanter ad sua castra reuersus est. Iustum est autem laudare mulieris largitatem: quia licet eius ars a rege fuisset exerceri prohibita: tamen dum uenissent in domum eius quos nunquam uiderat prius non habuit mali memoriam uituperando eum qui eius prohibuerat disciplinam: nec auersata est peregrinum: & cuius consuetudinem nequaquam habuerat: sed condoluit: & consolata est: dum eum cognouisset regē: & circa quē potuerat animo ingrata consistere: eū potius ut comederet īuitabat: & ꝙ ei solūmodo ī pauptate fuerat: hoc libēter largiterq; cōferebat: nō aliquā retributionē eius expectans: nō munus aliquod aucupans: quippe quē ꝓxime moriturum agnouerat: cū plerunq; natura sit hominū: boni aliquid aut repēsaturis beneficiū exhibere: aut a quibus aliqd se credunt accipere: his mutuare. Bonū est ergo illā imitari mulierem: & bene facere cunctis egentibus: & nihil arbitrari melius esse: nec amplius aliquid generi hūano cōpetere potius quā hoc ut deū propiciū: & boni largitorē semper habeamus. Igitur de illa muliere dixisse sufficiat. Sermonē uero nunc faciamus ciuitatibus & populis & gentibus ꝓfuturꝫ: & bonis oībus congruū: ex quo prouocētur uniuersi sectari uirtutē: & eternæ decus appetere gloriæ: sed & qui sapientibus & regibus gentiū: & principibus populoꝝ multū desideriū: & studium rerum bonaꝝ adiiciat: & pro salute patriæ ad pericula mortis libenter adducat: & cuncta quæ uidētur grauia doceat esse contēnenda. Habeo rei huius auctorē saul hæbreoꝝ regē. Hic enī licet futura iam nosset: & mortē sibi īminere ꝓpheta prædicēte cognosceret: nō fugit: nec amore uitæ suū exercitum ꝓdidit inimicis: nec regie cōtumeliā intulit dignitati: sed potius cum omni sua domo semetipsum tradēs simul & filiis: optimū iudicauit cū eis magis cadere ꝓ subiectis pugnādo: & filios una perire: licet boni & fuissent: quā eos in īcerto relinquere: quasi regni successionem & generis habituros. Is ergo & iustus: & castus: & fortissimus solus mihi esse uidetur: & siquis fuit talis: aut fuerit cunctoꝝ testimonio uirtutis adoptiōe dignissimus. Nam eos qui sub spe uictoriæ proficiscunt ad bellū: & incolumes se redire cōfidunt: quāuis gesserint clarū nō uidentur benefacere qui eos fortes uoluerint appellare: quod de talibus in historiis: & aliis cōscriptionibus inuenitur: quāuis & illi sint approbandi magnanimes autē & grandia præsumentes: & reꝝ terribiliū contēptores: soli dicendi sunt omnes qui saul imitantur. Illi nanq; q nescientes qd in bello futurum est nequaquā animo deficiunt: sed in incertū semetipsos emittunt: licet aliquid grande faciant: non tamen ualde mirandi sunt. Cum uero utile nihil uenturum animo cogitatur: sed iam mors futura præscitur: & solummodo hoc passuri dimicant aliqui: & neq; terrentur: neque pro mortis periculo obstupescūt huiusmodi uiros perfectæ fortitudinis esse decerno. Hoc igitur fecit Saul ostendens ꝙ cunctos desiderantes gloriæ palmam habere: post mortem talia conuenit adimplere: & maxime reges quos propter cumulum principatus non solum malos non licet esse circa subiectos: sed neque mediocriter esse bonos. Plurima quidem de Saul magnanimitate potui dicere: maximam mihi hoc argumento præbente materiam: sed ne diu eius laudibus uidear inherere: denuo ad ea reuertor: unde egressus esse agnoscor. Palestinis igitur castra sicut prædiximus metantibus & per singulas generationes & tribus & satrapas exercitum disponentibus: ibat cum suo exercitu rex achis: & post eum dauid cum sexcentis armatis sequebatur. Et cum duces palestinorum uiderent inter eos hæbreos: qui cum dauid in auxilium regis uenerant: percontabantur a rege: qui nam essent. Qui dixit dauid esse qui fugerat Saul dominum suum: quē ad se uenientem ipse susceperat: & nunc uelle sibi eū beneficia rependere: & saul interficere: propterea ī solatio ipsius aduenisse. Quo dicto culpatus est a ducibus palestinorum: eo ꝙ uirum inimicū ad solatium adduxerit: eumque redire suadebant: ne forte latenter mali aliquid circa eos efficeret: habēdo tempus & causam: per quam suum dominum placare posset: sed si uellet ei prospicere: remitteret eum cum suis ad locum quem dederat illi prius. Adiiciebant autem. Nonne hæc est dauid: de quo cantabant uirgines hæbreorum: quia multa milia peremisset. Et cum audisset rex geth utiliter dicta cognoscens uocauit dauid: & ait. Ego quidem cum sim testis studii tui circa me atque deuotionis: propterea te ad solatium meum adduxi: principibus autem non places. Sed facto die perge ad locum quem dedi tibi: & ibi meam custodi prouīciam: ne quis hostium ad eam accedat: es enim animo meo pars magna solatii. Dauid itaque iubente rege geth: uenit sicelech. Eo tempore quo fuerat egressus ad solatium palestinorum gens amalechitaꝝ ingrediens: sicelech fortissime cœperat eam: qua incensa: multaque præda ex ea & aliis palestinorum regionibus sumpta discesserat. Inueniens ergo dauid uastatam omnem prouinciam: & omnia fuisse direpta: & duas uxores suas: & eos qui cum eis erant una cum filiis in captiuitatem ductas: continuo uestem scindens: flens & gemens cum sotiis & amicis: ad hoc usque peruenit: ut etiam dolentibus captiuitatem uxorum ac filiorum lachrymæ nimiæ eorum fletu deficerent. Sed & ipse periculum passus est: ita ut a sociis dolētibus captiuitatē uxorū ac filioꝝ pœnæ

lapidaretur: ipsum enim solum rei principem:ipsum unusq; sq; malorum dicebat auctorē. Igitur sternebatur:& mentem suam ad deum conuertens:rogauit abiathar pontificē:ut indutus ueste sacerdotali consuleret deum & prophetaret:si persequens amalechitas: compræhenderet eos:& liberaret uxores ac filios:& ulciscereť in hostibus.Sacerdote uero iubente ut eos persequeretur consurgens armatos p̄secutus est hostes. Cunq; uenisset ad torrentē bosor iuenit uirum errantē egyptium genere ethiopē:& fame defectum qui tribus diebus ī deserto sine cibo p̄manēs primū cibo potuq; eū cōfortans: & refici faciens īquirebat:cuius esset aut unde. Tunc ille quidē se genere significat egyptiū:& pp infirmitatē a suo domino derelictū:eo q; nō ualeret sequi:piter etiā esse īdicauit se ex eis qui īcendissent:& diripuissent iudeā simul & sicelech. Hunc ergo dauid habens ducē super amalechitas:appræhēdit eos in terra iacētes:& alios quidē prandentes:alios iam ebrios & uino solutos:& de re acta:& de captiuitate uxoꝝ ac filioꝝ gaudētibus & fruentibus:de oscq; suos laudātibus repēte irruit sup eos:& leticia qua gaudebāt frustrauit.Nudi enī & nihil huiusmodi suspicātes sed ad potū & ad epulū cōuersi:oēs remissiores erāt.Et alii quidē eoꝝ mensis adhuc appositis:appræhēsi sup eas extincti sunt:& sanguis eoꝝ cibo p̄mixtus est:alios uero inuicem se ad pocula īuitantes occidit:multos etiā in soporē cōuersos extinxit:quicūq; uero occurrere & armis īuolui:& ex aduerso cōsistere potuerūt:hi etiā facilius quā illi qui iacebāt nudi pempti sunt.Quos ab hora prima interficiētes usq; ad uesperam p̄manserant ita ut amalechitaꝝ non remanerent amplius quā q̄dringēti:qui tamē in camelis curracibus ascendētes uix euadere potuerunt.Eripuit ergo dauid alia oīa quæ tulerūt hostes:sed etiā uxores suas & socioꝝ. Cunq; reuertentes uenissent ad locū ubi ducētos qui eos nō potuerūt sequi reliquerāt ad castra custodienda: & illi quidē q̄dringēti partē præde eos accipe nō censebant:qui secū nō fuerant:cū utiq; deberet sufficere:si uxores cū filiis:aliaq; suppellectile mererenť suscipe:secq; meliores & digniores:quippe qui laborē sustinuissent hostesq; p̄emissent p̄da direpta.Dauid aūt malignā hanc & iniustā dixit esse sniam cū eēnt digni deo præbēte:ut & ulciscerenť in hostibus:& oēm prædā cū his qui una ad persequendū egressi fuerāt:ex equo diuideret:quādo ad diuersorii custodiā remāsissent: & ex illo lex ista p̄mansit:ut tantū accipiant qui custodiūt castra:quantū illi qui pugnāt. Veniens aūt dauid in sicelech:oībus in iudea amicis:& necessariis partē prædæ dixerit.Et uastatio quidē sicelech:& amalechitaꝝ hmōi fuit īteritus.Palestinis igitur dimicātibus:& pugna grauī cōmissa palestini quidē ulciscunť:& multos suoꝝ hostiū pemerant.Saul aūt rex israelitaꝝ:& eius filii fortiter decertātes:& utentes omni fiducia tanq; gloria eoꝝ ī bona morte:& in hostiū dimicatiōe cōsisteret:nihilq; hoc p̄ciosius esse iudicātes;oium inimicoꝝ cohortē cōtra se conuertentes undiq; circūdati:piter sunt extincti: multos tamē palestinoꝝ forti dimicatione pemerunt. Erant uero saul & ionathas:& amminadab:& melchis.His ergo cadētibus hæbreoꝝ populus cōuersus est in fugam:& turpitudo & confusio facta est ex interitu Saul:& de grauissimis hostibus undiq; super eos ingruētibus.Saul aūt hoc mō pemptus est.Dum eēt hostiū multitudīe constipatus:palestinis crebro sup eum iacula dirigētibus:oībus pœne ꝑstratis:paucis exinde fugiētibus:ipse clarissime decertatus est:qui uulnera in se multa gerens: ita ut nequaquam; iam posset tolerare:nec ferre plagas:semetipsum quidem perimere erat inualidus:iussit autē armigero: ut eum gladio educto perimeret:ut nequaquā uiuum eum cōpræhenderent hostes.Armigero nō præsumēti dominū suum occidere:ipsum gladiū suū educens:& in terra configens irruit in mucronem: & cū nequiret sibi uim ultimæ mortis inferre:nec ferrum eius membra transiret:cōuersus & uidēs quendā iuuenem requisiuit quis esset. Quem cū cognouisset amalechitā:rogauit ut educto gladio cum morte qua uellet occideret. Quod cum feciſſet ſublato auro ex eius brachiis:& corona regali fugit. Videns aūt armiger eius Saul extictum:occidit & semetipsum:nullusq; de custodibus corporis est relictus:sed omnes ceciderūt in monte qui dicīť gelboe.Audientes autē hæbrei qui habitabāt ī cōualle trans iordanē:& qui in cāpestribus ciuitates habebant:q; Saul cecidisset & eius filii:& omnis cum eo perisset exercitus:relinquētes proprias ciuitates:ad loca occultissima fugierunt. Palestini inuenientes urbes derelictas atq; desertas habitauerunt in eis. Cunq; uenissent hostes exuere:inuenerūt corpus Saul & filioꝝ eius.Quos expoliantes eoꝝ capita truncauerunt: & ī oēm prouinciā ꝓpulgauerūt hostes suos cecidisse.Quoꝝ arma q̄dē cōsecreta sunt in astaroth tēplo:corpora uero suspenderūt super muꝝ ciuitatis bethsan:quæ nūc scytopolis appellaťr. Cū ergo audissent habitatores ciuitatis iabes galaad die tertio q; trucassent Saul mortuū & eius filios paleſti: crudele iudicātes eū īsepultū despicere:egressi uiri fortissimi:& p̄ūptiōe p̄cipui:cum ipsa ciuitas & corpibus:& aīalibus uiros habuerit ualde robustos:tota nocte iter agētes:uenerūt ad ciuitatem bethsan:& accedentes ad muros hostium:& deponētes corpus Saul & filiorū eius: detulerunt in iabes hostibus ꝓpter fortitudinē eoꝝ nequaq; ꝓhibere ualētibus aut p̄sumētibus

lib. 7.

Lib: 7.

Viri aũt iabes cũ omni populo flentes sepelierunt corpora eorũ in optimo loco ꝓuinciæ:quẽ segetem appellãt:& ieiuniũ septẽ dierũ cũ mulieribus & infantibus sup eos celebrauerũt tondẽtes pectora ac lugẽtes regẽ & filios eius:& exercitũ domini:nec cibũ deliderãtes gustare uel potum. Hunc itaq; finẽ Saul ꝓphetanté samuel habuit:quia obediẽs deo nõ fuit pp mandata quæ cõtra amalechitas acceperat:& q; abimelech sacerdotis generationẽ:& ipsum abimelech: & sacerdotũ una peremit urbẽ.Regnauit ergo saul samuel quidem uiuente annis decẽ & octo: moriente aũt samuel alios duos qui huiusmodi habita conuersatione defunctus est.

HAeć sunt capitula ĩ libro septio Iosephi historiæ antiqtatis iudaicæ. Cap.i.
Quomodo dauid quidem super unam tribum ĩ ebron ciuitate regnauit: & super aliam multitudinem filius saul. Cap.ii.
Quia eo interfecto dolo amicorum omne regnum dauid accepit. Cap.iii.
Quomodo obsidens hierosolymam dauid:& capiens ciuitatem:expulit quidem ex ea chananeos:& iudeos in ea constituit:& de amicitia facta inter ipsum:& irá tyri regẽ Cap.iiii.
Quod secundo pugnantes cõtra se palestinos ĩ hierosolymis uicit:& de arca dei decariathiarim in hierosolymam deducta. Cap.v.
Pugna quam habuit dauid contra palestinos & moabitas: & adrazarum regem:& damascenos: atq; uictoria:& de amicitia facta inter ipsum & thou regem. Cap.vi.
Quomõ contra amonitas:& mesopotamenos pugnauerit ac ꝓualuerit. Cap.vii.
Quoniam dauid cõcubuit cum bethsameæ uxore uriæ:& ipsum uriá fecit occidi gladio filiorũ amon:& de uerbo nathã ad eum missi ꝓ peccato quod cõmiserat. Cap.viii.
Quoniam ammon filius dauid mixtus est sorori suæ thamar:pro qua re absolon frater eius interfecit eum:& de fuga absolon:& reuocatiõe ipsius ad patrem. Cap.viiii.
Quomodo dauid domesticis contra eum seditionẽ facientibus a filio sit expulsus:uero dũ pugnaret cõtra suũ patrem absolon cum exercitu suo deperiit. Cap.x.
Quõ post mortẽ absolon dauid reuersus est ad regnũ:& ad sedẽ regni hierosolymam:& de seditione quam mouit contra eum seba filius bochri. Cap.xi.
De expiatione sceleris:quod cõmisit Saul in gabaonitas:cuius causa facta est fames in ꝓuincia:& de prælíis aduersus palestíos fœliciter gestis:seu de fortibus dauid. Cap.xii.
Quõ rex dauid iussit dinumerare populum contra mandatum domini:& de plaga:quæ secuta ẽ transgressionem. Cap.xiii.
Rex dauid fœliciter uiuẽs ĩ regno salomõi filio mandauit de edificatione tẽpli & quãtã materiã ei auri & argenti lapidũq; ꝓciosorũ ꝓparauerit ad templi edificium. Cap.xiiii.
Quõ rex dauid senex factus & frigidus:ꝓ adolescẽtulã uirginẽ noíe abisag calefactus ẽ & de adonia filio dauid qui usurpauit sibi ĩperium:& quoniã salomon unctus est in regem iubente dauid patre eius:cui rursus mandauit edificationem templi:dans ei descriptionem & constitutionẽ edificii. Cap.xv.
Rex dauid sciẽs se morituꝝ:& uocãs filiũ suũ salomonẽ:plenius ĩstruxit eũ de obseruatiõe mãdatorũ dei:& de his quos nouerat pœna dignos:post hoc mortuus est & sepultus a filio suo salomone:& multæ diuitiæ cum eo sunt reconditæ.Continet hic liber tempora annorum.xl.

Incipit liber septimus.

PRædictũ itaq; ꝓliũ gestũ ẽ die qua dauid uictis amalechitis reuersus ẽ in ficelech. Et cum iam ibi duos habitaret dies:tertia die uenit quidã liberatus a pugna:quæ contra palestinos fuerat gesta:& qui Saul interemerat scissa ueste: & asperso capite cinere. Qui dum adorasset dauid interrogatus:unde tali modo uenerit:ait: ab israelitarũ pugna:quibus infelicem terminũ ꝓuenisse dicebat:& multa quidem hæbreorũ milia fuisse necata & regẽ pariter eorũ saul cũ filiis interemptum: significabatq; uidisse se & hæbreorũ fugã:& fugiẽti quoq; regi fuisse ꝓximum: quẽ etiá ne cõpræhẽderet ab hostibus ipse se rogatus ab eo iugulasse fatebat:qa dũ gladio suo ĩcubuisset propter uulnerũ magnitudinẽ nõ ualebat seipsum occidere. Cum hæc dixisset signa mortis eius ostẽdit aurũ brachiorũ regis & coronã:q; cũ expoliasset:mortuũ saul ei detulerat. Dauid itaq; cũ iam non discederet:sed apta signa mortis eius inspiceret:uestem quidem repente dirupit: deflens autem & lugens cũ suis totã diẽ in fletu & lamentatione

protraxit:cui maior triſtitia nata eſt ꝑ morte ionathæ:qui fideliſſimus amicus fuerat:& ei cauſa ſalutis extiterat. Tantã enim ſui uirtutẽ dauid circa deuotionẽ ſaul oſtendit: ut nõ ſolum finem eius luctuoſe ſatis habuerit: licet ſepius ꝑ eũ mortis pericula paſſus ſit:ſed etiã punierit eius ſectorem. Nam cũ dixiſſet ei:quia ipſe ſui accuſator erat qui regẽ occiderat:& eũ cognouiſſet:qa de genere amalechitaꝝ eſſet:repẽte eũ præcepit ſterimi. Conſcripſit aũt epitaphiũ ſicut fieri aſſolet in ſepulchris qđ lamẽtationes cõtineret:& laudes ſaul & ionathæ:quod etiã uſq; ad meũ permanſit tẽpus. Cũ uero hoc mõ regi exhibuiſſet:planctũ eius finito luctu ꝑ ꝓphetã cõſuluit deũ quã ei ciuitatẽ daret ad habitandũ de tribu iuda. Cunq; dixiſſet datuꝝ ſe ei ebron: derelicta ſicelech uenit ad eã deductis duabus uxoribus ſuis: & qui erãt cũ eo cunctis armatis. Ad quẽ conueniens omnis populus illius tribus eũ conſtituere regẽ. Qui cũ audiſſet ꝙ ſaul & eius filios ſepeliſſent uiri iabes habitatores galaditis:miſit ad eos:laudans & approbãs eoꝝ opus: & uirtutem: & agens gratias pro ſtudio:qđ circa defunctos habuerant: pariterq; dicens ꝙ tribus iuda eũ cõſtituiſſent regẽ. Abner itaq; priceps militiæ ſaul:filius ãt ner:uir efficax:& optimus ualde natura: cũ uidiſſet cecidiſſe regẽ:& ionathan:& duos alios filios eius:ueniens ad caſtra filiũ ſaul qui relictus fuerat nomĩe hiſboſeth abripiens regẽ ſuper eos qui trans iordanẽ erãt:& totius populi pariter ordinauit:præter tribũ.ſ.iuda:ſtatuitq; regnũ eius in terra: quæ ſecundũ patriã quidẽ linguã uocatur manaim:ſecundũ græcos dicit̃ caſtra. Abner ergo exinde ꝓmouit electũ exercitũ nimis ut cõgrederetur cũ tribu iuda:iraſcebatur enĩ aduerſus eos a quibus rex dauid fuerat ordinatus. Huic aũt occurrit miſſus a dauid ioab filius ſariuæ ſororis eius de patre ſar natus:hic enĩ erat cõtra abner cõſtitutus militiæ princeps. Cum quo etiã fuerãt & ſui fratres abyſai: & azahel: & oẽs armati dauid. Itaq; ueniens ad quendã fontem in ciuitate gabaa aciẽ conſtituit ad pugnãdũ. Dicente uero abner ad eum uelle ſe probare:quis eoꝝ robuſtioreꝫ haberet exercitum:cõuenit inter utroſq; ut duodecim uiros pugnaturos mitterent:& procedentes inter medias acies:qui ex utraque parte ducum fuerant ad certamẽ electi:eductiſq; gladiis uiri dauid:& tenentes capita hoſtiũ eorum lumbos & latera ſuis gladiis perforarunt: donec omnes quaſi ex uno conſtituto perimerent. His autẽ cadentibus etiam reliquus direptus eſt exercitus:& dimicatione fortiſſima procedente:abner populus uictus eſt:fugiẽteſq; ioab ꝓſequi nõ ceſſabat:præcipiẽs armatis ut poſt eorum ueſtigia feſtinarent:& nequaq̃ occidẽdo deficerent. Cuius etiã fratres decertati ſunt ꝓniſſime:inter quos clarior præcipue fuit iunior aſahel:qui tantam gloriam habuit ĩ pedũ uelocitate: ut nõ ſolũ hoĩes:ſed ẽt equos ad currẽdi certamĩa ſuparet. Is igit̃ ꝓſequebat̃ pricipẽ abner: recto greſſu in neutrã partẽ declinãs. Cunq; reſpexiſſet abner:& cõſideraſſet impetũ ſe ſequẽtis: & dixiſſet ut unius militis arma ſumẽs ab eius ꝓſecutione qeſceret:& rurſus ille nequaquã a ſuo conamine pœnitus abſtineret: monẽte illo denuo ut recederet:nec coactus eũ ꝓcuteret:& ãte eius fratres ulterius fiduciam non haberet:uerba eius illo deſpiciẽte:fugiẽs poſt tergũ lanceã coactus emiſit:eũq; repẽte mortali uulnere penetrauit. Hi uero qui cũ eo ꝓſequebant̃ abner:cũ ueniſſent ad locũ ubi iacebat aſahel mortuus cicũſtantes neq̃quã ꝓſecuti ſunt hoſtes. Ioab aũt & frater eius abyſai ptrãſeũtes uiderũt cadauer illius:& maiorẽ ire ſomitẽ cõtra abner hẽntes:ꝑ morte fratris magna uſi uelocitate uſq; ad locũ quẽdam noĩe gabaon ꝓſecuti ſunt abner. Et cũ ſol occũberet: aſcendẽs in quendã collẽ cũ tribu beniamin:expectabat hoſtes ſimul & abner. Qui dũ clamaret & diceret ad ioab:nõ eũ oporteꝫ uiros cõtribulos tãto certamĩe prælii exacuere:ſed etiã fratrem euis aſahel deliquiſſe:ꝙ dum eũ moneret ut a ꝓſecutione ceſſaret nec acquieſceret:ꝓpterea percuſſus occubuiſſet:ſapiẽter faciens ioab:& hæc uerba ſatiſſationẽ eẽ decernẽs:miſſa tuba reuocauit exercitũ: & ab uehemẽti ꝓſecutiõe retinuit. Et ioab quidẽ in illo loco moratus eſt:abner aũt tota nocte iter faciẽs: & tranſiẽs fluuiũ iordanẽ uenit ad caſtra ad ſaul filiũ hiſboſeth. Altera uero die dinumerans ioab corpora defunctoꝝ:ſepeliuit uniuerſos. Ceciderũt aũt de exercitu quidẽ abner milites quaſi trecẽti & ſexaginta:de dauid uero decẽ & nouẽ:& azahel. Cuius corpus reportantes ioab: & abyſai in bethleẽ:& in monumento paterno ſepeliẽtes: ad dauid regreſſi ſunt in ebron. Cœpit igitur ex illo tempore bellum inteſtinũ inter hæbreos fieri:& multo tẽpore permanſit: proficientibus ſemper eis qui cum dauid erant:& amplius ad bella creſcentibus: filii uero ſaul exercitus pene quotidie defluxit. Quo tempore nati ſunt dauid filii numero ſex: ex totidem mulieribus. Quorum ſenior quidem qui de achinoe matre progenitus: appellatus eſt ammon: ſecundus autem de uxore abigail nomine eliab:tertius abſolon qui natus eſt de maacha filia tholmai regis geſſur:quartum uero habuit de muliere agit:quem uocauit adoniam:quintum habuit de ſaphatia filium habital: ſextum ietram de egla natum denominauit. Cunque inteſtina bella conſiſterent:& ſepius ad opera belli contra ſe ueniſſent utriuſque regis exercitus:abner princeps militiæ filii ſaul:cũ eſſet ſapiens: & ualde populũ uideretur habere de-

uotum egit ut oēs cū hiſboſeth eēnt:qui etiā cū eo magna deuotiōe cōſtricti multo tēpore permanſerūt.Poſt hæc aūt abner ī quodā crimīe cōpræhēſus:cuius hæc cauſa fuit:q̄ cū ſaul cōcubina concūberet:noīe reſpha filia haia culpatus ē a rege.Vnde dolēs & grauiter īdignatus:q̄ nō iuſtam retributionē mereret ab eo pro quo tanta īſtantia laborās īterminatus eſt regnū ſe traſlaturū ad dauid:& oſtenſurū:q̄ non ſua fortitudīe ſapiētiaq̄ regnaret hiſboſeth ſup eos qui erāt ultra iordanē:ſed illius potius operibus atq̄ fide.Tunc mittēs ī ebron petiit ut a dauid fidei iuſiurandum acciperet: & eū ſotiū & amicū haberet;p̄mittens ſe ſuaſurū populo:ut a ſaul filio recederet:& ipſum regē totius ꝓuinciæ cōſtitueret.Dauid aūt quæ poſcebat impleuit. Letatus enī ī his quæ abner apud eū egiſſet primū initiū fœderis hoc petiit ut ei ſuā uxorē reduceret:quā magnis bellorū ꝑiculis cōperaſſet:quippe ꝑ qua ſexcēta capita paleſtinorū ſaul obtulerat regi.Et uxorē quidem eius michol ſublatā falthi:cui tūc erat copulata remiſit abner ad dauid.In qua re etiā hiſboſeth coopator acceſſit:ſcripſerat enī & illi dauid:ut uxorē iuſte reciperet ſuā.Conuocatis itaq̄ ſenioribus plebis & tribunis & millenariis uerba hæc abner retulit ad eos dicens. Sepius quidē paratos ut ab hiſboſeth recederetis:& ꝓtingeretis ad dauid:ab hac uos ego uoluntate retinui:nunc aūt ſi uultis hæc īplere:permitto:ſciens q̄ deus per ſamuelē prophetā dauid promiſit hæbreorū oīum regnū:& p̄dixit q̄ paleſtinos ille uaſtaret:& ſubiectos efficeret. Hæc audientes ſeniores & principes:q̄ & abner prīceps militiæ uolūtatē cū ſua quā & primitus habuerāt circa rēgē effectus haberet:unanimes cōſenſerūt:ut dauid ſe regno traderēt.Cunq̄ ad talia cōſpiraſſent:cōuocauit abner trbū beniamī:oēs enī ex ea cuſtodes corporis erāt hiſboſeth:q̄bus etiā iſta locutus ē. Cūq̄ nullū uideret ſibi reſiſtere:ſed magis ad oīa quæ uellet ipſos paratos haberet:ſumēs ex eis.xx.uenit ad dauid ut ꝓmiſſam iuriſiurandi religionē firmaret:fideliora enī erūt q̄ ꝑ noſipſos gerimus quā quæ ꝑ alios ꝓ nobis agunt ut hæc uerba quæ cū eo haberet:prīcipibus diceret ut ad omnē tribū quæ ipſe ꝑ ſe gereret īdicaret:quē dum ſplēdide ſuſcepiſſet: & per multos dies opulētis & præcioſus cōuiuiis refeciſſet:petiit ut dimiſſus ab eo deduceret ad eū populū quo præſente atq̄ uidente:ei traderet principatū.Cunq̄ dauid dimiſiſſet abner:adhuc eo ad ebron nō ꝓcul abeūte uenit ioab q̄ erat ꝓ eo militiæ princeps:& agnoſcēs qa ueniſſet ad regē abner & āte paululum dimiſſus eēt fœderibus celebratis ꝓ regno dauid:metuēs ne illū quidē ī honore primi ordinis cōſtitueret:aut hēret regni ꝓticipē:& cū ī rebus aliis eēt aſtutus:& ꝓuidus ille certis ꝓficeret tēporibus:ipſe uero decreſceret:& militiæ amitteret prīcipatū:uiā peſſimā & maligniſſimā cogitauit:& primū quidē tētauit: ut ei detraheret apud regē monēs ut ſe cuſtodiret & ꝓmiſſiōes nō reſpiceret abner:hæc facere dicēs illū:ut ſaul filio cōfirmaret īperiū:& qa ꝓ fallaciis atq̄ dolo uēiſſet ad eū & uellet ſpē & diſpenſationē regni eius agnoſcere & ſic ad ꝓpria remeare. Cū uero his uerbis nō potuiſſet pſuadere regi:nec eū uideret exacui deterioré ruinā rurſus aggreſſus ē.Et cū delibe raſſet:ut abner īterimeret:miſit qui ſequerent eū:& cōpræhēſum ex dauid noīs præceptiōe reuocarent:tanq̄ eēt aliqua ei detecturus:quæ ipſo p̄ſente uidebat oblitus.Abner aūt dum hæc audiſſet a nūciis: apphenderant enī eū in quodā loco noīe ſyra:qui aberat ab ebron ſtadiis q̄ſi uiginti: nihil metuēs futurorū regreſſus ē.Cui occurrēs ioab ante portā & ſuſcipiēs eū q̄ſi maxime deuotus piter & amicus:ſepe enī fingunt uere ſe eē bonos:& malignæ ſuſpitionis extraneos:qui aliqd iniquū tentare p̄ſumūt:ſegregauit qdē eū ab aliis hoībus:tāquā in ſecreto ei locuturus:& in locū portæ deſertioré ductū:cū eēt ipſe ſolus & abyſai frater eius:euaginato gladio eius latus effodit. Et abner quidē hoc mō ioab dolo pemptus ē ꝓ morte quidē ſicut ipſe dicebat fratris aſahel:quē pſequentē ſe interemerat abner ī pugna facta in gabaon: ſed ut tūc ueritas habuit:pro metu ſui prīcipatus & honoris quē habere putauerat eū apud regē.Ex his itaq̄ debet cōſiderare quilibet: q̄nta & q̄lia p̄ſumūt hoīes pp auaritiæ zelū:& prīcipatus affectū:cū nulli hæc cedere uolunt. Nā cōcupiſcentes hæc adipiſci p multa mala ad ea pueniūt.Quæ rurſus metuentes amittere:multo deterioribus actionibus:ut ea retineāt īplicātur: tāquā nō ſit eq̄le malū adipiſci uelle tatūmodo magnitudinē ptātis & dū aſſueuerit quilibet eius bonis uti: ea rurſus amittere cū ī retinēdo potius excelſior fit erūna:ꝓpterea crudeliora moliūtur:& præ tīore ne amittāt quæ adepti ſunt:cō mittere grauiora p̄ſumūt. Sed de his quidē breuiter īdicaſſe ſufficiat. Porro dauid audiēs īteritū abner:aīo qdē grauiſſime doluit:& corā oībus teſtificatus ē: tendēs ad deū dexterā ſuā:& clamās q̄ nō fuiſſet ī abner īteritu cōſentiēs:ne eius mādato aut cōſilio fuiſſet extīctus:& maledicta poſuit ualde grauiſſima cōtra eū q illū occiderat:& domū eius uniuerſā:& eos q̄ hoc egerāt:pro defuncto pœnis eſſe fecit ſubiectos. Erat enim ſollicitus:ne contra fidem & iuſiurandum ageret quod exhibuerat abner. Præcepit autem deflere & lugere & lamentationes fieri ſuper uirum: & eius corpus ſolemnibus honorare obſequiis:cum & ipſe ueſtem diſruperit ingemiſcens:& ſacco uideretur indutus. Hæc quidem facere præcepit præcedentes loculum: ipſe autem lugens &

deflens ſequebatur cum ſenioribus atq; proceribus:oſtendens deuotionem circa uiuos:& triſticiam circa defunctos:& q̄ non eius conſilio fuiſſet extinctus.Sepelierunt aũt eum in hebron:ue dicentes:& conſcribens lamẽtationes ſup eius ſepulcrũ:ipſe ſtans primitus ſup monumentũ fleuit:& aliis hoc celebrare cõtradidit.Sic enĩ mors abner aflixit: ut neq; cibũ cogẽtibus amicis ſumeret:ſed iuuaret nihil ſe guſtatuꝝ uſq; ad ſolis occaſum.Hoc itaq; factũ deuotionẽ ei populi ad iunxit. Nã amici abner honorẽ collatũ mortuo gratiſſime ſuſceperũt:& dauid cuſtodẽ fidei crediderũt:& q̄ omni dignitate:& rebus ſolẽnibus eũ tanq̄ parentẽ & amicum colere potuiſſet: cui non ut inimico contumeliã fecerat:nec turpi eum:aut neglectæ ſepulturæ tradiderit.Omnes ergo pro optima & mitiſſima regis natura letabantur unoquoq; credente talem futuram regis ĩ ſe prouidentiã:qualẽ eum in abner morte uidebant.In his ergo geſtis Dauid præcipuã gloriã habere uidebatur. Vnde factum eſt:ut nullus ſuſpicaretur:abner uolũtate eius occiſum.Locutus ergo eſt ad populum:q̄ ipſi quidem triſticia non fortuita proueniſſet: optimi uiri morte ſauciato nec parua detrimenta fore hæbreis:illius uirtute priuatis:qui eos conſiliis optimis & uirtute manuũ contra hoſtiũ fortitudinẽ defendere potuiſſet.Sed deus inquit cui cura eſt reꝝ omnium:nõ huius ſanguinem deſerat indefenſum. Ego noui q̄ ioab & abyſai ſariue filiis nihil præualeo facere: cum ſint meipſo potentiores:ſed uicem eis reddat pro huiuſmodi præſumptione diuinitas. Igit̃ hoc modo abner defunctus eſt.

Cap.II.

AVdiens mortem eius ſaul filius hiſboſeth:nõ leuiter eſt afflictus:cum fuiſſet cognato priuatus:& qui ei cãm regnandi præbuerat:multũq; condoluit:& morte abner uehementer ĩgemuit.Sed nec ipſe multo tẽpore ſuper eũ uixit:ſed a filiis rẽmon:ideſt bana & recchab paſſus inſidias interemptus eſt. Iſti enĩ cũ eſſent genere beniamite ĩ priori ordine conſtituti cogitauerũt: q̄ ſi pimerent hiſboſeth:maxima dona a rege dauid & principatũ militiæ:aut aliud quoddã munus accipere mererentur:ſolúq; eum reperientes meridie dormientem:& neq; præſentes eſſe cuſtodes:neq; puellam quæ ianuas erat obſeruare ſolita uigilantẽ: ſed & ipſam labore & opere conſueto ſimul & eſtu in ſoporẽ fuiſſe conuerſam:ingreſſi domũ: ĩ qua ſaul filius dormiebat:occiderũt eũ:eiuſq; caput abſidentes tota die iter egerunt & uelut fugiẽtes eos quos leſerãt:& feſtinantes ad eũ cui erãt ſua beneficia p̄bituri:ac per eũ adepturi ſecuritatem: uenerũt in hebron oſtendẽteſq; dauid caput hiſboſeth:cõmendabant ſemetipſos quaſi deuotos & ĩterfectores inimici eius ĩperii. At ille nõ ſicut ſperabãt eorum ſcelere delectatus ait.O peſſimi uiri & ultionẽ repẽte ſuſcepturi:neſcitis q̄ ego ĩterfectorẽ ſaul pemi:qui eius mihi coronã aureã deportauit:licet ille rogatus hoc feciſſet:ne ſaul cõpræhẽderẽt hoſtes. An certe mutatum me: & nequaq̄ eſſe huiuſmodi credidiſtis:ſed quaſi letarer cũ malignis hoĩbus:& munus crederẽ peſſimas actiones interfectoꝝ proprii domini & necantium in ſuo lectulo uirum iuſtũ qui nihil operatus eſt mali:& uoſipſos multa prouidentia & honore glorificauit.Qua propter illi quidẽ nunc debetis pœnas:a me excipientes digna ſupplicia:qui putaſtis me libenter mortẽ illius habiturũ. Non enĩ aliter gloriã meam fœdare potuiſtis:quã ut me talia uelle crederetis.Cunq; dixiſſet hæc omni eos tormento puniri iuſſit: caput uero hiſboſeth in tumulo abner honore maximo ſepeliuit.His igitur finitis:uenerunt omnes maiores natu hæbreoꝝ ad dauid in hebron:& millenarii & duces eoꝝ:tradiderũtq; ſemetipſos:deuotionẽ quã circa eum adhuc uiuente ſaul habuerant recordantes:pariter & honorem quẽ ei cum eſſet millenarius præbuiſſent:necnon & quõ per ſamuelem ꝓphetam a deo rex fuerat ordinatus & quõ hæbreoꝝ prouintiã eius dimicatione contra paleſtinos habita:deus liberari cõceſſerit. Ille uero hunc fauorẽ gratiæ ſuſcipiens: rogauit ut in hac uoluntate perſiſterent:nec eos huius rei cauſa peniteret.His ergo cõuiuiis opulẽtiſſime ſaginatis:miſit ut oẽm pupulũ undiq; cõuocarent.Et cõgregatiſſunt ex tribu quidẽ iuda: quaſi ſex milia octingenti ferentes arma:& ſcuta:& lanceas:iſti nãq; ſaul filio miniſtrabant:quibus præter miſſis:tribus iuda regem fecit dauid:ex tribu autem ſymeõ:ſeptẽ milia centũ:ex tribu leui: quatuor milia ſeptingẽti:habẽtes principẽ iudã:cũ quibus erat princeps ſacerdotum ſadoch:cum uiginti & duobus cognatis & ducibus:de tribu aũt beniamin:armati q̄tuor milia: hæc enĩ tribus adhuc ſuſtinebat:credẽs quẽq̄ de ſaul genere regnaturũ:de tribu aũt effrẽ uigĩti milia & octingẽti:potẽtiſſimi: & ſũmo robore p̄cellẽtes:de dimidia uero tribu manaſſen: ſedeci & octo milia:de tribu aũt iſachar ducẽti quidẽ p̄noſcẽtes futura:armati uero uigĩti milia:de tribu aũt zabulõ armati electi:qnquagĩta milia:hæc enĩ tribus ſola ad dauid tota cõuenit:iſti ſiq̄dẽ eadẽ arma habuerãt q̄ & tribus gad:ex tribu aũt neptali:uiri iſignes & priceps mille armis utentes:ſcuto ſimul & lãcea:quos ſeq̄batʒ tribus ſua:q̄ nũero cõp̄hẽdi nõ poterat:ex tribu aũt dan:electi uigĩti ſeptẽ milia ſexcẽti:ex tribu azer quadragĩta milia:ex duabus aũt tribubus:& media manaſſes:q̄ trans iordanem habitabant:armati ſcutis:& lanceis: & caſſibus:& loricis:& gladiis:centum uiginti milia:

lib: 7.

sed & reliquæ tribus gladiis utebantur. Hæc itaq; multitudo cõgregata est ad dauid in hæbron: cum multo apparatu panis & uini:& omnium quæ ad cibum pertinere noscũtur:& uno decreto dauid confirmauere imperium. Cunq; tribus diebus festiuitatem populus celebrassẽt: & in hæbron epulas habuissẽt:exurgens exinde dauid cum omnibus uenit in hierosolymam.

Capitulum.III.

IEbuzeis autem habitantibus ciuitatem:qui erant ex genere chananeoꝝ:& claudentibus ei portas:cecos aspectu:& claudos:omnesq; leprosos:ad derisionem regis cõstituentibus super murum & dicentibus:q; ꝓhiberent eum ceci ingredi ciuitatẽ:quæ agebant despicientes eum proxima munitione muroꝝ:iratus rex: hierosolymã obsidere cœpit:& multo studio & labore conari:ut eam caperet:quatenus in ipso principatus initio suam fortitudinẽ demonstraret. Interminatus itaq; & ipsis: & aliis siqui forte haberẽt aduersus eũ resistendi conamen:inferioꝛẽ ciuitatẽ magna uirtute cœpit. Cunq; adhuc arcem obtinere nõ posset: cœpit honores & munera ꝓmittendo rex pronius ad opus bellicũ cõmilitones prouocare: ut q; cunq; per subiectos colles in arcem cõscenderet:eaq; caperet:principatum militiæ totius populi possideret. Cunctis itaq; conscendere festinãtibus:& nullo labore pro muneris ꝓmissi retributione tardantibus:sariue filius ioab præuenit uniuersos:& ascendens in cacumine: clamauit ad regem:exigens militiæ principatum. Expulsis itaq; rex de summa arcæ iebuzeis:& redificãs ciuitatem:eam hierosolymã nuncupauit:& omni tempore in ea sui habitauit imperii. Tempus autem quo super tribum iuda habuit principatum in hæbron fuerant anni septem:& menses sex. Cũq; regnum suum cõstituissẽt hierosolymis:rebus potius clarioribus utebatur:deo semper ei meliora prouidente:& gloriã eius latius ampliante. Inter hæc aũt misit ad eum yram rex tyri: & amicicias cum eo societatẽq; firmauit:misitq; ei etiã dona:idest ligna cedrina:& artifices uiros: fabros lignarios:& instructores:qui regiam domũ in hierosolymis construxerũt. Dauid aũt superiorem muniens ciuitatẽ: eiq; copulans arcem:unum undiq; corpus effecit:& cuncta muro circundedit super opus aũt muroꝝ constituit esse ioab. Primus itaq; dauid iebuzeis expulsis hanc ciuitatem hierosolymã nuncupauit. Nam sub abraã nostro parente solima uocabatur. Quidã uero dicunt: & q; homerus poeta hierosolymã nũcupauit. Hieron enĩ hæbrea lingua munitio est. Fuit autem hæc extranea ab hæbreis omne tempus:ab illo quo iesus princeps israelitaꝝ contra chananeos pugnauit eisq; deuictis:terras eoꝝ diuisit hæbreis:præter hierosolymã:unde nõ potuerũt israelite expellere chananeos:usq; dum eos dauid obsedissẽt:annoꝝ quingentoꝝ quindecim. Faciam memoriã cuiusdã nomine ofni:uiri quidẽ inter iebuzeos ualde locupletis:qui tamẽ in possessione hierosolymoꝝ nõ fuerit iterfectus a dauid:propter fauorem quẽ habuerat apud hæbreos: & quoddã beneficium uel studium quod etiã circa ipsum regem ostendisse uidebatur quæ tamen post paululum oportunis declarabo. Accepit autem dauid exerea eas quas habuit:alias uxores:& concubinas:& filios genuit numero nouem quos etiã nominauit:amnã:elluneban:Nathã:Salomonem:iebar:Helieb:Falna:ina fininhas:Hellifal:necnon & filiam Thamar: quoꝝ nouẽ quidẽ ex generosis fenis erant nati:duo uero quos ultimos nominauimus:de concubinis. Porro thamar consanguinea fuit abessalon.

Cap.IIII.

COgnoscentes itaq; palestini regem dauid factum ab hæbreis:uenerunt super eum in hierosolymam: & apprehẽdentes conuallẽ quæ uocatur gigantũ:est ei locus nõ ꝓcul ab urbe:illic castra posuerunt. Rex autẽ iudeoꝝ:quõ nihil absq; prophetia deiq; iussione faciebat:uolens eius uoluntatẽ agnoscere:& uelut astipulatorẽ eum habere:præcepit principi sacerdotũ:ut quid deo placeret:& qualis terminus foret in hoc bello cõsulto prædiceret. Quo prophetante uictoriam:contra palestinos eduxit exercitum: & habita pugnæ congressione:ipse post tergũ irruens super hostes:alios robore magnæ uirtutis occidit: alios effugauit. Nemo tamen credat modicum uenisse palestinoꝝ exercitum super hæbreos:eo q; hostes fuerit sic facillime superati:& aut nihil aut non forte dignum aliquid memoria fecerint:sed cuncti sciant omnem syriam:& uniuersam fœnicem:& super hæc alias multas:& pugnaces gentes fuisse cum eis hac dimicatione cõmunes. Cuius rei hoc maximũ erit indicium:quia cum sepius iam palestini deuicti fuissent:& de suo exercitu multa milia perdidissent: sine dubio cum maiori ueniebãt uirtute super hæbreos. Deniq; & hoc prælio uicti:denuo cũ triplici manu sup dauid uenerunt:& in eo loco castra posuerunt. Quo facto:rursus israelitaꝝ rex cõsuluit deũ de prelii huius euentu: ꝓphetauitq; sacerdos:ut i silua quæ uocaf planctus:retineret exercitũ:erãt aũt non ꝓcul ab hostibus:& nec primitus se moueret:nec iciperet dimicare:donec arbores uento flante mouerentur. Cum uero silua concussa fuissẽt: & tempus quod ei prædixerat deus aduenissẽt in nullo moratus: egressus est:quasi iam ad præparatam certaq; uictoriam. Cuius impetum non potuit

multitudo hostium sustinere:sed mox:ad primā cōgressionē i fugā conuersos:passim psequēdo ꝑstrauit.quos etiā psecutus est usq; ad ciuitatē gazathenā:q̄ eoꝝ terminat regionē.Diripuit aūt eoꝝ castra:i quibus & multas diuitias cōperit & deos eoꝝ simul exterminauit. Hoc igitur bello huiusmodi q̄litate finito:placuit dauid habito cōcilio cū senioribus:& pricipibus:& millenariis: ut ex oī ꝑuincia:& ex oibus tribubus cūctā iuuētutē ad se faceret euocari:deīde sacerdotes atq; leuitas:& euntes in cariathiarim:arcā dei exinde in hierosolymā deducerēt:& cultrā ei debitam exhiberent sacrificiis & honoribus:quibus mors est placari diuinitatē:qđ si regnante adhuc saul egissent:nihil mali poterant sustinere.Igitur omni populo congregato sicuti tractauerant:uenit etiam rex ad arcā.Quā portantes de domo āminadab sacerdotes:& ꝓponentes super uehiculum nouū:eam ducere fratres suos ac filios cū bobus ꝓmiserunt.Rex aūtē præcedebat arcā : & cū eo populus uniuersus:ymnum dicentes deo:& totius ꝑuintiæ modulatione cātantes:cū uario sono pcussionū:& diuersæ saltationis ingenio:necnon & psalmis:& tubis simul & cimbalis:arcā deducentes i hierosolymā.Et cū uenissent ad quendā locū:qui uocat area chedon:accedens ad arcam oza:ira dei repente percussus est.Nam cū boues declinassent arcā:extendens ille manum suā & uolens eā retinere cum sacerdos nō esset:quō eā attingere præsumpsit:extīctus est.Et rex quidē: & populus uniuersus:in morte eius affligebantur.Locus aūtē in quo defunctus est:ozie cōcisio hactenus appellatur.Metuens aūtē dauid & cogitās:ne forte hoc pateretur ipse: si apud se susciperet arcā in ciuitate quod oza pertulerat:qui eo ꝙ solummō manū ad eā ꝓtenderat:ita uidebat extinctus:arcā quidē nō suscepit ad semetipsum in ciuitate:sed præcepit:ut in agro uiri cuiusdā: nomine obidā genere leuite reconderetur:quæ tribus mensibus ibi mansit:domūq; obidā nimis amplificauit:cui deus per eā bona multa cōcessit.Audiens aūt rex:quō hæc ꝓuenissent obidā:& ex ꝑriori pauptate & humilitate:opulentiæ magna ubertate polleret:ita ut zelū circa eū omnes inspicientes haberent:securus quia nihil pateretur mali:arcam ad suā regalem urbē reportauit. Quam sacerdotes quidē deferebant:septem uero chori quos rex constituerat præcedebant.Ipse aūt ludebat in cithara atq; plaudebat:ita ut etiā uxor eius michol saul filia primi regis:uidens eū facientē talia derideret.Deferentes aūt arcā:posuerunt in tabernaculo:qđ ei dauid constituerat. Tunc immolauit hostias copiosas atq; pacificas.& omnem populū ad conuiuia cōuocauit:ita ut & mulieribus & uiris: & puulis distribueret colliridas panis:& assaturā:& liganum frixū & partē īmolationis.Cunq; populus huiusmodi epulas præbuisset:dimisit eos:ipse uero domum ꝓpriā uenit.Cui dum astitisset filia saul michol uxor eius:pro aliis quidē rebus orauit deū : ut ei bona præberet:quæ ipse propitius conferre potuisset:culpauit uero illum:eo ꝙ tantus rex ludēdo saltationibus ante seruos & famulas fuisset turpiter renudatus.Cui dauid respondit : non se uereri facere:quæ deo placerent qui utiq; eū præposuisset & patri eius:& cæteris:& ludere sepius & saltare:& nihil quod famulis eius uel ei turpe uideretur attēdere.Hæc itaq; michol ex dauid quidē filios minime procreauit:iūcta uero ei cui illam pater suus tradiderat dauid abrepta:quiq; filios genuerat de quibus loco proprio declarabimus.Videns aūt rex pene quotidie dei uoluntate sua negotia ꝓmoueri:delinquere se putauit:si ipse quidē habitaret in domibus cedrinis & excelsis:& optima cōstructione decoratis:arcā uero dei i tabernaculo despicere cōmorari.Ob quā rem uoluit tēplū edificare deo:sicuti prædixerat moyses.De qbus rebus cū locutus fuisset nathā ꝓphetæ:ad faciendū opus aggressus est:tanq̄ deus ei in oībus coopator existeret.Et cum haberet iam ꝑparatā ad fabricā templi materiā:illa nocte deus nathā prophetā uisitauit in somnis præcipiēs: ut dauid diceret quia uolūtatē quidē eius & desideriū approbaret:cū nullus primitus cogitasset ei templum edificare:& ipsi quidē habenti huiusmodi uoluntatē non concedi cōstruere tēplū: eo ꝙ multis præliis decertando esset hostiū sanguine maculatus:post morte uero eius longa senectute suscipiendā faciendū templū salomoni eius filio qui ei foret successurus in regno:cuiq; se ita prospicere sicut pater filio cōpromisit:& regnum quidem filioꝝ se nepotibus seruaturꝰ & traditurꝰ:ipsum uero si delinqueret:languore terræ sterilitate puniendum. Hæc ergo audiens a propheta dauid:& letus effectus:in eo ꝙ suis nepotibus regnū seruaturū fore cognosceret: & qa firmissime eius domus clarior foret:repente uenit ad arcā & prostratus i facie suā:adorauit deū: & ex omnibus gratias egit:tā pro his:quæ ipsi iam præstiterat:& ex humili ac paupe tanta regni magnitudine sublimarat & ad gloriæ culmē euexerat: quam pro regno eius nepotibus compromisso necnon & propter prouidentiam quam hæbreis:& eorum libertati contulerat. Hæc cum dixisset:& deum laudasset abscessit.

Cap.V.

INtermisso siquidē pauco tēpore:cogitauit ut bellū palestinis inferret:ne ullā pigritiā aut desidiā generari suis rebus ipiceret:& sicut ei prædixerat deus subuersis hostibus: i pace decetero relinqueret posteris suis imperiū:& cōuocato rursus exercitu denūcians ut esset

Lib: 7.

bello paratus:cūctis rite dispositis:surgens de hierosolymis:uenit ad palestinos. Quos dū bello uicisset:& multā prouinciā tenuisset:adiecissetq; terminis hæbreoꝝ:bellū conuertit ad moabitas:& duas quidē ptes eoꝝ exercitus uictas dimicādo cōsumpsit:reliquos aūt captiuos accipiēs: & annua tributa eis ponens:rursus cōtra adrazarū filiū quidē arai:regē uero sophinæ conuertit exercitū: de cuius acie habita cōgressione circa eufratē fluuiū pedestriū quidē pemit quasi uigīti milia:equestriū qnq; milia:cœpitq; currus eius:quoꝝ plurimos īcendit:centū tantūmō reseruauit. Audiens aūt damasci syriæ rex adadus:q; dauid expugnasset adrazaꝝ tanq̄ amicus ad eius solatia cū maximo uenit exercitu:eū sicut spabat ab oppsitiōe liberaturus:& cōgressus denuo apud eufratē cōtra dauid:bello deuictus est. Ceciderūt enī feriētibus eos hæbreis de exercitu adadi q̄si uiginti milia:reliqui uero ī fugā uersi sunt. Meminit aūt regis & nicolaus ī quīto historiarū libro sic dicens. Post hæc auté tranlacto iā multo tēpore:quidā ꝓuincialiū noīe adadus:ualde fortissimus in damasco & alia syria præter phenicē imperauit:& habuit cōtra dauid iudeæ regē. Cūq; multis præliis dimicasset:nouissime circa eufratē uictus est:q; tunc optimus regū robore & fortitudine uidebaṫ. Ad hæc aūt etiā liberos eius dicit quia post illius mortē suscipiebant ab alterutris & regnū & nomen:his uerbis. Siquidē illo moriente:eius nepotes usq; ad decimā generationem regnauerūt:singulis q̄busq; a patre mox in ipso prīcipio nomē accipiētibus:sicut in egypto ptolæmei quoꝝ tertius ualde potens:& reparare uolens aui ꝑditionē:bello illato iudeis:uaſtauit ꝓuintiā:quæ modo samaria nūcupaṫ. Non est aūt historiographus ueritate priuatus. Is est utiq; adadus:qui pugnauit in samaria:regnante achab:apud hæbreos:de quo post hæc loco suo narrabimus. Igitur dauid castrametatus ad damascū:oēm reliquā syriæ regionē suæ ditioni subiecit:& munitiones in ꝓuintia uniuersa constituens:tributaq; eos inferre decernens:euersus est:aureāq; pharetras & arma diuersa q̄ custodes corporis adadi gerebāt:deo dicauit ī hierosolymis:q̄ postea egyptioꝝ rex sesach dū pugnasset cōtra eius nepotē roboā cœpit:& multas alias ex hierosolymis secū diuitias ad ꝓpria deportabat. Hæc itaq; dū in loco ꝓprio uenerimus:singula quæq; narrabimus. Rex igiṫ hæbreoꝝ deo sibimet coopāte:& oīa bella subdēte: etiā cōtra alias adrazari regis ciuitates castrametatus ē: idest bachā & machoneas q̄s capiēs magna uirtute uaſtauit. Inuētū ergo ī eis est aurū multū:necnō & argentū:insup & es:qđ auro melius esse dicebāt ex quo etiā salomon illud magnū uas qđ mare uocabaṫ effecit:optimos cātharos:cū deo tēplū edificasset. Cūq; rex emathenus audisset adrazar & eius exercitū fuisse uaſtatū:metuēs ne dauid sup eū quoq; ueniret:amiciciis & fide eū uoluit obligare:misitq; ad eū adarā filiū suū:egitq; gr̄as q; īimicus eius adrazar fuerit expugnatus:utq; societatē cū eo & amicicias faceret exorauit. Cui etiā magna munera direxit:idest uasa antiqua opatione facta aurea & argentea simul & erea. Dauid aūt facto fœdere cū thou rege ematheno:eiusq; dona suscipiens:filiū ipsius cū honore cōpetenti utriusq; dimisit:ea uero quæ ab illo fuerāt destinata:& auꝝ aliud & argentū qđ de ciuitatibus diuersis & gentibus habuerat subiugatis:secū portās dicauit deo. Non aūt ipsī solūmodo dimicanti:& exercitū ꝓducēti uictoriā cōtulit deus:sed etiā misisset abessa fratrē ioab cū magna manu ī idumeā: p illū quoq; uictoriā ei cōcessit:idumeoꝝ quoq; decē & octo milia uiros abilai dimicādo pemit. Tunc enī oēm idumeā rex in sua ditione pcipiens tributa ꝑ terra & ꝑ uniuscuiusq; capite ab eis accipiebat. Erat aūt & naturaliter iustus:& iudicioꝝ cōtēplatiōe uerissimus. Prīcipē uero totius exercitus habuit ioab:ad cōscriptiones autē gestoꝝ iosaphat filiū agilud. Instituit autē de domo finees principē sacerdotum abiathar:qui eius amicus erat: scribam uero fecit saraiā ban aiæ aūt filio ioiadæ custodiendoꝝ corporum præbuit principatū. Seniores autem filii eius circa corpus & eius custodiam erant. Recordatus auté est etiam fœderis:& iurisiurandi quod habuerat cum ionatha filio saul:& amiciciaꝝ atq; studii illius oblitus nō est. Nā iter alia bona memor etiā erat eorum:qui ei præterito tēpore beneficia præbuissent. Præcepit ergo requiri:si aliquis de saul genere supereſſet:cui retributionis debitum ꝑ ionathæ amiciciis repēsaret. Et cum quidā fuisset adductus de domo saul qui potuisset scire siquis adhuc genere supesset:interrogauit eū:si aliquē nosset uiuere de cognatione ionathæ: ut ꝑ beneficiis illius ei sua munera repensaret. Qui respondit relictum eius esse filium:nomine mēphibos:uestigiis claudicantem. Is enim dum pater eius & auus nūciati fuissent in bello cecidisse:a nutrice sua raptus:& ea fugiēte lapsus eius ex humeris:gressus ualde uexauerat. Dumq; cognouisset:ubi uel apud quem nutriretur: misit ad machir ī ciuitatem lodabar:apud quē ionathæ filius alebatur. Quo facto:uenit mēphibos ad regē: & prostratus ī faciem adorauit eū. Dauid autē iussit eum habere fiduciam:& sperare meliora: deditq; ei domum paternam:& omnem substantiam:quam saul auus eius habuerat:fecitq; eum conuiuium suum:præcipiens:ut in illo die ab eius mensa recederet. Cunq; puer adorasset:& retulisset gratias pro uerbis pariter & pro donis:uocauit dauid siba:dicēs: paternam se domum &

omnem saul substantiâ ionathæ filio cõdonasse. Illi uero præcepit: ut oparetur terrâ: & collectos redditus uniuersos in hierosolymam deportaret: atq; quotidie ad mẽsam regis deduceret puer: ipsumq; sibã & filios eius numero quindecí: & famulos numero uiginti mẽphibos filio ionathæ donauit. Hæc itaq; cõstituẽte rege: siba famulus adorãs: & cũcta se ꝓmittẽs factuꝝ esse discessit. Ionathæ ergo filius í hierosolyma habitauit: habẽs cum rege conuiuiũ: cui oẽs diligentia ueluti filio regis exhibebatur. Habuit uero & filiũ quẽ appellauit michã. Ergo q relicti fuerãt de genere saul & ionathæ hunc honorem apud dauid habuisse noscuntur.

Capitulum. VI.

In Illo itaq; tẽpore naas amico dauid ãmonitaꝝ rege defuncto: eiq; filio í regno succedẽte: misit dauid ut eum cõsolaretur: morte patris leuiter ferre monens: atq; in amicicia quam cum patre eius habuerat ꝑmaneret. Quod principes ammonitaꝝ mala uoluntate: & nõ secundũ dauid cõsiliũ susceperunt: exacuerũtq; regẽ suũ: dicẽtes: exploratores misisse dauid qui eoꝝ prouinciam & exercitum clementiæ occasione cognoscerẽt & cauenda eoꝝ colloquia suaserunt: ne incaute periculum alicuius calamitatis incurrerent. Hæc itaq; credens bene tractasse suos iudices ammonitarum rex: legatos qui a dauid missi fuerant: grauissimis affecit iniuris. Radens enim medietatem barbæ eoꝝ: & uestium eorum medietatẽ abscidens: relaturos opibus & non uerbis dira responsa dimisit. Rex autẽ israelitarum hæc cognoscens ídignatus est: & iniuriam factam sibi nequaquã despiciẽs: cõtra ammonitas pauit bellum: ut contumeliã quæ fuerat legatis suis imposita: regis piculum uindicaret. Porro necessarii regis ammonitaꝝ & principes uidentes quia fœdera disrupiscẽt: & pœnas pro tali præsumptione luere deberent: semetipsos ad prælia præparabant. Tum uero mittentes ad syrum mesopotamiæ regẽ mille talenta: socium eũ sub hac mercede fieri popposcerunt. Habebat autem iste rex pedestrium uiginti milia. Conduxerunt autem & regem prouitiæ maacha: & quartum nomine abistob. Sed & isti habebãt duodecim milia armatoꝝ. Dauid autem non expauit: neq; hoꝝ solatiũ: neq; ãmonitaꝝ exercitũ: securus de deo qui iuste cõtra eos erat pro hmõi iniuria pugnaturus. Et cũ dedisset ioab principi militiæ floré totius exercitus misit eũ cõtra illos ad ꝓliũ. Qui circa metropolim ãmonitaꝝ charan achan ueniens castra fixit. Igitur hostibus egredientibus: & aciẽ nõ simul: sed in duas ptes disponẽtibus: quoꝝ auxiliatorũ quidẽ manus í campo curio cõstituta esse uidebatur: ãmonitaꝝ aũt exercitus circa portas aduersus hæbreos: uidens hoc ioab contraria molitione tractauit: & fortissimos quidẽ uiros eligẽs: se opposuit syro: & regibus qui cũ eo erãt: reliquã uero partẽ fratri suo abisai tradidit: ut cõtra ammonitaꝝ aciẽ dimicaret: dicens: ut si uideret syros sibi & prævalere & fortiores esse: acie cõuersa ferret ei solacia: si autẽ illum ammonitæ cõprimerent: ipse eũ similter adiuuaret. Cunq; inuitasset fratrem: atq; rogasset: ut magnanimiter & fidutialiter ageret uniuersa: & graué uerecundiã metuẽs decertaret: illũ quidẽ cũ amonitis pugnatuꝝ dimisit: ipse autem syros aggressus est. Qui primo quidẽ fortiter restiterunt: multos tamen eoꝝ pemit ioab: omnes autẽ conuertit í fugam. Quod uidentes ãmonitæ: metuẽsq; abisai & eius exercitũ nõ restiterũt: ac suos imitati: in ciuitatẽ repente fugerunt. Hostibus ergo ita deuictis ioab ad regẽ cũ claro triumpho in hierosolymam remeauit. Hæc ergo deuictio nõ persuasit ammonitas: ut a bello qescerent: neq; dum cognoscerent dauid uictoré a prælíis abstinuerunt: sed mittentes ad regem syrorum adadezer trans eufratẽ: eum ad solatium conduxerunt: qui habebat quindecim principes militiæ sabbatorum: pedestrium uero octogintamilia: & equitum mille. Cognoscens autẽ rex hæbreoꝝ rursus ãmonitas tantũ supra se exercitũ congregasse: nõ iam aduersus eos ꝑ duces suos pugnare decreuit: sed ipse cũ omni uirtute transíẽs iordanẽ fluuiũ eis occurrit: & cõgressus in pugna uicit egregie: & íterfecit milia pedestriũ quadraginta: equitum uero usq; septingentos. Prostrauit autẽ in acie principẽ militiæ chadã noíe sobach: cũ quo uulnere mortuus esse noscit. Mesopotamiæ uero dũ pugna fuisset hoc modo terminata tradiderũt se dauid: & dona miserũt ei. Et ille quidẽ solus est reuersus í hierosolymam. Cum autẽ uer íchoasset: misit dauid principẽ militiæ ioab: ut cum ãmonitaꝝ gẽte pugnaret. Ille uero ꝓficiscens: omnem eoꝝ depopulatus ẽ regionem: & ipsos in metropoli rabath clausos obsedit. Cap. VII.

COntigit igit ea tẽpestate dauid pessimũ uiciũ: cũ esset natura iustus: atq; religiosus & patrias leges magna uirtute seruaret. Is enĩ dum hora meridiana iam ad uesperã declináte: í supiora regalia solito more deãbularet: uidit mulierculã spẽ ualde pulcherrimã. & cũctis fœis ꝓponẽdã í domo propria aqua frigida se lauã est: noíe bethsabeæ. Cuius mulieris pulchritudine ítupẽs: concupiscentiã retinere nõ potuit. Quã dũ uocari feciſſet: cũ ea cõcubuit. Quæ cõcipiẽs: misit ad regẽ: & ut cogitaret ísinuauit: q̃tenus cõmissum scelus potuisset abscõdi ne secũdũ leges prías moriret adultera. Dauid aũt uiꝝ eius noíe uriã q erat ioab armiger: de obsessione

bellica fecit euocari. Quo ueniẽte: de exercitu ac de obſeſſione requirebat. Illo autẽ referẽte oĩa ei ꝓſpere prouenire: tollens epulas de ſuo conuiuio dedit ei: iuſſitq; ut pergens ad ſuã cõiugem: i eius recũberet amplexibus. Vrias aũt hoc quidẽ non fecit: dormitauit autẽ inter alios armigeros regis. Quod dũ cognouiſſet rex: requiſiuit: cur poſt tantũ tẽpus ꝓpriã non ueniſſet ad domum: nec ad uxorẽ: dũ oẽs de pegrinatione remeantes: hanc habebant uoluntatẽ. Cui reſpõdit: nõ eſſe iuſtum ut dũ comilitones eius: & dux in terra caſtroꝝ & in hoſtiũ regione dormitarent: ipſe cũ uxore ꝓpria requieſceret: & epulis indulgeret. Et cũ hæc ille dixiſſet: ꝓcepit: ut illa die ibi maneret: altera uero die pergere dimitteret ad ducẽ. Vocatus ergo rurſus ad cœnam urias a rege: & ad ebrietatẽ uſq; ꝓductus: inuitante eo ſtudio ſe rege frequẽter ad copulã: nihilominus iterũ dormiuit ad ianuas regis: nullo deſiderio concitatus uxoris. Quo facto: nimie rex contriſtatus: ſcripſit ioab uriam quaſi in eo deliquerit præcipiens puniendũ. Significauit etiã ultiõis modũ: ne fieret ipſe ĩ ſuo ſcelere manifeſtus dicens: ut ꝑte qua eſſet hoſtiũ grauis manus: & poſſet pugnãdo piculum ſuſtinere: ibi eũ poneret: & cõmiſſo ꝓlio iuberet cunctos ab eo recedere: ut ſolus in mortis piculo remaneret. Et cũ hæc ſcripſiſſet: & ſuo ſignaculo muniſſet: eplãm ioab deferendam dedit uriæ. Ioab autẽ litteras ſuſcipiẽs: & uoluntatẽ regis agnoſcens: ad locum ubi hoſtes nouerat fortiter ĩminere uriã cõſtituit. Dedit itaq; ei quoſdã militũ optimoꝝ: ſeq; dixit oĩum uirtuti ſolatia præbituroꝝ: ſi forte poſſent ꝑtem muri deiicere: & ad interna ciuitatis intrare. Quẽ petit: ut cum eſſet miles ualde fortiſſimus: & haberet gloriã apud regẽ & omnẽ exercitum: ad hoc nõ dedigna retur ad hoſtium incurſionẽ accedere: ſed potius huiuſmodi res agere cõgauderet. Cunq; urias fiducialiter acceſſiſſet: ioab ſeorſum cũ eo pugnaturis dixit: ut eũ ſolum facta hoſtium incurſiõe deſererent. Hæbreis igitur ad ciuitatẽ accedentibus: ammonitæ metuentes: ne illo loco ubi urias cõſtitutus erat ueniẽtes inimici muros ciuitatis aſcenderent: eligentes fortiſſimos uiros: & repẽte portas aperiẽtes magno curſu & impetu inimicos aggreſſi ſunt. Quod dum uidiſſent: omnes qui erant cum uria ſicut eis prædixerat ioab receſſere poſt tergum. Vrias autẽ dum cõfunderẽt fugere: aciẽq; deſerere: ſuſtinuit hoſtẽ: & impetum eoꝝ ſua uiuacitate ſuſcipiens: pemit quidẽ nõ paucos. Circũdatus autẽ & captus in medio uulneratus interiit: cum quo etiã quidã alii de ſociis ſunt extincti. His ita geſtis: nuncios ioab miſit ad regẽ: præcipiens eis ut dicerent: q; ſtuduiſſent quidẽ capere ciuitatẽ: & cum acceſſiſſent ad muꝝ: multis ibi cadentibus abſceſſiſſent: & ſiquidẽ iraſceretur: uriæ mortẽ piter indicarent. Hæc igiẽ audiente rege: & grauiter ferente: & dicente eos incaute feciſſe: ut ad muꝝ urbis accederent: cũ magis deberent ꝑ cuniculos aut alias machinationes cape ciuitatẽ: dum utiq; exẽplum haberẽt filii gedeon abimelech: qui dum turrim thebes expugnare uellet: uiolenter a ſene muliere petra ꝓcuſſus probareẽ extinctus & cum eſſet uir fortiſſimus: ꝓpter difficultatẽ rei turpiter ſit pemptus: qua memoria oportuiſſet eos muros hoſtium non adire: cum ſit optimũ apud oẽs: ut ea quæ geruntẽ in præliis ſeu bene ſeu male: memoria teneantur: quatenus alia quidẽ imitanda ſint alia fugiẽda. Cunq; heſitaſſet rex: & de caſu bellico cogitaret: uriæ morte a nũciis indicata: repente ab idignatiõe ceſſauit. iuſſitq; ut reuertẽtes ioab dicerent: humanũ eſſe quod contigit & bella huiuſmodi ſemp habere naturã mutabilem: ut aliquando quidẽ inimici ſuperiores ſint: aliquando uero ſubiecti: decetero uero in obſidione ꝓuidendum: ne denuo in aliqua ꝑte delinquerẽt: ſed uallis & molitionibus diuerſis obſideret: & prævalentes ciuitatẽ quidẽ omnino ſubuerterẽt: & habitatores omnes piter trucidarẽt. Nũcius itaq; ioab ea quæ fuerant a rege dicta portabat. Vxor autẽ uriæ bethſabeæ mortẽ ſui uiri cognoſcens multis eum diebus fleuit. Quieſcẽte uero triſticia eius & lachrymis: mox eã accepit uxorẽ: & filius maſculus ex ea ꝓceſſit. Quas nuptias deus nõ libẽter inſpexit: ſed iratus cõtra dauid: apparuit in ſomnis ꝓphetæ nathã: regẽ culpans in his quæ male cõmiſerat. Nathan ergo cum eſſet uir urbanus & ſapiẽs: & cogitaret qa reges dũ in irã incitanẽ: amplius eã: q̃ iuſticiæ iura reſpiciũt: interminationes quidẽ dei tunc tacere decreuit: & alia uiro uerba utilia loqui diſpoſuit: & dicẽs ei huiuſmodi cãm: quid de ea ſentiret: manifeſtũ ſibi fieri poſtulabat. Duo inquit uiri ĩ una ciuitate degebãt quoꝝ unus idoneus erat: & multos greges iumẽtoꝝ: boumq; & ouium poſſidebat alter pauperculus: qui unam tãtum agnam habebat quã cum ſuis filiis enutriebat: cum qua etiã cibis propriis ueſcebatur: & quã nõ aliter: quã filiã diligebat. Cũq; hoſpes ueniſſet ad diuitẽ: nihil de ſuis pecudibus uoluit occidere: ut epulas amico ꝑberet: ſed miſit ad agnã paupis: & eã ſublatã: pegrino conuiuiũ miniſtrauit. Hic itaq; ſermo uehementer cõmouit regẽ: malignũq; ꝓnũciauit illũ hoiem coram nathan: qui talia ppetraſſet: & quadruplũ dixit ꝑ agna iuſte redditurum: & ſup hoc morte multandũ. Nathan aũt reſpondẽs: ait: ipſum eſſe quẽ pati talia decreuiſſet: quia opus malũ ualde cõmiſerit: reuelauit ei: & apte manifeſtauit irã dei: qui eũ regẽ cũctoꝝ fecerat hæbreoꝝ: & oĩum ĩ circuitu gẽtiũ multaꝝ atq; magnaꝝ cõſtituerat dominũ: & a manibus ſaul ãtea liberaue-

rat:dederatq; ei cõiuges:quibus iuste fuerat & legaliter copulatus:sed qa nunc eum spreuisset:& impie contẽpsisset:eo q; & aliená uxoré tulisset:& uirũ eius necandũ hostibus tradidisset:deo eũ pœnas exoluere:& uxores eius ab uno dicebat filio uiolẽtias sustinere:seq; ipsum fore eius ĩsidiis expellendũ:& dũ eius peccatũ occulte fuisset gestũ:illud cunctis uidentibus ageret: moriturũq; piter & puerũ:qui ex ea esset ꝓcreatus.In his ergo rege turbato:& ualde confuso:& cũ lachrymis & tristicia impie se gessisse cõfesso:erat enĩ deicola:uir qui nil oĩno in sua uita ꝑter ĩ casu uxoris uriæ deliquerat:misertus est deus:& reconciliatus ei:seruatuq; se eius uitã: regnumq; pollicitus est agenti penitẽtiã de his:quæ male gesta fuerãt.Cũq; nathan regi ꝓphetasset:domi reuersus é. Puerũ uero qui de uxore uriæ fuerat generatus:grauis diuinitus languor iuasit . Pro quo rex nimis afflictus:cũ a cibo septẽ diebus abstinuisset:adhortãtibus sepe famulis nõ comedit:sed uestibus atris ĩdutus:atq; ꝓstratus in cilicio iacebat ĩ pauimẽto:& deo ꝓ salute pueri supplicabat: qã ualde eius matrẽ amabat.Septima ergo die puero moriente:nõ præsumebãt hoc regi famuli nũciare:cogitãtes:quia si cognosceret:& a cibo & ab alia sui diligẽtia potius abstineret:tãq; in luctu filii constitutus:quippe cũ eo languente:talia ꝑ tristiciã ptulisset.Sentiens autẽ rex famulos ptur bari:& ea pati quæ præcipue solent aliquid celare uolẽtibus ꝓuenire:intelligens mortuũ puerũ: & uocans unũ de famulis:ac ueritatẽ audiẽs:repente surrexit & lauit:& sumens candidã uestem: uenit ad tabernaculũ dei:iussitq; cibos apponi. Quo facto:multus stupor eius cognatos:& famulos appræhendit: quia cũ nihil horũ puero languente fecisset:eo mortuo:simul hæc oĩa celebraret.Cũq; ab eo huius facti cãm requirerent:asserens eos nimis indoctos:ait:adhuc quidẽ uiuẽte puero dum spẽ salutis eius haberet hæc oĩa faciebat:credẽs ꝑ hæc se placare diuinitatẽ:quo deficiente uita:uana tristicia nihil prodesset.Quod cũ dixisset:regis sapientiã laudauerunt.Post hæc aũt ingressus est ad mulierẽ bethsabeæ.Quæ concipiẽs:masculũ filiũ ꝓcreauit:quẽ iubẽte nathan ꝓpheta salomon appellauit.Porro ioab ãmonitas obsessione fortiter affligebat:aquã eis auferens:& regiã cæteraq; ubertatẽ:multũq; eos cogebat cibi & potus ĩopia laborare.Ex modico nanq; puteo bibebant oẽs:& licet illis esset fontis auxiliũ:ne tamen deficeret:nõ eo largius utebãt.Quo facto scripsit hæc regi significãs:& rogãs eũ ut ueniret ad ciuitatẽ:q̃tenus eius nomini uictoriã designaret. Quod cũ scripsisset ioab:approbans rex eius uoluntatẽ:& deuotionis fidẽ: sumpto secũ exercitu:uenit:ut rabath depopularet urbẽ.Quã dum bellica lege cepisset:milites eã uastare pmisit:ipse uero tulit coronã regis ãmonitaq;:habentẽ pondus auri talentũ & lapides præciosos:& in medio sui sardonicem:quã semp dauid gestabat in capite.Multa siquidem alia & præciosa spolia in ea cõperit ac rapuit ciuitate:uiros aũt eius tormẽtis affecit.Hoc itaq; mõ etiã ammonitaq; urbes quas cœpit euertit.

Cap.VIII.

REuertente igitur ĩ hierosolymã rege:dominus eius turpiluicio maculata est.Erat enĩ illi filia uirgo:noĩe thamar:pulchritudine ualde p̃cipua:ita ut oẽs fœminas speciosas euinceret.Huic frater erat absolon:ex una genitrice ꝓcreatus.Hanc ammõ filioq; dauid senior cõcupiuit:& cũ neq; ꝓpter uirginitatẽ eius:neq; ꝓpter custodiã suo potiri desiderio prævaleret:crudeli pcussus uulnere carpebatur.Dumq; eius corpus interiori languore tabesceret:& iam dolorẽ macies pmutaret:innotuit ionathæ cuidã cognato eius piter & amico. Erat uir iste sapiẽs:& intellectu nimis acutus.Videns ergo quotidie ammon nõ naturale corpus habentẽ:accedens ĩterrogauit ut ei cãm rei huius ediceret:dicebatq; arbitrari se hæc illũ amoris occasione pferre.Cunq; confessus fuisset ei ammõ passionẽ suã:& quia sororẽ suã consanguineã concupisset:consiliũ ei suũ desideriũ adipiscendi hoc mõ dedit:monens ut egritudinẽ simularet: & uenientẽ ad se patrẽ peteret:ut ei sororẽ exhiberet:ut cõpetẽs egrotanti ministeriũ destinaret: qđ si fieret:priuaret citius languore.Ammõ ergo ponẽs semetipsum in lectulo secundũ ionachæ consiliũ simulabat infirmitatẽ ut dũ ad eũ uisitãdũ pater uenisset:poposcisset sororẽ ei dirigere. Quã dũ pater incũctanter iussisset adduci:ea ueniẽte ꝑcepit:ut ei manu sua faceret panes frixos: dicẽs suauiter se ex eius manibus cõmessuq;.Illa uero uidẽte fratre cõsparsa farina faciẽs colliridas:easq; frigens obtulit fratri.Et ille quidẽ nequaq̃ gustauit ex eis:sed iussit famulos ut omẽs a domo repellerẽt: ut q̃si facta quiete dormiret.Cunq; famuli qđ iusserat ipleuissent:iussit sorori: ut ei cibum ad interiorẽ locum domus afferret.Quod dũ puella fecisset appræhendens eã:ut cũ eo concuberet suadere tentauerat.Puella uero clamabat dicens.Noli uiolentiã facere nec impietatẽ mihi frater inferre:noli leges transcendere:& te iniquissima confusione misceri:sed quiesce a re tam iniusta:& ex celeratissimo desiderio:ex quo obprobriũ & turpitudo nostræ domui ꝑpetua conferatur: adiitiens:quia si de hac re loqueretur pater cõiugium eius non denegaret ei. Et hæc quidẽ dicebat:uolens ad præsens impetũ eius petulantem declinare.At ille non acquieuit: sed nimietate amoris illius inflammatus:& robore eius passionis ualde perplexus uim intulit ei.

lib. 7.

Lib: 7.

Quem repente odiū post stuprū sororis inuasit:& iniuria ꝑpetrata:eam surgere & abire ꝓcepit. Cūq; illa i hoc deteriorē ꝓclamaret iniuriā sibi irrogatā nec usq; ad noctē eā manere ꝑmitteret: repente eam discedere iussit in die:ut etiā testimoniū suæ confusionis incurreret. Qua resistēte iussit famulo ut eā prorsus expelleret.Illa uero dolens iniuriā simul & uiolētiā:disrupto colobio quibus antiquæ uirgines utebant: habente manicas:& ad talos usq; ꝓfusas:ne facile uiderentur: & cinere aspersō capite ibat p mediā ciuitatē:clamās & ingemiscens uiolentiā sibimet irrogatā. Quam dū inuenisset frater absolon:requisiuit qua causa ꝓueniente hoc ageret. Et cū facta sibi dixisset iniuriā:quiescere & mediocriter ait ferre germanā:& iniuriā nō putare:q; corrupta esset a fratre.Cui dum satisfactū fuisset clamare:& uiolentiā suam multis indicare cessauit: & multo tempore apud fratē absolon uidua tollerauit alias pmansit.Quod dū cognouisset dauid doluit quidē sed cū ammon senioré filiū suū ualde diligeret eū noluit contristare. Quem absolon crudeliter abhorrebat:& latenter oportunū tēpus ultionis delicti illius expectabat. Igitur secundus iam annus corruptionis sororis eius excesserat:& cū greges suos tonsurus ascenderet in ciuitatē baasor:est aūt hæc i sorte tribus effraim:rogauit patre ut cū fratribus ad eius cōuiuiū cōueniret. Quo recusante:ne illi grauis uideret existere uel fratres dirigi supplicauit.Quibus destinatis:iussit absolon famulis ꝓpriis ut cū uiderent ammon ebrietate dissolutū: illo annuente interficerēt eum:nullūq; metuerēt.Quo facto fratres cūctos terror grauis & tumultus iuasit:& de se quoq; singuli formidātes:ascendētesq; in equis reuertebant ad patrē.Quidā uero præcedens nūciauit patri quasi cunctos fratres iterfecisset absolon.Tunc dauid q̄si oēs uere simul extincti sint & hoc a fratre tristicia quæ usq; ad mortē fere uideret amara nimis inuasit & eo dolore neq; cām requisiuit:nec aliud quicq̄.Post hoc tanti mali facinus cognoscere uouit:neq; sustinuit:sed repēte uestē dirupta:prostratus in terra iacebat:lugens filios uniuersos:& qui mortui nunciati fuerant: & simul qui eos occiderat.Ionathas uero filius semmaa fratris dauid cōsolabat eū:ut a tristicia tāta recederet:nec crederet filios alios iterēptos:quia nec cā talis extaret:sed esset credibile:qa hoc fecisset absolon in solū ammon:ꝓpter thamar suæ sororis iniuriā. Inter hæc autē sonus equoꝝ & tumultus quorūdā uenientiū:attentos eos fecit.Erant autē filii regis:qui a cōuiuio fugiebāt. His lugientibus tristis pater occurrit:& præter spem uidens quos ante paululū pisse crediderat: eos amplexatus est.Erat itaq; cūctis luctus & gemitus:illis quidē supra mortuū fratrē:regi uero sup filiū interemptū.Absolon aūt fugit in gessur ad auum maternū:uiꝝ ꝓuinciæ illius potētē: apud quē triū annoꝝ tpe cōmoratus est.Cunq; dauid uolūtatē haberet:ut ad reuocandū absolō filiū destinaret:nō ad uindictā:quando erat ira iam longo tēpore leuigata:ad hanc rem princeps militiæ ioab eū potius incitauit.Præpauit enī quandā mulierē iā ætate ꝓuectā:ut eū sub scemate luctus interpellaret:& huiusmodi uerba ꝓferret.Quæ ait.Duo filii mihi rex erant qui in agro fuerant in cōtentionē cōuersi:nulloq; præsente qui eos placare potuisset:ab altero alter pcussus interiit.Cognatis autē interfectorē petentibus:& uolētibus eum occidere: supplico ut mihi salutem præcipias filii cōdonari:nec reliquā spem meæ senectutis sinas auferri:& ꝓhibeas cūctos: qui meum filiū interficere moliuntur.Non enī aliud illud poterunt sequi nisi q; timor regis impetrauerit.Rege itaq; mulieris præcibus annuente:respondens denuo mulier regi: gratias iquit ago tuæ benignitati:qui meæ misertus es senectutis:& pene sine filiis desolatā:filiū habeā fecisti. Sed ut firma mihi sint tuæ dona clementiæ:precor tuo filio esto ꝓpitius:eiq; remitte delictum. Quō enī creditura sum securitatis mihi in hoc præbuisse beneficiū:cū te uideā in cā simili cum tuo filio manere semp iratū.Factum nāq; est:ut cū filius unus cōtra uolūtatē patris mortuus sit: sponte hac cā adponat & alius.Intellexit itaq; rex hoc cōsilium studio ioab īmissum:& interrogata muliercula dum cognouisset hoc ueꝝ esse:rex uocās ioab:ait impetrasse studii sui uotū: eūq; absolon reuocare præcepit.Non enī circa eum iam ulterius se dixit esse crudelē:sed irā indignationemq; remittere.Ille uero cū adorasset regē:& eius sermonibus gratias retulisset: repēte ꝓfectus est in gessur:& assumpto absolon:in hierosolymā remeauit.Premisit autē rex dum uenire filium cognouisset:& præcepit:ut ad domum ꝓpriā remearet:non enī iustum credidit:ut mox uenientē susciperet:aut uideret. Ille uero pre iubēte eius declinauit aspectū:cui tamē a familiaribus debitum exhibebatur officium.Huius itaq; pulchritudo licet i tristicia positi:& diligentiā competentem regis filio nō habenti nequaquā deposita est:sed erat speciosus:& splēdebat omni decore:& corporis magna proceritate:ita ut eos qui erāt in epulis constituti transcenderet. Cuius capitis erat tāta cesaries:ut uix octo diebus tōderi potuisset:& erat tōsuræ eius pondus siclorum ducentoꝝ qui faciunt quinq; minas.Habitabat autē i hierosolymis ānis duobus: habuitq; tres filios masculos:& filiam unam nimis speciosam:quam rex postea roboā salomonis filius accpit uxorem:ex qua natus est puer nomine abias.Inter hæc mittens absolon ad ioab poposcit ab eo:

ut pfecte placaret patrem:& peteret:quatenus eum ad suum aspectum & colloquium reuocaret. Negligente uero ioab:mittens aliquos suoꝝ cōsinem segeté eius incendit. Quod cū ille cognouisset:ad absolon uenit:culpans eum:& cām rei huius inquirens. Cui respondit. Hoc consilium cōperi:ut te ad nos ducere potuissem negligentē uerba quæ ibi pro paterna reconciliatione mādabā. Quapropter præsentē te p̄cor ut mitiges genitorē meū. Ego nāq; peius a fuga esse iudico huc me uenisse:patre mihi hactenus irascente. Ioab aūt necessitaté eius cognoscens & misertus: mediator exiuit apud regem:eiq; locutus de filio egit:ut libenter eum susciperet. Quo ueniente: & in terram prostrato:ac supplicante:ut peti uenia impetraret:porrexit dexterā & alleuauit eum & gestoꝝ obliuionē se habere pollicitus est.

Cap. IX.

ABsolon autē dum ei hoc fuisset a patre cōcessum i p̄uo tpe multos equos:& multos sibi currus instituit:& armigeros quinquaginta:& diebus singulis surgēs diluculo ad regalia ueniebat:& qui causas habebant:& minores inueniebantur in eis: delectabiliter alloquebatur:quasi non habente bonos consiliarios patre:sed iniustos i suis sententiis existētes: quoꝝ iudicio grauarent. Pro qua re fauorē sibi omniū collocabat: adiiciebatq; piter dicens:quia si haberet hanc potestatē ipse:cuncta sub legum equitate disponeret. Hæc itaq; eo agente:populo sibi placato:cum iam deuotionem cunctoꝝ se obtinuisse confideret: post reconciliationem patris annis quatuor iā transactis supplicauit:ut ei pr̄ i hebron ire p̄mitteret:q̄tenus promissa deo sacrificia celebraret:quæ fugiens deuouisset. Dauid ergo cōcedente ꝓfectus est:ad quē multus populus eo inuitante cōfluxit. Aderat autē ei & consiliarius dauid achitofel: gilmoneus:& ducenti uiri ex hierosolymis:nescientes quidem conamen huiusmodi:sed uelut ad sacrificium euocati. Hoc itaq; consilio rex ab omnibus ordinatus est. Quod dum fuisset dauid nunciatum: & inopinabiliter hoc filium fecisse cognouisset:metuens impietatē eius ac præsumptionē miratus:quia nec peccati ueniam recordatus est: sed sup illa scelera potiora & iniquiora cōmiserit:primum quidē ut regnū a deo datum uellet auferre. Secundo ut patrē uita priuaret:deliberauit ut fugeret trans iordanē: & uocatis amicis ac necessariis:& de filii supbia eis p̄cipato consilio:cunctaq; cōmittens deo:decem cōcubinas custodes regalium derelinquens:discessit ex hierosolymis:& alia multitudine cum eo fiducialiter egrediente:simul & sexcentis armatis: qui saul uiuente fuerant ei i fuga priori p̄cipes. Abiathar autē & sadoch sacerdotibus:& omnibus leuitis uolentibus simul egredi cum arca dei:suasit ut magis i ciuitate cōsisterent cum eū posset deus etiā arca non portata liberare:mandauitq; eis ut latenter gesta quæq; ei nunciarentur. Habuit aūt fideles ad omnia ministros:achimaā filium sadoch:& ionathā filiū abiathar. Ethai autē ietheus cum eo profectus est:licet dauid eum manere in ciuitate uoluisset. Cui dum acquiescere noluisset:ei puritatē potius suæ deuotionis ostendit. Ascendēte autē dauid per montem olueti pedibus nudis:& cunctis cū eo flentibus:nunciatum est achitofel esse cum absolon:& eius parti fauere. Quod dum audisset:tristicia eius magis accreuit:deū rogabat:& eū suppliciter exorabat: ut abalienaret mentem absolon a cōsiliis achitofel. Formidabat enī ne contra se ei dando cōsilia p̄ualeret. Erat enī uir astutus:ad ꝓspiciendā utilitatē nimis argutus. Cunq; in montis uerticē p̄uenisset ciuitate respecta cū multis lachrimis quasi amisso regno:domio supplicabat. Occurrit aūt uir quidā fidelis noīe chusi:& ipse amicus. Quem cū uidisset dauid scissa ueste:& aspso capite cinere flentē atq; lugentē:consolatus est eū:& a tristicia cessare poscebat. Et post hæc supplicabat ut iret ad absolon:q̄si ei consentiens & eius secreta consideraret:cōsiliisq; resisteret achitofel: qa si cū dauid pgeret:tātū prodesse nō posset. Obediens ille dauid eo derelicto uenit hierosolymā: quo etiā nō post multum uenit absolon. Paululum itaq; exinde procedente dauid:syba famulus mēphibos quē curatorē istituerat possessionū q̄s donauerat filio ionathæ:occurrit cū duobus asinis oneratis rebus in itinere necessariis: ex quibus ipse & qui cum eo erant refici debuissent. Requirente uero dauid:ubi relinqueret mēphiboseth:ait. in hierosolymis:expectanté ordinari regem se in præsenti seditione:propter memoriā beneficioꝝ saul. In his aūté indignatus dauid: omnia quæcūq; cōcesserat mēphibos: sybæ donauit:multo iustus eē credēs:ut hic q̄ ille potius hæc haberet. Et syba quidē hoc facto gauisus est. Igitur ueniēte dauid in locum choran:progressus est quidā de cognatione saul:noīe semei:filius gere:& lapidabat eum:ac pessimis sermonibus accusabat. Circūstantibus aūté amicis:adhuc āplius blasphemabat:& sanguinariū eū:multorūq; malorum dicebat auctorem:increpans eum quatenus ex illa terra ueluti pollutus excederet:deo gratias referendo qui eum priuasset regno:& p̄ propriū filium ꝓ eo q̄ peccasset in dominū suū rite pœnas exigeret. Omnibus aūté supra modū per motā iracundiā prouocatis & præcipue abysai uolentem iterficere semei:dauid ab ira retinuit dicens:ne malis præsentibus opus nouæ occasionis admittamus. Non enim circa hunc rabidum canem mihi respectus aut pudor est:sed ad

lib. 7.

lib: 7.

deum intẽtio: ꝓpter quem iſte ſup nos ita uidetur inuictus. Nec eſt admirandũ: ab iſto me talia ſuſtinere: quãdo etiam filii uideor exptus impietaté. Sed forſan aderit nobis miſericordia dei: & ꝑualebimus inimicis: quo adiuuante ſecuro itinere properemus. Semei auté p aliã montis ptem currebat: & crebras ei faciebat iniurias. Cunq; dauid ueniſſet ad iordané: reficiebat ibidem ſuos itinere fatigatos. Igitur cum ueniſſet abſolon & achitofel conſiliarius in hieroſolymã cũ omni populo: uenit ad eũ amicus dauid chuſai: & cum adoraſſet abſolon: optabat regnũ eius in ſeculo & omni tempore ꝑmanere. Illo uero ei dicente: cur cũ præcipuus patris eius eſſet amicus eiq; fidelis ad oĩa uideret: non cum eo tunc eſſet: ſed illo derelicto tranſiſſet ad eũ: tempate ſe facere dixit: ſeq; deũ: & totius populi iudiciũ. His ĩquit domine tecũ manentibus: recte & ego te ſequor. Regnum enĩ tibi a deo collatũ eſt: quapropter eandẽ fidẽ atq; deuotionẽ tibi ꝑbebo quã pater. Non enim pro rebus ꝑſentibus indignari fas eſt: quando non extraneã ad domũ mutatũ eſt regnum: ſed in ea ꝑmanſit filio ſuccedente pri. Hæc dicens: ſatiſſecit cũ prius utiq; uideret eſſe ſuſpectus. Et uocato achitofel: qd oporteat agi tractabat. Qui ſuaſit ei ad cõcubias ſui patris accedere: ex hoc eĩ populũ ſcituꝝ: crediturũq; dicebat: qa circa ꝑem nulla ei iã recõciliatio ſupeſſet: ex hoc cũ multa fiducia aduerſus eũ oĩs multitudo pugnaret: hactenus aptas inimicicias eos habere: metuere credentes: poſſe patré cũ filio quocũq; tpe concordare. Hoc ergo conſilio flexus: iuſſit famulis ut tentoria in ſolario regio figerent: & uidente populo accedens: ad ꝑis ſui concubinas ingreſſus eſt. Hæc aũt geſta ſunt: ſecundũ nathan ꝓphetiã: quã dauid olim de filii inuaſiõe ſignauerat. Cũ uero feciſſet abſolon quæ monuerat achitofel: rurſus ſecundũ conſiliũ de patre contra patré eũ ꝓferre poſcebat. Cũq; ille decẽ milia electos ſibi dari petiſſet: ut & patré eius iter imeret: & eos qui cum eo pergerent incolomes reuocaret: ut tunc firmũ haberet impiũ cũ pater eius extingueret: dũ hæc ſententia placuiſſet: uocauit etiã chuſi amicũ ſui patris ãtiquũ: ſic enĩ ille eum uocabat. Cui dum ſententiã achitofel indicaſſet: qd etiã ei uideret de eadem cauſa requirebat. Ille uero cognoſcens: quia ſi fieret q̃ ſuadebat achitofel: dauid in mortis ꝑiculũ pueniſſet: cõtrariã ſententiã nitebat aſſerre. Non ignoras inqt o rex tui ꝑis & eoꝝ qui cũ eo ſunt fortitudinem: quia multis ꝑliis dimicauit: & ſemp ſupatis hoſtibus eſt reuerſus. Nunc equidẽ credo illum in exercitu cõſtitutũ: eſt enĩ ſicut noſti bellicoſus: & idoneus oĩa ꝓuidere: & dolos ſupuenientiũ hoſtiũ declinare certiſſimus: circa ueſpam aũt relinquere ſuos: aut ĩ aliqua aula ſe celare: aut circa petras inſidias facere dũq; cõtigerit: ut noſtri congrediant ad præliũ: illius quidẽ uiri ad modicũ ſe ſubducũt & dũ ſecuri fuerint de regis auxilio: reſiſtunt. Et inter hæc illis pugnãtibus repente cũ alio exercitu tuus pater apparens: ſuis quidẽ fortitudinẽ præbebit ad bellũ tuos uero inopinabili ſupuentu ꝓſternet. Fac igitur opationẽ mei cõſilii: & cognoſcés eius utilitaté: achitofel refutata ſententia: mittés ĩ oém ꝓuiciã hæbreoꝝ: ꝑcipe cõtra patré tuũ ut cũctus cõgregeť exercitus: & ſumẽs ipſe ꝑſonã militiã uniuerſam: eſto dux eoꝝ: ut nulli alio cõmittas hoc bellũ. Facillime enĩ te credo fore uictuꝝ: ſi eũ cũ paucis cõpræhẽderis: cũ tu multa milia pugnantiũ habeas: deuotionẽ ſuã tibi ꝑbere uolétiũ. At ſi pr̃ tuus fuerit obſeſſione circũdatus: machinatiõibus: aut trocleaꝝ effuſiõibus ciui taté illã facillime capiemus. Hæc cũ dixiſſet ꝓbabilior apparuit q̃ achitofel. Nã ultra eius cõſiliũ abſolon potius huius elegit. Deus enĩ erat: qui in eius mente conſiliũ chuſi melius eſſe faciebat. Quo facto feſtinabat chuſi ad ſacerdotes ſadoch & abiathar: cõſiliũ achitofel: necnõ & ſuũ pãdés: & qa placuiſſent q̃ ipſe monuerat ĩdicauit: & exhortatus é repẽte: ut mittentes hæc renũciarent dauid: & q̃ ab aduerſariis tractata uidebant aperirẽt: adiitiẽs: ut ſtuderet uelociter tranſire iordané: ne eũ ſuus filius ꝑſequi feſtinaret: & anteq̃ illi ſe mouiſſent: poſſet a filio cõpræhendi. Sacerdotes aũt oportune ſuos filios ad hoc officiũ extra urbẽ celatos habebãt. Quibus mãdãtes p fidelé ancillã quæ tractabat abſolon: præceperũt ut dauid cũ feſtinatiõe hæc ſignificarent. Illi uero nulla dilatione tardantes: ſed mãdata ſeruãtes patrũ: pii fideliſq; miniſterii & officii uelocitaté & neceſſitatis inſtantiã cito iudicantes implendã: feſtinabãt ad dauid. Cunq; duobus ſtadiis a ciuitate ꝓceſſiſſent: uidẽtes eos quidã equites: indicauerũt abſolon. Ille cõtinuo ut cõpræhẽderent miſit. Quod cognoſcẽtes filii ſacerdotũ: ab itinere declinãtes in uicũ quendã nõ longe ab hieroſolymis: cui nomẽ erat bochom inuenienteſq; quandã mulierculã rogauerũt ut eos celaret: & munitionẽ metuẽtibus exhiberet. Illa uero iuuenes illos in puteũ repente depoſuit: & expanſis deſuper pellibus os eius aperuit. Cunq; ꝑſequentes eos ueniſſent: & de eis mulierem requiſiſſent: illa uidiſſe quidẽ ſe nõ negauit: dicens apud ſe eos ſumpſiſſe potũ: & continuo diſceſſiſſe: tamen ſi cum uelocitate ſequerentur: facile eos cõpræhendi poſſe dicebat. Cum ergo diu ſecuti non cõpræhendiſſent eos reuerſi ſunt. Mulier aũt uidens eos remeantes: & nullum iam periculum iuuenibus cõpræhenſionis ĩminere cõſpiciens: abſtractos e lacu dimiſit ad proprium itineris opus. Qui multo ſtudio feſtinantes: uenerunt ad dauid & cuncta ei quæ tractabat

absolon subtiliter indicauerũt. Tunc ille licet iam nox esset: præcepit tamẽ suos iordanẽ transire cũ festinatiõe. Achitofel aũt uidens suã sententiã fuisse reprobatã ascendens iumentũ suũ uenit ad regionem gilon: conuocatisq; omnibus suis: consiliũ qd dederat absolon eis exposuit: & quia eo q̃ auditus ipse nõ fuerat: nõ eius tardaret iteritus idicauit. Dicebat enĩ dauid post uictoriam in regnũ cõtinuo redituꝝ: & melius sibi fore ut libere & magnimie abrũperet uitã: quã se dauid reseruare ad pœnas: cõtra quẽ absolon talia cõsilia præbuisset. Et hæc cum dixisset: accedens ĩ lo cum domus suæ secretiorẽ: laqueo se suspendit. Igitur achitofel iudicio suo huiusmõi morte dãnatum deponẽtes sui de laqueo sepulturæ tradiderunt. Dauid aũt sicut prædiximus trãsiens ior danem: uenit in castra optima: & munitissimã ciuitatẽ: susceperuntq; eũ libentissime cũctæ prio res prouinciæ: & fugam illius tẽporis reuertentes: & honorem ei fœlicitatis pristinæ cõferentes. Erant aũt bergileus: galaditis: & sypha potẽtissimus: & amãdias: & machir terræ galaditis primus Hi nanq; reꝝ omnium copiã dauid & qui cum eo erant opulentissime præbuerunt ita: ut neque lecti strati deessent: nec panes aut uinũ: sed etiam ubertatem pecudum ministrarent: quatenus & quietem laborantibus: & ciborum utilium copiam eis ad sacietatem exhiberent. Et hi quidem hoc modo erant constituti.

Cap. X.

ABsolon itaq; congregato magno hæbreorũ exercitu super patre: & transiens fluuium iordanẽ non longe a castris uenit in galaditidẽ regionem: constituitq; principẽ totius exercitus amasam in loco ioab consobrini sui: erat enĩ de patre getheo: & matre abi gea progenitus: abigea uero & saruia mater ioab dauid sorores fuere. Dauid uero eos qui cũ eo erant cũ recensuisset: & inuenisset usq; ad quatuor milia armatorum: noluit expectare quãdo super eũ absolon ueniret: sed cõstituit sup suos millenarios & centenarios: diuiso exercitu tripartite: & aliã quidẽ partẽ ioab principi militiæ dedit: aliã uero fratri eius abysai: tertiã cõmisit etheo qui erat amicus eius de ciuitate geth. Cunq; uellet ipse ad bellum simul exire: amici nõ per miserunt: consilio eum sapientissimo retinentes. Dicebãt enim quia si cũ illo deuincerent oẽm spem utilitatis amitterent: si uero una parte uicta ad eũ reliq̃ remearẽt: possent denuo pliũ repa rare: quãdo etiã hostes arbitrarent aliũ exercitũ manere cum rege. Hoc cõsilium libẽter accipiẽs dauid: ipse quidẽ ĩ castris manere decreuit: & duces & amicos ad præliũ destinãs: rogabat ut for titudinẽ sui & fidẽ & memoriã exhiberẽt: utq; puero absolon uictores parcerẽt: ne illo moriẽte: aliqd ĩ se mali cõmitterẽt: optãsq; cũctis uictoriã: dimisit exercitũ. Ioab itaq; aciẽ cõstituit contra hostes ĩ cãpo: habẽs post tergũ siluã. Eduxit aũt e diuerso absolõ & suũ exercitũ: & facta cõgres sione belli opa p̃cipua manuũ: & maxie p̃sumptiõis ex utraq; pte gerebant: alii quidẽ ut regnum dauid reciper: elaborabãt: & omi magnanitate desudabãt: alii uero: ne & eo priuarẽt absolon re gno: & daret patri ꝑ sua p̃sumptiõe supplicii in nullo segnes erant: aut facere aut pati quodcũq; belli casus afferret: ĩsup metuebãt etiã: ne ab ioab: & eius paucis militibus tãta multitudo subiũ garẽt. Inter hæc uicit dauid exercitus robore magnitudis & exercitatiõe belloꝝ: fugientesq; ꝑ sil uas & colles ꝑsecuti sunt: & alios qdẽ cœperũt: alios aũt iterfecerũt: ita ut plurimi caderẽt fugien tes: q̃ in acie repugnãtes. Et illa quidẽ die q̃si uigiti milia uiroꝝ ceciderũt. Exercitus aũt dauid ac cessit ad absolõ: erat enĩ cũctis ꝓceritate & pulchritudie manifestus. Qui metuens ne eũ cõpræ henderẽt hostes ascendẽs ĩ mula regia fugiebat. Cũ uelociter ueheret: & ipse ĩ toto leuis existeret arbori maxie & ramis extẽse eius reflexa cesarie iopinabiliter ẽ appẽsus: & iumentũ quidẽ uelo citate sua q̃si dominũ adhuc portaret absessit: ille uero ramis comaꝝ alligatiõe retinebat astri ctus. Quẽ cũ uidisset quidẽ militũ dauid ioab idicauit. Quo dicẽte: quinq̃ginta siclos se ei dedis se si pemisset absolõ: nec si mille siclos ei ꝓmitteret: occidere ille se filiũ domini sui dixit: dũ oĩ bus audiẽtibus pr̃ eius ei parci rogauerit. At ille ostẽdi sibi p̃cipiẽs: ubi eũ uidisset appẽsum: & lo cum iueniẽs: in corde eũ iaculãs iteremit. Armigeri uero ioab circunstantes arborẽ: cadauer eius deposuerũt: eũq; in foueã ualde ꝓfundã ꝓiciẽtes: aceruũ super eũ lapidũ posuerunt: ita ut figura sepulchri fieret: & ingentẽ tumulũ locus ille seruaret. Ioab aũt signo dato: a pseutõne reuocauit exercitũ: pcẽs cõtribulibus suis. Igit̃ absolon cõstituerat sibi statuã marmoreã ĩ ualle regia: q̃ duo bus stadiis ab hierosolymis aberat: q̃ appellauit suã manũ dicẽs: qa etiã filiis eius morietibus: nomẽ eius ĩ statua ꝑmaneret. Erãt enĩ ei masculi filii quidẽ tres: fœmia uero una thamar. Quæ con iũcta salomõis filio roboã: pepit filiũ abia: qui pr̃i succesit ĩ regnũ. Et de his quidẽ postea decla rabimus. Igit̃ post mortẽ absolon: populus quidẽ ad ꝓpria loca dispsus est. Achimaas autem sa doch sacerdotis filius: rogabat ioab: ut ꝑueniens ipse dauid uictoriam nunciaret: & quia dei sola tium & ꝓuidentiam ipsius habuisset. Cui non concessit hoc ioab: dicẽs: quia cũ semper boni nũ cii homo fuisset: modo non deberet regi mortem filii nunciare. Vocans ergo chusi: ei opus hoc iniunxit: ut quod ipse uidisset: regi etiam nunciaret. Cunque iterum achimaas rogaret: ut eum

lib. 7.

lib: 7.

IGitur ioram rex iſraelitarū poſt mortē adezer ſperans ramoth capere ciuitatē:& eam ſyris auferre:cū magno apparatu caſtrametatus eſt ſuper eos.In qua obſeſſione a quodam ſyro nō mortifere ſagittatus abiit in ciuitatē iezraelē:ut uulnus ſuū poſitus ī ea curaret:derelicto in ramoth omni exercitu ſimul & duce noīe Hieu:qui filius erat nā ſi:ut poſt curā reuerteretť ad pugnā. Helyzeus uero prophetā unū diſcipulorū ſuorū dato ei oleo ſancto miſit in ramoth:ungeret hieu:eiq; diceret:quō eum regē diuinitas elegiſſet:cui & alia pariter indicaret præcipiēs ei: ut ſub modo fugæ faceret iter: quatenus cunctos illic proficiſcendo lateret. Qui dū ueniſſet in ciuitatē:hieu quidē inuenit cū principibus militū reſidentē in medio ſicut ei prædixerat helyzeus:& accedēs ad eū:ait:quædā ſe ei fore dicturū. Qui dum ſurrexiſſet: & in cubiculū ſecutus eum fuiſſet:ſeorſum ſumēs eū iuuenis oleo eius caput infudit dicens eum unctum a deo rege ad Ahab generis peremptionem:& ad uīdicandū ſanguinem prophetarū:qui ab iezabel nequiter fuiſſet effuſus:ut domus eorū ſicut naboth nabuthei & baaſa ꝓpter impietatem ꝓpriā radicitus deperiret:& nullū ſemē de ahab genere remaneret.Et ille quidē cū dixiſſet hæc: de cubiculo ꝓtinus exiliuit:ne ab aliquo in exercitu uideretur. Ieſu aūt uēit ad locū unde ſurrexerat:& cū aliis pricipibus reſidebat.Quibus requirētibus ut eis diceret:cur ad eū iuuencus adueniſſet iſup & ueſanū eū eſſe dicētibus:recte iquit iudicaſtis:nā uerba ueſanie locutus eſt. Quibus feſtinātibus ut ea audirēt:atq; rogātibus:ait eū dixiſſe:quia ipē fuerit electus a deo rex. Hæc itaq; cū dixiſſet unuſq;ſq; exuēs ſe qđ habuerat:ueſtes ei ꝓprias ſubſternebāt:& mittētes tubas.hieu regē eē clamabant.Illo uero exercitu cōgregato:pgebat ad ioram ī ciuitatē iezrael: in q̄ ſicut p̄diximus ꝓ uulnere curandus abierat:quā ceperat cū obſideret ramoth.Contigit aūt:ut eo tēpore hieroſolymitarū rex ochozias ueniſſet ad iorā:erat enī filius ſororis eius ſicut dudū diximus:ut uiſitaret eū pp uulnus qđ in obſeſſione accepat.Hieu ergo ſubito uolēs ſup iorā irruere: rogauit ut nullus militū diſcedēs:regi iorā quæ geſta fuerāt nūciaret dicēs:hanc eē maximā eorū circa ſe deuotionē:ſi eū regē hoc ordine demonſtrarēt. Illi uero in his quæ fuerāt dicta gratāter itinera conſeruabāt;ne quis latenter ꝓgens:qđ geſtū fuerat indicaret.Et hieu quidē ſumptis equi tibus electis:ſedens in curru ibat in iezrael.Cunq; ꝓximus fuiſſet ciuitati:explorator quē rex cōſtituerat iorā ut ad ciuitatē uenientes inſpiceret:uidens cū multitudine uenientē hieu nunciauit ioram regi uidere ſe equites uenientes.Ille uero repente aliquē mitti iuſſit equeſtriū qui ei occurreret:& quis eēt agnoſceret.Qui dū ueniſſet ad hieu:de exercitu requiſiuit:dicēs a rege ſe miſſū. At ille nihil de his reſpondēs requirenti :ſequi ſe iuſſit.Quod dum explorator uidiſſet:indicauit ioram:q; qui miſſus fuerat equeſtris:mixtus multitudini ueniret una cum eis.Iterum rege mittē te & alium:etiam is multitudini admixtus eſt:hoc enim eum facere hieu imꝑauit. Quod dū explorator ioram indicaſſet:nouiſſime in curru ipſe conſcendens:cū ochozia hieroſolymorū rege in eius occurſum egreſſus eſt.Hieu aūt cū multa moderatione & diſciplina agebat iter. Cūq; ioram ueniſſet in agrum naboth requirebat: ſi ī exercitu recte oīa gererētur.Et cū ei hieu amariſſime malediceret:matrēq; eius ueneficā ac meretricē clamaret:metuēs rex:& nihil eū cogitaſſe qđ eſſet ſalubre credens:cōuerſo curru ſuo ut poterat fugiebat:dicēs ad ochoziā eo q; inſidiis & dolo fuiſſet captus.Hieu uero ſagittam poſt eū mittēs:eius cor ſuo iaculo penetrauit: & iorā quidē repente cadens:flexo publice animam dereliquit. Hieu autem continuo iuſſit uadacro principi tertiæ ꝑtis ut corpus iorā ī agro proiiceret naboth:recordās prophetiā heliiæ:quā patri eius q; fuit interfector naboth p̄dixerat:quō & ipſe & eius genus ī illius agro ꝑirent.Hæc enim cū ſederet

Lib: 9.

tunc post tergum currus achab:uidisse se propheta narrãte dicebat:qđ etiã secundũ illius,puenit eloquium. Igitur cadente ioram:metuens ochozias de sua salute:currum in aliam itineris partẽ conuertit credés q̃ taliter effugeret hieu.Ille uero persecutus est eum ad quendã ascensum: comprehendensq; sagitta emissa eum percussit.Qui derelicto curru:ascendés ĩ equo: fugit hieu in magedon:ibiq; curandus:post pacum uulneris illius tempus & ipse defunctus est:portatusq; ĩ hierosolymoꝝ ciuitatem:illic sepultus est:cum regnasset anno uno.Fuit aũt malignus & plus uade quã pater eius.Cum aũt hieu intrasset in iezrahelem urbem:iezabel ornata stans supra turrĩ: bonus inquit seruus qui occidit dominũ suum.Ille uero respiciens ad eam: quæ esset interrogauit:& descendentem ad se uenire præcepit.Nouissime uero eunuchis imperauit:ut eam de turre deiicerent.Quæ dum præcipitata fuisset:murum sanguine suo asperſit:& conculcata equoꝝ pedibus expirauit.His ita gestis:hieu ingressus palatium cum suis amicis:& semetipsum reficiebat: & illos conuiuiis aliisq; rebus præcepitq; famulis qui iezabel peremerant:ut eam propter decus generis sepelirẽt:erat enĩ ex regibus.Sed nihil de eius corpore quibus hoc ĩperatum fuerat iuenerunt:nisi tantũmodo summitates manuũ:aliud uero corpus a canibus est absumptũ. Hæc audiens hieu: heliæ prophetiã obstipuit:is enim in iezrael prædixerat:hoc eam iteritu fore perituram. Interea dum ahab filii septuaginta in samaria nutrirentur:mittit hieu duas epistolas:aliam pedagogis eoꝝ:aliam principibus samaritanoꝝ:dicens:ut fortissimũ filium ahab constituerent regẽ cum & currus haberent multos & equos:& arma ad militiã: & ciuitates munitas: quod dum facerent: domino suo repensarent. Hæc aũt scripsit:uolens samaritanoꝝ mentes agnoscere. Relegentes ergo litteras principes ac pedagogi:timuerunt excogitantes: q̃ nihil possent cõtra eum facere qui magnis duobus prævaluisset imperatoribus:scripseruntq; profitentes:se eum habere dominũ:& facere quæcunq; præciperet.Ille uero ad hæc rescripsit:præcipiens:ut si obedirent filiorum achab abscidentes capita destinarent.Tunc principes euocantes nutritores infantũ iusserunt ut occidentes eos:capita eoꝝ absciderent:& mitterent ad hieu. Hæc illi nihil resistẽtes egerunt:& componentes in quibus uasculis de uimine factis eoꝝ capita destinauerunt.His aũt allatis ad hieu cum amicis cœnãti: nunciatũ est: q̃ capita filioꝝ ahab uiderẽtur esse allata qui iussit ante portam ex utraq; parte ex eis capitibus ageres fieri.Factoq; die:ad ea uidenda processit & ĩspiciens:dicere cœpit ad populum:quia ipse quidem contra suũ dominũ militasset:& illum peremisset eosq; cognoscere deposcebat de generatione ahab:quia omnia secundũ dei prouidẽtiam fuerãt gesta & domus eius sicut helias prædixerat deperisset.Cunq; necasset eos qui apud iezraelitas ex ahab genere sunt inuẽti:cum equis ad samariã properabat:per iter aũt inueniẽs aliquos fratres ochoziæ hierosolymitanoꝝ regis:interrogabat eos quo properarent. Illis uero dicentibus: quia uenerĩt ut ioram salutarent:& regem suum ochoziam:nescientes q̃ ambo ab eo occisi fuissent;;hieu eos eõprehensos præcepit occidi.Erant enim numero quadraginta & duo. Post hæc occurrit ei uir quidã bonus & iustus:ionadab olim amicus eius. Qui cum salutasset eum:cœpit laudare eum q̃ omnia cũ dei uoluntate fecisset:& ahab genus extermĩasset.Hieu aũt rogabat ut ascendens in currum ad samariã cum eo ueniret:ei se demonstratuꝝ dicens q̃ nulli parceret malignantium:sed & falsos prophetas:& falsos sacerdotes & suadentes plebi: ut magni quidem dei religionem desererent:& extraneos adorarent ipse puniret:cum esset utiq; optima nimis hæc inspectio:atq; gratissima:ut bonus & iustus uir uideret malos tormentis affligi.His consentiẽs ionadab:ascendens in currum:uenit pariter in samariam.Hieu autem requirens omnes cognatos ahab: interfecit:uolensq; nullũ de falsis prophetis:neq; sacerdotibus ydoloꝝ ahab suppliciũ declinare: deceptione quadam & dolo comprehendit uniuersos.Congregato siquidem populo dixit:uelle se duplices deos introductos quã ahab colebat adorare:rogans ut eoꝝ sacerdotes:& prophetæ:& serui pariter aduenirent:quatenus copiosa sacrificia:& præcipuas diis ahab hostias immolarent:& esset morte multandus sacerdos:qui tunc non fuerit inuentus. Deus ahab baal appellatur. Constituit itaq; diem:quo uellet sacrificia celebrare missis in omnẽ israelitanoꝝ regionẽ nuntiis:qui ad illum baal sacerdotes adducerent.Quibus pariter congregatis iussit hieu pontificibus ut darent omnibus uestes:eisq; sumentibus ĩgressus in domum cum amico suo ionadab: præcepit:ut cum diligentia quereretut ne quis inter eos alienigena aut peregrinus inueniret: cũ nollet:ut sacerdotibus ydolorum:alius itereſſet fidelium illis uero dicentibus: nullum interesse peregrinum:& inchoantibus sacrificia celebrare constituit a foris octoginta numero milites armatos:quos nouerat fidelissimos:iussitq; eis ut falsos prophetas occiderẽt:& ipsi in paterna solẽnitate permanerent:a qua multo iam tẽpore destitissent:& simul interminatus est:ut si qui effugerent pro illis animas eoꝝ auferret. Illi ergo & omẽs uiros interemerunt:& domũ baal igne cõ cremauerunt:& hoc modo a peregrinis solennitatibus samariam liberauerunt. Hic itaque baal

tyriorum fuerat deus:achab aũt uolẽs pere ſocero iobal:qui rex tyrioꝝ tũc erat: & ſydonis templum ei fecerat in ſamaria:ſacerdoteſq; inſtituit:& omnes eos cultura religionis honorauit cum hic igitur deus fuiſſet exterminatus:aureos tamen uitulos iſraelitas hieu adorare permiſit.Hæc uero dum feciſſet & pro impiorum caſtigationibus cogitaſſet deus ei per prophetam prædixit: q; in quatuor generationibus ſup iſrael eſſent eius filii regnaturi. Igitur circa hieu talia gerebãt.

Cap. VII.

Athalia alias otholia uero achab alias ahab filia:audiens ioram fratris ſui mortem & ochoziæ filii:& totius generis regũ unam ꝓditiõem.ſtuduit alias ſtatuit: ut nullũ de dauid domo relinqueret:ſed omne genus exterminaret:ut nullus ex eis ad regnũ ulterius ꝓueniret:& hoc quidẽ ſicut potuit fecit.Euaſit auté unus filius ozochiæ morte hoc modo diffugiens.Ozochias ex uno patre habuit ſororẽ nomine ioſaphat:cui copulatus erat pontifex ioiada.Hæc ingreſſa regiã domum:ubi erant interfecti filii regum noĩe ioas infantulũ ániculum celatũ inueniens cum nutrice:& portãs in cubiculũ clauſit:& latenter aluit ipſa & uir eius ioiada in tẽplo ſex annis:quibus in hieroſolymis ſup duas tribus athalia:alias othalia regnauit.Septimo uero anno ioiada hunc ſermonẽ pandidit quinq; uiris centurionibus:eiſq; ſuaſit ut ei conſentirent contra ea:quæ ab athalia:alias otholia fuerant perpetrata:& regnum infanti traderent:ꝓcepturus ab eis iuſiurandum:q; ſecuritas talia gerentibus præpararet:ꝓdidit eis quæ gerenda forent atq; cõplenda.Tunc uiri quibus ſacerdos ioiada ſuum cõſiliũ cõmiſerat: circũeuntes omnem prouinciam ſacerdotes & leuitas cõgregantes ex ea ſimul & principes tribuũ:omnes hieroſolymis ad pontificem deduxerunt.Qui mox fidem ab eis cũ iureiurãdo petit:ut quod ab eo cognoſcerent cum taciturnitate ſeruarent:donec niſus eius intẽtionis potuiſſet ipleri . Quibus iurantibus ſecurus effectus deducens eũ quẽ de genere dauid nutrierat:iſte inquit uobis rex ex illa domo erit quam noſtis deum ꝓphetaſſe ſup nos omni tempore regnaturã. Moneo itaq; ut tertiam partem ueſtri eũ cuſtodire faciatis in templo:quartãq; in oĩbus tẽpli ianuis ſtatuatis reliqua uero ps teneat portã quæ ducit ad tecta regalia:alia maximis multitudo cõſiſtat ĩ tẽplo: nullumq; armatũ ꝓmittatis intrare:niſi tãtummodo ſacerdotes.Eis quoq; præcepit:ut ps aliqua ſacerdotum & leuitaꝝ circa ipſum regẽ aſſiſteret cũ euaginatis gladiis circũdantes:ut ſi quis armatus in templũ intrare præſumeret:repente ꝓimeretur:& nihil metuẽtes regẽ tam fortiter obſeruarent.Illi uero conſilio põtificis obedientes:ſuam uoluntatẽ ope declararunt.Interea ioiada aperiens armanitariũ quod erat in tẽplo a dauid cõſtitutũ diuiſit centurionibus & ſacerdotibus: ꝓiter & leuitis arma quæcunq; illic inuenit:lanceas & pharetras & quodcũq; aliud appræhendit genus armoꝝ:armatoſq; circa tẽplum ſtatuit:ut manu ſua totũ cõſtipare uiderentur ingreſſum: & quaſi murũ habita teſtudie molirẽtur:ꝓcipiẽteſq; ĩ medio puerũ:ei regiũ diadema ĩpoſuerũt: & unguens eũ ioiada:regẽ ſoléniter ordinauit.Populus itaq; gaudens clamauit.Viuat rex.Porro athalia alias otholia tumultũ & laudes inopinabiles repẽte cognoſcens ueheméter ꝓturbata cũ ſuo exercitu de regalibus exiliuit.Et cũ ueniſſet ad tẽplũ:ſacerdotes quidẽ eã ꝓtinus exceperũt: armatos uero qui ſequebantur introire ꝓhibuerũt.Erat eni a pontifice præpoſiti ſicut dictũ eſt ut templi aditus obſeruarent.Tunc athalia alias otholia uidens puerum ſtantem ſupra tribunal regium eiq; diadema regale ſupimpoſitũ:ſciſſa ueſte ſua ueheméter exclamans iuſſit occidi qui ei fecerat inſidias & principatũ auferre tentauerat.Ioiada uero uocãs centuriones:iuſſit ut educẽtes athaliam ĩ conualle cedron:eam ibi perimerent:ne templum occidentes illic ueneficam uiolarent:unum præcipiens:ut ſi quis ei ferre uellet auxilium:pari ſorte ꝓimeretur.Tunc quidam cui fuerat eius iniuncta peremptio:ſumens athaliam deduxit eam ad portam mularum regis: & illic interfecit. Cunq; hæc circa athaliam fuiſſent geſta:conuocans populum & armatos ioiadas in templum:coniurauit omnes:ut regi fauerent:& eius ſaluti proſpicerent quando in deuotione regia deum potius honorarent:& ne tranſcenderent moſeas leges: iuſiurãdum quoq; compulit exhibere.Poſt hæc concurrentes ad domum baal:quam athalia & ioram uir eius iſtruxerant ad iniuriam ꝓpni dei & honorem achab alias ahab:eã funditus euerterunt: & ſacerdotẽ eius mathã nomine peremerunt:diligentiam uero atq; templi cuſtodiam ſacerdotes & leuitas ioiada habẽ permiſit:& ſecundum regis dauid preceptum iuſſit eos ſecũdo.i.bis ĩ die holocauſta & ſacrificia ſolenniter immolare: ut ſecundum legem incẽſum offerrent. Fecit autem & quoſdam leuitaꝝ portarios aad templi munimen:ne illic ſordidum aliquod latenter intraret. Hæc itaq; uniuerſa diſponẽs cum centurionibus & omni populo:ſumẽs puerum de templo ioiadas eũ cũ uniuerſis ad regalia uſq; perduxit. Quo in regio ſolio reſidente:cunctus populus cum fauore ſolenniter acclamauit:& ad epulas conuerſi ſimul feſtiuitatem multis diebus egerunt.Ciuitas ergo equidẽ habebat pacem:athalia de rebus humanis ablata. Ioas itaq; adeptus regnum:erat ánoꝝ ſeptem:

lib. 9.

lib: 9

cuius mater fuit noe ioſabeth ex regione barſabe multāq; habuit cuſtodiā legum: & culturam diuinæ religionis exhibuit omni tempore quo uixit ioiada. Aetate congrua duxit uxores duas dante ſibi pontifice: ex quibus & maſculi ei & fœminæ natæ ſunt. Igitur de rege ioas: & quemadmodum inſidias athaliæ diffugerit, regnumq; pcepit: his indicaſſe ſufficiat.

Cap. VIII.

AZahel autem ſyroꝝ rex: dum pugnaret contra iſraelitas: & contra regem eorū hieu: uaſtauit ꝓuinciam trans iordanē: quæ erat ad orientē tribus ruben: & gad: & manaſſe: & galaath: & batchaneā percurrens ubiq; & cūcta diripiēs: & uim reſiſtentibus iferēs uniuerſis. In quo non potuit quidē ulciſci hieu: dū cunctam ꝓuinciam deuaſtaret: ſi circa diuinitatem ſuperbus & cōtemptor exiſtens: & legitima ſancta deſpiciens: mortuus eſt: cū regnaſſet ſuper iſraelitas annis ſeptem & .xx. ſepultus eſt autem in ſamaria: ſucceſſorē ꝓcipatus ioacham filiū derelinquens. Regem uero hieroſolymoꝝ ioas quoddā deſideriū appræhenderat: ut templum inouaret. Quadam ergo die euocans pontificē ioiadam: iuſſit ut in omnē mitteret regionem: & leuitas & ſacerdotes exigeret ꝓ uniuſcuiuſq; capite dimidiū ſicli argenti ad fabricā & renouationem templi: quod ad ioram & athalia: & eorum filiis uidebatur eſſe deſtructū. Pontifex autem hoc equidem non fecit: ſciens q; nullus conferret argentū. Tertio uero & uiceſimo anno regni ſui ioas euocans: & ioiadam ipſum & leuitas: & quaſi iobedientes ſui precepti culpās: iuſſit ut pro hac re in futuro anno pro renouatione templi proſpicerent. Quo facto conſilio pōtifex uſus eſt pro congregatione pecuniaꝝ: quod populus libenter habuit: & gratanter impleuit. Fecit nanq; ligneam arcam: & undiq; muniens eam: unum foramen aperuit quam ponens in tēplo iuxta ſacrarium: iuſſit ſingulos quātum uellent in eam mittere per foramen pro templi repatione. Ad hoc igitur opus omnis populus libenter acceſſit: & multum argenti: multūq; auri largitus eſt. Quo facto euacuantes arcam rege præſente: ſcribe ſimul & ſacerdotes gazophilatioꝝ dinumerantes: quod fuerat congregatum: deinde eandem arcam in ipſo loco repoſuerūt: & hoc diebus ſingulis faciebant. Cunq; populus quod ei uiſum fuerat obtuliſſet: miſerunt pontifex ioiada: & rex ioas: ut ceſores lapidum inſtructoreſq; conducerēt & ligna maxima de optima ſilua deponerent. Templo itaq; reparato: aurum quod remanſerat: & argentū nō paruum ad pateras: & uini fuſoria & coopercula: & uaſa reliqua deputarunt: ſacrificiiſq; quotidie adolendis altare tegebant. Et hæc quidem tempore quoad uixit ioiadas cōpetenti ſtudio gerebantur. Cum uero is mortuus fuiſſet qui uixerat annis centum triginta iuſtus & per omnia uenerandus: & ſepultus fuiſſet in hieroſolymis in regiis monumentis: quō generis dauid reparat imperium: rex ioas curam perdidit diuinæ religionis: cum quo etiā primates plebis pariter uicitati ſunt: ut circa ſolēnitates & legittima iura delinquerent. Deus autem dure ferens tranſgreſſionem regis & aliorum miſit prophetas qui conteſtarentur eos ut ab huiuſmodi geſtoꝝ malignitate recederēt. Illi uero in tali malorum more & deſiderio permanſerunt ut nec alios qui ante ſe propter legitimorum iniurias fuerant caſtigati: neq; prophetas qui prædicabāt alias prædicabant ut penitentiā agerēt: & conuerterentur ab iniquitate reſpicerent. Nam & zachariam filium pōtificis ioiadæ lapidibus in templo rex iuſſit occidi beneficiorum patris eius oblitus. Quem cum deus prophetam conſtituiſſet: ſtans in media multitudine ſuadebat eis ſimul & regi: ut iuſticiam facerent: & quia magna ſupplicia ſuſciperent: ſi nollent dei preceptionibus obedire. Qui tamen cū morereturꝰ: ſuaꝝ paſſionum teſtem deum & iudicē proclamauit: quia pro bono cōſilio: & pro his quæ pater eius præſtiterat regi ioas: ille amare & uiolenter occumbeꝰt. Rex autem non poſt multum temporis ſpatium iuſtiſſimas pœnas horum in quibus preuaricatus eſt exoluit. Veniente nanq; azahel ſyrorum rege in eius prouinciam: & Geth deuaſtante atq; depopulante: cum eſſet iam ad hieroſolymam deducturus exercitū: metuens ioas obſeſſionem: euacuatis omnibus dei theſauris atq; regalibus & miniſteriis tēpli: miſit ſyrorum regi: his redimens eum: ne ciuitas pateretur oppreſſionem: aut periculum rerum omnium ſuſtineret. Cui dum ſatiſfactum fuiſſet ingenti multitudine pecuniarum nequaquam ad hieroſolymam caſtrametatus eſt. Ioas tamen cum peſſimum languorem incurriſſet: inſtantes amici qui mortem zachariæ ioiadæ filii defendebant: ei inſidias facientes interemerunt eū: & ſepultus eſt quidē in hieroſolymis: non aūt in monumentis patrū: quia fuerat inimicus diuinæ religionis. Vixit autem annos quidē. vii. & xl. i eius uero ſperio ſuccеſſit filius eius amaſias. Viceſimo autem & primo anno regni ioas iſraelitarū pricipatu potitus eſt ioacham filius hieu in ſamaria: quem & habuit annis ſeptem & decem: patris quidem ſui: nec ipſe imitator exiſtens: ipie uero gerens: ſicut & primi reges qui deū ſpreuiſſe uidebanꝰ. Hunc aūt humiliauit azahel: & eū extenta poteſtate contriuit: dum aduerſus eū decem milibus armatis: & quiquagīta milibus equitum caſtra mouiſſet. Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abſtulit:

& eius milites trucidauit. Hæc itaq; passus est israelitarum populus secūdū helyzei pphetiā: quādo azahel qui occidit dominū suum regnaturum esse prædixerat super syros & damascenos. Cunq; iochā in his anxietatibus teneretur: ad preces dei: supplicationesq; confugit: rogans: ut eum de azahel manibus liberaret: nec pateretur: ut sub illius eum ditione uideret. Deus aūt penitentiam pro uirtute suscipiēs: & corripere magis q̄ perdere hoīem huiusmodi uolens: cōcessit ei q̄tenus belli pericula declinaret. Pace itaq; prouincia rursus ad statum pristinum copiamq; regressa est. Post mortem uero ioachā filius eius ioas suscepit regnum. Cum septē iam & .xxx. annos haberet in regno ioas super tribū iuda: tenuit principatum iste ioas in samaria super populum israel. Nā & ipse idem habebat nomen: quod hierosolymorum rex: tenuitq; regnum annis sedecim: fuitq; bonus: & ī nullo paternæ naturæ consimilis. Illo quidem tempore dum helyzeus propheta iā in senectute consisteret: & egritudinem incurrisset: uenit israelitarum rex uisiraturus eum. Et dum eum in nouissimis inuenisset: flere cœpit eo uidente: & ingemiscere patrem eum uocans: & scutum sui regni: propter eum dicens nūq̄ contra eum hostes armis egisse: sed se prospere sine dimicatione uicisse: qui dū a uita discederet: hæbreos syris relinquer̄t: & aliis inimicis captiuādos. Quapropter nec ipsam uitam securam ulterius fore dicebat: sed gratū sibi esse: ut cū eo a præsenti luce recederet. Hæc dicente atq; gemente rege: helyzeus consolabatur eum: iussitq; allatū sibimet arcum extendere. Qui cum præpasset arcum contingens manus eius propheta iussit ut sagittaret. Cunq; tres sagittas dimisisset: atq; cessasset ait. Si plures dimisisses: eradicasses syrorum regnum. Quia uero in tribus solummō quieuisti: totiens congressus syris pugnādo prævalebis: & regionē: quā abstulerunt a tuo patre rursus obtinebis. Et rex quidē dū hæc audisset abscessit. Post non multū uero tēporis & propheta defunctus est uir iusticia famosissimus: & in dei studiis ualde præclarus. Miracula nāq; & inopinabilia opera per suas pphetias ostēdit: & apud hæbreos memoriam clarā & magnificā sepulturam habere promeruit: & qualē uiro ita religioso decebat impendi. Illo siquidē tempore contigit: ut quidam latrones in helyzei sepulchrum mortuū: quē ipsi uidebantur interfeciſſe proiicerent. Cuius cadauer dum eius fuisset corpori sociatū: cōtinuo suscitatum est. Et de helyseo quidem propheta: & quæcūq; prædixit: & quomodo post mortem uirtutem diuinam habuit: hæc declarata sufficiant. Defuncto itaq; rege syrorum: azahel ad filium eius addā impium peruenit: contra quē ioas israelitarum rex cum dimicaret: & tribus cōgressionibus eum uincens: omnem prouinciam ab eo retraxit: & quascunq; ciuitates & uicos eius pater azahel de israelitarum regno subtraxerat liberauit. Hoc itaq; secūdū pphetiā helyzei puenit. Cūq; cōtigisset ut etiā ioas moreret: ille qdē sepultus est in samaria: regnum uero suo filio hieroboam nomine dereliquit.

Cap. IX.

ANno secundo ioas regis israelitarum: regnauit sup tribū iuda in hierosolymis Amasias. Cuius mater erat nomine iodam. Genet uero ciuis & iusticiæ prouisione mirabilis: q cum iuuenis esset: ueniēs ad regnum: cogitauit ut inimicos qui patrē eius occiderat: puniret: & cōprehensos omnes occidit: filiis aūtē eorum pepercit sequens moseas leges qui non sanciuit propter peccata parentū filios occidēdos. Deinde eligēs exercitū de tribu iuda & beniamin: qui in flore iuuētutis & circa triginta annos existerent: & ex his cōgregās quasi trecenta milia: constituit super eos centuriones: mittensq; ad regem israelitarum: conduxit argenti talentis centum milia armatorum. Deliberauerat enim ut amalechitarum gentibus: & idumeis: & gabaonitis inferret bellum. Cunq; præpararetur ad prælium: & iam uideretur positus ī pcīctu: suasit ei propheta: ut dimitteret israelitarum exercitum: quia esset impius: & deus eum uinci p̄di ceret: utq; suorum solummodo solatio uteretur: & hostibus prævaleret cū paucis contra eos uolente deo pugnandū. Cū ergo grauiter hoc ferret rex: q̄ mercedes israelitis iā præbuisset ingētes: monebat propheta ut ageret quod deo placeret: cum possent pecuniæ ex ipsius muneribus abūdare. Et illos quidem dimisit: cedens etiam quas dederat rex mercedes: ipse uero cū suo exercitu ad p̄dictas gentes accessit. Et p̄lio gesto uincēs .x. quidem milia occidit: & totidem uiuos cœpit: eosq; deducens ad magnam petram quæ est in arabia constituta: prædam aūtē & diuitias ex his gentibus abstulit infinitas. Dum itaq; in his amasias cōsisteret: israelite quos cum mercede data remiserat indignati sunt: & credentes iniuriam q̄ quasi pro uituperatiōe fuissent ab eo remissi: eius regni terras aggressi sunt: & usq; bethorō procedentes dirupuere prouinciā: & multa quidē abstulere iumenta: & tria milia hominum occiderunt. Amasias in uictoria ex his q̄ gesta fuerant eleuatus: deum quidem qui ei horum omnium auctor extiterat cœpit spnere: ac deos illos quos de amalechitarum prouincia uexerat adorare. Tunc accedens propheta mirari se dixit: cum eos deos rex arbitraretur adorandos: qui suos: & a quibus honorabantur iuuare non potuissent: nec ab huius manibus liberassent: sed peuntes defendere contēpsissent: & ipsi quoq; in hierosolymā

ad instar hostium captiuoꝝ uicti deducti fuissent. Hæc itaq; regi mouerunt iram: & precepit ut deberét dicere ad ꝓphetam interminantes eum se puniturum si amplius loqueretur. Et ꝓpheta quidem tacere se dixit: prædicens non esse præbituꝝ deū ea q̄ rex facere moliretur.

Cap. X.

AMasias uero dum se abstinere non posset in rebus fœlicibus constitutus: quas a deo pceperat: eiq; faceret iniurias: scripsit ad regé israelitaꝝ ioas: ut obediret ei & ipse: & populus uniuersus: sicut & prius obaudiebant pentibus eius: dauid & salomoni. Qui parere nollent: scirent: q̄ bellum terminū causæ perciperet. Cui ioas rex ita rescripsit. Rex ioas regi amasiæ. Erat in libano monte cipressus oīo potens: & carduus exinde misit ad cipſ sum: petens ut filiam eius filio suo daret uxorem. Et dum hæc agerentur bestia quædá transiés carduum conculcauit. Hoc ergo erit tibi exemplū: ut maiora non appetas: nec quomodo amalechitas uicisti: in hoc exultás tibi & tuo regno uidearis inferre picula. Hæc legens amasias: ad bellum potius incitatus est: deo ut arbitror ad hoc eū ipelléte: ut pro his quæ fuerant ab eo cōmissa pœnas exolueret. Cunq; ꝓduxisset exercitum contra ioas esset q̄ iam prælium cōmissurus: milites amasiæ repétinus terror & stupor inuasit: qualem nō ꝓpicius deus imittit: & antequā uenirét ad manus in fugam animi pauore conuersi sunt. Illis igitur terroribus dispsis: cōtigit ut amasias desolatus ab hostibus capet: eiq; ioas morté interminatus est: si hierosolymitis non suaderet: ut apientes portas: eum cū exercitu in ciuitatem susciperent. Et amasias quidem mortis terrore cō pulsus suscipi fecit hostem. Qui destruens ptem muri quasi quadringétoꝝ cubitoꝝ: cū curru ígressus est hierosolymá: amasiamq; captiuum ducens: & dominus hoc modo hierosolymitatem ciuitatis effectus: & dei thesaurum abstulit: & aurum argentūq; quod í amasiæ erat regalibus ex hausit: & ita eum a captiuitate resoluens: regressus est ad Samariá. Hæc itaq; gesta sunt circa hierosolymitas anno quartodecimo regis amasiæ. Qui post hæc passus insidias amicorum: fugit quidem in ciuitatem lachis: interfectus est autem ab eis mittentibus: qui eum illic interimerent. Cuius corpus referétes in hierosolymam regaliter tumulauerunt. Igitur amasias hoc mō finiuit uitam propter superbiam & contemptum quem habuit circa deum: qui uixit annos quidé quatuor & quinquaginta: regnauit autem uigintinoué. Huic successit filius suus noie ozias.

Cap. XI.

ANno quintodecimo regni amasiæ: regnauit í israel filius ioas hieroboā in samaria annis. xi. Hic auté rex circa deū quidé iniurioſus: & iniquus extitit uehemēter: ydola colendo: & multa incongrua: & opera extranea faciendo: populo uero israelitarū multorum bonoꝝ operū occasio fuit. Huic quidé ionas ꝓphetauit: q̄ oporteret eū syros uincere dimicanté: & regnū ꝓpriū dilatare in ptibus aquilonis: usq; ad emath ciuitaté a meridie uero usq; ad aspaltiden paludé. Antiquitus. n. termini chananei isti fuerunt: sicut príceps iesus ea loca determinauit. Igitur hieroboā castrametatus contra syros: omné eoꝝ ꝓuinciam sicut ionas ꝓphetauerat deuastauit. Necessariū uero iudicaui integritaté rerū contradere: studens quæcūq; & de isto ꝓpheta in sacris libris inueni conscripta omnia declarare. Hic. n. iussus a deo ut iret ad niniue regnū: & ibidem prædicaret: q̄ esset amissura ciuitas principatum: metuens nō prexit: sed fugit deum in ioppe: & inuenta naue ingressus in tharsu ciuitatem ciliciæ nauigabat. Cunq; tépestas ímineret asprime: & nauis submersionis picula sustineret: nautæ quidé & gubernator: & ipse nauclerus fundebant orationes: quatenus piculū maris euaderent. Ionas aūt operiés semetipsum iacebat: & nihil metuebat horū quæ uidebat eos afficere. Cum ergo tempestas potius augeretur: & uiolentibus uentoꝝ nimietate mare attolleretur in cumulū: cogitantes simul: quia aliquis nauigantiū huius tempestatis auctor existeret: constituerunt ut quicūq; is esset sorte proderetur. Quibus hoc facientibus sors cecidit í ꝓphetam. Interrogantibus autem illis unde esset: & quid ageret. genere se quidé dixit hæbreū: ꝓphetam uero summi dei: eisq; suasit: ut si uellent præsens periculū declinare: eū in pelagus proiicerent: quia tempestatis eoꝝ auctor existeret. Et illi quidé prius non hoc facere præsumpserūt ipium indicantes: si pegrinū hoiem: & qui eis suā cōmiserat salutē: ad hæc mala cōpellerét: cū utiq; nōdū nauis submersio ꝓuenisset: a ꝓpheta uero post hæc cōpulsi: & tíore suæ salutis astricti eū in pelagus ꝓiecerūt: & tépestas quidé réota est. Ille uero ut sermo est: q̄ a ceto deuoratus post tres dies totidéq; noctes í euxino pōto uiuus euomitus est in nulla pte corpis maculatus: qui supplicās deo: ut ei ueniá cōcederet ꝓ delicto: ad niniue ꝓfectus est ciuitaté: & astás í medio prædicauit: q̄ post breuissimū tpus asyæ pderét pricipatū. Hæc ergo eis idicás est reuersus. Hanc itaq; narrationé explicui: sicut scriptá inueni. Igiť hieroboā rex cū oī fœlicitate uitá degens: & regnás ános. xi. defunctus est: & sepultus í samaria: cui successit i regnū eius filius zacharias. Eodé mō & ozias amasiæ filius q̄rto & decio iá āno regni hieroboā duabus

tribubus ī hieroſolymis impauit:cuius mater fuit athelamas nomīe:genere uero ciuis.Erat aūt hic bonus & naturaliter iuſtus atq; magnanimus:& ad reg; prouidentiā nimis īduſtrius.Caſtra metatus contra paleſtinos:eoſq; bello deuīcēs:ciuitates eo; cœpit poſt geth:& iāniā:ſed & muros ea; deſtruxit.Poſt hanc militiā aggreſſus eſt arabas uicinos egyptiis: & edificans ciuitatem circa mare rubrum:conſtituit in ea cuſtodiā.Deinde āmanitas:alias āmonitas ſubdēs: & tributa eis imponens:& omnia uſq; ad terminos egyptio;:ſuæ ditioni ſubiiciens cœpit decetero hieroſolymitarum habere curam:nam quicūq; muri fuerāt longo tempore:aut regū prio; deſidia iā deſtructi:eos rurſus edificauit:& repauit:necnon & quoſcūq; deſtruxerat iſraelitarum rex quādo patrem eius amaſiam captiuū tenens ingreſſus fuerat ciuitatem.Edificauit autem & turres multas:ſingulis quibuſq; centum & quinquaginta cubitos habentibus altitudinis. Fecitq; & in deſertis magnas ualde munitiones:& multos aquæductus inſtituens. Habebat aūtē iumentorū & aliorum animalium innumeram multitudinem:quādo & prouincia fertilis erat ad paſcua: erat que præcipue terræ cultor:& curam habebat circa plantationes: & ſemina fructuū diuerſorum. Exercitum circa ſe habuit electorum trecēta octogīta milia uirorum:quorum duces & tribuni: & millenarii erant ualde fortiſſimi:& qui ſuo robore poſſent ferri numero duo milia.Cōſtituit autem per cohortes totum exercitum:& omnes armauit: dans unicuiq; iaculaturam & ſcutum: & loricas ereas:& arcus & ſplendonas.Super hæc aūt & machinamēta multa ad oppreſſiōes iſtituit:quibus petræ dimitterētur & iacula:& arpagiones:& his ſimilia præpauit. Dūq; hæc ita cōſtituiſſet mentis elatione corruptus:& ſubſtātia mortali ditatus:cōtra īmortalē oī tpe agere nitebatur.Eſt aūt īmortalis ſubſtantia:pietas circa deū:& cuſtodia mandato;. Lapſus eſt itaq; fœlicitatis euentu:& ad paterna peccata deſcendit:quæ etiā illū poſtq̄ claritatem bono; & reg; magnitudinem dereliquit appræhenderunt.Hic.n.inſtante inſigni die & generali feſtiuitate īdutus ſtola ſacerdotali intrauit in tēplum:oblaturus incenſum in aureo altari deo.Pōtifice uero azaria cū aliis.lxxx.ſacerdotibus eū prohibente ne faceret:quō hæc ſolummō his adiacerent qui ex genere aarō erant:& clamantibus ei ut exiret:& non ageret contra dei leges: iratus interminatus ē eis mortē:miſi tacerēt.Inter hæc aūt terremotus factus eſt magnus: & ſtupeſcēte populo claritas ſolis nimis effulſit:& icidit ī facié regis & illi qdē lepra cōtinuo ,puēit.Ante ciuitatē uero ī loco qui dicitur eroge ſciſſa eſt media ps mōtis ad occidētem:& ſua uolubilitate p q̄tuor ſtadia ,pcedens:ad orientalē reſtitit mōtē:ita ut ei uias clauderet & regios ortos opprimeret.Cūq; ſacerdotes regis faciē leprā appræhendiſſe cōſpiciūt:pandebant ei calamitatē ſuā:hortantes ut tanq̄ pol lutus exiret a ciuitate.Ille uero cōfuſione huius euentus affectus:& dū illi iam nulla eſſet fiducia tremefactus quod iubebatur īpleuit.Qui licet fuiſſet ultra humanas mētes elatus:& ,ppter hæc impie geſſiſſet in deo miſerabilē:tamē hāc & uilē ptulit paſſionē:& tpus quidē aliquod extra ciuitatē cōmoratus in uita priuata degens:filio eius licet ſuſcipiente regnū:deinde meſticia faciēte defunctus eſt.Qui uixit quidē ānos octo & ſexaginta:quibus regnauit quinq̄ginta & duobus:ſepultus eſt aūt in hortis ſolus.Zacharias aūt filius hieroboā dū menſibus ſeptē regnaſſet in iſrael dolū paſſus occiſus ē a quodā amico noīe ſellū:filio iotauis:qui poſt eū regno ꝓcepto nō āplius q̄ diebus.xxx.tenuit regnū.Princeps.n.militiæ manaen illo tpe:cū eſſet ī ciuitate tharſo:& audiret qđ de zacharia fuerat geſtū:ſurgens inde cū oī militia uenit in ſamariā: & cōmiſſo p̄lio ſellū peremit:& ſemetipſum cōſtituit regē:ſurgenſq; exinde ī thabrain ciuitatē uenit:cuius ciues obſeruantes portas eius:regē ſuſcipe noluerūt. Ille uero ulciſcens in eis:& q̄ foris erāt depopulatus ē: & ciuitatē obſeſſione fortiſſima accepit:& grauiter ferēs:qđ fecerūt eius ciues:oēs ſimul occidit: neq; puulis ꝓcens:& quicquid ad culmē ptinebat ferocitatis & ſeuicie non reliqt. Nam qđ neq; alienigene capientes eos facere potuiſſent:hoc iſte de ſuis cōtribulibus opatus eſt. Itaq; manaen hoc modo regnauit annis.x.fuitq; puerſus & rerum omnium ualde ſeuiſſimus.

Cap.XII.

CVnq; aduerſus eū caſtra mouiſſet phoialus alias phoiaphul aſſyrio; rex: ad certaſa quidē pugnæ cōtra aſſyrios nō acceſſit:ſed mittēs ei mille argēti talēta: egit ut bello diſcederēt.Ad hāc itaq; cām ,pfuit populus regi manaē.Nā unuſq;ſq; ,p capite ſuo quī q̄gīta p̄buit dragmas:poſt hæc defūctus ē:& ſepultus ī ſamaria:phaceiā uero ſuū filiū ſucceſſorē regni ,pprii dereliqt.Qui ſequēs pīnā crudelitatē duobus tātūmō regnauit ānis:dein de in cōuiuio dolo cū amicis ,ppriis pēptus ē. Phaceias.n.millenarius filius romeliæ ei fecit inſidias qui & ipſe phaceia tenuit āniis prīcipatū.xx.Fuit aūt impius:& iniquus.Rex uero aſſyrio; teglat phalaſſer noīe caſtrametatus aduerſus iſraelitas & cunctā galaditē regionē uaſtans: & trās iordanē:& q̄ gabbani nūcupātur:& traſa:& aſaran habitatores una captiuos ducens:eos ī regnū ſuū migrauit. Igitur & de aſſyrio; rege hæc nos declaraſſe ſufficiat. Ioathā itaq; filius regnauit

ī hieroſolymis ſup tribū iuda cuius mater fuit ciuis illius ciuitatis quæ uocaī itraſis:is rex nulla uirtute miōr fuit:ſed & rebus quidē dīnis pius:apud hoīes aūt extabat iuſtus:hūitq; curā rerum ciuitatis:& q̄cūq; repatione & ornatu piter indigebāt:hæc largiſſime ꝓcurabat:fecitq; porticus in templo:& eius ingreſſus ornauit:muros quoq; qui ceciderūt rurſus erexit:turreſq; ꝓceres & inuincibiles in eis edificauit:& in reliquis oībus quæ in regno neglecta uidebāī:opus fabricationis exhibuit. Qui dum ammanitis alias āmonitis intuliſſet bellū atq; uiciſſet: eos annis ſingulis tributa præcepit exoluere talenta auri centū:& tritici decem milia choros:tantūdē & ordei. Sic aūt ꝓpriū auxit regnū:ut hoſtibus quidē eēt ualde terribilis:familiaribus uero præcipue fœlix. Eo itaq; tēpore fuit ꝓpheta quidā noīe naum:qui de aſſyrioꝝ ſubuerſione & niniue urbe ꝓphetans hoc dicebat. Niniue quaſi piſcina aquæ cōmota:ſic & populus oīs turbatus:& fluctuans cōmouebitur fugiens cūctis dicentibus:ad alterutros ſtate & manete: aurūq; uobis & argentū diripite:& nullus hanc uoluntatē agēdi habebit:cū aīas ſuas oēs magiſ quā facultates ſalutare feſtinent. Crudelis.n. alterutros decertatio habebit:& luctus & ſolutio magna mēbroꝝ:& uultus eorum terrore palleſcunt. Vbi tunc erit habitaculū leonum:& mater catuloꝝ leonū. Dicit autem tibi deus niniue:quō exterminabo te:ut nequaquā leones ꝓgredientes ex te imperēt mūdo. Sup hæc aūt & multa alia prædixit iſte ꝓpheta de niniue quæ dicere neceſſariū non putaui: ne legētibus uiderer importunus oſtendi. Hæc aūt oīa ꝓuenerunt in niniue poſt annos centū &.xv. De his ergo nunc a nobis ſufficienter expoſitum eſt. Porro ioathan mutauit uitam:cū uixiſſet ānos unum & quadraginta:ex quibus regnauit ſedecim:ſepultuſq; eſt in regūs monumētis:uenitq; regnum ad eius filiū acham:qui īpius circa deū exiſtens:& paternæ preuaricator legis:reges iſraelitarum imitatus:in hieroſolymis ydoloꝝ aras inſtituit:& ſup eas ſacrificauit:in quibus etiā ſuū ī holocauſtū obtulit filium more chananeoꝝ:& ſup hæc multa alia ſcelera perpetrauit.

Cap. XIII.

CVnq; circa hæc ita ueſanus exiſteret:caſtrametatus eſt aduerſus eū ſyroꝝ & damaſcenorum rex raſin:& phaceias iſraelitaꝝ:erant.n. amici & recludētes eū i hieroſolymis: multis eā tēporibus obſidebāt:ꝓpter muroꝝ munitionē eā cape non ualētes. Syrorū uero rex capiens ciuitatē ahilach ad mare rubrū poſitā & hītatores eius occidens in ea uiros ſtatuit:& aliis ī circuitu citatibus ita fecit:pimēs ubiq; iudeos. q multā deuehēs ꝑdā:ī damaſcū cū ſuo rēauit exercitu. Rex aūt hieroſolymoꝝ cognoſcēs ſyros ad ꝓpria rēaſſe:& credēs prævalere ſe contra iſraelitaꝝ regē:exercitū ſuū aduerſus eū armauit:& cōgreſſus bello faciente ira dei deuictus eſt:ꝓpter īpietates ſuas multas & maxīas. Ea nāq; die cētū &.xxx. milia eius militum ab iſraelitis occiſi ſunt:& amaſias princeps militiæ zachariā filiū regis acha in bello pemit: & tutorē totius regni ericā conſtituit:& prīcipē militiæ tribus iudæ noīe elicam captiuū tulit:& ex tribu beniamin mulieres & infantes:multāq; ſimul diripiens prædā:in ſamariam ſunt reuerſi. Quidā uero odidas illius tpis ꝓpheta cū eſſet in ſamaria exercitui ante muros occurrēs magna uoce clamauit dicens uictoriā eis nō ꝓpria uirtute collatā:ſed ꝓpter irā dei q̄ hūit ſup achā regē: culpauitq; eos cur eis nō ſufficeret ſua fœlicitas:ſed etiā præſūpſerint ex tribu iuda & beniamin cognatos ſuos captiuos abducere:ſuaſitq; illis ut eos cōtinuo ſinerēt ad propria remeare:q; ſi nō obedirēt deo ſubderenī repetiti prælio. Populus igīt iſraelitaꝝ in cetu cōueniēs:quid de his fieret cogitabat. Tūc quidā barachias noīe cū eſſet in republica ꝓbatiſſimus:ſurgens ī medio:& cū eo tres alii dixerūt. Non eſt ꝑmittēdū ut captiui in urbē introducāī:ne oēs a deo piter peamus. Sufficiant prima peccā ſicut ꝓphetæ domini.& nō nouas īpietates adiiciamus. Hæc ergo milites audiētes:ꝑmiſerūt eis ut facerēt quodcūq; crederēt expedire. Sūentes ergo prædicti uiri captios lauāteſq;:& diligentiā exhibentes:& itineris dantes expenſas īnoxios ad ꝓpria remiſerūt. Nihilominus quatuor uiri uenere cū eis:& uſq; ad hiericho deducentes eos nō ꝓcul ab hieroſolymis ī ſamariā ſunt reuerſi. Rex aūt achā hæc paſſus ab iſraelitis mittēs ad regē aſſyrioꝝ thadaphaſaꝝ: popoſcit ab eo belli ſolatiū aduerſus iſraelitas:& ſyros:& damaſcēos:multas pecūias ſe ei datuꝝ eē ꝓmittētes miſitq; ei & mūera ualde ꝑclara. Ille uero legatis ad ſe uēiētibus:uēit ī auxiliū regis achā:& caſtrametatus aduerſus ſyros:& regionē eoꝝ depopulatus eſt: & damaſcum bellico iure cœpit:inſup & regē raſin occidit. Damaſcēos aūt ī ſupioꝝ mediā deſtinauit:& quoſdā aſſyrioꝝ inciuitate damaſcēa cōſtituit:iſraelitaꝝ uero terrā nimis affligēs multos ex ea captiuos abduxit: dū hæc cōtra ſyros egiſſet rex hieroſolymoꝝ auferēs auꝝ q̄dcūq; erat ī regalibus theſauris piter & argentū:& q̄d erat in tēplo dei:& quicquid fuit optimū ornamētū in tēplo:deuehēs:hæc uēit in damaſcū:& ſecūdū ꝓmiſſiones dedit hæc aſſyrioꝝ regi.& gr̄as ei ꝓ oībus referens:ī hieroſolymā remeauit. Hic aūt rex fuit ſtultus:& circa modū ſuæ utilitatis a ratione alienus:quia neq; dū bello cōprimereī ab aſſyriis deos eoꝝ adorare ceſſauit:ſed ī eoꝝ uenerationē permanſit:qua ſi

posset ei conferre uictoriã:& deuictus assyriorũ denuo cœpit colere deos: & oẽs potius uidebat honorare:q̃ paternũ uerũq; deũ:cuius ira fuerat eius ꝓditiõis cã. Qui ad tãtã ĩsaniã: cõtemptũq; dei puenit:ut oĩo clauderet tẽplũ:& solẽnes offerri hostias prohiberet:& ornaméta eius auferret. His igitur rebus iniuriã faciẽs deo:mortuus est cũ uixisset ánis sex & triginta ex quibus regnauit sedecim.Cui filius ezechias mox successit in regno.Eodẽ tpe mortuus est etiã rex israelitarũ pha ceia:dolo cuiusdã amici noĩe ozias:q tenuit regnum ánis nouẽ:fuitq; malignus dei cõtemptor.

Cap.XIIII.

COntra hũc aũt castrametatus est assyriorũ rex salmanasar:eũq; cũ utiq; ozias deũ nõ hẽret ꝑpiciũ nec adiutorẽ fecit sibimet subditum:& tributa definita cœpit euoluere. Anno itaq; quarto oziæ regis:regnauit in hierosolymis ezechias filius achã: & abiæ qui fuit ex genere ciuis.Erat aũt huic uiro natura benigna iusta & ualde religiosa.Ni hil enĩ ob aliud se credidit uẽisse ad regnũ:neq; aliqd necessariũ:nec utilius sibimet eiq; subiectis arbitratus est esse q̃ ut coleret dei religionẽ.Et cõuocãs oẽm populũ piter sacerdotes & leuitas : cõtionẽ habuit apud eos dicens.Nõ ignoraris:quõ pris mei peccato q̃ transgressus est dei sanctã honorabiléq; culturã:multa & maxia mala estis expti:& ab eo uestra mẽs corrupta ẽ:& quõ suasit:quos ipse colebat uos deos suos piter adorare.Hortor itaq; uos postquã ope cognouistis:quõ pessimũ est agere impie:ut illorũ obliuionẽ hẽntes:purgetis uos a priore pollutiõe:& cũ sacerdotibus atq; leuitis cõueniẽtes apiatis tẽplũ:& purgãtes illud cũ solẽnibus sacrificiis:ad honorẽ ãtiquũ & patriũ reuocetis.Sic.n.deus uobis ꝑpicius erit:& irasci sup uestra peccata cessabit. Hæc dicente rege sacerdotes apuerũt tẽplũ:& eiiciẽtes pollutiones:uasa dei & solẽnia sacrificia sup altaꝛ iposuerũt.Mittés aũt rex in ꝑuiciã sibi subiectã populũ ad hierosolymã cõuocauit: ut festiuitatẽ celebrarẽt azimorũ:multũ nanq; præterierat tẽpus ꝑpter iniq̃tatem ꝑdictorũ regũ:qđ nõ fuerat actum.Misit uero piter ad israelitas:inuitans eos:ut relinquẽtes malã cõuersationẽ & consuetudinem reuerterentur ad pristinã dei culturã:dicens concedere se uenientibus in hierosolymã:ut azimorũ festiuitatẽ agerent:& cũ eis piter epulas exercerẽt.Hæc dicebat:monẽs tãtũ nõ sibi eos subiectos facere studens:si tamen nollẽt:qđ si quidẽ uoluissent:utiq; beati fuissent.Israelite uero uenientibus legatis:& eis regis ꝑrii mandata nũciantibus:nõ solũ nõ acquieuerũt sed etiã legatos tanq̃ fatuos irriserunt.Pariter etiã ꝑphetas hæc monẽtes & ꝑdicãtes quæ paterẽtur:si ad pietatem dei cõuerti nollẽt:spreuerũt:& ad nouissimũ eos cõphendẽtes:interemerũt.Et neq; in his solis iniquitatibus pstiterunt:sed horũ quoq; peiora faciebant nec prius quieuerunt donec deus uindicans in eis:hostiũ eos subderet ditioni.Et de istis quidẽ postea declarabimus.Multi tamen de tribu manasse:& zabulon:& isachar obedientes monitionibus ꝑphetarũ:ad pietatis iura conuersi sunt.Et isti oẽs ad ezechiã in hierosolymã concurrerunt:ut adorarẽt deũ. His aũt ueniẽtibus rex ezechias ascendẽs in tẽplum cum principibus & omni populo : sacrificauit pro se thauros septem & totidẽ arietes:& agnas septẽ:& totidem hircos:imponẽtesq; manũ sup capita pecudum ipse rex & principes sacerdotibus solennia sacrificia facere ꝑmiserunt.Et illi quidẽ sacrificabant & holocausta faciebant:leuitæ uero circũstantes cũ musicis organis cantabant hymnos in deum atq; psalebant:sicut docti fuerant a dauid:reliqui sacerdotes tenẽtes tubas cũ hymnis dicẽtibus concrepabant.His itaq; factis ꝑstratus in faciem & ipse rex & populus uniuersus adorauerunt deum:deinde sacrificauerunt boues.lxx.thauros centum:agnas ducentas . Populis uero ad epulas cõdonauit boues quidẽ sexcentos:reliquaq; pecora tria milia:& omnia quidẽ sacerdotes secundũ legis consuetudinẽ complebant.In his itaq; rex delectatusepulabatur cũ populo gratias agẽs deo.Instantẽ uero azimorũ festiuitatẽ celebrantes id est paschalia decetero sacrificia diebus septem exhibuerũt.Populo uero præter illa quæ imolata sunt:donauit rex thauros quidem tria milia:pecudũ diuersorũ septẽ milia.Idem aũt fecerũt & principes:mille nãq; thauros dederũt ei: & pecora mille & quadragita.Et dũ hoc mõ a salomõis regis tẽpoꝛ celebratio nõ fuisset efiecta: tunc primũ splendide & largissime probatur exhibita.Cunq; festiuitas fuisset impleta:egressi in ꝑuinciã purgauerunt eam:sed & ciuitatẽ ab ydolorum omnium pollutione mũdauerũt. Constituitq; rex ut quotidiana sacrificia ex eius propriis celebrarentur impensis secundum legem:& sacerdotibus atq; leuitis dicatas dari a plebe decreuit primitias frugũ:ut semper circa religiõem obseruarent: & a dei cultura separari nequirent & populus quidem offerebat omnis fructus : ut moris erat.Domus enim & cubicula rex edificãs:singuli sacerdotibus distribuit & leuitis:eorũq; filiis & uxoribus:& ita ad antiquam dei culturam denuo sunt reuersi.Hæc itaq; prædicto modo rex statuens:bellum egit aduersus palestinos:eisq; deuictis tenuit omnes ciuitates hostiũ a gaza usq; in geth.Rex autem assyriorum mittens interminatus est omnem se eius subuertere principatum:nisi tributa quæ pater eius dabat prius exolueret.Ezechias autem de interminationibus

nō curabat: ſecurus de pietate dei & ꝓphetia Eſayæ a quo futura omia certiſſime cognoſcebat. Et de hoc quidem rege hæc in præſenti dicta ſufficiant.

Capitulum.XV.

SAlmanaſar autem aſſyriorum rex:dū ei nunciatū fuiſſet:quia iſraelitarum rex Oſias latenter miſiſſet ad Suſam egyptiorum regem:petens cōtra eum ab eo ſolatia iratus caſtrametatus eſt in Samariam anno ſeptimo regis Oſiæ. Et dum eum rex ſuſcipere noluiſſet:annis tribus obſidens Samariam:cœpit eam nono quidē anno regni Oſiæ: ſeptīo Ezechiæ regis hieroſolymoꝝ:& iſraelitaꝝ regnū uehemēter extermiauit:& oēm populū tranſmigrauit in mediam & ꝑſidam.Inter quos & regem Oſiam uinū cœpit atq; migrauit:aliaſq; gentes ex quodam loco nomine authi:qui ex flumine perſico ita uocatur:i Samaria & iſraelitica regiōe conſtituit.Migrauerunt ergo decem tribus iſraelitarū de iudea poſt ānos numero nōgēt̄os quadraginta & ſeptem:a quo tempore egredientes ex egypto maiores eorum hanc tenuere prouinciam ſub principe ieſu:ex quo autem recedētes a roboam qui fuit ex genere dauid:regnū hieroboam tradiderunt:ſicut & prius a me ſignificatum eſt:anni tunc erant ducenti & quadraginta:& menſes ſeptem & dies ſeptē.Hic ergo finis appræhendit iſraelitas tranſgredientes leges: & prophetis non obedientes:qui eis hāc prædixere calamitatem:nec ab impietatibus recedētes. Cœpit autem malorum eorum cauſa fabricari:ex quo ſeditione facta circa roboā nepotē dauid hieroboam eius ſeruum fecerunt regem qui in deum peccando fecit eum uniuerſis populis inimicum imitātibus ſuum malum.Et ille quidem quam dignus erat exoluit pœnam. Rex autem aſſyrioꝝ inuaſit pugnando cunctam Syriam:& phenicem uniuerſam. Nomen uero huius regis in archiuis tyri conſcriptum eſt.Pugnauit is aduerſus tyrum:cum in ea regnauit hylyſeus. De quibus teſtatur & menander qui temporum facta conſcripſit:& tyriorum antiquitatem in græcam linguam conuertens ſic ait:Hylyſeus nomine regnauit annis triginta & ſeptem:hic recedētibus cetheis nauigās reduxit eos contra quos denuo Salmanaſar aſſyriorum rex inſurgens cunctam phœnicem bellis iuaſit. Qui facta pace cum omnibus poſt terga ſua reuerſus eſt. Receſſit autem a tyro ciuitas ſydon:& arce & antiqua tyrus:& multæ aliæ ſimul urbes: quæ ſemetipſas aſſyriorum regi tradiderunt.Quapropter tyris non ſubiectis:denuo rex aduerſus eos egreſſus ē phœnicibus exhibentibus ei naues ſeptuagīta:& remiges octoginta.Contra quos tyri nauigantes cum duodecim nauibus diſperſis hoſtium nauibus cœpere captiuos uiros quingētos. Vnde honor tyriorum ꝓpter hæc creuit eximie. Reuertēs autem aſſyriorum rex diſpoſuit cuſtodiam ſuper fluuium:& aquæ ductus ciuium:ut tyrios haurite pocula prohiberent.Et dum hæc quīq; annis fuiſſet factum:tulerunt de effoſſis puteis bibentes aquam. Hæc itaq; in archiuis tyriis de ſalmanaſar aſſyriorum rege conſcripta ſunt.Igitur dum fuiſſent in ſamaria tranſmigrati chuthei hoc enim uocabulo hactenus utebantur:eo q; a prouincia perſida:& a quodam flumie qđ chuta uocatur migrati uiderentur:ſinguli eorum ſecundum gentem propriam deos in ſamariam portauerunt:erant autem quinq;.Et cum eos more proprio colerent:ad iracūdiam & furorem deū maximum prouocarunt:uenitq; peſtilentia ſuper eos: per quam corrupti: cum nullam maloꝝ medicinam inuenire poſſent:deum maximum colere pro ſalute cœperunt. Mittentes itaq; ad regem aſſyriorum legatos:ſupplicauerunt:ut ſacerdotes eis ex captiuis iſraelitarum quos pugnā do tenuerat deſtinaret. Quo mittente ſacerdotes:leges & dei culturam eos edocuerūt. Et cum cepiſſent eum in ſumma deuotione uenerari:peſtilentia repente ceſſauit:& hactenus ipſas ſolēnitates celebrare noſcuntur.Hi ſiquidem ſecundum eloquium hæbreorum chuthei ſecundum genus:græce autem ſamaritæ uocantur:& propter rerum motum ſeperati ſunt:& quando uidēt iudeos eſſe fœlices cognatos appellant:& quaſi de ioſeph nati uideantur:& ex illo cum eis habeant ſocietatis initium:quando uero detectos uident:nequaquam eis deuotione aut genere communicare uolunt: ſed & tranſmigratos & alienigenas ſemetipſos dicunt. Sed & de his quidem oportunius edicemus.

HAec inſunt in decimo libro ioſephi hiſtoriæ iudaicæ antiquitatis. Cap.i
Bellum regis aſſyriorum ſennacherib cōtra hieroſolymā:& Ezechiæ regis oppreſſio Cap.ii.
Quemadmodum deperiit aſſyrioꝝ exercitus una nocte: & rex eoꝝ domi reuerſus. filioꝝ inſidiis interemptus eſt. Cap.iii.
Quomō Ezechias infirmatus uſq; ad mortem quindecim ānis adiectis ſibi a domino ſupuixit cum pace degens poſtea defunctus reliquit ſucceſſorē regni manaſſē. Cap.iiii.

Quia castrametati contra eum chaldei & babilonii reges:& captum agentes duxerunt i babiloniam:& multo tempore ibidem retinentes:remiserunt rursum eum in regnum & de iosia rege: quē religiosus & iustus fuerit. Cap.v.

a sisinnio & qui cum eo erant directas: iussit in monumentis regalibus de his inquiri: & inuentus est in echathanis constructa turre in regione medeæ codex:in quo hæc conscripta leguntur. Primo imperii sui anno rex cyrus iussit templum in hierosolymis renouari: cuius altitudo esset cubitoꝝ sexaginta:latitudo eorundē ex tribus parietibus lapideis lapide polito: & ligneū parietē unū ex materiis ipsius regionis & altare. Sumptus autē a rege fieri dispositi:& uasa quæ abstulit nabuchodonosor:& ad babiloniā portauit reddi hierosolymitis.Quoꝝ cura sub assaro syriæ & phenice præfecto & magistratibus collegis eius iniunxit: ut ipsi quidē a locis illis recederēt: seruis uero dei iudeis & magistratibus eoꝝ templū edificare ꝑmitterent.Iussit quoq; ut adiuuarent eos ad opera:& ex tributis ꝓuinciæ quā curabāt darent iudeis īmolationis causa thauros & arietes:& agnos ac edos & similā:oleūq; & uinū:& alia quæcunq; peterent sacerdotes:ut orarent pro salute regis atq; ꝑsarum:eos uero qui mandata cōtemnerent:crucifigi ꝑcepit: & eoꝝ substantias regiæ domui deputari deꝑcatusq; ē oratiōibus deū:ut siqs auderet edificationē tēpli fetare: hūc talē percuti: eūq; a sua iniqtate suspēdi.Hæc iueniens ī cōmentis cyri darius:rescripsit sisinnio & collegis eius dicēs. Rex darius sisinnio equitū præfecto & sarabateno:& collegis eius saluté.Exemplar epistolæ quā ī monimētis inuenimus transmisi: & iubeo oīa fieri quæ in ea cōtinentur. Valete.Igitur per epistolā cognoscētes sisinnius & qui cū eo erāt:regis uolūtatē de reliquo cōpetentia faciebāt: & īstabāt sacris opibus adiuuātes seniores & magistratus iudeorum:& ꝓcedebat summo studio tēpli cōstructio:prædicētibus aggeo & zacharia secundū mādata dei:& cū uolūtate cyri & darii regū templū edificatū est secundo septē annis.Nono aūt īperii anno darii:uicesimā matertia die mēsis undecimi quē hæbrei uocant adar:macedones distrios:sacerdotes & leuite:& reliqua israelitaꝝ multitudo post captiuitatē pro renouatione ueterū bonoꝝ & dedicatione obtulerunt hostias thauros centum:arietes ducentos:agnos quadringētos: & hircos duodecim pro duodecī tribubus.Nam tātæ sūt tribus israel; ꝓ suis unaquæq; peccatis. Sacerdotes uero & leuite secundū legē ordinauerunt ianitores per singulas ianuas.Nam edificauerant iam iudei templi porticus:in circuitu interioris sacrarii.Veniente aūt die festo azimoꝝ primo mēse quē macedones xanticū:nos aūt nisan nōsamus:oīs populus ab agris in ciuitatē cōfluxit: dieſq; festos sanctificati:cū suis uxoribus & filiis secundū patriā legē celebrauerūt.Sacrificiū etiā quod pascha dicitur:quartadecima die eiusdē mēsis īmolauerūt:& ꝓ septē dies nullis abstinuere delitiis.Holocaustum quoq; offerētes:deo sacrificabāt:agentes ei gratias:q; iterū eos terræ patriæ suæ legibusque restituissēt:mentēq; regis ꝑsaꝝ ꝓpiciā eis præbere dignatus est.Quibus rebus admōīti:deo munifice nimis & locuplebiliter īmolabāt.Habitabāt aūt in hierosolymis:& optimatū gubernatiōe regebant. Nam sacerdotes tractabāt eoꝝ negotiū:usq; quo regnare contigit nepotes asamonei. Et enī ante captiuitatē & transmigrationē:a saul & dauid qui primi imperiū gētis iudaice susceperunt: alia illis erat forma reipublicæ ꝓ quingētos trigīta duos annos:mēses sex:dies decē.Ante hos aūt reges:præsules eos regebāt:qui appellabant iudices & monarchi.Et hac republica usi sūt annis plus quingentis:post mortē moysi & ducis iesu. Hæc quidē reductis a captiuitate iudeis: tēporibus cīri & darii oīa cōtigerūt.Samaritæ uero inuidi uel molesti aduersum eos erecti:mala multa in iudeos opati sunt:diuitiis cōfidētes & cognatione ꝑsaꝝ:quō ex his fuerāt ꝓgressi.Nam quanta iubebant a rege immolationis causa deuectigalibus præberi:nullatenus dare uolebāt:& præfectos equitū fauentes sibi in hoc & coopantes habebāt:aliaq; multa quibus nocere iudeis ꝓ se:aut per alios potuissent:nō eos pigebat efficere.Placuit igit hierosolymitis: mittere legationē ad regē dariū:quo accusarent samaritas.Legatus itaq; missus est Zorobabel:& alii q̄tuor de magistratibus.Cū uero crimia & cās quas cōtra samaritas ferebāt a legatis rex cognouissēt:dedit eis epistolā reportandā ad eqtū ꝑfectos:& curiā samarie:quæ hmōi erat scripta.Rex darius tangane & sambale præfectis equitū: & sadrace:& uelueni samaritis:& reliquis conseruis eoꝝ in samaria cōstitutis.Zorobabel:& ananias:& mardocheus legati iudeoꝝ uos accusant:tanquā molestos & impediētes tēpli cōstructionem: & nullatenus uelle præstare ad hostias quos nobis præcepimus sumptus. Volo igitur;ut legentes præsentē epistolā præbeatis his ex regalibus thesauris:& tributis samariæ oīa quæ illis ad īmolationē sunt utilia:quēadmodum sacerdotes uobis indixerīt: ut non prætermittant diurnis sacrificiis:& pro me:& pro persis supplicare deo.Epistola quidem hæc continebat.

Capitulum. V.

DArio aūt defuncto:filius eius xerxes regnū susciꝑiens:uolūtatis paternæ colēdi & honorandi deū heres apparuit.Omnia nāq; faciebat quæ religionis erāt patrēq; secutus: & iudeis liberaliter utebat. Per illud tēpus ꝑceps fuit sacerdotū filius iesu noīe ioachī. Erat & ī babilōe uir iustus:& gloria magna potitus apud multitudinē:prīus populi sacerdos nomine esdras. Qui cum legum moyseos integram haberet experientiam xerxi regi amicus est

factus. Ad hierosolymam aũt ascendere deliberans: & ducere secũ quosdã a babilone iudeos: a rege popoſcit epistolam sibi ad satrapas syriæ dari: per quã noticiæ eorũ quis esset itimaretur. Rex autem ad satrapas huiusmodi direxit epistolam. Rex regum xerxes: esdræ sacerdoti: & lectori legis dei salutem. Opus esse meæ clementiæ putans: apud eos qui uolunt ex iudea gente uel sacerdotes uel leuitas sub nostro regno constitutos pergere ad hierosolymã præcipio: si qui desiderãt ut eant: quẽadmodum mihi & septem meis consiliariis uisum est: quatenus uisirent iudeam: secũdum ritus legum dei: & portent dona deo israel: quæ deuoui ego & mei amici. Aurum etiam & argentum quantũ inuentum fuerit in terra babiloniæ deo dicatum: hoc omne ad hierosolymã deportetur pro sacrificiis dei: necnon & quodcunq; uolueris uel ex auro & argento construere: licet tibi cum tuis fratribus facere. Vasa quoq; sacra quæ tibi tradita sunt depone: & quicqd mente cogitaueris ut fiat: impendi in his iussimus: ut ex regalibus thesauris efficias. Scripsi etiam custodibus pecuniarũ syriæ & phenice: ut diligentiam habeant circa ea quæ per esdram sacerdotẽ uel lectorem legũ dei mandata noscuntur. Igitur ne quã de me aut de nepotibus meis iram deus assumat: omnino præcipio ad usq; tritici modios cẽtum: deo secundum legem dari. Et uobis dico sacerdotibus leuitis: ac sacris cantoribus & ianitoribus: sacriscq; seruis: & templi scribis: ut nullomodo aut tributa ponatis: aut aliquid captiosum: aut onerosum. Sed etiam tu esdra secundum dei sapientiam cesores ordina: qui omni syriæ & phenice tuãq; legem scientibus indicent: eãq; discendam ignorantibus trade. Et siquis ex gente tua dei sui legem uel imperatoris transgressus fuerit puniatur: ut non tanq̃ ignorans uideatur transgredi: sed cognoscens: audacter negligere cõprobetur. Ergo huiusmodi contentores: aut morte: aut pecuniis condẽnentur. Valete. Tunc esdras hanc epistolã accipiẽs: letatus deũ adorare cœpit: & regiæ beniuolẽtiæ ipsum cõfitebatur auctorem. Ideoq; omnes ipsi gratias dicebat esse referendas. Legens aũt epistolam: iudeis babilõiæ constitutis: eam designauit. Exemplum quoq; eius ad omnes israelitas & mediam habitãtes trãsmisit. Hi uero cognoscentes regis circa deum pietatem: & fauorem quem in esdram habere probatur omnes eum dilexerunt. Multi itaq; facultates suas deportantes: ad babiloniam uenerunt: cupientes ad hierosolymã descendere. Totus aũt populus israel in illa prouincia pmansit: ideoq; duæ tantum tribus consistunt per asiam & europam obsequẽtes romanis. Decem aũt tribus hactenus trans eufraten cõmorari probantur: quarum multitudines inestimabiles: minie possunt numero cõprehendi. Venerũt etiam ad esdrã multi sacerdotes & leuite: & ianitores: cantoresq; ac serui agri: quos congregans de captiuitate: trans eufraten tribus diebus moratus: ieiunia eis iposuit: ut deo uota pro salute soluerent: ne qd in uia paterent aduersũ aut p hostes: aut per aliam quandã difficultatẽ forsitã accidentẽ. Nam esdras regi pdicẽs: q; deus eos pduceret: iã nõ petiit q eos præcederent equites: sed postq̃ uota pfecerũt ab eufrate surgentes: die duodecio primi mensis: septimo iperii anno xerxis ad hierosolymã puenerunt: quito mẽse eiusdẽ anni. Et ilico esdras custodibus pecuniarũ de sacerdotali genere existẽtibus restituit sacras pecunias: argẽti talẽta sexcenta quinq̃ginta uasa argentea talẽtorũ centũ: uasa aurea talentorũ uiginti: & uasa erea auro meliora: habentia põdo talenta duodecĩ. Hæc nãq; rex & cõsiliarii eius & oẽs israelite babiloniã habitantes donauerũt. Cũq; esdras tradidisset ea sacerdotibus: obtulit deo legitimas hostias ĩ holocaustum: thauros tredecĩ: p cõi uero populi salute arietes nonaginta: agnos septuagintaduos: hedos p purgatione delictorũ duodecĩ. Regis quoq; dispẽsatoribus & pfectis oĩbus syriæ ac phenicis: regias litteras obtulit: qui denũciationẽ eius agere cõpellebant: gentẽq; honorabant: & omne opus bonũ cũ eis elaborabãt. Hæc igit̃ quẽadmodũ & ipse esdras deliberauerat pcesserũt: deo eo ut arbitror dignũ in his quæ uoluit iudicante pp iusticiã ac benignitatẽ eius. Quẽ pauco tẽpore trãseunte aliq adierũt: accusantes q; quidã sacerdotũ & leuitarũ transgressi sunt patrias leges uxores alienigenas ducentes: & genus sacerdotale cõfundẽtes: petebãtq; ut legibus subueniret: ne cõmunis sup oẽs ueniens ira calamitatibus iterũ eos iuolueret. Quæ cũ audisset: mox præ merore uestẽ disrupit: & caput barbãq; cõtumeliose dilacerãs: sese ꝓstrauit in terrã: q; tale facinus populi primates cõmisissent: existimãs: quia si pciperet eis uxores cũ earũ filiis deserere: nemo obediret: & ideo permanebat in terra iacens. Concurrebãt autem omnes mediocres eorum ad eum: & dolorum eius in his quæ facta sunt participes erant. Cum autem esdras a terra surrexisset: & manus ad cælum tetendisset: dicebat. Confundor quidem a deo propter populi delicta ueniam suscipere qui etiam de sua memoria: parentum nostrorum iniquitatem remisit. Rogabat uero deum qui semen aliquod & reliquias abilla eorum calamitate: uel captiuitate seruauerat: & rursus ad hierosolymam & propriam terram restituerat: qui & reges persarum impendere eis misericordiam pparabat: ueniã solita pietate cõcedere: se uero morte quidẽ digna cõmisisse: bonitatis aũt dei esse: hos tales a tormentis eripi. Qui postquam orando conticuit: cunctis lugẽtibus qui cum

uxoribus & filiis ad eum conuenerunt:quidam achanonius nomine:primus hieroſolymitanus: accedens ad eum dicebat ipſos quidem peccaſſe: cohabitantes cum alienigenis uxoribus: pſuadebatq; ei:omēs iurare:quatenus ſuas uxores cum eaꝝ filiis amouerent:& eos punirent:qui legi obedire conténerent.Flexus igitur eſdras:fecit principes tribuū ſacerdotū:& leuitaꝝ: & iſraelitarum iurare q; uxores ſuas & filios ſecundū achanonii conſiliū incunctanter abdicarēt. Suſcipiés ergo ſacramenta:ſtatim egreſſus eſt templū:habitaculū uero ioannis ingreſſus filii eliab:& nihil pœnitus illo die propter meroré comedens ibidē cōmoratus eſt.Facta auté p̄dicatiōe: iubēs oēs qui ex captiuitate redierant ad hieroſolymá colligi: & hos qui ante biduū:aut tres dies occurriſſent alienari a multitudie: & ſubſtātias eoꝝ auferri decernés:ſecundū iudicia ſenioꝝ: conuenerūt intra tertiá diē ex tribu iuda & beniamin:i uiceſimo die noni mēſis:qui ſecundū hæbreos caſleu: ſecundū macedones appelleos uocatur.Cūq; in ſuperiori loco tēpli cōſediſſent:p̄ſentibus ſenioribus:& ꝓpter zelum uehemēter afflictis:ſurgens eſdras:criminabaſ illos qui præter legis cōſuetudines alienigenas duxiſſent uxores:nunc uero facturos eos rem deo gratā:& ſibi utilē dicebat: ſi uxores eiicerent.Cū ergo oēs ſe id perfecturos clamarēt:ſed abundanté eē multitudinē:tēpuſq; hyemale:& hoc opus nō huius aut duoꝝ eſſe dieꝝ:ſed oportere ut duces & alii qui cū alienigenis habitabát uxoribus tēpus acciperét dilatiōis:& ſeniores cohabitātes cum alienigenis uiſitare multitudinē:cū hæc decreuiſſent:cœperūt q̄rere a prío die mēſis decimi eos q cū aliēigēis: habitabát uſq; ad primū diē ſecūdi mēſis:& inuenerūt multos ex nepotibus pricipis ſacerdotū ieſu: & fratrū eius ſacerdotū:& leuitaꝝ: & iſraelytaꝝ: qui uxoribus filiiſq; eaꝝ dilectioné magis legū ſuaꝝ præponētes:eas ilico refutarent.Quo facto:hoſtiis placantes deū: imolátes arietes obtulerunt. Quoꝝ noia minime uiſum eſt:nobis dicere neceſſariū.Igitur prædictū nuptiaꝝ peccatum ſic eſdras purgauit:ut decætero hæc cōſuetudo nō permaneret. Septimo uero mēſe ſcenophegiā celebrantes:& toto tunc populo cōgregato:aſcendentes ad ſuperiora tēpli ad orientalé portā: eſdram rogabant:ut leges eis moſaicas legeret.Qui ſtans in medio populi:a ſolis ortu legit uſq; ad medium diem.Et cum audiſſent recenſitas leges:iuſtitiā quidé ad præſens:& impoſterū docebātur: de præteritis aút gemebát:lachrymaſq; fundebant & recordati ſunt:q; ſi legem cuſtodiſſent: nihil ex tot ſupradictis malis perpeſſi fuiſſent.Cunq; uideret eſdras ſic eos afflictos: præcepit ad ſua diſcedere:& lachrymis abſtinere ꝓpter feſtos dies:in quibus miníe liceret affligi:hortabaſq; magis ad epulationes eos conuerti:& facere quæ ſunt grata & conueniētia celebrationi præſenti:pniam & meſticiam de prioribus peccatis habendā & obſeruandū:ne quid impoſterū eis ſimile proueníret. Poſtquā uero eos eſdras hortatus eſt:cœperūt habere leticiā.Cunq; hoc p dies octo in ſuis tabernaculis egiſſent:ad propria diſceſſerūt:laudátes deū:pro emūdatiōe cōmuniū pecca torum eſdræq; gratias referebát.Cui contigit poſt gloriā quā habuit deū:in ſenectute ueneranda finire uitā:& in hieroſolymis cū multa ſepeliri liberalitate.Sub idem tēpus & ioachim defuncto principe ſacerdotū:filius eius eliaſib in principatū ſacerdotalé ſucceſſit.Quidam autem ex captiuis iudeis:xerxe regis pincerna:nomine neemias:occurrens quibuſdam peregrinis ante metropolim perſarum ſuſi: ex longo itinere ad ciuitatem intrantibus: & audiés eos adinuicem hæbraice loquentes:conſulebat unde eſſent profecti.Illis autem reſpondentibus:ſe a iudea ueniſſe :ruſus interrogabat:qualiter haberet ſe eoꝝ multitudo:& metropolis hieroſolyma.Cunq; dixiſſent: male habere ciuitatem:& depoſitis in ſolum muris multa mala gentes in circuitu poſitas inferre iudeis: & die tota percurrere: deuaſtantes prouinciam:& nocte tanta mala cōferre: & multos a prouincia uel ab ipſis hieroſolymis captiuos abducere: & oēs uias ſingulis diebus cadaueribus plenas inueniri occiſoꝝ:tunc neemias propter ſuoꝝ calamitatem fleuit:& extendens palmas ad cælum dixit.Domine:uſq; quo deſpicis quæ noſtra patitur generatio. Sic rapina uel ſpolia ab omíbus ſumus effecti. Remoranti autem eo in porta:& hæc deflenti quidam nunciauit iam regē accumbeſ præparatum.Qui ſtatim ſicut erat illotus:adminiſterium poculi regis feſtinauit. Vt aút rex cœnauit:ſuauitate plenus:ad iuuenem reſpexit meſtum:& querebat cur triſtis eēt. Tunc ille deum deprecatus ut gratiá ei quandá poſtulanti præſtaret: quō inqt poſſum tibi rex nō talis apparere:qualem merorem in corde teneo: dum audierim patriæ meæ hieroſolymorum in qua & monumenta & ſepulchra meorum ſunt parentum muros in terra iacentes:& portas eius icenſas Sed præſta mihi proficiſcenti muros reſtituere:partemq; templi cadentem denuo reconſtruere. Tunc rex annuit dare ſe donationem ei quamcunq; ſupplicaſſet:& ad ſatrapas litteras deportandas: quatenus eum honorarent:& omnia quæ opus haberet præberēt ei dicens.Repelle triſticiá: & dereliquo gaudens nobis miniſtra. Igitur neemias deum adorans:& regi gr̄as agens:meſticiā uultus confuſionemque ſuam pollicitationis hilaritate mutauit. Poſtea autem die conuocans eum: præbuit ad ſyriæ & phœnicis & ſamariæ præfectum addo epiſtolam deferendam:in

qua de honore iuuenis:& de impendiis edificationis mandauerat exhibendis. Veniens ergo ad babiloniam & multos gentis suæ sponte eum secutos adducens:ad hierosolymã peruenit: uicesimoquinto anno regnãte xerxe:& demõstrandas epistolas porrexit addo & aliis præfectis equitum:& cõgregans oẽm populũ ad hierosolymã:stetit in medio tẽpli:talẽ ad eos fundens orationem. Vos scitis uiri iudei:deũ quidẽ in memoria patrũ abraã & ysaac & iacob permanere: & per illoꝝ iusticiã nõ derelinq̃re ꝓuidẽtiã nostri. Vnde & adiuuit me:ut acciperẽ a rege ptãtem:muros uestros refabricar:ac reliquã partẽ tẽpli pficere. Volo aũt uos uicinaꝝ gẽtium certe scire inimicicias:& quia si cognouerint magnificenter nos edificia reparare resistent: & multa moliẽtur: ut nos ipedire ualeant. Primũ ergo in deũ confidere debemus:qui illoꝝ inimiciciis potest resistere:nec die uero nec nocte studiũ edificãdi relinquere:dum tẽpus oportunũ existit. Cunq; hæc dixisset:iussit & magistratibus muros metiri:& opera eius diuidere populo ꝑ uicos & ciuitates: secundũ unusq;sq; possibilitatẽ:pollicitus & semetipsũ cũ suis seruis edificationẽ adiuuare. Solutaque contione:iudei statim opus aggressi sunt. Iudei uero dicti sunt ex die qua a babilone ꝓfecti sunt ex tribu iuda:quæ prior ad illa loca puenerat. Vnde & ipsi:& ꝓuincia a tali appellatõne uocitantur. Audientes uero muroꝝ edificationẽ accelerari ãmanite:& moabite:uel samarite:& oẽs qui inferiorẽ syriã habitabant:molestе ferebãt:& meditabãtur insidias cõtexere: quatenus uolũtatem eoꝝ ipedirent:multosq; interficiebant iudeos: ipsum etiam neemiã dilacerare querebant quosdã alienigenas cõducentes:qui eũ perimerẽt. Propterea in timorẽ & turbã dispersis rumoribus eos mittebant:tanquã multis gẽtibus patis cõtra eos arma proferre:quibus turbati rumoribus constructionẽ pœne reliquerũt. Neemias aũt nullomõ his ꝓmotus:studiũ operis derelinq̃rat: sed custodie causa corporis sui armis satellitũ circũseptus:sine uulnere ꝓmanebat: operis desiderio tribulationẽ nõ sentiens. Ita siquidẽ intentus agebat ac ꝓuidebat suæ saluti: nõ timore mortis:sed cognoscẽs post suũ iteritũ minie cõcedi suis ciuibus muros cõstruere. Vnde ꝑcepit ipostorum:ut armis edificatores cincti fabricarẽt. Igiť edificatores:uel ipensaꝝ portitores gladios habebant:clipeos aũt iuxta eos põi decreuit. Bucinatores etiã quingẽtis pedibus statuit: ꝑcipiẽs:ut si hostes appareret:significarent populo:q̃tenus armati resisterent:ne eos nudos inermesq; oppugnarẽt. Ipse uero nocte circuiẽs ciuitatẽ:minie aut operibus:aut somno:aut cibo fatigabať: nihil aũt hoꝝ suauiter:sed sub necessitate utebatur. Quos labores sustinuit per annos duodecim:& mẽses quatuor. Nam tanto tempore hierosolymoꝝ sunt muri perfecti:octauo & uicesimo anno:& mense nono iperii xerxe. Sed postquã muri perfectionẽ acceperũt:neemias & reliq̃ multitudo sacrificauerunt deo pro eoꝝ edificatione ac ꝑ octo dies sunt epulati. Gentes igiť quæ syriã habitabãt:audiẽtes factã cõstructionẽ muroꝝ:grauiter angebanť. Neemias aũt in ciuitate uidens paucos hoies hitare:rogauit sacerdotes & leuitas:ut uicos relinquẽtes:ad ciuitatẽ migrarent: & in ea manerent:fabricãs eoꝝ domicilia ꝓpriis expensis. Populũ etiã agros colentẽ decimas fructuũ ad hierosolymã iussit offerre:ut habẽtes sacerdotes & leuite alimẽta:ppetua religionis iura non derelinquerent. Et hi quidẽ libẽter sequebanť decreta neemiæ. Ciuitatẽ uero exinde cõtigit hominum multitudine cõpleri. Multa etiã alia bona laudibus digna cũ summa feciſſet magnificentia neemias:ad senectutẽ pueniens:defunctus est:uir benignus & natura iustus atq; magnificentissimus erga propriã gentem:qui in memoria eterna sui muros hierosolymitanos reliquit. Hæc ergo imperii xerxe sunt anno. xxviii. mẽse nono.

Cap. VI.

DEfuncto uero xerxe:regnũ ad eius filiũ cirum:quẽ græci artarxerxen uocant contigit transferri. Quo regente persaꝝ imperium:periclitata est tota gens iudeorum ut cum mulieribus & filiis deperiret. Causam uero paulo post demonstrabo. Nam decet primum de rege disserere: quẽadmodum iudeam duxit uxorem:de regio genere:quam nostram dicunt seruasse gẽtem. Nam cum regnum artarxerxes accepisset: & ordinasset ab india usq; ad ethiopiam centum & uigintiseptẽ satrapas:tertio imperii sui anno:amicos suos & gentes persis subiectas: cum ducibus eaꝝ magnifice pauit:sicut regem oportuit:qui diuitiarum ostentationem per centum & octoginta dies parauerat. Postea gentes ac legatos earũ in susis ꝑ septẽ dies delitiis saginauit:quorum conuiuium huiusmodi erat instructum. Tabernaculum enim fixerat ex aureis argenteisq; columnis:uel a purpurea super eas extendens:ut multa milia discumbentiũ operirent. Ministrabanť ergo poculis aureis:& lapidibus preciosis ad delectationẽ simul & spectaculũ ꝓparatis. Præcepit itaq; & mistris:ne cogerẽt bibere eos:potionẽ eis offerẽtes qđ apud psas fieri solet: imo cõcederẽt cuiq; discũbentiũ:ut quẽadmodũ uellet epularetur. Misit aũt ꝑ oẽm ꝓuinciã:denũciãs: ut opa reliquerẽt:multisq; diebus ꝑ eius iperio letarenť. Regina quoq; mulierum conuiuium in aula collegit. Quam rex prudentibus uolens ostendere: ad conuiuium iussit accedere: pulchritudine cunctas mulieres præcedentẽ. Quæ ꝑ legum custodia psaꝝ:phibentiũ

ab extraneis alienas coniuges uideri:non acceſſit ad regem. Cunq; ſepius eunuchos ad eam mitteret inuitandam:nihilominus ſuum denegans permanſit aduentum. Vnde rex ira cōmotus ſoluit conuiuium:& ad ſe conuocans ſeptem perſas:apud quos legū mandata ſeruantur: accuſabat uxorem:dicens qualiter fuiſſet ab ea contentus:cum ſepius ad cōuiuium uocaretur:& nec ſemel paruiſſet. Præcepit ergo:ut pronūciarent contra eam quandā legis definitionē. Tunc unus ex his nomine nocheus:locutus eſt dicens:non ipſi ſoli hanc iniuriā factā fuiſſe:ſed omnibus perſis:periculum uitæ patientibus:ut turpiter a ſuis conténantur uxoribus:nullo enim iam pudore tenebuntur:exemplum reginæ ſuperbiæ aduerſum te oīum rectorem habentes:& hortatur: ut eam quæ ſic iniuriata fuerat regem:maximis damnis afficeret:& hoc facto:cunctis gentibus denunciaret:quæ ſunt ī regina decreta. Placuit ergo:ut regina uaſthi proiiceretur:& honor eius aliæ mulieri præberetur. At ille amore coniugis detentus:grauiter diſiunctionē eius ferebat: & conciliari quidem propter legem non poterat:triſtis tamen in ſollicitudinibus permanebat. Quē uidentes amici nimio merore confectum:perſuadebant:ut memoriam quidē uxoris:& amorem nihil pro futur deponeret:& quereret per uniuerſam terram uirgines decoras: ex quibus pulchriorē haberet uxorem:extingui enim prioris ſic poſſe cupidinē:alia introducta:& paulatim deſideriū a mulicre proiecta ſubtractū: ad cohabitantem poſſe conuerti. Hoc flexus conſilio ſtatim qbuſdā iuſſit de palatio:eligere præcellentes uirgines pulchritudine:& ad ſe deducere. Cum uero congregatæ multæ fuiſſent:inuenta eſt quædam puella in babilonia ambobus orbata parentibus: quæ apud auunculū nomīe mardocheum nutriebatur. Is enī fuerat ex tribu beniamin. Omneſq; primas iudeor hester:hoc enim nomen ei erat:pulchritudine ſuperabat:& gratia uultus ſui reſpicientium magis delectabat aſpectum. Quæ traditæ cuidā eunucho pro diligentia:cuncta rer pro uidentia fruebantur:affluentia aromatum:odore & largitate unguentor quibus corpora utuntur irrigabantur:& his fruebantur per menſes ſex:numero quadringente. Cunq; putaſſet uirgines per prædictum tempus diligentiæ ſatis habuiſſe:& dignas iam regio factas cubiculo:p ſingulos dies ad cōcubitum unam regi mittebat. Qui poſt cōcubitū ſtatim eam ad eunuchū remittebat. Veniente uero ad eum heſter delectatus eſt:in amorēq; incidens puellæ:legitime alias legitimam etiā duxit uxorem:& nuptias celebrauit iperii ſui anno duodecimo:mēſe qui dicitur adar. Deſtinauit aūt per omnes gentes eos qui aggarii dicuntur:præcipiēs eis pro ſuis nuptiis feſta celebrare. Ipſe aūt perſas & primos gentium paſcebat per totum menſem pro nuptiis ſuis. Quā cū introduxiſſet ad aulam corona eam induit. Habitauitque cum eo heſter: minime ei prodens:ex qua eſſet natione. Tranſiens aūt & auunculus eius a babilone:ad perſicam ſuſin:& habitans illic: ſingulis diebus in palacio cōmorabatur:requirens qualiter puella conuerſaretur: quā tanq̄ filiā diligebat: cum legem rex poſuiſſet:ut nemo familiariū ad eum non uocatus accederet: cum ſup ſolium ſederet. Sedebat itaq; etiam rex uirgā aureā ferens. Quam cum aliquē liberare uoluiſſet: hor qui non uocati uenirent:porrigebat ei:& cum tetigiſſet uitabat periculum mortis. De his quidē ſufficienter a nobis dictū eſt. Interiecto uero tēpore inſidiantibus regi bagatha:& theodeſto:bargani eunuchus ſeruus alterius eunuchi:genere iudeus:cū intellexiſſet inſidias: reginæ auunculo indicauit: mardocheus aūt per heſter manifeſtans inſidiatores prodidit regi. Rex autem turbatus:ueritatem inueniens:eunuchos quidem crucifixit:mardocheo aūt tunc nihil præſtitit: quāuis ſalutis eius nuncius extitiſſet:nomen tamē eius annalibus monumētis inſeri præcepit:& in palacio eum permanere:ut amicus regi neceſſarius exiſteret. Quo tēpore aman amadathi filium genere amalechitam:ad regē introeuntē peregrini & per ſe ſalutabant. Nam hunc ei honorē xerxes ab oībus iuſſerat exhiberi. Mardocheum uero propter ſapientiā & patrias leges non adorantem aman:cuſtodiri fecit:& ītterrogauit eū ex quo genere eſſet. Audiēs aūt iudeū eſſe:idignatus dixit. Omnes liberi per ſe adorant me:hic ſeruus exiſtens:hoc facere dedignat. Et punire uolens mardocheū:ipſū quidē a rege petere:ad tormenta paruū putauit:gentē aūt eius decreuit totam una perimere. Nam iudeos in odio ſatis habebat: quoniā amalechitar genus e quibus ipſe fuerat ab ipſis omne perierat. Audiens ergo regē accuſabat dicens: gentē eſſe malignā diſperſam per uniuerſum orbē:qui eius ſeruiret imperiis:nec mixtā:nec aliis gentibus codunatā: nec eandē cum cæteris religionem colentem: quæ nec legibus inquit ſimilibus utitur:& inimica moribus & profeſſionibus tui populi & hoībus cunctis exiſtit. Sed ſi uis aliquot ſubiectis beneficiū commodare:iube radicitus eam perire:nec eius reliquias aliquas remanere : nec aliquos eorū ad ſeruitutem aut ad captiuitatē ſeruari. Verūtamē:ut nullum patiaris damnū: tributa eor de ppria ſubſtantia ipſe me præbere polliceor:quadraginta milia pecuniar talenta ubicunq; præceperis. Has aūt pecunias libenter offero:ſi pacatū ab his malis tuum fuerit imperium. Poſtq̄ Aman hæc intimauit: rex ei & pecunias & homines donauit:quicquid de his uellet efficer. Deſiderio autem

adepto:amanstati mandat tanq̃ a rege per omnes gentes præcepta hunc modũ continẽtia. Rex maximus artarxerxes ab india usq; ad ethiopiã:centũ uigintiseptẽ prouiciaꝝ pricipibus & iudicibus:qui eius imperio subiecti sunt:saluté dicit.Cum pluribus gentibus impassem:& uniuersũ orbem meæ ditioni subiugassem uolui:nequaq̃ abuti potentiæ magnitudine:sed clemẽtia & lenitate gubernare subiectos:ut absq; ullo timore uitã silentio transigentes:optata cũctis mortalibus pace fruerent. Querente aũt me a consiliariis meis:quõ hoc posset impleri:unus qui sapientia ac fide cæteros precellebat:& erat post regẽ secũdus amõ noie:indicauit mihi ĩ toto orbe terraꝝ populũ esse dispsum:qui nõ nris uteretur legibus:& contra oĩm gentiũ faciens consuetu dinẽ regũ iussa conẽneret:& uniuersaꝝ cõcordiã nationũ sua dissensione uiolaret.Quod cum didicissemus:uidentes unã genté rebellẽ aduersum oẽ genus hoim peruersis uti legibus : nrisq; iussionibus contraire:& turbare subiectoꝝ nobis prouinciaꝝ pacẽ atq; concordiã:iussimus ut quoscũq; aman qui oĩbus prouiciis præpositus est:& secundus nois mei est pr̃ monstrauerit:cũ cõiugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis:nullusq; eoꝝ miserearur quartadecima die mẽsis adar anni præsentis:ut nefarii hoies uno die ad inferos descendentes:reddant pacẽ impio nostro quod turbauerũt.Hoc per ciuitates & prouincias ueniente præcepto:oẽs ad interitũ iudeoꝝ cõstituta die ꝑabantur:quod etiã in susis ꝑabatur.Rex uero & aman epulationibus uacabant: ciuitates uero turbabantur.Quod mardocheus cognoscens:uestẽ rupit & facto ĩdutus: cinereq; pfusus: ciuitatem circuibat:clamans interimi gentem quæ nihil peccauit.Et hoc dicens:ad aulam peruenit:& ante ipsam stetit.Nam minime ei licebat ingredi:tali circũamictũ habitu. Idem etiã omnes fecerunt iudei per ciuitates quibus de hoc litter ꝑponebantur:lugentes & plangentes nũciatas sibi calamitates.Cum uero quidã reginæ núciasset mardocheũ in tam misero ante aulam habitu stantẽ:audito sermone turbata:misit qui eius uestimentũ mutarent. Quo nolente sacco exui:quia nondũ erat malũ finitũ:pro quo saccum induerat:uocãs assistenté eunuchũ acratheõ: ad mardocheum destinauit:interrogans quid ei tristiciæ contigisset:q; hũc habitũ nec ea petẽte deponeret.Tunc mardocheus indicauit eunucho cãm:& litteras cõtra iudeos per oẽs prouícias sub rege constitutas transmissas:& promissionẽ pecuniaꝝ:ꝑ quã a rege perditionẽ gentis conpauerat amã. Haꝝ etiã exemplũ ad hester tradidit reportandũ:quæ proposita ĩ susis fuerant: mandãs ei : q̃tenus de his regi supplicaret:nec recusaret pro salute gentis habitũ humilẽ accipe:ꝑ quẽ regi ostenderet:iudeis periculũ imminere.Aman inquit qui secundũ honorẽ post regẽ obtinet: accusando iudeos:regẽ aduersum eos incẽdit.Hæc cũ regina cognouisset:rursum mittit ad mardocheũ:dicens:q; nõ esset a rege uocata:& siquis ad eũ nõ uocatus intraret moreretur:nisi uolẽs quendã seruare:porrigeret ei uirgã auream. Nam iuocato & ad eũ intranti:si hoc rex fecerit:hic solus nõ ĩterimere:sed ueniã accipiens liberatur.Mardocheus uero ea uerba deportanti sibi ad hester eunucho renũciare præcepit:non suæ saluti prouidere:sed totius gentis piculũ amouere. Nam si nunc ipsa cõtẽpserit:adiutorẽ quidẽ gẽti deũ oĩbus modis futurũ:ipsam uero & paternã eius domũ ab illis quos cõtẽpserat piturã.Hester aũt denũciauit mardocheo ꝑ eundẽ ministrũ: ut pergens ad susis:constitutos illic iudeos ad cõtionẽ cõgregaret:& ieiunare cũctos triduo pro ipsa præcipet:quod & ipsa cũ suis agens ancillis:ꝑmisit se præter legẽ adire regẽ:& si mori oporteret non recusaret . Mardocheus aũt secundũ hester mandata populũ fecit ieiunare:deũq; suũ petere:ut nec eam:nec gentẽ eius pituram conẽneret:sed ut seculi salutem prouidit: & peccãti ueniam concessit:& nunc a denunciato dudũ interitu liberaret.Non enĩ propter aliquod peccatum ita cogebatur sine gloria depire:cũ & ipse dominus nosset cãm furoris aman q; eũ nõ saluabat . Neq; enĩ inquit honorẽ quem tibi domine offerebã hunc illi quoq; patiebar offerre:ideoq; iratus contra eos qui tuas leges non transgrediũtur talia machinatus est.Easdem etiã uulgus uoces emittebat:petens deũ prouidere suæ saluti cuntosq; israelitas ꝑ oẽm liberare terram a futura calamitate:nam iam præ oculis eam spabant:& simul habebant.Rogabat etiã hester deũ pro patria se lege ꝓsternẽs in terra lugubriq; uestẽ circũamicta.Cibũ aũt & potũ:oiaq; suauia rennuebat per tres dies deũ petens ut adiuuaret eam quatenus regi uideretur supplicans suauis eloquio: specie uero pulcherrima:ut ex utroq; sustenta:& ipsa piculũ euitaret:& gentis suæ saluté acquireret:in aman quoq; regis odiũ cõcitaret.Sic deũ per tres dies deprecans:lugubrẽ uestẽ deposuit & habitu mutato ornata:sicut oportebat reginam:ibat cũ duabus ãcillis:quoꝝ una leuiter eã incũbentẽ sustẽtabat: altera uero sequens longitudinẽ uestis:q; usq; ad terrã profusa erat:sumens eam digitis deportabat.Quæ ita facie rubore plena:uerecundũ ac modestum habens decorem: adibat regem etiam cum timore. Cum uero ad faciem eius sedẽtis in solio deuenisset:& uidisset eum circundatum ornatu : qui ex uaria uestẽ:uel auro ac lapidibus præciosis ualde fulgebat: terribilioremq; magis eũ propter hæc intuens:cũq; & ille asperius eã:uultuq; iracundo aspicer:

membroꝝ eam debilitas cõprehendit:& ſup ancillas quæ ꝓpe latera eius erãt:repẽte collapſa ẽ. Rex aũt uoluntate arbitror dei mentẽ mutauit:& timẽs ne quid mali uxor eius timore pateref: ſurrexit a ſella:ſuoq; eam gremio colligens fouebat & oſculabaf blandeq; loquebatur: cõſidere petens eam:ne aliquid metueret q; ad eũ non uocata ueniſſet:nã legem iſtam ꝓpter ſubiectos eẽ poſitam:ipſam aũt ſimiliter cũ eo regnantẽ:omnem habere licentiã. Hæc dicens ſceptrumq; in manu eius ponens:uirgam ſup ceruicẽ tetendit eius:ꝓpter legẽ:liberans eã a mortis diſcrimine. Illa uero reſpirans:domine inquit:non habeo facultatẽ explanandi:quæ mihi ſubito cõtigerũt. Nam ut te uidi maximũ & pulchrũ atq; terribilẽ:ſtatim ſpiritus meus receſſit:& a mea aĩa ſum relicta. Vix illa cũ debilitate hæc loquente:etiã regẽ anxietas habuit:deinde conſidere:melioraq; ſperare heſter inuitabat. Nam mediũ ei regnũ ſe concedeꝛ ſi hoc peteret ꝓmittebat. Heſter uero ad conuiuium eũ cũ aman amico ad ſe uenire ſupplicabat:paraſſe ei cœnam ſe dicens. Cunq; annuiſſet:& aduenifſet:inter poculoꝝ leticiã iuſſit rex heſter aperire quod uellet:nihil eni ſe negaturum eſſe promiſit:etiam ſi mediã ptem regni poſcere uoluiſſet. Tum illa in poſterũ diẽ explanaturum ſe ſuum conſiliũ promiſit:ſi rurſus ad conuiuiũ cũ aman conueniret. Cũq; rex ꝓmiſiſſet: aman egreſſus eſt gaudens:q; ſolus apud heſter cum rege meruit epulari:dũ nullus alius talẽ honorem potuiſſet adipiſci. Videns uero in aula mardocheum:nimis indignatus ẽ:q; nõ aliquã ab eo ueneratione ſibimet exhiberi ſenſiſſet. Tunc igreſſus ad ſemetipſum:uxorem zaraſam cũ amicis uocaui. Quibus præſentibus honorẽ expoſuit quo frueretur:nõ apud regẽ tantum:ſed & apud reginam:& qualiter illo die ad eã cũ rege ſolus accitus eſſet:& in poſteꝛ diem rurſus imutaretur. Dicebat aũt:non ei placuiſſe:q; mardacheũ uiderat in aula iudeum. Cui reſpondit uxor ſua zaraſam. Iube lignum ſecari quiquaginta cubitoꝝ:& mane pete mardocheũ a rege crucifigẽ dum. Cuius conſilium laudans:præcepit famulis lignum paratũ in atrio conſtituere: quod ad pœnam mardochei ſeruarent. Deus aũt ſpem maligñ aman deridebat:& accidentia preuidens: de futuris delectabatur. Nam regi ſomnum per illã noctẽ abſtulit. Qui nolens in otio uigilias p dere:ſed ad gubernationẽ ſui principatus eas habere:ſcribam iuſſit libros afferre predeceſſorum ſuoꝝ:& factorũ eoꝝ monimenta relegere. Cunq; detuliſſet:& recenſeret:inuenti ſũt quidã: qui pro uirtute ſua præciũ agros acciperant:quoꝝ & nomen ſignatum erat:alter uero pro fide donationem impetrauerat. Poſt hæc legẽdo uenit ad bagathan & theodeſtum eunuchos:inſidiatores regis:quos mardocheus indicauerat. Et cum hoc tantum ſcriba pronunciaſſet:& ad alterius tranſiſſet actus:rex eum detinuit:conſulens ſiquid ei ꝓ remuneratione datũ ſcriptũ haberetur. Scriba reſpondit. Nihil. Tunc rex iuſſit eum tacere:& interrogabat eos quibus hoc commiſſum fuerat:quæ ſit hora noctis. Audiens aũt iam diluceſcere:præcepit:ut quã inuenirent amicorum ante aulam præſentem nunciarent. Euenit aũt aman inueniri. Nam præter ſolitã horã maturius proceſſerat:mortẽ mardochei petiturus. Cunq; ſerui renunciaſſent aman ante edem ſtare:ꝓcepit eum uocari. Cũ ergo intraſſet: amicũ ſquit te ſciẽs ſolũ fidelẽ:peto ut cõſiliũ mihi præbeas:quẽ admodum debeã ſecundũ meã magnificentiã honorare quendã ualde chariſſimum. Aman uero putans:conſiliũ qd dediſſet hoc ſibi ꝓfutuꝝ:nam amari ſe ſolũ credebat a rege:quã exiſtimabat optimã eſſe ſententiã:regi declarabat & dixit. Si uis quẽ dicis hoiem dilectum & gloriæ meritis honorari:fac eũ ſup equũ ꝓcedere:tua ueſte indutũ:& torquẽ aureã habere:& præcedere unum ex tuis neceſſariis amicis:clamantẽ p totã ciuitatẽ:q; tale beneficiũ merebiſ:quẽ rex honorificari uoluerit. Igitur aman huiuſmodi largitate arbitratus ad ſe uenturã:talia pſuaſit. Rex uero delectatus hac ammonitione: uade ait habẽs equũ:& ſtolã:& torquẽ:require mardocheũ iudeũ: & his illum induens:antecede equũ eius. Nã tu inquit amicus es mihi præ cunctis. Ergo pfice conſiliũ cuius utilis pſuaſor extitiſti:& hæc ei a nobis donentur:qui meã aĩam liberauit. Poſt q̃ hæc præter ſpẽ oẽm audiuit:mente confuſus & meſticia pcuſſus exiit:equus ducens:cum purpura & auro & mardocheũ reperiens:ante aulam ſacco indutũ:iuſſit exutũ:purpura circũdari. Tum neſciens ille ueritatẽ:ſed deludi ſe putans:peſſime inquit oĩum hoium:ita calamitatẽ meã derides. At uero certe cognouit:q; ei rex hũc honorẽ donauerit ꝓ ſalute quã illi præbuerat: inſidiatores eunuchos redarguẽs purpura: induiſ:quã rex ſepe ueſtitus gerebat:& torquẽ ceruice circũdatus: & ſup equũ ſedens:totã circuibat undiq; ciuitatẽ:præcedente aman & prædicante:q; huiuſmodi fruitur donis:quẽ rex amauerit:& dignum honore ꝓbauerit. Cunq; totã circuiſſet ciuitatẽ:mardocheus ad regẽ ingrediẽ. Aman autẽ ex cõfuſione ad ſe recedẽs:cum lachrymis uxori & amicis quæ cõtigerant:indicauit. Illi nequaquã puniri poſſe mardocheũ dicebãt:deum eni eſſe cũ ipſo credebant. Dumq; hæc adinuicem loquerenf:uenerũt heſter eunuchi:aman urgentes ad cœnã. Sabuchadas uero unus ex eunuchis:uidẽs crucem fixã in domo aman quã mardocheo pauerat: conſuluit aliquẽ ſeruoꝝ:cuius cauſa eã paſſet:& audiens reginæ auunculo; qa aman a rege eum

petiturus erat ad pœnam:tunc quidē tacuit.Cunq; rex una cū aman epulās iterrogaret reginam: quam uellet ab eo donationem impetrare : cōpletus; enī se eius desiderium ꝓmittebat tunc regina pro populi deprecabatur ꝑiculo:eo q; tradita fuisset ad perditionē cū sua gente:iōq; sermones ad eum facere decreuisset.Neq; enī molestum sibi dicebat:si amarā eius seruitutē imponeret: peruum enim ei hoc esse malum:sed supplicabat hæc amoueri.Itaq; interrogāte rege:a quo hæc sanccita fuissent:accusabat iam manifeste aman:& maliuolum contra eos existētē:has molitum insidias arguebat.Tunc rex ad hoc turbatus:a conuiuio ad hortos egreditur.Hester uero reginā aman petere cœpit:ut ueniam pro peccatis exposceret:nā intellexerat:in quibus iam malis esset. Cunq; super lectum procidens reginā peteret:supuenit rex:& huiusmodi uisu magis incitatus dixit.Pessime oīm uxori meæ iam uiolentiam irrogare conaris.Ad quod aman obstupuit: & nihil potuit respondere.Tunc sabuchadas eunuchus cœpit aman accusare:q uēadmodum inuenisset in atrio eius paratam crucē ad mortē mardochei:nam hoc illi interroganti seruus indicauerat: cum ad ipsum inuitaturus eū ad cœnam uenisset:crucem aūt dicebat esse altitudine cubitorum quinquaginta.Quod rex audiens:in illa eū pœna tradere decreuit:quā contra mardocheū ipse tractauerat:statimq; iussit cruci ꝑpensum interimi.Vnde mihi contigit mirari nomen dei: & sapientiā:& iustitiā eius agnoscere:q; non solum maliuolentiā aman puniuit:sed q; excogitata contra alium tormenta in eū cōuertit:& cætero hoc sentire ꝓmisit:quō qui contra aliū quedā molitus fuerit:hæc in se primū ꝑata cognoscat.Itaq; aman honorē quē a rege perceperat supra modū abusus:huiusmodi cruci confixus est.Rex aūt substantiā eius reginæ donauit:& mardocheū aduocans:dedit ei anulum quē aman ipse ꝑstiterat.Nam iam hester ad notitiā eius ꝓduxerat cognationem quam ad illū habebat.Donauit uero & regina mardocheo aman possessionē:& supplicauit regi:liberari a mortis metu gentē iudeoꝝ:cito nota ei faciēs:quæ p uniuersas prouicias scripsisset aman filius amatdathi.Nam pria gente sua pēpta:nullatenus se uitā posse tolerare dicebat. Cui rex promisit:nihil eam frustra petere:nec studio eius aliquid cōtrariū prouenire.Vnde ꝑcepit:ut scriberet q̄ uellet de iudeis noīe regio:signaretq; eius sigillo:& transmitteret p oē eius imperiū:ut siquis legeret signatas epistolas sigillo regio:minime sanctōibus obuiaret.Scribas ergo regales uocans:iussit scribere gētibus & prīmatibus:& magistratibus pro iudeis:ab india usq; ad ethiopiam:centum uiginti & septē prouinciaꝝ.Epistolæ aūt hunc ordinē continebant.Rex magnus artarxerxes ab india usq; ethiopiā:centum uiginti & septē prouinciaꝝ ducibus ac prīcipibus:qui nostræ obediunt ditioni salutē dicit.Multi bonitate principū & honore qui in eos collatus est abusi sunt in supbiam & non solū subiectos regibus nituntur opprimere : sed datā sibi gloriam non ferentes:in ipsos qui dederunt moliuntur insidias.agitare:nec contenti sūt gratias non agere beneficiis:& humanitatis in se iura uiolare sed dei quoq; cūcta cernētis arbitrantur se fugere posse sniam:& in tantū uesanie prorupere ut eos qui credita sibi officia diligenter obseruant:& ita cuncta agunt:ut oīm laude sint digni mēdacioꝝ funiculis conētur subuertere : dum aures principum simplices & ex sua natura alios existimantes callida fraude subuertunt. Quæ rex & ex ueteribus ꝓbat historiis:& ex his q̄ gerūtur quotidie:quō malis quibusdā suggestionibus regū studia deprauantur . Vnde prouidendū est paci oīm prouinciaꝝ:nec putare debetis: si diuersa iubeamus ex animi nostri uēire leuitate:sed pro qualitate & necessitate temporꝝ: & ut reipublicæ poscit utilitas ferre snīam.Et ut manifestius qđ dicimus ītelligatis:aman filius amatdathi: & animo & mente macedo:alienusq; a psaꝝ gente.pietatē nostrā sua crudelitate cōmaculans:pegrinus susceptus est a nobis:& tantā in se exptus est humanitatē:ut pater noster uocaret: & adoraretur ab oībus post regem secundus.Qui in tantū arrogantiæ tumorē subleuatus est:ut regno nos priuate niteretur & spū.Nam mardocheū cuius fide & beneficiis uiuimus: & cōsortā nostri regni hester:cū omni gente sua nouis quibusdā atq; inauditis machinis expetiuit ad mortem hoc cogitans:ut illis interfectis:īsidiaretur nostræ solitudini:& regnum psaꝝ transferret in macedonas.Nos aūt a pessimo mortaliū iudeos neci destinatos:in nulla penitus culpa repimus: sed ecōtrario iustis utētes legibus:& filios altissimi & maximi sempq; uiuētis dei eē:cuius beneficio& patribus nostris:& nobis regnū est traditū:& usq; hodie custoditur. Vnde & eas litteras quas sub noīe nostro ille direxerat:sciatis esse irritas. Pro quo scelere ātē portas huius urbis.i. susis:& ipse qui est machinatus:& oīs cognatio eius pendet in patibulis:nō nobis sed deo ei reddente qđ meruit.Hoc aūt edictū qđ nunc mittimus:in cūctis urbibus proponat:ut liceat iudeis uti legibus suis.Quibus debetis esse adminiculū alias adminiculo:ut eos q se ad necē eoꝝ paue rant possint interficere.xiii.die mensis duodecim:qui uocat adar. Hanc enī diē oīpotens deus meroris & luctus eis uertit in gaudiū.Vnde & uos inter cæteros festos dies hac habetote diē: & celebrate eam cū omni letitia:ut & ipostexꝝ cognoscatur:oēs qui fideliter psis obediūt: dignam

pro fide recipere mercedē:qui aūt insidiant regno eoꝝ:perire ꝑ scelere. Omnis aūr ꝓuincia & ciuitas: quæ noluerit solennitates huius eē ꝓticeps:gladio & igne depeat:& sic deleat:ut nō solū hoibus:sed etiam inuia sit bestiis insempiternum pro exemplo contemptus & inobediētiæ. Igit equites eplās deportantes exierunt: & uiam propositā pagebant. Mardocheus uero regia indutus stola:& corona aurea & torque processit ornatus. Quem uidentes ita honorificatum a rege iudei in susis habitantes:cōem existimauerūt eoꝝ fœlicitatem. Præterea gaudium & salutare lumen propositis regalibus sanctionibus per ciuitates & prouincias iudeos circūdedit ita:ut etiam multæ gentes propter timorem iudeoꝝ pterrerentur:libertatem ex periculo eoꝝ cōpara inspicientes. Nam duodecimi mensis quartodecimo die:qui apud hæbreos adar:apud macedones distrios uocatur:portitores regalium litteraꝝ nunciabant:quemadmodum deberent die quo ipsis periculum imminebat inimicos consumere. Tunc persidis satrapæ & tirāni:& regis scribæ summum iudeis reddebant honorē:quoniā timor mardochei eos ad tēperantiā coaceruabat. Postq̄ edictum regis per omnes prouincias lectum est:in susis iudei inimicoꝝ quingētos interemeret. Cunq; rex pemptoꝝ in ciuitate numeꝝ hester nūciasset:& in ꝓuincia qđ factū fuisset ambigeret:si quid amplius uellet interrogauit eam. Illa uero petiuit eū:ut præciperet iudeis:& inposteꝝ diem ita facere in reliquos inimicos suos:& ut.x.aman filii crucifigerentur. Quod quidē iudeis rex concessit:nequaquā resistere uolens hester. Iudei uero pati.xiiii.die mensis occiderūt rursus aduersarioꝝ trecentos:nihil penitus possessionis eoꝝ tangentes. Interfecti sunt etiam per ꝓuinciam aliasq; ciuitates a iudeis septuagintaſexmilia inimicoꝝ:quos strauerūt tertiadecima die mēsis:quem festū celebrauerūt. Similiter aūt & iudei in susis collecti:die.xiiii.&.xv.eiusdem mensis epulati sunt. Vnde hactenus oīs in orbe terraꝝ iudei hos celebrāt dies:ꝓticulas de cōuiuiis inuicem mittentes. Scripsit etiā mardocheus oībus sub imperio artarxerxe degētibus iudeis:q̄tenus hos obseruarent dies semp eos celebrantes:& nepotibus traderent p oīa tēpora celebrandos:ne alicui obliuioni traderent:q; in his fuerāt ab aman pituri:iustūq; esset:cū uitassent piculū:& inimicos punissent:honorare eos:gratias agentes deo. Vnde prædictos dies iudei celebrant: appellantes eos cōseruatores. Mardocheus aūt magnus erat & clarissimus apud regē pricipatūq; eius regebat:& potiebatur cōi cōuersatione cū regina. Tunc iudei sup oēs libertatis licentia fruebāt. Hæc quidē sub imperio artarxerxe gesta sunt. Cap. VII.

DEfuncto aūt heliasib principe sacerdotū:iudas filius eius principatū sacerdotalē susc epit. Defūcto uero & hoc:ioānes filius eius honorē susc epit. Propter quē uagosus dux alterius artarxerxis tēplū uiolauit: & tributa iudeis iposuit nec prius dimisit quotidianas offerri hostias:quā ꝓ uno quoq; āno uectigal exigeret:dragmas quīq̄ginta. Hoc aūt ex hmōi cā cōtigit. Frater erat ioannis iesus:cui uagosus amicus existens:ꝓmisit ei sacerdotii principatū dare. Qua confidentia iesus altercatus in templo aduersus ioannē incitauit fratrē:ut eū interficeret:& tātū in templo facinus ioannes in fratrē cōmitteret:quod nunquā prius:nec apud græcos: nec apud hæbreos:alias barbaros ita crudeliter uel scelerate factū est. Vnde nec deus hoc impune dimisit: sed populū propter hāc cām ad seruitutē redegit:& tēplū uiolari a persis dimisit:dicente uagoso. Ausi estis homicidiū in uestro templo cōmittere. Ego peremptore illo in tēpore mundior sum. Et hæc uerba faciens:in templū ingressus est. Hac igitur usus occasione uagosus: anno septimo ioannē pro nece iesu puniuit. Finiente uero uitā ioanne succesit pricipatui sacerdotū filius eius iaddus. Erat aūt etiā & huic frater:manasses noie. Cui sanaballath missus a dario ad samariā: satrapa:genere cutheus:ex quibus samarite descenderūt:audiens clarā esse ciuitatē hierosolymā:& reges eius multa assyriis:& habitatoribus humilis syriæ picula feciſſe:libēter manasse copulauit suā filiam noie ysacha: arbitratus ꝑ affinitatē obsidē ei futurā ad fidē gētis iudeoꝝ. Cap. VIII.

PEr idē tēpus & philippus rex macedonū ab egeisa pausania:filio ceraste: genus ab oreste trahente:insidias passus pimit. Succedens uero filius eius alexander impio:transiit hellespontū:& duces dari deuicit:sup grannicū flumē cōfligens cū eis. Cūq; ꝓcucurrisset lidiā & ioniā captiuasset frigiāq; ꝑdasset:ad loca pāphiliæ puenit:qđ alibi explanatū ē. Hierosolymoꝝ uero seniores idignabāt:qđ pricipis sacerdotū iaddi frater manasses:alienigene cohabitās uxori sacerdotii ꝓticeps existebat. Arbitrabātur enī hoc cōnubiū initiū fieri occasionis p̄standæ uolētibus leges transgredi pro uxoꝝ copulationibus:q̄s ab alienigenis sibi coniungere festinabāt. Nā extitisse etiā priorē captiuitatē ꝑ hæc coniugia mala putabant:q; multi in his peccassent: dū nō uxores prouinciales ducerent. Iubebant ergo manasse disiungi ab uxore: aut nō itroire sacrariū. Principes quoq; sacerdotū cū populo hoc indigne ferebant. Manasses aūt prohibitus a fratre ad altare accedere:ad socerꝝ sanaballan puenit:amare se dicens filiā eius ysacha:sacerdotalē uero honorem maximū esse apud gentē & ciuitatē:& genus iudeoꝝ:nec uelle ꝓpter hmōi coniunctum

sacerdotii iure priuarī. Itaq; sanaballath nō ei solum sacerdotiū:sed etiā principatū sacerdotii & potentiā:ac honorē oīm locoꝝ sibi subiectoꝝ dare promisit:uolens suā apud eū filiā pmanere. Dicebat etiā templū ei edificare ad instar hierosolymoꝝ super montē garizin:qui altior oībus samariæ mōtibus appebat:sed hoc facere cū regis darii īnia.His ꝓmissionibus eleuatus manasses:permansit apud sanaballath principatū sacerdotii arbitratus se acceptuꝝ dario conferente. Nam iam sanaballath uergebat in senium.Multis uero sacerdotibus & israelitis huiusmodi sibi subiectis uxoribus:nō pua seditio hierosolymītas habebat:dū plures ad manassen trāsirent.Qui bus sanaballath pecunias ministrabat:& terrā collendā:habitationemq; deputabat:oībus modis genero suo cōcordans.Eodem tempore darius audiens alexandrū heleſpontū trāsisse:satrapasq; suos sup granicū fluuiū pugna uicisse:& ulterius accessisse:exercitū equitum peditūq; colligēs: occurrere statuit macedonibus:priusq; omnes ꝑcurrentes asyam deuastarent.Transiens ergo fluuium eufratē & mōtem cilitiæ thaurū:hostes i ipso cilitiæ sustinebat:illic sperās eos expugnare. Tunc sanaballath propter descensum darii gauisus:ilico manassen dicebat:ꝓmissa cōpleri:dario post captiuitatē hostiū reuertente.Nam credebat non ipse tantū:sed etiā omnes asyam habitantes:nec ad manū belli macedonas cū persis propter multitudinē esse uenturos. Aliter uero quā sperabatur euenit.Nam congressus cū macedonibus rex est uictus:multāq; ꝑtem exercitus perdēs:& captis matre:piter & uxore:simul & filiis ad ꝑsas fugiens remeauit.Alexander aūt ad syriā ueniens damascū cœpit:& subiugata sydenæ:tyrū obsidebat.Litteras uero ad prīcipē sacerdotū iudeorum direxit inuitans eum auxilia sibi mittere & uenalia exercitui preparare:& quāta prius dario conferebat:ei præberet:eumq; inuitauit amiciciam macedonū eligere:ne imposterum peniteret.Cunq; princeps sacerdotum litterarum portitoribus respondisset sacra dario se dedisse: ne contra eum arma portaret:nec posse uiuente dario constituta transcendere:alexander incitatus tyrum quidē relinquere non decreuit:paulopost capi futurā qua uicta:minabatur cōtra prīcipē sacerdotū gentis iudeoꝝ exercitū mittere: ut oēs p eū discernent:quibus deberent constituta seruare.Quapropter intētius in obsidione ꝑseruans:uastauit tyrum. Cūq; eam cœpisset ad ciuitatem gazam peruenit eamq; cū duce suo habimasin obsidebat.Arbitratus aūt sanaballath oportunum inuenisse tempus:dario iam desperato:eligens de suis octo milia:ad alexandrū proficiscitur:quē repit inchoantem tyri obsidionem.Cui etiam promisit dare loca sub sua potestate constituta:magisq; ipsum dominū libenter habere quā darium. Cunq; se intellexisset: grate susceptū:cōfisus iam & de præsentibus fretus:uerba proferebat:dicēs se generꝝ habere manassen: fratrem iaddi prīcipis sacerdotū iudeæ gentis:multosq; alios cum eo præsentes ex eadem gente: quos uelle aiebat sub eo templū locis constitutis edificare:hoc aūt & ipsi profuturum dicebat:si diuideretur in duas ptes iudeorum potentia:ne eadem concordia gens coniuncta debellaret:aut in aliquo regibus obuiaret:quēadmodū prius & assyrioꝝ regibus contingebat.Concedēte uero alexandro:omni studio annissus sanaballath edificauit templū & sacerdotē manassen cōstituit: maximum arbitratus premium ex filia nepotibus futurū.Septē aūt mensibus in obsidione tyri transactis:& duobus in gaza:sanaballath defunctus est.Alexander autē capta gaza: ad ciuitatem hierosolymitarum ascendere festinabat.Quod princeps sacerdotum iaddus audiens : in pauore & timore constitutus:moliebatur quemadmodum macedonibus festinus occurreret rege indignante : & putante timorē esse cōtumaciā:alias ꝓpter priorē contumaciā.Precipiens igit populo supplicationē & imolationē offerre deo:ipse depcabat subuēire gēti:a uēturisq; eā liberare picu lis. Obdormiente uero eo post sacrificiū deus ꝓcepit ut confideret:sertisq; ciuitatē ornaret:portasq; protinus aperiret:& alios quidē cū uestē alba:ipsum aūt & reliquos sacerdotes cū legitimis stolis iussit occurrere:nihil seuū sperantes pati:deo prouidente.Cunq; a sapore surrexisset: ualde congaudens:nocturnū oraculū oībus indicauit:& quæ uidit in somno cunctis facere demādās: regis præsentiā expectabat.Quē audiens non longe esse a ciuitate:processit cum sacerdotibus: & ciuili multitudine:sacrā & maiorem aliis gentibus ei preparans occasionem:ad aliquem locū qui saphin apellatur:quod nomen latine translatum scopulum significat:ex quo loco hierosolymam tēplūq; potuisset uidere. Phenices uero & chaldei regē secuti:putabāt: qa qcqd potuisset furor impialis permittere in ciuitatem:ipse cōmitteret:& principē sacerdotum summis afficeret contumeliis.Quod e diuerso cōtigit euenire.Nam alexander ꝓuidēs multitudinē uestibus albis indutam:antistites uero cū byssinis stolis:& principē sacerdotū iacinctinam & aureā stolā: super caput habentem cidarim:& sup laminam aureā:in qua scriptum erat dei nomē:adiit eum solus: & nomen afs numen adorauit:& principē sacerdotū primus ueneratus est.Omnibus uero iudeis una uoce alexandrū salutātibus:circūastātes syriæ reges:& reliqui:hoc faciētem stupuerūt:corruptamq; regis mentē putauerūt.Parmenion uero solus eum interrogauit dicens:cur omnibus

eum non adorantibus ipse adorasset principē sacerdotum gentis iudeæ. Cui ille nō hunc inquit adorauī: sed deum cuius pricipatu sacerdotii functus est. Nam p somniū i huiusmodi eū habitu conspexi: adhuc in odio ciuitate macedoniæ constitutus. Dumq; mecū cogitassem: quēadmodū possem asyam uincere: incitabat me nequaquā negligere: sed confidenter transire. Nam semper ductuq; meū dicebat exercitū & psarū tradituq; potentiā: ideoq; neminē aliū in tali stola uidēs: cū hūc animaduertissem: habēs uisiōis & pbatiōis nocturnæ memoriā: salutaui. Exīde arbitror diuino iuuamine me directū: dariūq; uicisse: uirtutēq; soluisse persaq;. Propterea simul etiam omnia quæ meo alias quæ in eo corde sperantur: prouentura confido. Postquā hæc parmeoni locutus est: principē sacerdotū honorans: occurrentibus reliquis sacerdotibus ad ciuitatem usq; peruenit: & ad templū ascendens: sacrificauit deo: secundū sacerdotis ostēsionē. Ipse aūt sacerdotum principi: & reliquis sacerdotibus munificenter multa donauit. Allato uero ei uolumine danielis: in quo scriptū erat: quendā græcoq; regem perdituq; persaq; potentiā: arbitratus seipsum esse quem scriptura significabat: gauisus est: & tunc quidēm multitudinē dimisit. Postera autem die conuocans eos iussit petere: & quas uellent donationes accipere. Principe ergo petente: ut liceret patris uti legibus: & septimum annum sine tributis esse: mandauit: & oīa concessit. Cūq; ab eo postulasset: ut iudeos in babilone alias in babilonia & media gente præciperet suis potiri legibus: promisit libenter facere quæ poscebat. Dicente uero ipso ad multitudinē: siquis elegerit ei militare: permanens in patris legibus: & secundū eas uiuens: paratū se eos ducere: se pugnaturos cum eo dixerunt. Igitur alexander ita disponēs hierosolymā: duxit ad reliquas exercitū ciuitates: omnibus eū ad quos peruenit amabiliter suscipiētibus. Samaritæ uero metropoli tunc sicimam nomine habentes: positā iuxta garizin montē: in quo transgressores habitabant iudei: uidētes ab alexandro ita magnifice iudeos honoratos: coacti sunt se fateri iudeos. Nam hmōi samaritæ naturæ sunt: sicut prius alibi demonstrauimus: in calamitatibus mersos iudeos negāt eē cognatos: ueritatē confitentes: & cū uiderint claq; eis aliquod ablatū: tunc socios se iudaici generis profitentur: originem suā a nepotibus ioseph: effraī & manasse recensentes. Tunc ergo claritatem & multū animi sui affectum ostendentes: occurrerunt regi: paulominus quā hierosolymitæ. Cunq; laudasset eos alexander: sicimite adierunt eū cum militibus: quos ad eū sanaballath trāsmiserat: petentes: ut ad ciuitatē perueniret: & templū apud eos positū honoraret. qui reuertens: ad ipsos se uenire pmisit. Petētes aūt tributoq; septimi āni concessionē: nā neq; ipsi seminat in eo cōsuluit: qui essent qui talia postularēt. Cunq; respōdissent hæbreos se quidē esse sicimitas aūt a sydonio alias sydoniis nuncupari: iteq; iterrogauit eos: utrū iudei essent illis aūt dicētibus nō esse: at alias & ego inquit hæc iudeis cōcessī: sed reuersus quidē & a uobis certius edoctus: quæ uisa fuerint agam. Et sicimitis quidē ita postulationem negauit. Similiter uero amicos sanaballath se sequi præcepit ad egyptum: ibi datuq; se eis iugera terræ pmittens: qđ & postea fecit: thebaidā custodire prouinciam eis iniungens. Igitur defuncto alexandro: & pricipatu a successoribus eius diuiso: templū super garizin montē permānsit. Et si quis culpā habuisset apud hierosolymitas: aut de cibo illicito: seu de transgressione sabbatoq;: aut de hmōi peccato ad sicimitas recedebat dicēs se iniuste culpari. Defunctus est aūt illo tēpore priceps sacerdotū iaddus: & onias filius principatū sacerdotalē suscepit. Et in his constituti hierosolymitæ degebant.

HAec continēt in duodecio libro ioseph historiaq; antiqtatis iudaicæ. Cap.i.

Vt ptolomeus filius lagi fraude uel dolis capiens hierosolymam uel iudeam: multos migrauit ad egyptum. Cap.ii.

Qualiter filius eiusdem ptolomei qui philadelphus appellatus est: leges iudeorum in græcam transtulit linguam: multosq; captinos eleazaro pricipi sacerdotum donauit: & ornamēta deo deuouit. Cap.iii.

Quemadmodum honorauerunt reges asyæ gentem iudeoq;: ciuesq; multos ex ipsis in subiectis suis ciuitatibus statuerunt. Cap.iiii.

De infœlicitate iudeoq; quā postea emendauit iosephus filius tobiæ: cōponens amicicias cum ptolomeo cognomine epiphanen. Cap.v.

De amiciciis lacedemonioq; factis cum onia principes sacerdotū iudeæ gentis. Cap.vi.

Seditio potentiū in inuicem iudeoq;: quorum quidā transierunt ad antiochum epiphanen leges patrias relīquentes: ipse autem antiochus exercitum ducens: & hierosolymam ciuitatē: templūq; uastauit. Cap.vii.

Qualiter uetante antiocho iudeos patriis uti legibus: mathathias filius ioannis regē cōtempsit: & ducem antiochi interemit. Cap.viii.

De morte mathathiæ: qui ualde ſenex defunctus: filiis ſuis gubernationem reliquit:ex quibus iudas machabeus principatū adeptus:adiuuantibus fratribus inimicos a prouincia expulit: trāſgreſſores iudeos puniuit: terrā ſuam ab omni malo purgauit. Cap.ix.

Quēadmodū duces antiochi appollonius & ſeron congreſſi cū iuda:victi interierūt: & qa ātiochus liſiæ cuidā gubernationē regni relīquēs: ipſe abiit in pſidā cōgregare pecunias. Cap.x.

Quēadmodū gorgiæ uel liſiæ exercitus cōtra iudā uenīens victus periit: poſt quē triumphum iudas ingreſſus hieroſolymā:templū purgauit:altare ſtatuit:hoſtias deo īmolauit: cum iam tres anni præteriſſent uiolationis templi ſub antiocho. Cap.xi.

Vt iudas bellū gerens cōtra idumeos & contra āmonitas triūphās ſubiecit eos. Cap.xii.

Qualiter ſymon frater eius militans cōtra tyros ac ptolomaidē edomuit eos:& qa ipſe iudas bis congreſſus cū timotheo duce antiochi fortiter triūphauit. Cap.xiii.

Qualiter antiochus noīe epiphanes apud pſas defunctus eſt. Cap.xiiii.

Quēadmodū antiochus eupator ſucceſſit patri in regnū:q militiā cōtra iudeos cū liſia ꝓducēs iudā in tēplo cōcluſit. multoq; obſidionis tpe trāſacto:audita fama inuaſionis regni ſui p philippum quendā amicicias cū iuda fecit:& ita decenter ab iudea diſceſſit. Cap.xv.

Demetrius ſeleuci filius fugiens a roma:& perueniens tyrum:impoſuit ſibi diadema:interfecto antiocho eupatore: cum duce ſuo liſia:& de bachide quem miſit demetrius cum exercitu compræhendere iudam. Cap.xvi.

Qualiter dux nicanor poſt bachidē deſtinatus aduerſus iudā:cū exercitu ꝓiit. Cap.xvii.

Iudas mittēs romā:rogabat p nūcios:rōanos ſibi auxiliatores eē & amicos. Cap.xviii.

Quod rurſus poſt mortē nicanoreis ad iudeā bachides tranſmiſſus triūphauit: & quēadmodū pugnans proſtratus eſt.

Continet hic liber geſta centum:ſeptuaginta annorum.

Incipit liber duodecimus antiqtatis iudaicæ. Cap.I.

ALexander rex Macedonū ubi regnū pſaꝝ diſoluit:iudeamq; diſpoſuit ut ꝓdictū eſt a uita diſceſſit. Cūq; multos pricipatus ſui ſucceſſores reliqſſet. Antigonus quidē Aſyam appræhendit. Seleucus aūt Babilonem:genteſq; uicinas obtinuit. Liſimacho ceſſit Helleſpōtus. Macedoniā rexit Caſſander. Ptolomeus filius Lagi Egyptū poſſedit. Qui dū aduerſū ſe ſeditiones haberent:ſuūq; dilatare contēderent principatū:diuturnis bellis ciuitates concuſſæ:multis ciuibus inter certamina pereūtibus ingemiſcebāt. Tunc & omnis ſyria ſub Ptolomeo filio Lagi qui ſaluator nuncupatur:cōtraria ſui nominis eſt ꝓpeſſa. Nanq; hic etiā Hieroſolymam depugnauit:fraudibus & dolis ciuitatē die ſabbatoꝝ ingreſſus ſub ſpecie ſacrificii nequaq̄ iudeis reſiſtentibus quō hoſtile nihil exiſtimarent:& ideo ocioſi ueluti nihil ſuſpecti ſegnes erant. Qui cū ſine labore ciuitatem appræhendiſſet:crudeliter eis dominabatur. Teſtis eſt orationi meæ Ouidius Sabatarcides:qui ſucceſſoꝝ Alexandri acta conſcribens ſuperſtitionē noſtrā pro qua libertatē amiſimus exprobrauit:cū hæc diceret. Eſt gens quæ iudea dicitur ciuitatē munitā & magnā hieroſolymā detinens:quæ cōtēpſit ſub Ptolomeo conſtituta dū arma capere deuitaſſet:& propter ſupfluam ſupſtitionē ſeuiſſimū dominū pertulit habere. Sabatarcides quidē hæc de gēte noſtra cōſcripſit. Ptolomeus uero multos captiuos a mōtanis iudeæ:uel a uicinis locis Hieroſolymoꝝ.i. a ſamaria uel a Gariſi trahēs ad Egyptū cōmigrauit. Sed cū cognouiſſet eos quos ab Hieroſolymis abſtraxerat firmos iuriſiurandi uel fidei cultores exiſtere cū Alexandro legationem ad eos mittēti ſic reſpondiſſent Dario uiuente cōtra eū arma nequaq̄ ſumere:poſt Dari expugnationē multos ad caſtella deputauit:& pares cum Macedonibus Alexandriæ ciues ſtatuit:fidēq; ab ipſis recepit: ut nepotibus ſuis ſocietatem cuſtodirent:cum & alii non pauci iudei ſponte ad Egyptū peruenīſſent opulentia locoꝝ. Ptolomeiq; munificētia inuitati:quoꝝ nepotes ſeditiones cōtra ſamaritas dum ſuæ gentis patriam oblationem ſeruare feſtinarent excitabant. Nam Hieroſolymitæ defendebāt:dicentes ſuum templum ſanctum exiſtere:& immolationes illic trāſmitti oportere. Sichimite uero ad Garizim alias garizin montem deſtinari iubebant.

Cap.II.

POſt decimū & ſecundū annū imperii Alexandri:& poſt quadrageſimū Ptolomei ſaluatoris:regnū Egypti Philadelphus obtinuit per annos trigintanouē: qui & legem iudeoꝝ interpretatus eſt:& famulātes in Egypto Hieroſolymitas a ſeruitutis uiculo

resoluit usq; ad centum uiginti milia ex huiusmodi causa. Demetrius Falareus super bibliothecam regis constitutus dum studeret omnia per uniuersam terram inuenta uolumina congregare:& acquirere si quid audisset dignũ industria uel uolũtate regis:quẽ erga collectionẽ codicum munificéter accendi cognouerat:interrogatus a Ptolomeo:quot milia codicũ haberet: cum uiginti milia iam respondisset.Sed tẽpore post pauco usq; ad quinquaginta milia posse puenire: & nũciatũ sibi diceret.multa apud iudeos legũ eorũ esse conscripta:studio uel bibliothecæ regali digna:quæ figuris litterarũ uel sermone illorũ:cõposita:laboré non paruũ præberent: si in Græcũ mutarétur eloquiũ:cũ uideãtur Syrorũ litteris similes eorũ esse figuræ:equa ꝓnũciatiõe uocis.nihil ergo inquit prohibet tuarũ pecuniarũ sumptu eas interpretari: dum in bibliotheca tua illorũ quoq; leges cotineantur.Igitur ex optima Demetrii sentẽtia delectatus:postquã studiũ suum multos colligendi codices demonstrasset:scripsit ad principes sacerdotũ gẽtis iudeæ hæc fieri demandans.Aristenus aũt amicus regi necessarius:propter humilitatẽ morũ ab eo dilectus: cum sepius ãte nisus esset ptolomeũ petere:quatenus dimitteret captiuos iudeos qui sub impio eius essent tẽpus hoc petitionis prosperum arbitratus:ante loquitur primatibus custodum regis corporis:sosibio:tarẽtino & andreæ ut simul laborarẽt: de quibus petiturus regẽ accederet. Quorum sententia confirmata:cum huiusmodi sermonibus regem adiit dicens. Minime rex oportet una nos spe negligenter decipi:sed ueritatem intimare. Nam si legem iudeorum non tantum transcribere:sed etiam interpretari pro tua gratia studemus:qua ratiõe possit hoc fieri: tot iudeis in regno tuo seruientibus.Quos benignitate tuæ munificentiæ decet a præsenti iugo seruitutis absoluere:ac deo qui leges exposuit pro tui regni tutela remittere. Nam cum multa sepius idignassem:cognoui factorem eos oĩm deum colere:quem nos zena.i.iouẽ nominamus: ꝙ omnibus indulget zem.i.uiuere. Quapropter ad honorem dei quem maxima religione placant:liberos eos patriæ & moribus suis restitutæ.Cognosce tamen princeps me nec affinem esse eis:nec ab eadem gentium natione.ut pro illis hæc suggeram:sed dum omnium hominũ factorem deum scirem suauiter suos benefactores amplecti:ad hanc petitionem perueni. Postquam hæc aristenus locutus est & rex in eum hilari uultu ridentiq; conspexit:quanta inquit arbitraris milia posse dimitti.Tunc Andreas respondit dum interfuisset:dixitq; pauloplus quam centum milia possunt existere.Non paruam inquit a nobis aristene donationem poscis. Sosibio uero cũ præsentibus dicente dignum esse munificentiæ suæ:si deo qui regnum ei donauit has gratiarũ uices offerret:rex sapienti usus consilio: ne contra eos milites qui eos captiuauerãt facere uideretur:& quorum stipendia captiuorum absolutione minui uiderẽtur:de suo eos erario redimere statuit:dũ militibus merces ãnone ꝑstaretur:& pro singulo captiuo apud eos cõstituto dragmæ centum uiginti darentur.De quibus etiam præcepta proponere promisit:per quæ munificentiã suam:& aristeni petitionem confirmaret.Præterea uoluntas dei affuit:per quã nõ tantũ illos qui a patre eius uel exercitu illius translati fuissent:uerũ etiã illos:q sub regno eius præextitissent absolutioni donaret:uel si qui postea supuenissent:ꝑ quorũ redẽptione plusquã qdringenta talẽta sunt a rege largita. Vnde & exẽplũ sanctionis ad manifestandã posteris regis munificentiã custodiri decreuerunt:quod erat huiusmodi.Quicunq; sub nostri patris imperio militantes syriam & fœnicem cum eo iudeam:q; uastauerunt:& captiuos adductos ad nostras ciuitates & prouintias uendiderunt:hos & qui olim sub meo regno existunt:& si quos nunc superduxerunt dimittant:: pro singulo corpore accipientes dragmas centum uiginti: & milites quidem cum annonis suis: reliqui uero a regali mensa redemptionis præcium accipiant. Arbitror enim eos sine uoluntate mei patris contra iustitiam deprædatos: prouinciamq; eorum fuisse uastatam. Vnde & multos milites profectos esse alias profecisse cognouimus: dum ad egyptum eos traducerent. Iustum ergo conspiciens misereri eis: iubeo constitutos in seruitute iudeos omnes dominis eorum antedictam accipientibus summam absolui: nec quenquam in hac re fraudem aliquam agere sed his potius constitutionibus obedire. Dispositiones autem meas præcipio:ex quo missæ sunt ꝑtres dies proponi.quatenus ad iudices domini conueniant:corpora statim ostendentes. hoc enĩ meo credo pro futurum imperio. Contumaces uero liceat cuiq; uolenti nunciare: quatenus eorum substantiæ regis possessionibus socientur. Cum hæc sanctio regis lecta fuisset: & uisa essent omnia iuste decreta:tantum uero deesse de absolutione priorum:& horum qui postea ducti iudei fuissent: ipse de his sua liberalitate præcepit. Præterea sciens:subitaneam distributionem difficilem existere iussit rerum ministris & regiis saccellariis pecunias seponere alias reponere. Quo facto intra septimum diem omnia regis præcepta impleta sunt: & talenta super quadringenta: sexaginta pro redemptione partita noscuntur: dum & pro infantibus domini centum uiginti dragmas exigerent: sicut rex pro his demandasset: scribendo pro singulo cor-

pore prædictam ſummam exhiberi. Cum hæc ſecundum regiam uoluntatem munificenter diſpoſita fuiſſent:iuſtū uiſum eſt de merito de iudaicis codicibus trāſcribendis: eius allegare decretum.Nam nihil fruſtra a regibus diſpenſatur:ſed omnia cum multa diligentia gerūtur.Quapropter allegationes alias allegationis: uel epiſtolaꝝ exemplum deſignauimus:& ornamentoꝝ tranſmiſſoꝝ multitudinem:& quicquid in uno quoq; conſtructū eſt. Vnde poteſt optime opificum ars proſpici:& uaſoꝝ oīum excellentia agnoſci.Allegationis aūt exemplum huiuſmōi probatur. Maximo regi demetrius. Præcipiente te o princeps de his quæ hactenus ad cōſumationē bibliothecæ deſunt quatenus: colligantur:& de his quæ corruerunt ut debitam diligentiā impetrarēt:omni ſtudio uſus i his:ad noticiā ueſtrā pduco legiſlatiōis iudaicæ uolumia nobis cū aliis deeſſe. Nam figuris hæbraicis:& uoce gentili conſcripta:inexplicabilia nobis exiſtunt. Contigit etiā minus diligenter ea quæ habēt tranſferri:dum regalē prouidentiā minime pcepiſſent:neceſſarium tamen eſt hæc apud te cautius expoſita reponi. Nā ſapiētiſſima & integra legiſlatio:ſic a deo data uidetur exiſtere.Quapropter inquit acatius abdiripetas:ſeu conſcriptores hiſtoriarum nullatenus meminiſſe eius:nec uiroꝝ qui ſecundū eiuſdem legiſlationis præcepta uixerūt: eo q; caſta nimis exiſteret:ac nō oporteret eam profanis linguis exponi.Si uidetur ergo tibi rex: ſcribe principi ſacerdotū gentis iudeæ:quatenus tranſmittat ſeniores ab unaquaq; tribu legū peritos: ut cū eis codicū explanationē & conſonantiā cognouerimus:& iterpretationis reꝝ cautā expoſitionē acceperimus: dignos codices tua uoluntate reponamus.Igiſ tali ſuggeſtione facta: præcepit rex:ut ſcriberent de his eleazaro principi ſacerdotū gentis iudeæ:ſimul etiā de abſolutiōe ſeruientium apud eos iudeoꝝ:præterea mandarent ei:quia tranſmiſiſſent ad faciēdas crateras & libatoria:pondus auri talēta quinquaginta: lapidum uero precioſoꝝ ineſtimabilem multitudinē: denuncians etiam cuſtodibus arcarum in quibus lapides ſeruabantur.ut electionem illorum darent opificibus:quatenus quos uellent ad ſpeciem operis tollerent necnō imperauit: ut pecuniæ pro immolationibus & reliquis cauſis centum talenta ſacerdoti darētur. Narrabo igitur factas & modum conſtructionis eorum:cum declarauero exemplum epiſtolæ pricipi ſacerdotum eleazaro a rege conſcriptæ:qui principatus honorem pro tali cauſa ſuſcepit.Defuncto principe ſacerdotum onia:filius eius ſymon ſucceſſor extitit:qui iuſtus eſt appellatus:propter pietatē quam in deum:& fauorē qué erga regem habuiſſe uidebatur. Quo mortuo:& filiū infantulū relinquente noīe oniam:frater eius eleazarus de quo ſermonē fecimus principatum ſacerdotii ſuſcepit:ad quē ptolomeus hmōi litteras deſtinauit.Rex ptolomeus eleazaro principi ſacerdorum ſalutem. Multis habitantibus ſperio meo iudeis:quos p ſe cū potētes fuiſſet ad captiuitatē traxere:quoꝝ aliquos pater noſter ad militiā maioribus ſtipēdiis deputans:honorauit alias honoratus eſt:aliis autem in egyptum cum eo ambulantibus:caſtella & eorum cuſtodiam demandauit:ut ſint egyptiis in terrorem.Cum uero ego principatum ſuſcepiſſem: omnes clementer tractaui præſentes ciues tuos:quorum plus centum milia captiuos & ſeruientes remiſi:poſſidentibus eos pro redēptione pecunias perſoluens: ætatibus aūt uigentes numeris militaribus deſignaui:multoſq; qui mihi uel aulæ potuiſſent fidem ſeruare in palatio conſtitui:arbitratus deo iocundum pro mea prouidentia uotum ei hoc maximum deuouere. Porro uolens & iſtis & oībus p uniuerſam terram iudeis p̄ſtare: leges uſas litteris græcis ab hæbraicis trāſlatis:i noſtra bibliotheca decreui reponere. Bene ergo facies:eligendo uiros optimos ſeniores ſex:ab unaquaq; tribu dirigēs:qui per ætatē legum ſunt periti:ualebuntq; interpretationē eaꝝ caute nobis exponēs. Nam opinor his perfectis: maximam nobis gloriam præparare. Tranſmiſi uero qui deberent de his uobiſcum diſputare: andream primatem cuſtodum mei corporis: & ariſtenum mihi dilectiſſimos:p quos etiam primitias uotorum ad templum:& pro īmolationibus:& aliis rebus:tranſmiſi talenta centum. Tu autem manda nobis quæ uolueris fieri:quod gratius amplectimur.Cum regis epiſtola eleazaro fuiſſet porrecta:nimium liberaliter ad eum ita reſcripſit. Princeps ſacerdotum eleazarus:ptolomeo regi ſalutem. Valentibus uobis cum arſione regina:uel filiis:bene nobis omnia conſtant. Cum uero epiſtolam ſuſcepiſſemus:ſatis de tua uoluntate ſumus gauiſi. Congregantes autem multitudinem legimus eam quatenus oſtenderemus: quam pietatem erga deum habeas. Demonſtrauimus ſecundum eas pateras q̄s miſiſti aureas uigīti:argēteas triginta:crateras quīq; ad meſam dedicandā: & quæ directa ſūt p īmolatiōe uel renouatione eoꝝ quæ tēplo deſunt:talēta cētū:deportata p andreā:& ariſtenū chariſſimos tibi amicos:uiros optios:& doctrina præcellentes:tuaq; uirtute dignos.Cognoſce uero nos p tuis utilitatibus:& præter naturā aliquid uelle pati dū reddamus tuis beneficiis q̄ multipliciter in noſtros ciues largiris. Statī ergo p te: tuaque ſorore:alias uxore:uel filiis hoſtias obtulimus: & multitudo uota perſoluit: ut uobis euentant quæ deſideratis:& tuus principatus in pace cuſtodiatur. Ad interpretandam uero legē

quam pro tuis commodis accipere postulas:elegi uiros sex ab unaquaq; tribu:quos direximus legem ferentes.Erit autem uestræ pietatis uel iusticiæ:ut post legis transcriptionem ad nos eã cautе cum portitoribus remittatis. Vale.Hæc quidem princeps sacerdotum rescripsit. Mihi uero non est necessarium uisum:septuaginta seniorum ab eleazaro missorum nomina declarare:licet intimata fuissent sub epistola.Vasorum tamen magnificentiam ad cõstructionem quæ deo rex direxit:non incongruum exponere putaui:quatenus omnibus munificentia regis erga deum dilucidetur.Siquidem ipse largos sumptus præstitit:& semper opificibus opera trãsmittebat: nihil construi desidiose concedens:quorum de singulis qualis fuerit magnificentia narrabo:quamuis historia narrationem eorum minime deposcat: regis enim diligentiam uel munificentiam ita legentibus arbitror aperiri. Prius autem de mensa disseremus. Igitur habebat rex in proposito suo ualde maximam mensam conficere.Præcepit autem dedicate in hierosolymis mensæ quantitatem cognosci:si possit maior fieri.Cunq; percepissет qualis esset illic constituta:& quia nihil prohiberet maiorem construi dixit quintuplam magnitudinem uelle se facere: sed timere ne ad ministerium pro magnitudinis quantitate inutilis fieret.Nam non eam tantum ad spectaculum deuouere:sed etiam ministeriis:alias ministris abilẽ uoluit dedicare.Quapropter arbitratus mediocrem priorem mensam auri inopia cõfectam:magnitudine quidem superare priorem noluit uarietate uero uel pulchritudine materiali clariorem conficere iudicauit.Sagax ergo ad discernẽdum uariarum rerum naturam erat: & inuenire nouas ammirandasq; facturas: quæ sine descriptione fuissent. Harum ipse prudenter inueniebat effectum: & ostendens artificibus:ita perfici enunciabat: ut quæ descripta fuissent:eorum cautam similitudinem euidenter opifices imitarentur. Promissa ergo complentes:mensam describere festinamus. Huius duorum semis cubitorum longitudinem: latitudinem unius:altitudinem unius semis construxerunt:totã de auro formantes eam.Coronam quidem in palmam conferunt:frõtispicia uero uersatilia:sculpturam habentia:ornatam in speciem restis ex tribus partibus mare similantis. Triangulis enim existentibus frontispiciis unusquisq; angulus eandem formе dispositionem habebat.Quæ dum uerterет: unã & nõ diuersã speciẽ demonstrabat coronæ.Porro pars quæ sub mẽsa erat incluſa:pulchre constructa fulgebat: pars autem quæ de foris apparebat:artificii decore plus cuncta splendebat: quia uisui uel spectaculo patebat. Vnde proceritate partium ambarum acutam fieri contigerat: ne ullus angulus trium ut prædiximus existentium in transductione minor uideretur.Dispositi uero erant in modum funium torno factoꝝ preciosissimi lapides: aureis sperulis per foramina concluſi.Partes autem quæ per latera coronæ cernebantur:in speciem ouorum optimo lapide factorum figurate nitebant : sculpturæ uirgulas imitatæ: quæ spisse circa mensam uoluebantur. Ouorum autem dispositionem circunduxerunt opifices:ornatamq; omniũ fructuum naturam: uuas pendentes:aristas surgentes:malagranata concluſa. Lapides autem secundum genus predictorum fructuum ad proprium uniuscuiusque colorem formatos: circa totam mensam ex auro ligauerunt. Sub corona quoque ouorum similis ordo: seu uirgarum constiterat:ut exambabus partibus eandem operis uarietatem cauamq; speciem mensa constructa proferret:ne frõtispicii uel coronæ positõ in alteram partem mensæ cõuersa: fieret diuersa:sed eadem usq; ad pedes facies operis extenderetur. Nam ductile aurum quatuor digitis latum:secundum totã mensæ latitudinem super quod pedes eius impõerent:fecerunt:deinde sperulis & clausuris eos cum corona mensæ construxerunt:ut eundem artificii:uel magnificentiæ uisum præberent:in quam cunq; partem mensa conuerteretur.Super mẽsam aũt meãdrũ fluuium sculpserunt: lapides precioſissimos in medio eius tanquã stellas uario colore ponentes.Nam carbũculũ uel smaragdum iocundo aspectu fulgentes miserunt:aliorũq; genera lapidum qui uel industria uel emulatione digni:per excellẽtiã naturæ cunctis existunt. Post meandrũ aũt completũ:in speciẽ funis quiddã circunferebat: in medio figurã sublongã & rotundã habens:super qd christallinus lapis erat electrum: alias electrus:impositi pari pœnæ formaꝫ aspectu:q delectationẽ mirã intuentibus pstabãt. Capita uero pedũ eius similia liliis fabricauerãt: curuationẽ brachioꝫ habẽtia sub mẽsa reflexã:intus uero rectũ instar lilii germen uidebat: quos alias quæ lapis carbũculus in palmũ factus:figurã crepidis ostendẽs:& latitudinẽ octo digitoꝫ habẽs:sustentabat. Nam sup eũ pedum omẽ pondus initebat.Sculpserunt etiam tenuissimo uel laboriosissimo torno unũquẽq; pedũ: in qbus hedeꝛ uel uitis palmites cũ uuis existẽtibus eminebãt: ut nihil a ueris discrepare putarẽtur.Siquidẽ ad aure flatũ p tenuitatẽ & extẽsionẽ sũmitatis suæ cõmotæ: imagiationẽ naturaliũ arte pbebãt.Verumetiã figuram totius mensæ tribus tabulis cõstruxere:cõpagine ptiũ in inuicẽ ita colligata:ut inuisibilis existeret:nec itelligeretur eorum insertio. Grossitudo uero mensæ nõ minus dimidio cubito fuisse dinoscitur.Talis ergo uotiua mensa multa regis munificentia: uel

preciositate materie:ac uarietate pulchritudinis:& industria artificū studiose perfecta est:& licet magnitudine prioris deo deuote mense non distaret:artificio tamen & nouitate:uel claritate facturæ: ualde melior & splendidior ēimata fugebat. Crateras etiam aureas duas fecerūt:sculpturam uiperam ab inferiore parte usq; ad cingulum habentes:lapidibus uariis in squama cōclusis. De hinc super eos fecerunt meandrum altum cubito:compositione lapidum diuersorum:specie magna fulgentem:in quo uirgarū ordo instabat: de quibus cōplexionibus simul usq; ad labrum protrahebatur. Per medium quoq; quatuor digitorū sculptura pulchris lapidibus inserta: decorem craterum ostendebat:quorū labra liliorum foliis:& uuarū floribus in orbem productis corona complectebatur. Et aureas quidem crateras duas:capientes utrasq; amphoram huiusmodi construxerunt. Argentei uero clarorem speculis splendorem emittebant:ut certius in his facies aspitientium uiderentur.Insuper fecit rex pateras triginta ex auro necnon lapide precioso:& circūdatæ foliis hederæ:uel aurosis bratteis:quasi uitis celatura artificiose obūbrabātur. Hæc ideo ita fiebant q; per scientiam opificis arte mira reliquos anteirent: & multomelius studio uel munificentia regis formabantur.Non enim tantum incessanter & large artificibus impendia præstabat:quanto etiam publicorū negotiorū relictis regiminibus:ipse operantibus semper instabat: & frequenter artifices uisitabat. Quapropter opera opificum diligentia regis & industria feruente propensius īminebat.Cunq; hæc ad hierosolymā transinissa ptolomei uoto fuissent: & princeps sacerdotum eleazarus ea deo dicasset:portitores eorū honorans:donaq; regi deportāda præstās: ad eum remisit. Ergo postquā alexandriā peruētum est:& ptolomeus præsentiā eorū cum septuaginta senioribus audiuit:statī andreā & aristenum legatos euocari præcepit. Qui uenientes:epistolas quas a principe sacerdotum deportauerunt obtulerunt:& ea quæ uerbis eos dīsserere iusserat edixerunt. Studens autem colloquī senioribus ab hierosolymis pro interpretatione legū directis: diuersos quidem qui pro suis causis aderant denunciauit dimitti:mirabilē hanc & præter consuetudinem faciens dimissionem:ut qui propter huiusmodi causas ducebantur:post quintū diem eum adirent.Legati uero post mensam a rege tunc dimissi: illos ab eleazaro destinatos expectabat.Dumq; seniores illi cum donisq; regi deportanda princeps sacerdotum eis dederat aduenissent:cum uoluminibus transierunt:in quibus litteris aureis conscriptæ leges continebanē. Et rex eos de codicibus percunctabatur.Cum uero reuelarent:& ostenderent tenuitatem membrane: uel in comprehensibilem eorum compaginem rex miratus est:q; ita fuissent compacta. Dumq; hoc diu fecisset:gratias inquit ago:uobis quidem q; uenistis:maiores uero illi qui uos destinauit:sed ante omnia deo:cuius hæ leges uenerandæ probātur.Cunq; clamassent seniores:uel hii qui præsentes erant:orantes prospera regi diuinitus euenire:nimium delectatus: prorupit ad lachrymas.Nam sepius natura hoc summo gaudio patitur:quod etiam dolentibus solet accidēre. Tunc iussit codices primatibus officii designari:uiros autem osculatus equum dixit esse: primū ad eos facere sermonem pro quibus essent uocati: immo & diem quo ad eum deducti fuissent: clarum singulis annis per totum uitæ suæ tempus celebrare promisit. Nam euenit eundem esse primum præsentiæ illorum:& uictoriæ diem:quo antigonum nauali prælio uicerat. Epulari ēt secum eos præcepit:hospiciaq; in arce denunciauit eis omnia deputari.Nicanor autem super susceptionem peregrinorum constitutus:dorotheum uocans:qui de his curam habebat: iussit singulis necessaria præparare.Nam ita dispositum a rege fuerat:ut alimenta quibus singulæ ciuitates utuntur:exhiberentur diligenter consuetudini peregrinorum ad eos uenientium:& eis omia ad nutum eorum pararentur:quatenus cibis solitis magis delectarentur:ne forsan corrupti extraneis grauarentur:quod & circa istos effectum est. Dorotheo uero quem pro sinceritate uitæ super hæc rex constituerat: per quem & præparauerat omnia:quæ ad huiusmodi conuenirent cōuiuia hæc implente: partem quidem mediam eorum ad dexteram suam: reliquos autē post eius accubitum: nihil prætermittens:quod ad eorum honorificentiam pertineret. Postquam autem ita discubuerunt: iussit dorotheo solita ministrare:quibus omnes iudei ad eum uenientes utebā tur.Tunc itaq; sacros præcones & immolatores & alios qui uota faciunt recusauit:& unum e senioribus nomine heliseum sacerdotem existentem:rex petiuit facere orationem. Qui in medio stans regi bona & subiectis eius optauit:& post plausus cū gaudio & clamore oīum surrexerūt: & residentes ad epulationē & delitias paratas se cōtulerunt.Præterea rex quantum satis ei uisum est cœpit philosophari:& unūquēq; eorum naturales percunctari sermones:& ad contēplationē questionis accēdere: cauteq; illis ad omnia respondentibus quæ eis obiecta essent & explanantibus:gauisus: p duodecī dies hoc cōuiuiū īstruxit.Et qui uult singula cognoscere:q; ī cōuiuio præparata fūt:legat uolumina aristeni:quæ propter hæc cōscripserat:& agnoscet.Mirante uero eos non tantū rege sed etiam menedimo philosopho: dicente oīa per ꝓuidentiam dispensari:ideoq;

uirtutem & pulchritudinem uideri:deſtitit rex quidem de his facere ſermonem: dicebat autem maxima ſibi bona per præſentiam eorum fieri:nam profuiſſe ei:q; didiciſſet ab illis:quemadmodum deberet regnare:iuſſitq; dari ſingulis talenta tria:& deputauit illis:qui eos perducere ad diuerſoria deberent.Poſtquã uero tres exceſſerunt dies:congregans eos demetrius: táſiit ad ſtadiũ maris:& unum tranſiens pontem:adiit partes aquiloni coniunctas conciliũq; fecit in domo prope litus ſtante:& apta ſecretis ad cognitionem negociorum. Vbi eos perducens: petebat omnia quæ opus habebant ad legis interprætationem:ut ipſis præſentibus diceret: ut alias & inceſanter opus implerent.Cunq; illi munificenter & laborioſe cautam interprætationem facerent:uſq; ad horam nonam in hoc ſedentes:ad curam corporis uertebantur:ita ſuitante eos dorotheo:uel opulenter conuerſationis ſalubria præbente:multaq; etiam ex his quæ regi parabantur. Mane autem ad aulam uenientes:ptolomeum ſalutabant & rurſus ad eundem locum rediebãt:& manus in mari lauantes:& ſe ipſos purificantes ita legis interpretationi uacabant. Itaq; tranſcripta lege & opere interpretationis ad effectum per.lxxii. dies tranſacto. cõgregans demetrius iudeos omnes ad locum in quo traſlatæ leges fuerant:præſentibus etiam interpretibus legit eas. Cunq; multitudo amplexa legem:uel ſeniores eius interpretes: demetrium eo q; magnaꝫ rerum inuẽtor eſſe uideretur laudaſſet rogauit etiam:ut & præſidibus ſuis daretur legenda:& petierũt omnes ſacerdotes interpretes:ſeniores:& prepoſitos gentis:ut bene interpretata:permaneret immobilis.Cum uero omnes ſententiam laudaſſẽt:iuſſerunt:ut ſi quod aut ſuperfluum:aut minus aliquid ſcriptum uiderent in lege: hoc deſpicerent:& manifeſtum facientes emendarẽt:hoc caſtigãtes:ut quod ſemel iudicatum fuerat bene ſe habere:ſempiterna memoria remaneret.Gauiſus ergo rex & uidens uoluntatem ſuam ad utilem rem eſſe profectam:& delectatus relictis legibus:& ſenſum:& ſapientiam:& legiſlatores obſtupeſcens:ad demetrium ſermões facere cœpit:q; ita mira exiſteret legiſlatio q; nemo neq; hiſtoriographus:neq; poeta meminiſſet eius. Cui demetrius reſpondit:neminem fuiſſe auſum:harum legum tangere conſcriptionem q; diuina & uenerabilis eſſet:& quia leſi ſunt quidam a deo hoc præſumentes. Significabat uero:qualiter theopõpus uolens in hiſtoria aliquid de his conſcribere: ſit mente turbatus:plus triginta diebus: & cum ad ſe reuerſus cum humilitate a deo ueniam ſupplicaret:dei ſibi clementiam factam ſuſpicatus eẽt: necnon & in ſomnis uiderit:q; ei ideo accidiſſet:quia diuina ſcrutatus eſſet:& proferre ea ad homines impuros uellet:cum conſcribere quieuiſſet recepit ſenſum. Referebat autem & de theotecto tragediarum poeta dicens:quia cum niſus fuiſſet in aliquo dragmatheorũ meminiſſe:quæ in diuino uolumine continentur:oculis obſcuratis recognouit cauſam ſuæ cecitatis:& ita liberatus eſt a paſſione deo ueniam indulgente.Hæc ergo rex pure ſuſcipiens petiuit interpretes: frequenter ad ſe de iudea proficiſci:hoc enim eis ad honorem & ad dõnationem ab eo profuturum dicens:nunc uero iuſtum eſſe eos dimitti dicebat:ſponte autem ad eum uenientes : omnia quæ equum eſſet ſapientiam eorum impetrare: & pro ſua maieſtate dignum largiri promiſit. Et quidem tunc remiſit eos donans unicuiq; optimas tres ſtolas: & auri talẽta duo & calicem unius talenti:totumq; conuiuatorium.Principi autem ſacerdotum eleazaro deſtinauit per eos lectos cũ aureis pedibus decem:& conuenientem eis ſuppelectilem: & calicem talentoꝫ triginta : inſuper ſtolas decem: & purpuram: & coronam decoram:& lineas de byſſo centum:præterea & pateras: & trullã:& libatoria:& crateras aureas duas deuouendas.Petiuit autẽ & per epiſtolas:ut ſi quis de his uiris uoluiſſet reuerti ad ſe:eum permitteret:dum nimium delectaretur cum eruditis habere ſermonem:& diuicias ſuas libenter talibus impertiri. Huiuſmodi quidem cauſam ad honorẽ & gloriam iudeorum ptolomeo nomine philadelpho fieri contigit.

Capitulum.III.

IMpetrauerunt autem & a regibus aſyæ honorem:quomodo cũ eis caſtrametati ſunt Nam ſeleucus nomine nicanor in ciuitatibus quas per aſyam edificauerat: & in inferiore ſyria:& in ipſa metropoli antiochia republica ſua dignos eos effecit & equum eis honorẽ cũ habitatoribus macedõibus & græcis deputauit.Hactenus i eadẽ cõuerſatione eos aliquãdo mãſiſſe ſignũ eſt:q; iudei nolentes aliẽigenaꝫ uti oleo:accipiũt alias accipiant diffinitã quandã a pricipibus olipiaci certamis ꝓ ꝑcio olei pecuniã:populoq; ãtiochéo i præſenti bello uolenti ſoluere conſuetudinem:mutianus præfectus tunc ſyriæ conſtituta ſeruauit: & poſt hæc imperatoribus Veſpaſiano & tito orbis terrarum: ſupplicauerunt alexandrini & antiocheni:ut eis ius reipublicæ de reliquo cum iudeis nõdeberet eſſe commune:nec ipetrauerũt

Vnde poteſt conſiderari romanorum modeſtia: & potius magnificentia Veſpaſiani & titi. Qui cum multa pericula bellando contra iudeos ſuſtinuiſſent:acerbe ferẽtes q̃ ſe tradere noluiſſent: ſed uſque ad finem pugnantes permanſiſſent:nihil penitus eis de hoc quod dudum præſtium fu erat abſtulerunt: ſed ſimul & priorem iram & petitionem magni populi alexandrini & antioche ni uiuaciter expulerunt:dum nihil neq; p̃ amiciciis ad gratiam iſtorum: neq; p̃ inimiciciis deuictorum concederent:quatenus perſolueretur aliquid priſtine iudeorum utilitatis: dicẽtes eos in pugna dediſſe pœnas:qui arma cœperunt:inſontes autẽ nõ eẽ iuſtũ ſua poſſeſſione priuari.Simile uero & marcum agrippam erga iudeos ſenſiſſe cognouimus. Nam motis contra eum cretenſibus:& petentibus agrippam:ut conuerſationem quam eis antiochus ſeleuci nepos:qui apud græcos deus nuncupatur dederat ſoli poſſiderent & dicentibus:ut ſi cognati eſſent eorum iudei: colerent proprios eorum deos:habito iudicio iudei uicerunt:ut ſuis utantur moribus:defendẽte eos nicolao damaſceno.Nam agrippa interlocutus eſt:nihil innouare eis licere. Siquis autem certius hæc uult noſſe: legat nicolai centeſimam & uiceſimamtertiam & quartam hiſtoriam & agrippæ quidem iudicium non eſt forſitan admirandum.Non enim pugnabat tunc gens noſtra aduerſus romanos. Veſpaſiani etiam & titi magnificentiam quilibet decentius obſtupeſcit:qui poſt tot bella tantaque certamina quæ contra nos habuerunt tam pie diſpoſiti ſunt. Repetam autem orationem: unde ad hæc uideor eſſe digreſſus.Iudeos igitur ſub imperio magni antiochi regentis aſyam conſtitutos contigit multa tolleraſſe:dum terra eorũ diuerſis calamitatibus ſubiaceret:cum illis qui humilem ſyriam habitare uidebantur.Nam cum antiochus pugnaſſet contra eupatorem ptolomeum:& eius filium ptolomeum: cognomine epiphanen: laborare cõtigit eos cum uincente & uicto:& eadem pati ut pares exiſterent: naues turbate & tempeſtatibus fluctuãtes:dum inter fœlicitatem & calamitatem antiochi fuiſſent communiter conſtituti. Cunq; uiciſſet ptolomeum:antiochus iudeam recepit. Defuncto uero ptolomeo filio eupatore: filius eius magnam uirtutem militum miſit:& ducem ſcopam nomine:contra humilem ſyriam:multaſque eorum ciuitates cœpit. Ex quo noſtra gens expugnata adiecta ei eſt:& nõ poſt multum antiochus ſcopam uicit:confligens contra eum iuxta fontẽ iordanis: & multos ab exercitu eius proſtrauit. Poſtea uero antiocho capiente ſyriæ ciuitates:quas ſcopa tenuerat:ex ſamaria ſponte gens iudeorum ad eum tranſiens:in ciuitatem omnem eius exercitum ſuſcepit: & elephantis abundanter alimenta p̃buerunt:& obſidente eos qui ab ſcopa in arce hieroſolymorum relicti ſunt cuſtodes:prono animo auxilium præſtiterunt. Igitur Antiochus iuſtum arbitratus iudeorum erga ſe ſtudium liberaliter remunerandum:ſcripſit magiſtratibus & amicis teſtimonium exhibens q̃ ab eis bene tractatus eſt:ſed & donationes quas eis pro gratia retribuere cogitauit:manifeſte illis innotuit.Referam uero epiſtolas quas magiſtratibus de ipſis ſcripſerat:præponens teſtimonium: quod nobis præbet polibius megelopolitanus in undecima hiſtoria ſua ita dicens. Ptolomei dux Scopa ad ſuperiora uadens loca:ſuperauit hyemis tempore gentem iudeorũ.Dicit nãq; & in eodem uolumine:qualiter Scopam Antiochus deuincens.Bythyniam & Samariam: & Abella: & gadera cepiſſet.Paulo poſt uero tradiderũt ſe ei iudei:qui circa templũ habitabant.Factæ aũt apparationis in tẽplo:ad aliud tempus narratõnem differamus.Polibius quidem hæc in hiſtoria conſcripſit.Nos aũt reducamus orationem ad narrationem prioré:intimantes epiſtolas regis Antiochi.Rex Antiochus Ptolomeo ſalutem.Iudei mox ut prouinciam eorum ingreſſi ſumus:liberalitaté circa nos ſuam oſtenderunt:& uenientes ad ciuitaté clare nos ſuſceperunt:cum ſenioribus & principibus occurrentes:& abunde miniſtrauerunt militibus:& elephantis uictualia & nobiſcum ad arcem pugnauerunt cõtra cuſtodes egyptiorũ. Ergo dignũ & nos iudicamus eos remunerari: & reficere ciuitatem deſtructam:& rurſus in eam habitatores cõgregare diſperſos.Et primum conſtituimus propter pietaté eis præſtari ad imolatõnes uictimarũ:& uini & olei & libaminis precium argenteorũ uiginti milia:& ad ſimilam ſecundum prouincialẽ legem tritici modios mille quadringentos ſeptuagintaquinq;.Præberi aũt hæc inquit eis uolo ſecũdum mea mandata: & opus templi conſtrui:& porticus:& ſi qd oportet aliud reſtitui.Materies autẽ lignorum deponatur ex ipſa iudea:& ab aliis gentibus:& a libano:nullo pro his exigente uectigal. Similiter & in aliis in quibus oportet clariſſimam templi fieri uolumus edificationem. Conuerſetur omne genus eorum ſecundum proprias leges: relaxentur & ſacerdotes & ſcribæ templi: & cantores ſacri a tributis:quæ pro ſuo capite dabant:& regio uectigali: uel ab aliis cunctis oneribus : ut pro opere eorum ciuitas habitationibus hominum apta reddatur. His quoque qui uel nunc habitant:uel habitaturi conueniunt: donamus tributa uſque ad mẽſem biperheretheum: & per tres annos liberamus a tertia parte fiſcalium: quatenus eorum leſio releuetur. Et quicunque ab ipſa ciuitate ad iuga ſeruitutis abſtracti ſunt: ex ipſis genitos libertati donamus:&

substantias eis reddi præcipimus. Epistola quidē hæc continebat. Ornato autem templo: edictū per omne suum transmisit imperium: in quo continebatur neminem alienigenaꝝ intra muros templi ingrediendi habere licentiam; nec iudeos nisi quibus mos est: purificatos secundū patriā legem: necꝫ inferri alias inferre ciuitati equinas carnes: necꝫ mulaꝝ: necꝫ ferarum mansuetarum uulpium: aut luporum: aut leporum; aut pardorum: & generaliter omium animalium quæ iudeis interdicta sunt: ut nec pelles eorum liceret afferre: alias afferri: necꝫ horum aliquid intra ciuitatem pascere: sed solitis parentum uictimis: ex quibus & deo oportet sacrificare alias autē sacrificari: uti permissum est. Qui autē aliquid horum transgressus fuisset: iussit ut multatus pecuniæ præstaret sacerdotibus dragmas tria milia. Scripsit etiam testimonia nostræ pietatis: & fidei præbens: cū rebelles frigas & Liddos adisset: eo tempore: quo ad superiores Persaꝝ ierat prouincias iubens zeusidi carissimo: ut mitteret quosdā nostroꝝ a babilone ad frigiā: ita per epistolam suam mandās rex Antiochus Zeusidi patri salutem. Si sani estis: bene est: sanus & ego sum. Audiens autem frigas & liddos rebellare magna cogitatione permotus: consilium animo percepi qd oporteret fieri. Placuit aūt ad castella uel necessaria loca mesopotamiæ & babiloniæ iudeorum domus duo milia cum apparatu suo deducere: credo enī fideles nobis eos custodes futuros propter pietatem: quā circa deum habent. Nam testificantur parentes nostri fideles eos: & pronum animum habere in his quæ petiti fuerint. Volo igitur licet difficile esse credam migrari: ut pmittas eos legibus propriis uti: & cum eos ad prædicta loca migraueris: ad edificādas sibi domos locum unicuiqꝫ distribuit: terramqꝫ colendam dari: & uitium plantatiōes & tributa fructuum terræ concedere per annos decem. Accipiant uero usquequo fructus colligant triticum ad cibum seruorum quod eis sufficiat: ut nostram impetrantes clemētiam: proniores seipsos erga nos præbeant. Præterea prouidentiam faciens eoꝝ gentis secundum possibilitatē: quatenus a nullo molestiam patiantur. De amicitia quidē magni Antiochi & iudeoꝝ: hæc a nobis pro testimonio dicta sint. Postea uero ut amicitiam & fœdus Ptolomeus cum ātiocho cōposuit: dedit ei filiam suā cleopatram ad nuptum: concedens ei humilem Syriam: & samariam: & iudeam: & Phenicem dotis nomine. Diuisis aūt in utrunqꝫ regem tributis: unusquisqꝫ sublimissimus patriæ suæ colligēs uectigalium summam statutam regi offerebat. Eodem uero tempore samarite iscæliciter agētes: multa contra iudeos mala fecerunt: terramqꝫ eorum depopulantes: multos inde captiuos trahebant: quæ facta sunt sub principe sacerdotum Onia. Nam defuncto Eleazaro principatum sacerdotii patruus eius manasses suscepit: cuius post finem uitæ Onias eo in honore successit filius existens Simonis: cognomine iusti: qui Simon frater Eleazari: sicut prædiximus: erat.

Capitulum. IIII.

IS autem Onias paruulus mente: & pecuniis auarus existens: pro populo regibus uectigal: quod patres eius ex propriis dabant id est uiginti talenta pecuniarum non reddens ad iram regem Ptolomeum commouit: qui & legatum transmittens ad hierosolymam: culpabat Oniam non reddentem tributa: & interminabatur: ut si non acciperent tributa: terram eorum ad iugera metiretur & mitteret ad habitandum illic milites. Audientes uero mandata regis iudei turbabantur: hunc autē Oniam nihil horum flectebat propter auaritiam suam. Ioseppus autem quidam iuuenis ætate: sed propter castitatem & suam prudentiam iusticiæ gloriam habens apud hierosolymitas: patre Tobia: & ex sorore Oniæ principis sacerdotum progenitus: mandante matre legati præsentiam: dum ille esset ad ficulam uicum: ubi natus erat: ueniens in ciuitatem increpabat sacerdotem: non prouidentem innocentiæ ciuium: sed ad pericula mittere uolentem gentem propter pecuniarum priuationem: dum per ipsum populum dignitatem accepisset: & principatum sacerdotalis honoris impetrasset. Si autem cupiditate haberet pecunias: ita ut propter ipsas & periculum fieri patriæ: & ciues suos afflictos uidere pateretur: suadebat ei ad regem ire & petere: ut ei aut omnes pecuniæ aut pars concederet. Tunc Onias neque principatum uelle se gentis habere respondit immo & sacerdotalem honorē si esset possibile paratum se esse deponere: ne tantum ad regem accederet. Et dum nihil ad se de his ptinere dixisset: ioseppus iterrogauit eū: si sibi cōcederet legationē ad Prolomeū gerere pro gente. Cūqꝫ concessisset Onias: ascendit ad templum ioseppus: & cōuocata multitudine ad contionem nihil turbari eos uel timere suadebat propter auunculi Oniæ circa eos negligentiam: sed rogabat: ut deponerent cordis mesticiā: qua p regis mādatis affligebant. Nam legationē factuꝫ se ad regem promisit: ut flecteret eum: quo nihil iniquitatis ī eos efficeret. Multitudo quidē hæc

audiens. Ioseppo gratias egit: ipse autem a templo descendens:in hospitium suscepit Ptolomei: legatum:donauitq; ei magnificentissima munera:& per multos dies munificentissime eũ pauit: & ad regẽ remisit:promittentes ei ut & ipse sequeretur.Nam pronior factus erat proficisci ad regem legato inuitante:& concitante eum ad Egyptum peruenire:& ꝓmittente omnia quæ a Ptolomeo peteret per se eum impetraturum:quia modestiam morum eius nimis amabat.Cunq; legatus ad Egyptum peruenisset:& regi nunciasset indeuotõnem Oniæ:& utilitatem Ioseppi:quẽ uentur⁹ ad eum dicebat:& satisfactur⁹ pro excessu Oniæ:qui etiam regem patronum esse confideret:tanta laudum magnitudine pro adolescente utebatur:ut regem & uxorem eius cleopatrã prius familiarem faceret habere ioseppum quã eum haberent præsentem.Ioseppus aũt mandans amicis ad Samariam:& mutuam ab eis accipiens pecuniam:& parans conuenientia profectioni: uestes & pocula & subiugalia:quæ omnia ad uiginti milia dragmas essent ad Alexandriam usq; peruenit.Contigit aũt per illud tempus omẽs primatus & magistratus ascendere ciuitates Syriæ & Phenice:ut uectigalium susciperent exactionem. Nam singulis annis potentibus per ciuitates eam rex cõmittere consueuerat. Videntes autem hi per uiam ioseppum deridebant eius paupertatem & inopiam. Cunq; ad alexãdriam peruenisset:in Memphis Ptolomeum esse cognouit:cui occurrere festinauit. Sedente auté super currũ rege cum uxore & amico Athenione: qui cum legatione ad Hierosolymam destinatus:& a ioseppo hospitio clementer exceptus est. Vidés Athenio mox regi innotuit:dicens hunc esse:de quo ab hierosolymis ueniens nũciauit:quã bonus inquit iuuenis & liberalis.Ptolomeus uero primus eum salutauit:& ascendere super currum fecit. Postquã uero sedit cœpit rex Oniam accusare. Tunc ioseppus ait. Veniam ei queso præsta ꝓpter senectutem.Non enim uos latet q⁹ senes & infantes eandem mentem contingit habere. A nobis autem redditur tibi ratio:ut ei penitus irasci non debeas.Gauisus aũt rex de prudẽtia atq; beniuolentia iuuenis:plus eũ quippe iam expertũ diligere cœpit:iussitq; in aulã regiã susci pi: & quotidie suæ mensæ esse conuiuã. Cunq; uenisset ad Alexandriã rex:uidentes Syriæ priores consedentẽ ioseppũ:egre ferebant. Instante uero die quo suscipi habebãt uectigaliũ soleniter exactiones diuersar⁹ ciuitatũ nobiles data pecunia suæ patriæ exigenda fiscalia conducebant: quæ usq; ad octo milia talenta humilis Syriæ & Phenicis & iudeæ & Samariæ colligebãtur. Audiens ergo ioseppus culpabat eos qui conducebant:tanquã paruo munere exigenda regi uectigalia ꝓmisissent. Ipse aũt duplũ dare pollicitus est:& fisci iuribus peccãtium substãtias applicare. Nam & hoc cum uectigalibus tradebatur. Rex itaq; libenter audiuit q⁹ ad eius errarium expectaret augmentum: & petente ioseppo confirmari sibi uectigalium conductionem interrogauit si secundũ promissionem suam uades idoneos habere potuisset. Ille uero facile respondit. Dabo inquit homies bonos & optimos de quibus confidas. Cunq; diceret rex:qui sunt isti uades:quos te dare promittis:ioseppus:te inquit o rex & tuam uxorem pro utraq; parte sponsores præbebo tibi. Cuius uerba libenter suscipiens Ptolomeus sine fideiussoris uectigalia eum habere permisit. Quod factũ nimis contristauit eos qui de ciuitatibus Syriæ ad Egyptum uenerant: q⁹ simili non fuerant benignitate tractati:unde cũ magna confusione ad suas unusquisq; prouincias recessere. Ioseppus uero accipiens a rege duo milia peditum:peruerat enim aliquod auxilium ut uires haberet contra contumaces ac rebelles exigere:tunc mutuans propter expensas suas ab amicis regis quingẽta talenta de alexandria in Syriam est profectus: qui postquã uenit i ascalonam uectigalia exigẽs ascalonitas quõ nihil dare uolebant:sed etiam contumeliis eum grauibus afficiebant:capiés priores ipsorum uiginti trucidauit:& substantias eorum usq; ad mille collectas talenta regis utilitatibus applicauit:intimans ei quæ contigerunt. Miratus autem Ptolomeus prudentiam eius:& laudans quæ facta fuerant:permisit ei agere quæ uellet.Hæc audientes Syrii obstupuerunt ascalonitarum contumacie exempla:metuentes ciuitatibus suis: & ideo foribus ciuitatum reseratis deuotis animis aduentum ioseppi sustinebant. Nitentibus uero scitopolitanis contumeliis eum afficere:& uectigalia denegare quæ prius sine dilatione reddebant:horum quoq; priores interfecit:substantiasq; eorum fisci iuribus applicauit.Colligens uero pecunias multas:& maximum faciens lucrum ab exactione uectigalium abutebatur collecta pecunia:ut ei potentia permaneret: occasionẽ sibi:& cãm fœlicitatis seruare putans ex his q̃ cõgregauerat:& multa large regi & cleopatre uel amicis eor⁹ bona dirigebat patrocinia sibi eor⁹ fauorẽq; cõcilians. Potitus uero ac fœlicitate p ãnos uigitiduos:& pater factus ab una quidẽ uxore septẽ filior⁹: habuit ẽt ex filia fratris sui solini unũ noĩe hircanũ:quã accepit ex tali causa:cũ fratre quondã Alexandriã ꝑgens:ducente etiam secum filiã nuptiis iam maturam: ut eam cõiungeret alicui sublimi iudeorum: dum apud regem cœnaret:& intrasset Pantomima ad conuiuium concupiuit eam:fratrique nunciauit desiderium suum: petens eum celare suum peccatum. Nam apud iudeos lege prohibetur alieni-

gene conuenire mulieri:quapropter petebat ut fideliter causam eius cupiditatis expleret. Frater aũt eius libenter ministerium suscepit:ornãsq; suam filiam:nocte adduxit ad eum & collocauit. Ille ex ebrietate nesciens ueritatem cum fratris filia concubuit:quo sepius facto ualde dilexit eã: dixitq; ad fratrem ꝙ uita eius periclitaretur si rex ei minime concederet Pantomimã. Fratre uero petente nihil eum debere metuere:quia dicebat ei frui muliere uxoremq; habere:& uerũ aperiens ei:ac dicens magis se uelle filiam iniuriam sustinere quã illum uidere ad confusionem dete stabilem peruenire:laudans eum Ioseppus de cõcordia fraternitatis filiam eius duxit uxorẽ & filium ex ea genuit hircanum ut prædiximus. Qui cum adhuc tertiũdecimũ annũ agens demonstrabat naturalem fortitudinẽ & prudentiã:ut etiã acerbam emulationẽ fratribus suis excitaret. Ioseppo uero uolente cognoscer quis de filiis suis uirtute melior existeret:unũquenq; ad doctorum sublimium studia destinauit.Et cæteri quidem desidia disciplinaꝝ indocti fatuiq; redierũt. Post illos aũt adolescentulũ hircanum direxit:dansq; ei trecenta iuga boum:transmisit uiã duorum dierum ad solitudinem seminare:celans lora quibus ligarentur:quæ non habens hircanus: aratorum quidem sententiam reprobauit suadentium:ut ad patrem mitteret quosdã deferre lora.Tempus autẽ non arbitratus non oportere se perdere dum expectaret illos qui transmittendi erant:excogitauit uirile quoddam & maius ætate sua. Occidens enĩ decem iuga:carnes quidem operariis distribuit:pelles uero eoꝝ incidens retinacula fecit:per quæ iuga ligauit: & hoc modo seminans terram quã ei præceperat reuersus est ad eum:quẽ pater suscipiens nimis dilexit ꝓpter prudentiam & argutiam mentis:& fiduciã eius laudãs tanquã solum proprium filium diligebat: propter quod fratres eius cõtristabantur ut uero nunciauit quidã ioseppo per illud tempus filiũ regi ptolomeo genitum:& ꝙ omnes priores syriæ:& subiectaꝝ ꝓuinciaꝝ celebrarent natalis pueri diem:cũ apparatu maximo ad alexandriã ire ipso quidẽ senio ꝓhibebatur: filios aũt interrogauit quis illoꝝ ad regẽ uellet ire:maioribus uero recusantibus:& ad tales conuentus idoctos se esse dicentibus:fratréq; hircanum posse ad regẽ ire firmantibus consuluit eum.Qui cum se promisisset iturũ:dicens se in uia non multas opus habere pecunias:dum soleret bibere modeste:& ei decem milia dragme habũde sufficerent:gauisus ẽ de sobrietate filii.Deferens aũt parum puer patri suadebat dona quidem exinde ipsi regi non mittere:dare uero epistolam ad dispensatorem in alexandriam:quatenus ei præberet pecunias ad comparationem eorum quæ optima uel preciosa poterat iuenire. Qui opinatus decem talenta sufficere ad sumptũ regii muneris: filiũ collaudans:ut bene admonentẽ scripsit dispensatori Arioni qui omnes per Alexandriã eius dispensabat pecunias:non minus tria milia talenta existentes. Nam Ioseppus a Syria pecuniã ad Alexãdriam mittebat.Et constituto die ueniente:in quo assignari regi oportuisset. Arioni scribebat: ut eas redderet.Igitur Hircanus suggerens patri:accepit epistolã ad Alexandriãq; perrexit.Egresso aũt eo fratres eius scribunt oĩbus regis amicis:ut eum occiderent.Qui ut peruenit ad Alexandriam:porrexit Arioni epistolã.Quo interrogante eum quanta uellet accipere talenta: nam sperabat eum querere decem tantum:aut his pauco plus:cũq; dixisset mille opus habere iratus ĩcrepabat eum:quasi uolentẽ luxiriose uiuere: & dicebãt quẽadmodũ pater eius substantiã collegisset labore uel abstinentia:& imitatorem fieri genitoris inuitabat. Dare aũt non plus nisi decem talenta se dicebat:& hæc ad regiã donationẽ.Tunc furore cõmotus adolescens in uincula arionẽ misit:cuius uxor ad cleopatrã demandans petiit quatenus puerũ increparet:nã ualde arion apud eã honoribus precellebat: quod etiã ad regis notitiã cleopatra ꝓduxit. Itaq; Ptolomeus ad hircanum mittens admirari se dicebat ꝙ a patre ad se trãsmissus nõ eũ uidisset:insup & dispẽsatorẽ ligasset. Venire ergo eũ:& cãm sibi ꝓ qua ueniret ĩdicare ꝓcepit:quẽ ferũt nũcio regis ita respondisse legem esse penes iudeos : quæ ꝓhibet communes epulas prius attingere:quã in templo dei immolare.Et ideo distulisset ne sine donis a patre trasmissis ad regem pueniret.Propter hãc causam nõ ad eũ uenisse:seruũ aũt punisse nõ obsecutũ iussionibus suis dum nihil distaret ĩter magnũ & minorẽ dominũ:sed si taliũ cõtumacia nõ emẽdaẽ:& tu inquit spera similiter a subiectis contemni. Quæ Ptolomeus audiens ad risum cõuersus magnanimitatẽ adolescẽtis miratus est. Cunq; audisset Arion ꝙ ita rex responsum accipiẽs nullum ei auxiliũ præberet:dedit adolescenti mille talenta:& a uinculis est solutus.Tres uero differens hircanus dies regẽ reginãq; salutauit: quem illi libenter suscipientes uiderunt: & amicabiliter pauerunt propter honorem patris. Qui latenter ad negociatores accedens comparauit ab eis pueros centum litteras scientes unũquenq; talento uno:& centum uirgines singulas eodẽ precio. Cunq; inuitatus ad regis conuiuiũ discubuisset cum prioribus prouinciaꝝ:ultimus omnium & tanquã puer ab his qui loca secundũ dignitatem habebant contemneretur. Cunq; omnes conuiue regis ossa cibogꝝ ante hircanum in mensa proiicerent:ipso tacente Trifon qui ad conuiuia & ad risus conuiaꝝ erat aptus;rogãtibus

se cōuiuis iuxta mensam assistens regi ait. Vides domine ātepositā ossa Hircano. Ex hoc conicę & pater eius sic omnē Syriam denudauit: quemadmodū hæc ossa iste carnibus expoliauit. Rídente uero ad uerba Trifonis rege: & interrogante Hircanum: cur tanta ante eum ossa iacerent: apte inquit domine: nā canes semp ossa cū carnibus deuorant: sicut isti fecerunt. Idē de accūbēntibus dicēs: quoniā ista āte eos minīe ossa iacebāt: hoies uero carnes cōedūt: ossa aūt iactāt: qđ & ego tāq̄ hō nūc feci. Rex aūt miratus eius respōsū tā sapiēter dictū oēs plaudere iussit: uerbū eius laudantes. Postera uero die ad unumquenque regis amicū pergens: & ad potentes aulæ hos quidem salutabat: famulos autem interrogabat: quæ dona daturi sunt regi die natalis filii eius. Illis uero dicentibus: quosdam decem daturos talenta: alios autem nobiles plus secundū magnitudinem substantiæ suæ: contristari se simulauit quasi non ualens talē donationē offerre: nā plusq̄ quinq̄ talenta se non habere affirmabat: quod serui audientes dominis nūciauerunt: qui gauisi sunt sperantes ioseppū regem offendere: propter numerū paucitatē: instante uero die cæteri quidem regi offerentes talenta non plus uiginti: qui magnam uidebantur offerre munęꝝ quantitatem hircanus: quos cōparauerat pueros centum & uirgines totidē: unicuiq̄ dās talentū portare: obtulit pueros quidem regi: puellas autem cleopatre reginæ: omnibus munęꝝ magnificentiam admirantibus & ipsis regibus & amicis eoꝝ: insuper & regis seruientibus: quia digna dona multis talētis obtulisset: unde etiā & mortis pericula declinauit hircanus: quæ fratres eius zelo ducti parauerunt. Tunc ptolomeus magnanimitatē adolescentis miratus imperabat ei donationē quā uellet accipere: ille nihil plus petiuit ab eo in se fieri quā ut patri eius scripta dirigeret. Honorans ergo liberaliter: & donationes copiosas præstans pratri & fratribus & oībus magistratibus scripta transmisit. Audientes aūt fratres eius hircanū a rege talia meruisse: magnoq̄ cū honore redeuntem in occursum eius se egredi simulātes interficere illum etiam patre sciēte omnimō decreuerunt: irascebatur. n. ei pater propter pecunias' quas regi obtulerat: & non curabat salutē eius. Et iram quidem quam circa filium ioseppus habebat regem timens celabat. Cōmittētibus uero aduersus eum' fratribus pugnā: multos eoꝝ qui eos sequebantur occidit cum duobus fratribus suis. Cæteri aūt ad patrē hierosolymā cōfugerunt: qui postq̄ ad ciuitatē uenit nullo se suscipiēte discessit trans iordanē fluuiū: ubi remoratus uectigal a barbaris exigebat. Per idem autē tempus regnabat in asia Seleucus qui Sother noiabatur, filius magni Antiochi: tūc moritur & pater Hircani ioseppus uir bonus & magnanimis qui populū iudeoꝝ a paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas usq̄ perduxit: his etiam uiginti & duobus ānis Syriæ & phenicis & Samariæ tributa dispensauit. Defunctus est' uero & auunculus eius Onias principatum sacerdotii simoni filio derelinquens.

Cap. V.

MOrtuo quoq̄ & isto: filius eius Onias in honorem successit: ad quē rex lacedemoniorum aruis legationem direxit & epistolas: quaꝝ huiusmodi continebatur exemplar. Rex lacedemonioꝝ aruis Oniæ salutē. Legentes scripturā aliquā inuenimus ex uno genere iudeos & lacedemones extitisse: & familiaritatē cū abraam sotialiter habuisse. Iustum ē ergo cum fratres existatis trāsmittere ad nos & petere quæ uobis necessaria iudicatis: facinus uero & nos idem & uestra ppria simul: & nostra cōmunia reputamus. Portitor litteraꝝ dimotilis epistolas uobis defert quadrāgulo scriptas signaculū habētes aquilam: draconē unguibus deportantem. Epistola igitur a lacedemonioꝝ rege destinata textū huiusmodi continebat. Defuncto autem ioseppo populum cōtigit seditionem pati propter filios eius. Nam maioribus bellum gerentibus, contra hircanum ultimū filioꝝ ioseppi: dissensit ab inuicem multitudo: pluresq̄ maioribus auxilium, ferebant cum principe sacerdotū Simone qui cognatus eoꝝ & affinis extabat. Hircanus autē redire quidē ad Hierosolymam minime iudicauit. Sedens uero trans iordanem frequenter arabas debellabat. Edificauit ergo turrim fortissimam ex lapide albo cōstruens eam & totam usq̄ ad terram sculpsit animalibus diuersis: & in circuitu fecit magnum & altū euripum: id est piscinas. Ex petra autem contrapositi mōtis cuius incidens sinistram extensionē speluncas multorum spatiorum in longitudinem ibi constituit. Deinde domos quasdam in ea ad conuiuia & somnum & conuersationem fecit aptissimam multitudini: cameratas etiam currentium aquarum delectatione gratissimas ad ornamentum totius aulæ. Ostia uero speluncaꝝ aperuit minora: ut unus & non multi per ea possint intrare: & hoc custodie gratia cōdidit: ut obsessus a fratribus minime periculo subiaceret. Insuper edificauit & atria magnitudīe excellentia: & paradisis ornauit egregiis: & talem perficiens locum tyrum eū nominauit: qui locus est inter arabiā & iudeā positus trans iordanē nō longe a Sebonitide regiōe: præfuit ergo patribus illis p annos septem omni tēpore: quo seleucus syriæ regnauerat. Hoc enī iam defūcto: post frater eius Antiochus: qui epiphanes uocabatur regnū obtinuit. Moritur etiam Ptolomeus rex egyptioꝝ:

lib. xii.

qui similiter epiphanes nuncupabatur:relinquens duos filios minores ætate: quorum unus qui & maior erat Philometor dicebatur:minor uero Fiscon.Hircanus aũt uidens magnã Antiochũ uirtutem habentẽ:& timens ne tentus ab eo tormẽtis afficeret pro his quæ cõtra arabas egerat: uitam propriæ manus internitione cõclusit:cuius substantiã antiochus suis cõmodis applicuit.

Cap.VI.

PEr idẽ tẽpus defuncto Onia principe sacerdotũ:fratri eius ãtiochus sacerdotii cõtulit principatũ.Nam filius quẽ onias reliquerat adhuc infans erat.Demonstrabimus aũt singula in loco ꝓprio quæ ad hunc puerũ ptinere uidebuntur.Iesu uero nã hic frater erat oniæ principatũ sacerdotii rex abstulit iratus:& dedit eũ iuniori fratri eoꝝ noie oniæ. Symõi aũt tres filii hi fuerũt:qui ad tres principatus sacerdotii sicut prædiximus peruenerũt.Et iesus quidem iasonem se nominauit. Onias autem menelaus est nuncupatus. Seditionem itaq; prius princeps sacerdotũ iesus aduersum menelaum concitauit:& diuisa i utrũq; populi multitudine: ꝑ pte menelai filii tobiæ constabant alias cõsistebãt:populi uero pars pluria iasonem adiuuabat.Vnde & laborantes menalaus & filii tobiæ ad antiochũ discesserunt: ad noticiam eius pducentes q; uellent patrias relinquere leges:& conuersationem & mores obseruare græcorum.Rogauerunt ergo eũ ut pmitteret eis edificare gimnasium hierosolymitis.Cũq; concessisset circũcisionem suã uelauerunt:ut non apparerent in denudatione græcis esse dissimiles: cæteraq; oia relinquentes:quæ illis mos patrius imponebat:aliaꝝ facta gentiũ rituq; sequebãt. Antiochus aũt pro suo fœliciter impio exercitũ ducere deliberauit ad egyptum tractus desiderio eius conténens filios Ptolomei ut debiles:ac nequaquam tanta negocia regere prævalentes. Perueniens igitur cũ magna uirtute ad pelusium:& dolo philometorẽ ptolomeũ circũueniens egyptum occupauit.Et cũ adisset loca mẽphiticæ ciuitatis:eam capiens contra alexandriã ut obsidendo ptolomeũ capet ambulauit.Expulsus uero est:non ab alexandria tantum sed etiã a toto egypto:romanis sibi denũciantibus ut discederet a ꝓuincia:sicut prius & alibi demõstrauimus. Exponam ergo per ptes de hoc rege:quẽadmodũ iudeam & tẽplũ piter occupauit. Nam in pria mea cõscriptiõe capitulati eoꝝ memoriã feci:núc necessariũ putaui ad certiorẽ eoꝝ narrationẽ denuo remeare.Reuersus ergo ꝓpter rõanoꝝ timorẽ ab egypto rex ãtiochus ad hierosolymoꝝ ciuitatẽ ducit exercitũ:quo pueniens ãno centesimo q̃dragesimotertio:post regnũ primi seleuci centesima quinquagesimatertia olipiade:uicesimo & quinto die mensis casleu quẽ macedones appelleon noiant:capit eã sine cõflictione cuiusꝑiam:apientibus ei portas his qui uoluntati eius consentiebant.Ingressusq; ciuitatẽ hierosolymoꝝ multos interemit sibi contraria sapiẽtes:necnon etiã eos qui portas apientes ciuitatẽ ei tradiderũt:ꝓpter templi diuitias interfecit: multasq; ab eo auferens pecunias ad ãtiochiã reuersus est. Postquã ergo expoliauit templũ ita ut uasa dei asportaret & lucernas aureas:& arã aureã:& mẽsam:& sacrariũ neq; de uelis abstinuit:q̃ ex bisso & cocco erant.Exhauriendo aũt & thesauros nihil penitus relinquens:ad maximũ iudeos luctũ ꝓpter hæc usq; pduxit.Nam & quotidianas imolationes quas deo secundũ leges offerebãt celebrare ꝓhibuit. Depredãs uero totã ciuitatẽ:quosdã iterfecit:alios captiuos cũ uxoribus & filiis deduxit:ita ut numerus multitudinis captiuoꝝ usq; ad decẽ milia existere uideret. Incendit etiã optima eius loca:& deponẽs muros arcẽ edificauit in iteriori pte ciuitatis:ná alta & eminentior erat prius a tẽplo:& ꝓpter hoc muniẽs muris altis & turribus custodiã macedonũ ibi disposuit. Manebant etiã in arce nihilominus homines impii & moribus maligni a quibus ciues multa & acerba subinde patiebant.Edificãs uero & i sacrario arã:sup eã porcos imolauit:hostias nõ legitimas:nec patriæ religioni iudeoꝝ cõgruas.Coegit itaq; eos relinquentes religionẽ patriã idolũ uenerari:edificare etiã in unaquaq; ciuitate & uico tẽpla deoꝝ:& aras collocantes imolare super eas porcos oĩ die præcepit:& ne quis circũcideret:aut ne filii eoꝝ.Interminatus est & tormenta grauissima:siquis præter hæc facere inueniretur.

Cap.VII.

COnstituit itaq; ꝓpositos:qui cogerẽt impalia mandata pficere.Et multi quidẽ iudeorum sponte:alii uero ꝓpter timores iminentes:regis præcepta sequebant.ꝓbatissimi aũt & generosi:detestabile facinus execrãtes:patris legibus adheserũt.ꝓpterea diebus singulis pœnis afflicti:& amara passi torméta trucidabant.ná & uerberati:& diuersis cruciatibus fatigati:adhuc uiuentes crucis patibulo figebant.Vxores uero & filios quos circũciderunt præter uolũtatẽ regis laqueis suffocabãt:parentũ eos ceruicibus illigãtes. Ná & si apud aliquẽ uolumẽ inuẽtũ fuisset sacrũ:aut lex:& his quoq; crudeli sorte moriebat.Vidẽtes samarite iudeos hæc pati:dereliquo negãt se neq; cognatos ipsoꝝ:neq; tẽplũ sup garizim maximi dei ut prius esse fatebantur:cõsuetudinẽ suæ facientes naturæ:de q̃ supius constat expressũ:sed dicebãt se medoꝝ ꝑsarũq; colonos.Mittentes ergo ad antiochũ legatos & epistolã:q̃ subter sunt scripta

ſignificauerũt Regi ãtiocho epiphani relatio a ſichimitis ſidonioꝝ.Nr̃i maiores ꝑpter crebras ꝓuintiæ peſtilentias ſecuti priſcã quandã ſupſtitionẽ:cõſuetudinẽ fecerũt:colẽdi quæ dicit̃ apud iudeos ſabbatorũ dies:edificanteſq; ſine numine in garizim monte templũ offerebant in eo deuotas ĩmolationes.Vobis aũt malignitatẽ iudeoꝝ digne rependentibus:ueniẽtes iudices ueſtri: & arbitrati p cognationẽ illoꝝ nos eadẽ facere:ſimilibus nos pœnis afficiũt:dũ ab initio ſidonii eſſe noſcamur qđ manifeſtũ eſſe publicis cõſtat ãnalibus:petimus ergo te beneficiũ & ſaluatorẽ denũciare appollonio noſtraꝝ partiũ iudici & nicanori regalia tractãti negotia:ut nihil nos debeant moleſtare:q̃ſi iudeis aliq̃ ſupſtitione coiũctos:cũ genere & moribus ab eis ꝓbemur alieni. Templũ uero edificatũ:qđ adhuc ſine cuiuſq̃ dei noſſe cõſtat:græci iouis illud appellatione petimus dedicari.Quo facto:uitamus importũas moleſtias ſuſtinere:operibuſq; ſedulo uacãtes:tibi ſoluimus redituũ quãritatẽ .Hæc petẽtibus ſamaritis:rex iſta reſcripſit.Antiochus rex nicanori. Sichimitæ ſidonii porrexerunt mihi publicã relationẽ.Sed qa cogitantibus nobis de ſtatu regni cum amicis:docuerũt ab eis miſſi.q; criminibus iudeoꝝ in nullo ꝓbantur eſſe ꝓticipes: quando moribus græcoꝝ uiuere potius elegerũt:abſoluimus eos a iudeoꝝ pœna nocentiũ: & templum eorum quẽadmodũ petierunt græci iouis appellatiõe dedicetur.Eadem & appollonio partiũ iudici ſcripſit:ſexto & q̃drageſimo anno.menſe echato octauodecimo die.Eodem tẽpore erat habitans aliquis in modin uico iudeæ noſſe mathathias.filius Ioannis.filii Simonis.filii Samoni:ſacerdos de uice Ioab hieroſolymitis.Erant aũt ei filii quinq;.Ioannes qui uocatur gaddis.& Simõ qui dictus eſt Thaſi.& Iudas:qui uocabat̃ machabeus.& eleazarus.qui dictus ẽ apphus & abarõ qui dictus eſt Ionathas.Iſte ergo Mathathias plãgebat apud filios ſtatũ regꝝ:& ciuitatis rapinã & templi nuditatẽ:& calamitates plebis:dicebatq; melius illi eẽ;ꝓ pr̃is mori legibus:q̃ ita ſine gloria uiuere . Veniẽtibus aũt ad Modin uillã a rege directis:ut cogerent iudeos facere:q̃ præcepta uidebantur a rege:& iubentibus illic conſtitutis idolis ĩmolare:ſecundũ regis iuſſionẽ:& primũ mathathiã:qui doctrina uel fama gloriæ reliquos anteibat ſacrificare cõpellentibus Mathathias recuſabat hoc facinus dicens.Licet alii oẽs iuſſionibus antiochi ꝓ timore obtẽperẽt: mihi tamẽ & meis filiis tale ſcelus nullatenus ĩponitur.Cũq; tacuiſſet accedens quidẽ ex iudeis ĩmolauit in medio ſicut p̃cepit Antiochus:iratuſq; mathathias irruit ſup eũ cũ filiis ſuis habẽtibus gladios:eiuſq; ſanguinẽ ſup arã effudit:& iudicẽ regis Appolloniũ q eos ad talia cogebat:cũ ſuis paucis militibus ĩteremit:& arã deponens clamauit.Si quis emulat̃ pr̃ias leges & dei religionẽ:ſeq̃t̃ me.Et hæc dicẽs:cũ filiis ad ſolitudinẽ exiit:relinquẽs oẽm ſuã poſſeſſionẽ.Idem multi faciẽtes cũ filiis & uxoribus ad ſolitudinẽ cõfugerũt.Audientes uero iſta iudices regis:auxilia cõuocãtes quæ in arce hieroſolymoꝝ ꝓ cuſtodia pmanebant:prius quidẽ conabanꝫ uerbis eos flectere:ut ad penitentiã ꝓuenirent:& eligerent potius illa q̃ ꝓſunt ; ne aliq̃ neceſſitate cogente eis tanq̃ hoſtibus uterentur.Quibus non accipientibus uerba:ſed contraria ſapientibus: cõflixerunt die ſabbatoꝝ:& ſicut erant in ſpelũcis ibi eos atroci incendio cremauerũt:dũ repugnare ꝓpter diẽ feſtum noluiſſẽt:ne in malis ſuis honorẽ ſabbati tranſgredi uiderenꝫ.Nam uacare in eo nobis legitimũ eſt. Mortui ergo ſũt cũ uxoribus & filiis ĩ ſpelũcis:globis fumiferis ſuffocati numero mille.Multi aũt liberati ſunt adiuncti mathathiæ:& illũ ſibi iudicẽ ordinauerũt : qui & ſabbatis eos docebat pugnare dicẽs.Quod ſi hoc nõ fecerint obſeruantes legẽ:ſibimetipſis erunt hoſtes: in illo die cõtra eos uenientibus inimicis.Hoc dicẽs pſuaſit eis:& hactenus pmanet nobis cõſuetudo pugnãdi:etiã ſi tali die bella cõſurgãt.Colligens ergo ſibi Mathathias armatã multitudinẽ: aras depoſuit ydoloꝝ:& peccantes ĩ eos quãtos manu capere potuit interemit. Nam multi eius timore diſperſi ſunt ad gentes propinquas.Et pueros non circũciſos iuſſit circũcidi:expellẽs eos qui ut talia prohiberent fuerunt conſtituti. Cap. VIII.

IGitur eo magiſtrante uno anno:dũ morbo grauiſſimo p̃meretur conuocauit filios ſuos: & circũſtantibus.Ego quidẽ inqt o filii decretã ꝓficiſcor uiã.Cõmendo aũt uobis pr̃ias leges obteſtãs:ne eaꝝ tranſgreſſores:ſed potius cuſtodes eſſe debeatis.Paternæ uero uoluntatis memores:ritus pr̃ios cuſtodite:& piclitantẽ antiquã cõſuetudinẽ reſtaurate:nõ ſeducti ab his q ſpõte aut neceſſitate cadũt:ſed digni meo iſtituto:oẽm uiolẽtiã & neceſſitatẽ tollerãdo ſupate. Ita uos ꝑparantes:ut ſi oporteat ꝓ legibus grata mente moriamini.Scientes hoc qa deus tales nõ deſpiciet:ſed ueſtrã uirtutẽ inſpiciens reddet uobis & libertatẽ:& tribuet quãdoq;:ut cũ ſecuritate ueſtris moribus perfruamini.Nam corpora noſtra mortalia & tẽporalia ſunt: factorũ uero monimenta immortalitatis ordinẽ conſequuntur.Quod deſiderantes uos decet appetere gloriam:quæ nullo ſit fine claudenda.Concordiam uero uos habere comoneo:& ĩ quo aliquis melior exiſtit:altero cẽdente uobis inuicem propriis miniſtrare uirtutibus:& Symonem fratrẽ ſapientia antecedẽtem uobis patrem putate.Et quicquid ille perſuaſerit cuſtodite.Machabeum

uero milítiæ ꝑpter uirtutẽ & fortitudinem habebitis ducem. Nam gentem defendens:hoſtes uiriliter expugnabit.Suſcipientes uiros iuſtos & religioſos:ueritatẽ eoꝝ fouere.Iſta filiis locutus eſt:deũ orans adiutorem eis fieri.Et ut populo leges ꝑpriæ cõſeruentur:fideli corde ſupplicans: uiuendi finem communi ſorte ſuſcepit.Et ſepelitur in Modin:magnũq; luctum omnis populus ſuper eum peragens ſuſcepit gubernationẽ regꝝ filius eius Iudas:qui & Machabeus centeſimo & ſexageſimoſexto anno:& adiuuantibus ſe prono ãno fratribus:cæteriſq; religioſis:inimicos a ꝑ uintia expulit.Et trãſgreſſores legũ paternaꝝ iudeos occidit:& purificauit ab oĩ malo ſuã terrã.

Cap.IX.

HAec cum audiſſet Apollonius dux Samariæ:colligens exercitũ egreſſus ẽ cõtra iudã. Ille autem occurrit ei:& cõmittens cum eo pugnam uicit:& multos eoꝝ interfecit. Inter quos & ducem Apollonium armis exuens interemit multamq; prædã ab exercitu hoſtiũ auferens:diſceſſit.Seron ergo dux inferioris ſyriæ:audiens ꝙ multi tranſirent ad iudam:& magna iam uirtute circunſeptus ad bellũ accederet:ſtatuit contra eum dimicare:& colligens milites ſub ſe conſtitutos:uel tranſgreſſores iudeos:contra machabeũ ꝑduxit exercitum.Perueniens uero uſq; ad bethoron:uicũ iudeæ:ibi exercitum locauit.Iudas aũt occurrens ei:& confligere diſponẽs:quia milites ad pugnam uidebat ꝑpter paucitatẽ & ieiunium deſides:hortabatur dicens.Non per multitudinẽ uincẽdos hoſtes aut expugnãdos eſſe credatis:ſed pietate:& hoc euidẽtiſſimum habemus exemplũ:maiores noſtros:qui propter iuſticiã & ꝑprias leges certantes:multa ſepius milia deuicerunt.Nam nullum leſiſſe maxima uirtus extitit. Hæc dicens:ſuaſit eis cõtemnere multitudinẽ.confligens ergo cum ſyris:duce eoꝝ interfecto cũctos ad fugam uertit.Secutus autem eos uſq; ad campum:cecidit octo milia:reliqui fugati:ad maritia loca diſceſſerunt.Quæ audiens rex Antiochus:maximo furore commotus:oĉm ꝑpriam uirtutem congregans:& multos ab inſulis mercede conducens:parabat circa ueris initium dimicare contra iudeam.At uero militibus ſtipendia diſtribuens:uidit theſauros deficere:non enĩ omnia uectigalia ei reddebantur propter ſeditiones gentium.Nam cum magnanimus eſſet:ei minime ſufficiebant quæ dudum colligerat.Deliberauit itaq; primũ ad perſidam ire tributaq; prouiciæ congregare.Relinquens autẽ pro regni gubernatione quendã liſiam:gloriam apud ſe maximã poſſidentẽ:ut regeret ꝑuincias a fluuio eufrate uſq; ad fines egypti & inferioris aſyæ: & partem exercitus:& elephãtes ei tradens præcepit ei filium ſuũ Antiochum diligenter nutrire:& uaſtare iudeam:& habitantes in ea ducere captiuos:& euertere Hieroſolymã: & genus eoꝝ omnino diſperdere.Hæc quidem præcipiens Liiſiæ rex Antiochus:abiit ad perſidam:centeſimo & quadrageſimoſeptimo anno:& tranſiens eufraten ad ſuperiores aſcendit prouincias.

Cap.X.

LYſias uero eligens Ptolomeum dorimenis & nicanorem : & gorgiam uiros potentes amicos regis:& tradens eis peditũ quadraginta milia:equitũ uero ſeptem milia trãſiit contra iudeos.Qui uſq; Emaus ciuitatẽ ueniẽtes:in campo exercitũ locauerunt. Superuenerunt uero eis ad auxilia de ſyria uel a finitimis locis:& multi tranſſuge iudei: necnon & negociatorum quidam ſperãtes iudeorum ſe emere captiuos: argentũ & aurum pro eorum præciis deportantes.Exercitum autem & multitudinem aduerſariorum iudas intendẽs: ſuadebat ſuis militibus confidere:hortabaturq; ſpem uictoriæ in deum habere:& ut patria lege eum ſaccis induti rogarent:& ſolitum habitum petitionis oſtendentes ſupplicarent : quatenus præberet eis contra inimicos auxilium.Quo facto diſponens eos ſecũdum antiquum & patriũ modum per millenarios & illos dimittens:qui pauloante uxores duxerant: & eos qui poſſeſſiones pauloante acquiſierant: ne pro eorum deſiderio minus audacter pugnarẽt: reſiduos talibus hortabatur affatibus. Tempus quidem uobis non aliud inquit neceſſarium eſt o ſocii : niſi ut fortiter contemnatis pericula.Nunc enim licet uiriliter certando accipere libertatẽ:quã & ꝑpter ſeipſam uobis caram:& pro diligentia colendi deum plus deſiderabilem eſſe confido.Tanquam ergo in hoc ſolo uobis poſitis:ut accipientes eam fœlicem & beatam renouetis uitam : & ut ſecundum leges & conſuetudines conuerſemur:agite ne forte per negligentiam ueſtram iudaicæ gentis ſemen intereat.Ita ergo pugnate:mortem pro maximo lucro putantes:ut ſi uiceritis cum libertate & patriis legibus eternam gloriam conquiratis.Parate ergo uos craſtina die:audacibus animis bellum pro lege patria comittentes.Iudas quidem incitãs ſocios:ita locutus eſt.Hoſtibus uero tranſmittentibus Gorgiam cum quingentis peditibus & mille equitibus : quatenus per noctem irruerent ſuper Iudam : & ad hoc preuios eis dantibus aliquos defugientibus iudeoꝝ. Sentiens filius Mathathiæ:ſtatuit & ipſe caſtra hoſtium latenter inuadere. Cunq; cœn aſſet :ſo cos plurimos derelinquens:tota die proficiſcẽs:in aduerſariorũ caſtra ad locum Emaus puenit.

Gorgias autem exploratus castra iudeoꝝ:nec eos inueniens arbitratus ī mōtibus eos discessisse: ubi essent querere decreuit.Lucescente uero die apparuit hostibus in Emaus Iudas cum tribus militibus plus:minus armatis utcunq; propter paupertatem. Qui respiciens aduersarios optime septos:& studio militari dispositos:inuitauit iudeos dicens:etiam nudis corporibus pugnare debemus: & deum inuocare: qui sepius nos inermes contra plures & armatos uictoriam fecit acquirere. Sermone finito iussit tubicines clangore significare militibus suis: quatenus inopinatos hostes inuaderent. Quorum multos resistentes occidit: reliquos persecutus est usq; ad Gazara. Et campos idumeæ:& Azoti:& iamniæ.Prostrati sunt autem tria milia eorum. Iudas ergo iubebat militibus suis hostium prædam contemnere: dum adhuc certamen eis & pugna Gorgiæ supereſſet:quibus expugnatis esset prædæ licentia. Adhuc eo dicente hæc ad milites: respexerunt illi qui cum Gorgia erant:exercitum quem in castris reliquerunt esse deuictum: castraq; incensa. Nam fumus a longe eis quæ accederant indicabat. Vt ergo hæc ita esse qui erant cum Gorgia cognouerunt:& eos qui cum Iuda erant ad aciem paratos attenderunt:mē te ad fugam conuersi sunt. Iudas autem sine pugna deuictis Gorgiæ militibus:reuersus tulit hostium spolia:multumq; aurum & argentum:& purpuram & iacinctum auferens: ad propria remeauit cum letitia: laudans deum de his quæ potuit obtinere. Nam hæc uictoria desideratam eis contulit libertatem. Tunc Lysias confusus de perditione exercitus quem direxerat: statim alia sexaginta electorum milia peditum:& quinq; milia equitum congregans: uenit protinus ad iudeam. Et ascendens super montana Bethsure:uillam iudeæ castrametatus est. Occurrit autem ei cum decem milibus Iudas Et multitudinem hostium uidens: adiutorem sibi deum fieri postulauit. Et cofligés cum percursoribus aduersariorum: sine aliqua dilatione superauit. Prosternensq; quinque milia eorum: factus est reliquis in timorem. Attendens ergo Lysias audaciam iudeorum:quia parati sunt mori:nisi eis uiuere cum libertate licuisset: & timés eorum desperationem tanquam fortem:colligens residuum exercitum rediit ad Antiochiam: & remorabatur ibi præsidia congregans peregrinorum:ut cum maiori expeditionis apparatu contra iudeos uenire potuisset. Totiens igitur uictis Antiochi regis ducibus. Iudas contionem faciés suadebat:ut post tantas donatas sibi a diuina dispensatione uictorias:ascenderent ad Hierosolymam & templum ab ydolis expiarent:legittimasq; hostias immolarent. Qui dum cum tota multitudine ad hierosolymam peruenisset:templum desertum inueniens:& incēsas portas: & siluas in templo per longam solitudinem pullulasse. Lugere cœpit cum propriis sociis pro templi uisione.Eligens autem quosdam milites:iussit eis expugnare eos qui arcem custodiebāt. Dum ipse templum a ruinæ sedítate purgaret. Quod diligenter emūdans:introduxit noua uasa:candelabrum:& mensam aramq; ex auro factam. Recomposuit autem & uela in ígressu: & ianuas ipsas restruxit. Deponens quoq; altare:ex lapidibus nouis aliud edificauit. Quinta uero & uicesima mensis Casleu:quem macedones Appelleon uocant:accenderunt lumina super candelabrum:& adoleuerunt holocausta in nouo altari. Hæc autem facta sunt post tres annos: eodem die quo mutata est eorum religio ad prophanam ydolorum consuetudinem. Nam templum destructum ab Antiocho:sic tribus annis permansit. Quinto ergo anno & quadragesimo & centesimo:in templo facta sunt hæc: quinto & uicesimo die appellei: mensis olimpiade centesima & quinquagesimatertia. Renouatum uero est in eodem die quinto & uicesima appellei mensis:octo & quadragesimo & centesimo anno: olimpiade centesimaquinquagesimaquarta. Desolationem ergo templi contigit fieri secundum Danielis prædicationem: quam ante quadringentos & octo ános prædixerat:per quam significauit:q; macedones illud destruerent. Celebrauit itaq; iudas cum ciuibus suis pro renouatione templi sacrificia per dies octo: nullum genus deliciarum relinquens: sed præciosissimis dapibus eos pascens deum autem laudibus & psalmis glorificabant: seseq; mutuo cantibus delectabant. Pro renouatione uero solennium:post multum tempus insperata religione recepta legem posuerunt: ut posteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent. Vnde & ab illo tempore hactenus hanc festiuitatem celebramus:uocantes eam lumina: eo quod præter spem hoc nobis splendidum lumen colendæ religionis apparuit. Murum autem in circuitu ciuitatis construxit: & aduersus incursiones hostium turres edificauit altissimas:custodes in eis deputans: sed & Bethsuram nomine ciuitatem muniuit:quatenus pro castello ea aduersus necessitates hostium uteretur.

Capitulum.XI.

IIs ita factis: gentes finitime pro reparatione uel fortitudine iudeorum hæc indigne ferebāt.Quapropter insurgétes:multos iudeoꝝ p incursiões & insidias opprimebāt.

lib. xii.

lib: 12.

Aduersus quos frequenter bella Machabeus educens: ab incursionibus & a malis quæ iudeis inferebant eos arcere tentabat. Et super filios Esau idumeos aduenientes per summitates: in ea multos eorum incendit:uirosq; prostrauit.Deinde contra ammanitas alias ammonitas perrexit: exercitum magnum habentes: quorum dux erat Timotheus. Subiicientes autem & istos:azo rorum cœpit ciuitatem & uxores:& filios eorum ducens captiuos & ciuitatem incendēs reuersus est ad iudeam.

Capitulum.XII.

Audientes ergo eum uicinæ gentes reuerti:congregantur in galaditiden cōtra iudeos sibi finitimos. Qui fugientes ad Theman castellum: transmiserunt ad iudam: mandantes ei q; festinaret Timotheus capere locum in quo confugerant. Cunq; legerentur epistolæ:a galilea nuncii quoq; superuenerunt:iudicantes congregari eos qui in ptolomaide:& tyro:& sydone: & aliis erāt galileæ gentibus.Ergo ex utraq; parte hostibus nunciatis:cogitans iudas quid deberet fieri. Symonem quidem fratrem præcepit tria milia electos accipere:& in solacium galileorum exire: ipse uero cum Ionathan fratre suo & octo milibus militum exiens in galaditiden:reliquit super cæterum exercitumIosephum filium Zachariæ & Azariam: præcipiens eis seruare diligenter iudeam:& cum nullo hostium bellum commitere:donec ipse reuerteretur. Igitur Simon perueniens ad galileam & confligens inimicis: ad fugam eos conuertit:& usq; ad portas Ptolomaidas persequens: occidit tria milia eorum: & spolia tollens peremptorum:& captos ab eis iudeos: & sarcinulas eorum auferens ad propria remeauit. Iudas uero machabeus & frater eius Ionathas:transeuntes iordanem fluuium:& uiam trium dierum ambulantes: Nabutheos cum pace occurrentes inueniunt. Qui narrantes: quæ in galaditide contigissēt:& q; multi eorum tribularētur per castella & ciuitates galaditidis: suadentesq; ei properare contra alienigenas:ut possit a periculis iudeos eruere:flexus reuertitur ad solitudinem:& irruens primum super habitantes bethsuram:& omnem masculum ætate ualidum trucidauit:& ciuitatem incendit. Facta autem nocte:nec sic abstinuit. Sed profectus in castellum quo Timotheus iudeos obsidebat: mane ad eum peruenit. Et inueniens iam ad muros accedentes aduersarios: & quosdam scalas ut ascenderent apponentes:alios alia ferentes machinamenta: iussit tubicinem signum dare. Adhortatusq; milites pro fratribus & propinquis prono animo laborandum:in tres partes diuidens exercitum:hostes a tergo inuadit. Sentientes ergo hi qui cum Timotheo erant:quia Machabeus est:experti iam prius per bella uirtutes & fœlicitates eius:ad fugam conuersi sunt. Secutus autem eos Iudas:interfecit octo milia eorum. Deueniens quoq; ad Modollam ciuitatem alienigenam: cœpit eam & omnes masculos interfecit. Ciuitatem uero ipsam incendit:exiensq; inde Castomachi & Bosor:ac multas ciuitates Galaditidis euertit. Interiecto uero tempore: Timotheus maximum præparans exercitum: aliaq; præsidia colligens: & Arabas mercede cōducens: uenit trans torrentem prope Rephon ciuitatem:exhortatusq; est milites dicens. Si pugnam cum iudeis commiseritis: prono certate animo:neq; torrentem transeatis. Nam si transieritis:perditionem uobisipsis imminere cognoscite. Iudas autem audiens præparatum ad pugnam Timotheum:cum uniuersis suis militibus festinabat ad bellum. Et transiens torrentem irruit super inimicos: & quosdam eorum occurrentes occidit. Aliis autem timores incutiens:arma sua proiicere coegit. Quorum quidam ad locum qui dicitur Graua fugientes:seperauerunt salutem. Iudas uero ciuitatem capiens: eos interfecit:& locum incendit:uaria usus specie ad hostium necem. Cunq; hæc pergisset: colligens eos qui in Galaditide erant cum uxoribus & filiis: & omni eorum suppellectile decreuit ad Iudeam reuerti. Cum ergo uenisset ad aliquam ciuitatem quæ dicitur Efron in uia positam:dum nec aliud iter pergere potuisset:nec reuerti uellet: misit ad ciues in Efron rogans eos:quatenus licentiam daret ei per suam ciuitatem transire.Nam illi portas lapidibus obstruxerunt:& exitus itineris occupauerunt. Quibus minime acquiescentibus: Iudas adhortatus suos circundedit obsidione ciuitatem. Quam una die uel nocte expugnans cœpit: & omnem masculum in ea occidit:incendens totam. Quo facto per eam sibi uiam apperuit uniuersam. Tanta autem peremptorum erat multitudo:ut etiam super mortuos ambularent. Transeuntes uero iordanem: uenerunt ad magnū cāpū:cuius inprospectu iacet ciuitas Bethsan alias Bethsamis:quæ græce dicitur Scitopolis. Inde ad iudeam perrexerunt: cantantes & laudantes: & solitos pro uictoriis ludos agentes.Ibiq; ubi immolauerunt sacrificia: gratias agentes pro his quæ peregerunt:& pro salute exercitus. Nam nullus iudeorum in his præliis est defunctus. Ioseppus uero Zachariæ filius & Azarias:quos præsides reliquerat Iudas: tempore quo Simon

in Galilea Ptolomaidem expugnabat.Cum & ipſe Iudas cum fratre ſuo Ionatha in Galaditide debellarent:uolentes & ipſi gloriam acquirere ducum fortiſſimorum. Omne ſub ſe conſtitutum auxilium colligentes:ad Iamniam uenerunt.Et Gorgiæ duci Iamniæ occurrentes: prælioq; facto: duo milia ſuorum militum amittentes: ad Iudeam fugierunt. Euenit uero eis hæc calamitas:quod non obedierunt præceptis Iudæ dicentis: ut cõtra neminem pugnam ante ſuum aduentum committerent. Nam ſuper omnes alios eius bellicos: tractatus in hoc mirandus extitit:quod Ioſeppi & Azariæ peccatum futurum prædixerat:ſi tranſgrederentur eius præcepta.Iudas autem & fratres eius pugnare contra Idumeos non ceſſabant: ſed undiq; eis imminebant.Et Chebron ciuitatem capientes:munimina eius depoſuerunt. Et turres incendentes:deprædabant terram omnem alienigenarum. Ad Mareſan uero ciuitatem & Azotum uenientes: tenuerunt eas:& multa ſpolia exinde ducentes:ad Iudeam reuerſi ſunt.

Capitulum.XIII.

EOdem tempore rex Antiochus ſuperiorem prouinciam percurrens: audiuit ciuitatem perſarum diuitiis excellentem Helimaidam nomine:præcioſiſſimumq; templũ in ea dianæ: & omni ſpecie ornamentorum plenum:inſuper & arma: & loricas:quas reliquiſſe ibi audierat filium Philippi regem macedonum alexandrum Commotus ergo egreditur contra Helemaidam:& obſidebat eam. His uero qui in ea erant minime territis impetu eius:neq; obſeſſione:ſed pertinaciter repugnantibus:ſpe diſceptus diſceſſit.Nam exeuntes ciuitatem:fugauerunt & perſequebantur eum uſq; ad Babiloniam. Vbi cum poſt multam ſuorum militum amiſſionem ueniſſet: quidam ei nunciauit & ducum perditionem: quos pugnare contra Iudeos reliquerat:& creuiſſe fortitudinem Iudeorum. Super priorem itaq; curam hoc creſcente malo: incurrit in egritudinem. Qua diu ſe alias eum tenente: & creſcentibus paſſionibus intellexit q; moreretur:conuocanſq; amicos morbum ſuum eis atrocem indicauit: cõfeſſus hæc ideo ſe pati:q; Iudeorum gentem affligens templum expoliaſſet:deumq; contempſiſſet.Quo dicto ilico expirauit.Vnde miror polibium magelopolitam: q; uir bonus exiſtens: dicit ideo periſſe Antiochum:quia uoluit templum dianæ in perſida deuaſtare. Nam qui nullatenus egit peccatum:ſed tãtum cogitauit:nullo reatu facti tenetur.Si autem polibio uidetur ideo Antiochum uitam finiſſe:multoplus ueriſimile creditur propter templi Hieroſolymitani uaſtationem ſacrilegum regem periſſe.Sed ob hoc non reſiſto magelopolite:cum noſtra opinio uera uideatur.Antiochus ergo priuſquam moreretur:conuocans Philippum unum ex ſociis ſuis: tutorem eum regni conſtituit:& dans ei diadema:& ſtolam & anulum: filio ſuo Antiocho iuſſit deportare:& cenſuit ut prouideret eius educationem: & cuſtodiret ipſius imperium. Defunctus uero eſt Antiochus nono & quadrageſimo: & centeſimo anno.

Capitulum.XIIII.

LIſias autem mortem:eius nuncians multitudini: filium eius Antiochum quem ipſe nutriebat:regem conſtituit uocans eum eupatorem. Eodem tempore hi qui erãt in arce hieroſolymorum cuſtodes macedonum:& tranſfuge Iudeorum: multa in Iudeos aduerſa fecerunt.Eos enim qui aſcendebant in templum immolare: repente inuadentes:hoſtiliter imprimebant. Nam arcis culmen templi altitudinem ſuperabat. His igitur accidentibus: Iudas deuaſtare cuſtodiam arcis deliberauit:& colligens omnem populum:arcem inſtãtius obſidebat:ãno pricipatus ſeleuci cẽteſimo & q̃drageſimo.Cõſtruẽs igit machinameta: & aggeres accumulans: capere arcem laborabat.Multi ergo ex trãſſugis ea nocte egreſſi ad prouinciam:& aliquos ſimiles & impios congregantes ad Antiochum regem uſq; uenerunt: petentes non debere ſe deſpici:dum a contribulibus ſuis atrocia paterẽtur:quæ ideo ſuſtinerent:quomodo religione ſua relicta: patris eius imperio obediſſent: & nunc pericula ſuſtinerent per iudam & uiros eius:necnon & cuſtodes a rege deputati:niſi aliquod ab eo præſidium mitteretur. Hæc audiens adoleſcens Antiochus:ualde iratus:& duces:& amicos conuocans: præcepit colligendum exercitum:ſine peregrina ſolacia. Congregatuſq; eſt exercitus peditum quidem cẽtum milia:equitum uero uiginti milia:& elephantorum duo alias ducenta & triginta quinq;. Quiq; producens exercitum egreſſus eſt ab Antiochia cum lyſia habente totius exercitus gubernationem:& perueniens ad idumeam:exinde bethſuram aſcendit: ciuitatem nimis fortem & munitam:& circundans ciuitatem obſidebat inſtanter. Reſiſtentibus ergo bethſureis ac præparationem machinamentorum eius incendentibus:multum temporis in obſidione conſumptum eſt. Iudas uero audiens regis aduentum: deſtitit quidem ab obſidione arcis. Occurrit autem regi caſtrametatus in anguſtio quodam loco qui dicitur Beduſcarit:decem militum ſtadia ab hoſti-

bus distante. Rex quoq; egressus a Bethsura: per angusta duxit exercitum ad castra Machabei: factoq; diluculo: milites ordinauit in acie: & elephantos quidem sequi seipsos inuicem fecit: propter locorum angustiam: non ualentes in latitudine collocari. In circuitu uero uniuscuiusq; elephantis properabant pedestres quidem mille: equites quingenti. Gestabant autem elephanti turres excelsas: & arcarios in eis: reliquamq; uirtutem ex utroq; latere montis fecit ascendere: amicos exercitui præponens: & iubés clangorem fieri: & ad hostes accessit aureos enudans clypeos simul & ereos: ut nimium fulgorem suæ claritatis emitterent: mõtesq; eis frementibus resultarent. Hæc Iudas inspiciens territus non est: sed fortiter excipiens inimicos ex eorum præcursoribus usq; ad sexcentos occidit. Eleazarus autem frater eius quem Mauronem uocabãt: uidens sublimorem elephantum ornatum loricis esse regalibus: & putans in eo sedere regem accessit ad eum uirtute: & multos circa elephantum perimens: alios dispersit & fugere compulit: & sub uentrem elephanti ingressus eum percussit. Qui mortali plaga percussus moriens cecidit: & Eleazarum suis compressum ponderibus interemit. Sic enim magnanimiter multos inimicorum disperdens uita priuatus est. Iudas igitur hostium fortitudinem contemplatus discessit ad hierosolymam: & obsidionis necessaria præparabat. Antiochus inter hæc partem expeditionis in Bethsuram misit: ut eam deuastaret. Cum reliqua autem multitudinis uirtute: ipse ad hierosolymam profectus est. Bethsurite ergo territi fortitudine aduersariorum: & sua uidentes necessaria defecisse: seipsos accepta fide tradiderunt. Antiochus itaq; capiens ciuitatem: omnes ciues nudatos abiecit: & suos ibi custodes reliquit. Multo uero tempore templum obsidens in hierosolymis sedebat: pertinaciter intus repugnantibus ciuibus. Nam ad singula quæ contra eos statuerat rex machinamenta: & illi econtrario ad suam defensionem instrumenta bellica requirebant. Quibus & alimenta defecerunt: fructibus prioribus omnibus consumptis. Et terra illo anno non erat culta: quia septimus annus instabat: in quo secundum legalia instituta relinquebant uacuam terram. Multi uero obsessorum refugiebant: propter inopiæ necessitatem. Vnde relicti sunt in templo pauciss̃imi. Et his quidem qui in templo obsidebantur: tales res accidebant. Lysias uero dux & rex Antiochus: quomodo Philippus a perfida ueniens nunciatus est eis commendatum sibi præsumpsisse imperium: & rempublicam Antiochi sibi uelle defendere: prætermittentes obsidionem: ire aduersum Philippum decreuerunt. Quod consilium nequaquam manifestum cæteris ducibus facere uoluerunt: sed iussit rex Lysiam ducibus dicere: diuturnam obsessionem nihil eis proficere posse: quando & locum aduersariorum constaret esse munitum: & sibi uictualium necessitas irrogetur: & expediret pacem facere cum iudeis: eosq; relinquere propriis uti cerimoniis. Vnde a nobis hactenus prohibiti existere uidentur aduersi. Hæc dicens de Philippi tyrannide tacendum esse decreuit: ne exercitus sui dubia corda perciperet. Hæc lysia dicente: exercitui & ducibus sententia placuit. Tunc mittens rex ad iudam: pacem promisit obsessis: & patriis legibus eos uiuere pollicetur. Hi uero susc̃ipientes uerba: & confirmatis sacramentis & fide exierunt a templo. Intrans uero Antiochus: & aspiciens munitum locum: impudenter sacramẽta transgressus est iussitq; omnem exercitum in circuitu stantem: deponere muros usq; in solum. Post hæc reuersus est ad Antiochiam: ducens Oniam principem sacerdotum: qui & Menelaus dicebatur. Nam Lysias persuasit regi Menelaum occidere: si uellet iudeos esse pacatos: dicens hunc fuisse initium malorum: qui flexit patrem suum cogere iudeos religionem patriam relinquere. Mittens ergo rex Menelaum ad Veriam syriæ ciuitatem: interfecit eum: post decimum annum principatus sacerdotii eius: & ut ipse principatum obtineret: impulit iudeos transgredi leges. Princeps uero ordinatus est post Menelai interitum alchimus: qui & Ioachim uocatus est. Rex autem Antiochus inueniens Philippum iam rebus imperantem: debellabat eum Quem sub sua faciens potestate: occidit. Filius autẽ principis sacerdotum Oniæ: de quo prædiximus adhuc puerulus defuncto patre relictus: uidens q; auunculum suum Menelaum rex interfecisset: & principatum sacerdotii Alchimo dedisset: non existenti de genere sacerdotum: sed a Lysia flexus: ut transponeret honorem ab ea familia ad aliam domum: fugit ad Ptolomeum regem egypti: & honorem meruit ab ipso: & uxore eius Cleopatra: locumq; petiit in regione heliopolitana: ubi simile Hierosolymorum edificaret templum. De his quidem tempore opportuno exponemus.

Capitulum. XV.

EOdem tẽpore fugiens Demetrius seleuci filius a Roma: & perueniens ad tirũ: ipsuit sibi diadema: & colligés quosdã mercede cõductos satellites: ingressus est aulã: oibus libenter eũ susc̃ipientibus. Cõprehendẽtes uero & Antiochũ regẽ cũ Lysa: uiuentes perducunt ad eum. Qui statim iubẽte Demetrio iterempti sunt: cũ regnasset Antio-

chus annis duobus:sicut iam & alibi demonstratum est. Conuersi sunt autem ad eum multi iu deorum maligni & transfuge:cum quibus & Alchimus princeps sacerdotum accusabant uniuersam gentem: & iudam: & fratres eius: dicẽtes q; omnes amicos regis interfecissent:omnesq; eius fautores perdidissent:seipsos quoq; a propria terra iactatos: extorres patrio solo factos & rogabant etiam mitti aliquem ex iudeis amicis eius:qui certius de facinoribus iudæ renunciaret. Demetrius ergo commotus:misit Bachidem:amicum regis Antiochi epifanis: cui omis mesopotamia credita erat:dans ei exercitum:& principem sacerdotum Alchimum commendans: præcepitque perimi iudam:& eos qui cum illo erant.Egressus itaque de Antiochia Bachides:peruenit hierosolymam:direxitque nuncios ad iudam & fratres eius de amicicia uel pace loquens: dolo uolens illum capere. Ille uero minime credidit:uidens cum tanta multitudie exercitus eum adesse:quanta ad bellum:& non ad pacem uenisset.Sed quidam ex populo attendentes quæ bachides concionabatur:& existimantes nihil se ab Alchimo seuum pati : consanguineo existente: ad eos transierunt:& sacramentum ab utrisque acceperunt:nihil eos pati: neque illos qui eiusdem fuerunt uoluntatis. Bachides uero transgressus sacramentum:sexaginta ex eis interfecit:& alios qui ad eum transire cogitabant remorari fecit:prioribus fidem non custodiẽs. Descendens autem ab hierosolymis:cum ad uillam quæ dicitur birzitho uenisset:multos cœpit transfugas: & aliquos populi. Quos omnes occidens:denunciauit prouincialibus cunctis:ut ioachim obedirent. Cui aliquam militum partem relinquens ad prouinciam custodiendam:ad regem Demetrium antiochiam reuersus est.Ioachim uero principatum suum uolens confirmare: & credens: q; si fidem præpararet multitudini:tutiorem sibi magistratum acquireret:omnes se ducebat uersus & ad libitum unicuique loquens nimis uelociter manu ualida transfugarum circũseptus est. Cum quibus ministris circuibat prouinciam: & quantos in ea iudeos non sibi consentientes inuenisset:occidebat. Videns autem iudas ioachim magnum fieri:multosque interfecisse uiros bonos & uenerabiles:ipse quoque circuiẽs prouinciam occidebat partium eius fautores. Quod cũ uidisset ioachim: & intellexisset minime se contra iudam ualere ad auxilia regis Demetrii conuertitur. Veniens igitur ad antiochiam incitauit eum Iudam accusans:quasi multa ab eo mala perpessus esset:& ampliora toleraturũ nisi citius uindicaretur.

Cap.XVI.

TVnc Demetrius hoc & suis rebus noxium putans esse:si negligeret tanta iudæ facinora.Nicanorem fidelissimum amicum cum exercitu destinauit:qui cum eo a Roma ciuitate fugerat:præcipiens ei nullatenus genti parcere iudeoꝝ. Nicanor uero pueniẽs ad hierosolymam:pugnare mox aduersus iudam minime decreuit.Dolo autẽ opprimere eum cupiens:mittit ei uerba pacifica dicens: nulla necessitate pugnandi uenisse: sed sacramentum præstare:q; nihil seuissimũ a rege pateretur.Hæc dicente Nicanore:iudas & fratres eius flexit:nullãq; fraudem suspicati:data fide suscipiunt Nicanorem cum exercitu.Qui salutãs Iudã: dum sermocinatur dedit signũ propriis militibus:quatẽus iudã cõpræhenderẽt.Qui cum insidias intellexisset:exiliuit & ad suos confugit.Patefacta uero uoluntate sua:& apertis insidiis:bellare Nicanor contra iudam decreuit:& pugnam præparans conflixit cum eo in uico Cafarsamala.Quem uictum compulit ad arcem hierosolymoꝝ confugere. Cui descendenti ab arce ad tẽplum:occurrentes aliqui sacerdotũ & senioꝝ salutabant eum: & ímolationes ostendebãt: quas pro rege deo offerri dicebant.At ille interminatus est eis templum se deponere:nisi redeunti sibi traderent iudam.Et hæc quidem interminatus:exiit ab hierosolymis.Sacerdotes aũt propter dilectorum eius merorem: in lachrymas proruperunt: & deo supplicabant eos ab interminatis periculis liberare.Cunq; Nicanor ab hierosolymis egressus:in aliquo uico qui bethoron dicit̃ peruenisset:ibi castra cõstituit:ubi & alia præsidia de Syria destinata suscepit. Iudas aũt in adassis altero uico:stadiis distante triginta a Bethorõ castrametatus est:mille tantũ socios pugnæ habens quos hortatus ne pertimescerent multitudinem aduersarioꝝ: sed qui sint & de quibus præmiis pericula paterentur cogitantes unanimiter hostes inuaderent:procedit in pugnam: & cõmittens fortissimum prælium cũ nicanore:aduersarios ualde contriuit.Deinde ipse nicanor cum atrociter decertaret occisus é. Quo cadẽte:ducẽ perdẽs exercitus terga uertit ad fugã. Quos persequẽs iudas interficiebat:& sono tubarũ ĩ circuitu positis significabat q; hostes plio supati discederent. Quod audiẽtes armati exiebãt:& fugiẽtibus occurrẽtes occidebãt eos.Ex quo plio nullus euasit dũ nouẽ miliũ numerus extitisset.Quæ uictoria cõtigit tertiadecia mẽsis qui dicit̃ apud iudeos adar: apud macedões distris.Hãc celebrãt p oẽm annũ:festũ colẽtes diẽ.Et ex illo qdẽ tẽpore breui spacio gens iudeoꝝ ab illis calamitatibus requieuit:sed postea ad certamia rursus & picula redierunt. Principem autẽ sacerdotum ioachim uolentem deponere murum sanctuarii ueterẽ : &

lib. xii.

constructum ab antiquis prophetis: plaga quædam dei repentina percussit:ex qua mutus ī terrā cecidit:& tortus per multos dies detestabiliter expirauit:principatū sacerdotii tenens annis quatuor.Quo defuncto sacerdotium populus Iudæ contradidit.

Capitulum. XVII.

QVi audiens uirtutem romanorum q̄ expugnassent gallias:& hiberniam: & chartaginem libie :necnon & grætiam subegissent:& reges perseum & philippum & magnū antiochum deliberauit cum eis amicicias copulare:mittens romam amicos suos:eupolemum filium ioannis & iasonem eleazari:rogabatq; per eos romanos auxiliatores sibi & amicos esse:& demetrio scribere quatenus non confligeret cū iudeis. Cunq; uenissent romam legati iudæ:senatus eos libenter excepit:& ea quæ petierunt celeriter annuit. Faciens ergo ob hoc senatusconsultum:exemplum quidem ad iudeam transmisit:ipsum uero tabulis ereis scriptum in capitolio collocauit.Erat autem huiusmodi senatusconsultum:de auxiliis & de fide circa gentem iudeorum.Neminem subiectorum romanis debellare contra gētem permittimus iudeorum:nec alicui bellanti præbendum auxilium censemus:triticum aut naues:aut pecunias: & siquis contra iudeos putauerit esse bellandum:sciat eis nos auxilia præstaturos:& rursus si romanorum quilibet inuaserit terram:iudeos eis omnibus modis obstaturos.Et si quid de hoc pacto gens iudeorum uoluerit uel addere:uel auferre communi sententia populi romani faciendū esse conuenit.Scriptum est autem hoc senatusconsultum per eupolemum Ioannis filium:& iasonem Eleazari:sub principe sacerdotum iuda:duce Symone fratre ipsius. Hæc quidem prima inter romanos & iudeos amicicia cognoscitur contigisse.

Capitulum .XVIII.

DEmetrius autem nunciata sibi morte nicanoris:& perditione militiæ:rursus ad iudeā Bachidem cum exercitu destinauit.Qui ab Antiochia egressus:peruenit ad iudeam: & in arbellis ciuitate galileæ castra constituit:& eos qui ibi in speluncis habitabāt cū multi ad eas confugissent captos suis partibus aggregauit: exideq; mouens:ad hierosolymā properabat.Qui audiens iudam in aliqua uilla nomine barziton castra locantem:contra eum alacriter festinabat cum peditum uiginti milibus:& equitū duobus milibus.Iudæ uero fuerunt omnes duo milia.Qui multitudinem Bachidis timentes tentoriaq; relinquētes: fugierunt omnes præter octingentos. Iudas autem propriis militibus destitutus:& hostibus imminentibus:nec tempus habens congregandi exercitum non dubitabat cum octingentis pugnā contra Bachidem cōmittere hortatusq; suos:ut hostes inuaderent:& pugnam uiriliter sustinerent: cum illi dixissent:se non esse ad tantam magnitudinem exercitus idoneos:& suaderent nūc quidē discedere:& a periculis liberari postea uero inimicis collectis uiribus obuiare: non hoc iquit uideat solis aspectus ut terga mea hostibus nudem:sed licet omnimodo immineat perire pugnātem: fortiter stabo:omnia uiriliter perferens futura pericula.Bachides uero producens de castris exercitū ad prælių:præparabat equites in utroq; cornu disponensq; fundibularios leuiores & arcarios ante omnem aciem:ipse in dextro cornu constitit.Qui cum sic aciem ordinasset:iussit tubicinem signum dare.Hoc idem faciens & iudas:cōmittit cum hostibus pugnā:& constanter ambobus certantibus:prælium usq; ad occasum solis extensum est. Videns uero iudas Bachidem cum electis suis in dextro cornu ordinatum:congregans animosiores uiros inuadit illam partē exercitus:& confligens ibi ordinem eorum dirrupit: & medios ad fugam conuertit: secutus eos usq; ad gazara. Videntes ergo fugam dexteræ patris in sinistro cornu erant:circunuenerunt:& iudam sequentem in medio eum obsederunt.Qui fugere minime ualens:circunseptus ab hostibus:stans pugnabat cum suis:multosq; interficiens aduersariorum:percussus interiit. Iuda uero interfecto:socii eius tali duce priuati:terga uerterunt.Cuius corpus ab hostibus sub pacto symō & ionathas fratres redimentes:perduxerunt ad Modin uillam: ubi & pater eorum sepultus erat: lugente eum per multos dies populo hæbreorum: & honorāte secundum communem & legitimam consuetudinem. Finis quidem talis iudam iuenit: uirum fortem & magnū & bellicosum: & mandatorum patris sui memorem:& omnia pro libertate ciuium & facere & pati paratū.Tali ergo uirtute plenus: magnam sibi gloriam & monimenta seruauit:liberans gētem a Macedonū seruitute.Qui cum principatum sacerdotii tribus annis habuisset: defunctus est.

HAec insunt ī tertiodecimo libro Iosephi:historiarum antiquitatis iudaicæ. Cap.i.
Qualiter ionathas frater Iudæ:defūcto eo ducatū susceptit. Et quēadmodū Bachidē de-

bellans: facere eum amicicias ſecum:& a prouincia coegit abſcendere Cap.ii.
De Alexandro epifanis Antiochi filio ueniente a Syria:& ducente bellum contra Demetrium. Et qualiter Demetrius legationem ad ionathan trāſmittens:componit cum eo amicicias:donaque ei multa præbuit. Cap.iii.
Quomodo Alexander hæc audiens:& uincens Demetrium: principem ſacerdotum Ionathan ordinauit Cap.iiii.
De amiciciis Oniæ cum Philometore Ptholomeo:per idem factis tempus: & ut edificauit templum quod Oniæ dicitur:ſecundum illud quod hieroſolymis erat. Cap.v.
Quemadmodum Alexander defuncto Demetrio:accepit regnum Syriæ:iuncta ſibi in matrimonium filia Ptolomei:& quia amicicias cū Ionatha faciens magnifice eū honorauit. Cap.vi.
Vt Demetrius Demetrii filius: nauigans in Syriam a Creta cum exercitu: conturbauit Alexandrum fama aduentus ſui. Et de appollonio duce Alexandri: qui bellum mouit aduerſum Ionathan:ipſo tamen Ionatha triumphum obtinente. Cap.vii
De inſidiis quas Alexander parauit Ptholomeo:quas deprehendēs Ptholomeus:iratus ablatam eius matrimonio filiam ſuam iunxit Demetrio filio demetrii cum quo etiam duxit exercitum contra Alexandrum: quo deuicto ipſe quoque periit: Demetrio Aſyæ prīcipatum obtinēte:qui & amicicias fecit cum ionatha:confirmans ei principatum ſacerdotii. Cap.viii.
De Triphone apameno:qui bellans contra Demetrium:antiocho filio Alexandri tradidit principatum:componēs amicicias cum ionatha Cap.ix.
Quemadmodum Trifon Demetrio a Parthis capto:contra fœdus fraudibus ionathan comprehendens interfecit.Fratremque eius Symonem cui gens iudeorum principatum tradidit: fraudibus circunuenire uolens minime præualuit. Cap.x.
Quomodo Trifon occiſo ionatha:perfidus exiſtens antiocho Alexandri filio:qui Teos nomiabatur:ipſum interemit:& obtinuit principatum eius:cuius inſolentiam declinans exercitus:contulit ſe ad Cleopatram uxorem Demetrii:quæ uiduata morte eius:fratrem ipſius ātiochum qui pius dicebatur:ad nuptias ſuas & ad imperium inuitabat. Cap.xi.
Quomodo Antiochus cognométo pius: potitus nuptiis Cleopatræ uxoris fratris ſui Demetrii: & creſcens indies:exercitum produxit aduerſus Trifonem:quem obſidens in dora caſtello:accepit auxilium & ſolatium a Symone prīcipe ſacerdotum:& de morte Trifonis Cap.xii.
Quemadmodum Trifone interempto:Antiochus oblitus beneficiorum Symonis Cendebeum cum exercitu miſit ad expugnandum eum: quem tamen Symon pugnans fortiter deuicit Cap.xiii.
Quod a genero Ptholomei in cōuiuio dolo peremptus eſt Symon. Ptholomeus autem uinciēs uxorem:& duos filios eius:principatum ipſe tenere conatus eſt. Cap.xiiii.
Vt nouiſſimus filiorum Symonis hircanus ducatum accipiens:obſedit multo tempore Ptholomeum in caſtello quod dragon uocatur. Cap.xv.
Quemadmodum Antiochus exercitum ducens contra hircanum:caſtra ſoluit:accipiens ab hircano talenta tricenta:& amicicias cum eo compoſuit. Cap.xvi.
De hircani militia poſt mortem Antiochi apud parthos defuncti contra ſyriam:& ꝙ multas potentes ciuitates obtinuit. Cap.xvii.
De amiciciis alexādri zabinne cognomíe cū Hircano:& quomodo deuictus ab Hircano Antiochus cizicenus amiſit iudeam: & de fœlicitate uel pace iudeorum: hircano principatum agente. Cap.xviii.
Quod defuncto hircano: filius eius ariſtobolus ſuſcipiens principatū: primus ſibi diadema impoſuit: fratribus ſuis præter Antigonum in uincula coniectis: qui etiā matrem ſuam uinculis & penuria conſumens:ipſum quoq; Antigonum fratrem ſuum quem cōſortem regni habebat accuſationibus inuidorum alienatus ab eo iuſſit interfici. Cap.xix.
Quemadmodum defuncto ariſtobolo:frater eius Alexander ſuccedens ī principatu: contra Syriam & phenicem: & arabiam exercitum ducens:multas gētes ſubegit:& de ptholomei latíri cōtra alexandrum pugna & uictoria. Cap.xx.
Quō pugnans Demetrius eucrus cōtra Alexandrū:uicit eū. Cap.xxi.
Antiochi qui liber pater dicebatur militia contra iudeam:itēq; prælium Arete regis contra Alexandrū: quē & deuincens:cū pactis a iudea diſceſſit:& de morte Alexādri. Cap. xxii.
Quemadmodum poſt alexandri mortem uxor eius alexandra imperium per nouem annos rexit: & uiuens cum pace gloriaque defuncta eſt.

lib. xiii.

Lib: 13.

Incipit liber tredecimus antiquitatis iudaicæ

QVibus modis gens iudeorum macedonibus in seruitute eam tenentibus libertatem recepit:& q̄ per tanta certamina dux eorum iudas transiens defunctus est:pro ipsis bellans in uolumine interiore monstrauimus. Post interitum uero iudæ: iterum quicunq; erāt impii & transgressores patriæ legis:uenerunt contra iudeos: & undique eos pessime molestabant. Adiuuabat autem eorum malitiam fames quæ tunc prouinciam omnem occupauit:ut multi propter inopiam necessariorum non tolerantes ambas calamitates famis:& inimicorum:transfugerent ad macedones. Bachides interea iudeos qui patria reliquerunt solennia: & communem uitam elegerent congregans:custodiam eis prouinciæ tradidit. Qui tenentes amicos iudæ bachidi prodebant:quos torquens crudeliter occidebat. Tantis ergo iudei calamitatibus oppressi: reliqui ex amicis iudæ uidentes miserabiliter gentem pereūtem ad euntes fratrem eius Ionathan: rogabant eum:ut imitaretur fratrem suum:& illius erga suam gentem prouidentiam hortabantur:alias adhiberet:& ne despiceret populum sine defensore pereuntem. Ionatha uero promittente paratum se esse mori:pro cunctis:& credentes eum suo fratri parem existere:ducem iudeorum ordinauerunt. Quod bachides audiens & timens: ne regi uel macedonibus cōcitaret bella Ionathas:sicut olim Iudas dolo eum interficere statuit. Cuius uoluntas non latuit ionathan neque fratrem eius Symonem. Qui colligentes socios omnes ad deserta confugierunt:& uenientes super aquam quæ dicitur lacus assar:ibidem commorabantur. Bachides autem sentiens eos: discessisse:& in illo loco conuersari:contra eos omni cum sua uirtute progressus est: & trās iordanem castra ponens refouebat exercitum. Ionathas cognoscens Bachidem contra se uenisse: mittit fratrem ioannem qui Gaddi dicēbat ad nabutheos Arabas:ut apud ipsos deponerēt suppellectilem:usque quo pugnarent contra Bachidem:erant enim amici. Ioannem ergo euntem ad nabutheos:insidiis collocatis in nabath ciuitate filii Amri: capiunt eum una cum suis:& rapientes omnia quæ portabant:occidunt ioannem & omnes socios eos. Vindictam uero quam pro hoc receperunt a fratribus eius:postea demōstrabo. Bachides autem cognoscens ionathan in ne moribus iordanis castra posuisse: obseruans sabbatorum diem contra eum uenit: tanquam nō in ea pugnaturum propter legem. Ille socios hortatus:& animæ eos pericula pati dicens:in medio comprehensos fluuii & hostium:& quia aufugere nō haberent: dum hostis ante faciem:fluuius a retro prohiberent:orans ad deum ut uictoriam sibi præstaret:committit pugnam cū hostibus. Quorum multos occidens:cum uideret temerarium se Bachidem appetentem:dextram que ad feriendum extendentem:præuidens plagamque deuitans:cum sociis in fluuium exiliuit: & pernatans trans iordanem:periculum mortis euasit. Nam bachides fluuio relicto:ad hierosolymorum arcem discessit:usque ad duo milia suorum amittens. Qui etiam multas iudeæ ciuitates capiens:muniuit hiericho & Amatutem & Bethoron:& bethulam:& Phamnathan:& Faratonem:& Thochoam:& gazara:& turres in unaquaque ciuitate constituens:& muros circundans eis ualidos:& magnitudine præcellentes:custodiā i eis statuit:ut exinde iudeos affligeret. Arcem uero hierosolymorum cautius muniuit:& tollens filios nobilium iudeorum:obsides in arce cōclusit. Eodem tempore ueniens quidam ad ionathan & fratrē eius symonem: nunciauit filios Amri celebrare nuptias:& nouā nuptam nobilem duci a Madaba ciuitate & Arabas cum pompa munificentissima. Ionathas tunc & Symon tempus putantes prosperum sibi ad fratris ioannis apparuisse uindictam:cum multa potentia sociorum egrediuntur ad Madaba:& inimicos inter montes insidiis collocatis præstolabantur. Vt autem uirginem & sponsum uiderunt:& multitudinem amicorum cum eis sicut in nuptiis:exilientes ab insidiis omnes occiderunt: & ornatum cum omni præda tollentes reuersi sunt:pœnam pro fratre ioanne a filiis amri talem exigētes. Nam ipsi cum sequentibus amicis & uxoribus uel filiis: numero quadringenti perempti sūt. Symon itaque & ionathas ad oram iordanis reuersi ibidem permanebant. Bachides autem omnē iudeā muniēs:ad regē reuersus est. Iudei uero duobus ānis a bello⁊ tumultu requeuerūt. Tūc trāsfuge uel ipii uidētes ionathā cū suis multā licētiā hēre libertatis: dixerūt ad regē Demetriū: petētes mitti Bachidē ut ionathā debellaret: q̄d facilius euenire pollicebāt:si una nocte inopinabiliter eū inuaderent. A rege ergo Bachides destinatus: ꝓueniens ad iudeā oībus scripsit amicis:

& iudeis auxiliari sibi: quatenus ionathan comprehenderent. Festinantibus autem eis & non ualentibus ionathan tenere:quia nimis se caute tractabat.Bachides ira cõmotus transfugas pri mos quinquaginta:qui sibi & regi mẽtiti sunt occidit.Ionathas uero cum fratre uel sotiis ad Vithalagam uillam timens Bachidem absceſſit:edificansq; turres:& muro circũdans:eam habebat ualde munitam.Quod audiens Bachides:milites suos cum iudeorum auxiliatoribus perducens contra Ionathan peruenit:& ad eius munimina accedens:per dies multos obsidebat eũ.Qui ob sidioni fortiter resistens.Symonem quidem fratrem suum expugnaturum bachidem in ciuitate dimisit:ipse uero furtim egreditur in prouinciam:& congregans manum multam:nocte Bachidis inuadit exercitum & multos occidens:Symonem fratrem fecit aduentum suum cognoscere. Qui sentiens hostes interimi egreditur:& macedonum machinamenta obsidioni præparata sup positis flammis icendit:& multos eorum uiriliter interfecit. Videns autem Bachides abinimicis se circunseptum:quorum alios quidem ante se:alios autem retro conspiciens turbatus hæc insperate sibi euenisse:in trãsfugas tanquã in deceptores suum furorem conuertit:uolebatq; si poſ set obsidione soluta sine dedecore ad propria remeare. Cuius uoluntatem cognoscẽs Ionathas: legatum ad eum pro amiciciis destinauit:quatenus redderent inuicem sibi quos ceperant utriq; captiuos.Putans autem hanc honestiorem Bachides discessionem:pacisciturcum Ionatha & iurauerunt utriq; nunquam contra se arma præsumere: & captiuos dantes & recipientes: in antiochiam Bachides recessit.Qui post hanc discessionem:nequaquam ad iudeam deinceps peruenit. Ionathas uero hanc libertatem acquirens in Machina ciuitate populorum negocia disponebat: & maliuolis uel imptiis cruciatis:iudeorum gentem purgabat.

Capitulum.II.

ANno sexagesimo & centesimo epifanen Antiochi filium cõtigit syriam ascendere: & Ptholomaidam capere ciuitatem:per proditionem militum intus commorantium. Erant enim ingrati circa Demetrium propter superbiam suam:quia dum se clausisset in quadam turre regali quam non longe ab Antiochia construxerat: a nemine uidebatur:sed & rem publicam ut seditiosus negligebat.Vnde & odium ei a subiectis exortum est sicut iam alibi demonstrauimus.Igitur in ptholomaidẽ Demetrius audiens Alexandrum peruenisse:omnem cõtra eum produxit exercitum.Direxit autem & ad Ionathan legatos pro auxiliis: nam præcedere Alexandrum statuit:ueritus ne ille prius auxilium eius postularet: aut Ionathas memor malorum sese cum inimicis coniungeret. Denunciauit ergo eum multitudinem cõgregare:obsidesq; iudeorum recipere:quos Bachides in arce hierosolymorum concluserat. Talibus inter hæc a Demetrio Ionathas ad se nunciis uenientibus ad hierosolymam peruenit: & epistolas regis audiente populo uel arcis custodibus hilaris intimauit. Quibus relictis transfuge uel impii trepidauerunt:præcipiente rege quatenus Ionathas exercitum congregaret: & obsides reciperet.Quos cum accepisset:suis unumquẽq; parentibus reddidit.Equidem Ionathas in hierosolymis mansionem faciebat:renouans ciuitatem:suaq; uoluntate singula construẽs: & edificãs muros ciuitatis lapidibus quadratis:ut forent aduersus hostes munitissimi.Quæ uidentes custodes muniminum:iudeam relinquentes omẽs in Antiochiam fugierũt:præter illos qui i Bethsura ciuitate & in arce hierosolymorum erant:quorum plurima pars impiorum & transfugarum fuit iudeorum.Quapropter castra non relinquerunt.

Capitulum.III.

COgnoscens autem Alexander promissiones quas demetrius fecerat Ionathæ:& fortitudinem eius:& quanta disposuerat bellans cõtra macedones:& iteq; qualia ipse pertulerat a Demetrio:& Bachide duce Demetrii:& melius nihil inuenire: quã Ionathæ præsidium:ad amicos dicebat in præsenti tempore.Ionathas qui & contra hostes fortis existit:& odium habet proprium in Demetriũ a quo multa mala perpessus est:si uidetur amicum eum faceꝝ contra demetrium nunc debemus:non alias utilius est rogare eum ad auxilium conferendum. Cunque ei & amicis placuisset:transmisit ad Ionathan scribens talem epistolam. Rex Alexander Ionathæ fratri salutem. Fortitudinem quidem & fidem tuam iam dudũ audiuimus.Et ideo trãsmisimus ad te ꝓ auxiliis:& ordinauimus te hodie pricipẽ sacerdotũ iudeoq;: & amicũ nostrũ uocari ꝓcipimus.Iccirco etiã destinaui tibi ꝓ munere purpureã stolã: & auream coronã:& peto honoratũ te a nobis:similẽ erga nos fieri.Suscipiẽs epistolã Ionathas:induiẽ quidẽ sacerdotali stola celebratiõe tabernaculoq; istante:post quartũ annũ mortis Iudæ fratris sui. Nã neq; ꝓ ipsũ tẽpus priceps sacerdotum aliquis cõstitutus est. Collegit uero & multum exercitum: & armorum copiam quam ipse construxerat. Quod factum ut peruenit ad Demetrium: nimis

eum multumq; contristauit:suamq; cœpit accusare tarditatem:q̄ non ante Alexandrum eēt ipse demens erga Ionathan. Verūtamen nec sic distulit scribere ad ionathan:& ad populum eius. Cuius exemplar taliter existebat. Rex Demetrius ionathæ gentiq; iudeorū salutē. Quomō nostram seruastis amiciciam tēptantibusq; uos inimicis non consensistis. Hanc uestram quidē laudo fidē: & in his permanere quesumus:recipientes a nobis uicem uel gratiā: per quā mereamini uectigalium uestrorum releuationē. Et quicquid prædecessoribus meis regibus uel mihi hactenus præbebatis:omnia noueritis nostra uobis largitate concessa. Super hæc etiam pretium salis uobis:& coronarū quas nobis offerebatis uel quod pro tertia parte frugum: & medietate fructus lignorū quod parti meæ competebat:uobis ad hodierno die remitto. Sed & censum singulorū habitantium in iudea:qui nostro erario proficiebat. Necnon & trium finitimarū uobis prouinciarū: Samariæ:uel Galileæ:& trans iordanem:uniuersa uobis concedo: a nunc per omnia tempora. Ciuitatemq; hierosolymorū sacram & inuiolabilem priuilegia sua possidere:liberamq; cū suis confinibus a decima parte uectigalium esse præcipio. Arcem uero committo sacerdoti uestro ionathæ:ut quos ipse probauerit fideles amicos:custodes in eam deputet nobis seruandam. Captiuosq; iudeorum & seruientes apud nos:liberos eos esse concedo. Nec post hanc sanctionem iudeorum iumenta uiolentiis angariorum subiaceant. Sabbatum autem uel omnes dies festos & tres ante eos dies:sine uectigalibus esse denuncio. Eodem modo iudeos nostram terram habitātes:liberos ac sine lesione dimitto. Licentiamq; mihi militare uolentibus usq; ad triginta milia præstamus:eadem quibus & meus utitur exercitus:ubicunq; ierint accepturi. Ordinabo ergo quosdam eorum in castris:quosdam custodes mei corporis:& duces in aula mea constituā. Præcipio uero magis uestris uti legibus:easq; custodire:& tribus propositis in iudea legibus obedire Principemq; sacerdotum diligentiam habere uolo:ne quis iudeorū aliud templum nisi hierosolymitarū ueneretur. Præbeo etiam ad sumptus īmolationum per singulos annos:centū quinquaginta milia dragmas:quæq; superfuerint pecunias uestras esse uobis. Decem milia autē dragmas quas reges a templo accipiunt:uobis cedo:quia sacerdotibus ministrantibus templo competūt. Quicunq; itaq; ad hierosolymorū templū uel intra eius fines cōfugerint:debitores regalium pecuniarū:siue qualibet causa faciente:licentiā eis indemnitatis concedo:saluasq; eorū possessiones esse. Renouari uero templum impendiis ex meo factis muroq; ciuitatis spondeo fabricari: turresq; altas construere. Et quicquid ad munimē uestrum necesse fuerit: meis stipendiis restaurare polliceor. Tantum est:ut quas cepistis amicicias nobiscum & fœdus: sine simulatione seruetis. Hæc quidē promittens & blandiens Demetrius iudeis scripsit. Rex uero Alexander magnū colligens conductum exercitum:& milites qui de syria transierunt ad eum contra demetriū duxit: pugnaq; cōmissa:cornu sinistro demetrii aduersarii sunt fugati:& persecutiōe diuina multi eorū occisi sunt castraq; direpta:dextrum quoq; cornu in quo demetrius præliabatur deuictum est:& alii quidem omnes recesserunt:demetrius aūt fortiter pugnans non paucos hostium prostrauit. Cunq; fugans alios equus eius ceni baratro inhesisset minime fugere ualens occiditur. Nam uidentes hostes quod ei contigisset:reuersi circūdederunt eum:& omnibus in eum iacula destinātibus:cum ille pedestris fortiter resisteret:postea multis perfossus uulneribus:nec ualens sustentare collapsus est. Demetrii quidem talis extitit finis:qui regnum per undecim annos rexit: sicut & alibi demonstrauimus.

Cap.IIII.

ONiæ uero principis sacerdotum filius:eodem nomine quo pater nuncupatus: quam alexandriam fugisse ad Ptholomeum regem cognomine Philometorem diximus:uidens iudeam a regibus macedonum mala pati :uolensq; memoriam & gloriam eternam sui relinquere:ad Ptholomeum regem & reginam Cleopatram transmisit: petēs licentiam quatenus templum edificaret in egypto:simile hierosolymorum:leuitasq; uel sacerdotes de genere suo constitueret:quod desiderabat confidens in propheta Ysaiæ: qui ante sexcētos annos prædixerat q̄ oporteret in egypto templum edificari maximo deo per uirum iudeū. Iccirco elatus onias Ptholomeo uel Cleopatre huiusmodi destinauit epistolam. Multa uel maxima uobis bellorum conficiens opera:& cum dei auxilio perueniens ad humilem Syriam:& phenicē & in lenonum ciuitatem Heliopolim:perque alia loca multa ueniens præter constitutiones templa iudeos construxisse reperi:quapropter & perfidos extitisse quod etiam egyptiis accidit: propter templorum multitudinem uariarum regionum. Opportunum aūt locum inueni qui dicit agrestis bibaste castrum plenum uaria materia:uel sacris aialibus:& peto concedendū mihi eum domino tuo segregatum:quatenus purgare templum ibi dirutum:& edificare maximo deo possim mensura eadem & simile hierosolymorum pro te:tuaq; coniuge:uel filiis:quatenus habeant egyptum habitantes iudei:quo cōuenientes secundū cōcordiā quā adinuicē habent: possint tuis

utilitatibus miniſtrare. Nam & Yſaias propheta prædixerat eſſe ī egypto domino deo ſacrificiū multaq; talia de ipſo prædicauit. Hæc quidem Onias regi Ptholomeo ſcripta tranſmiſit. Conſiderent tamen aliqui pietaté eius & Cleopatræ ſuæ ſororis uel coniugis ex epiſtola quā ſcripſerunt. Nam peccatū & legis tranſgreſſionē ſuper caput Oniæ poſuerūt ſcribētes hæc. Rex Ptholomeus & regina Cleopatra Oniæ ſalutē. Legimus tuā petitionē in qua ſuggerebas permitti tibi ī Lenonum ciuitate tēplū heliopolitanū dirutū purgaī qđ appellaē agreſtis bibaſte. Quapropter miramur ſi deo gratū ſit templū quod edificaturus ſis in tam luxurioſo loco: plenoq; ſacris anialibus Sed quomodo dixiſti Yſaiam prophetā iam dudū hoc p̄dicaſſe cōcedimus tibi: ſi cōtra legem ueſtram nō eſt: ut nihil nos in deū peccaſſe uideamur. Accipiens igitur locū Onias edificauit templum arāq; deo ſimilē hieroſolymoꝝ: minus tamē & pauperrimū. Menſura uero eius & uaſa minime uiſum eſt mihi nunc deſcribere. Nam in ſeptimo libro iudaicæ antiquitatis inſerta ſunt. In uenit & Onias quoſdā ſui ſimiles iudeos ſacerdotes & leuitas ibi religionē colentes. Sed de hoc tēplo late narrauimus. In alexandria uero iudeos & ſamaritas qui tēplum tēporibus Alexandri macedonis ſup garizī monte conſtruxerūt: cōtigit cōtra ſe ſeditionē excitare: & propter tēpla coram ipſo Ptholomeo certare: iudeis quidē dicentibus: ſecundū legē moyſi templū ſe in hieroſolymis conſtruxiſſe: ſamaritanis aūt in garizim: & ſupplicauerūt ut cū amicis rex conſederet: audiens de his altercationē uictoſq; morte multaret: cumpro ſamaritis ſabbeus & theodoſius intimaſſent: pro iudeis uero & hieroſolymitis andronicus meſalamis: iurauerunt per deū corā rege ſecundum legem dicta ſua p̄bare: petiuerūtq; Ptolomeū quatenus iuſiurandi trangreſſores perimeret. Rex ergo multos ſecū amicos in conciliū congregās: ſedit partes audire. Tūc iudei alexandria conſtituti timebant nimis de uiris qui p̄ tēpli hieroſolymitani parte diſſerebāt nā atrociter ferebant: ſi hoc tam antiquū & nobile per uniuerſum mundū templū ſolueret. Cūq; ſabbeus & theodoſius cōceſſiſſent ut primus andronicus uerba faceret: idē andronicus approbationē facere ſuā cœpit ex lege uel p̄deceſſoribus principū ſacerdotū quis: ex quo genere honorē ſacerdotii a patre ſuſcepiſſet: & quō oēs aſyæ reges templū uariis oblatiōibus & clariſſimis donis honorauerunt: de garizī uero tēplo neminē ſermonē feciſſe. Quæ dicens andronicus: & his multa ſimilia: regem flexit ſniam p̄nunciare decernendā: templū hieroſolymitaꝝ ſecundū leges moyſi fabricatum fuiſſe: ſabbeū aūt & theodoſiū interficiendos. Hæc ſunt quæ contigerunt iudeis ī alexandria temporibus ptholomei philometoris.

Capitulum. V.

ITaq; demetrio in pugna pempto: ſicut ſuperius īdicauimus: alexander accipiens regnum ſyriæ: ſcripſit ptholomeo: ut accipet in matrimonio ſuo filiā eius: iuſtūq; hoc dicebat eē: cum paternū obtinuiſſet principatū: & per dei p̄uidentiā in eo perductus fuiſſet: poſt p̄ditōnem demetrii: ſed etiā per alia multa dignū ſe eius familiaritate: uel cognatiōe dicebat. Ptholomeus uero libenter ſponſalia accipiens reſcripſit dicens: gauiſum ſe eſſe q̄ paternū ſuſcepiſſet principatum: daturumq; ei ſuam filiam promiſit: & occurrere iuſſit eū ad ptholomaidam: quatenus ei filiam ſuam iure traderet nuptiali. Tunc ipſe puellam ad ptholomaidam ab egypto p̄ducendam: ibiq; coniugendam eſſe conſtituit. Ptholomeus quidem hæc ſcribens: prope ad ptholomaidam peruenit: filiam cleopatram ſecum adducens: ubi ſecundum conſtitutum: alexandrum repperit: filiamq; ſuam ei coniunxit: dotem argento uel auro ſecundum regiam quantitatē complens. Cunq; nuptiæ celebrarentur ſcribens alexander ionathæ principi ſacerdotum: iuſſit eum ad ptholomaidam feſtinare. Qui perueniens ad reges: munificēter eis offerens dona: claro apud eos honore potiebatur. Tunc alexander compulit eum propria ueſte exutum purpura indui: ſimulq; ſuper tribunal ſecum ſedere: iuſſitq; duces cum eo procedere: perq; mediam ciuitatē clamare: nemini contra eum quicquā dicere: uel cauſas licere cōnectere. Quod cum duces feciſſent regis: erga ionathæ inuidentes hi qui parati fuerant eum accuſare: ſimul cum inimicis eius profugerunt ueriti: ne quid peſſimum paterentur. Tanto uero ſtudio rex alexander dilexit ionathā: ut primum eum ſuorum deſcriberet amicorum.

Capitulum. VI.

CEnteſimo & ſexageſimoquinto anno: demetrius demetrii filius cum multis conductis quos ei laſthenus cretenſis præſtiterat a creta ad ciliciam nauigauit. Quod alexander audiens in pauore turbaque alias timore conſtitutus continuo de phenicia ad antiochiam feſtinauit ut prius quā huc perueniret demetrius: eam tute diſponeret. Reliquit uero humilis ſyriæ ducē appolloniū: cognomine titū: qui cū multo exercitu p̄fectus ad iamniā: ionathæ principi ſacerdotū mandauit dicens. Iniuſtū eſſe eū ſolū cū licentia uel ptāte uiuere: nō obediētē regi ſibiq; dicebat hoc magnum obprobrium ab omnibus inferri: q̄ eum nō ſubigeret regi. Non ergo

te inquit in montibus abſcondas:arbitratus fortitudinem te habere: ſed ſi confidas tuæ uirtuti deſcende:quatenus per cápũ noſtri milites confligant:& fortiſſimi belli euentus demonſtret uictoriam meis uel tuis.Scito tamẽ optimos ab unaquaq; ciuitate mihi cõmilitones iũctos:q ſemper tuos proauos euicerunt.Contra nos alias nobis aũt in tali terra certandũ eſt:ubi non lapidibus ſed armis decet fortiſſime præliari: ne ſit locus tibi quo ualeas deuictus effugere. His incitatus ionathas:decem milia militum eligens:ab hieroſolymis egreditur cum fratre ſymone: per ueniẽſque ad ioppem:caſtra iuxta ciuitatem diſpoſuit. Nam ioppenſes portas concluſerant: intus habentes cuſtodias ab appollonio conſtitutas.Cunq; ionathas obſidere paraſſet eos: timẽtes ne ſuam ciuitatem deuaſtaret portas aperiũt. Appollonius uero captam audiens ioppem a ionatham:tria milia equitum ſumens:& octo milia peditũ ad azotum peruenit:& exinde tacite paulatimq; uiam ſibi perfecit. Cum ergo ueniſſet ĩ ioppem tanquã recedẽs:ionatham trahit ad campum:confidens equitibus & ſpẽ in eis habens ſuæ uictoriæ.Cunq; proceſſiſſet ionathas:ſequebatur uſq; ad azotum appolloniũ: qui cum ad campum uidiſſet hoſtem ueniſſe:conuerſus pugnã cum eo cõmiſit.Mille itaq; equites appollonius ad inſidias in aliquo torrente diſpoſuerat:qui retro inimicis inſiſterent.Quod ſentiens ionathas:non eſt turbatus: ſed ordinans in quadro exercitum:ut per ambas partes inimicos exciperent:hortatus eſt:ut fortiter ante uel retro pugnantibus ubiq; reſiſteret.Prælio aũt uſq; ad ueſperam procedente:dans fratri ſymoni partem exercitus:iuſſit aduerſarioꝝ eum aciem inuadere:ſuiſq; præcepit:teſtudine facta ſagittas equitũ excipere.Qui cum præcepta feciſſent nihil letebãtur:quãuis hoſtes ſuper eos frequẽtia tela librarẽt: uſquequo ſuas euacuaſſent pharetras.Nam ſagitte corpora clippeis ſepta:minime cõtingebant: cum conſtipatione teſtudinis tela uenientia refugarentur. Cum uero a primo mane uſq; ueſpere iaculantes aduerſarii defeciſſent:intelligens ſymon laſſos eos:inuadit aciem:fortiterq; cũ ſuis militibus dimicans: fugauit inimicos.Vidẽtes aũt equites pedites ad fugã conuerſos:& ſpe eorũ decepti ſine decore & turpiter abſceſſerunt:& per oẽm campum diſperſi fugierunt. Quos ſecutus ionathas uſq; ad azotum multos occidit eorum.Qui de ſua ſalute deſperantes:ad templum dagonis cõfugerunt:qđ erat in azoto.Capiens aũt incurſione ſua ciuitatẽ ionathas:incẽdit eã:& omnes circa eam uicos: neq; pepercit templo dagonis:ſed etiam flamminis conſumpſit: & eos q ibi confugerant interfici.Multitudo uero quæ in illo concidit prælio una cum illis qui in tẽplo confugerant:octo milia fugerunt.Vincens ergo tantũ ionathas exercitum:ab azoto diſceſſit: & ad aſcalon uenit:& foras ciuitatem caſtra conſtituenti:territi aſcalonite:in occurſum ei exierunt dona portantes.Qui laudans eoꝝ uoluntatem reuerſus eſt ad hieroſolymam:multam prædã ferens:quã uidebatur a uictis hoſtibus abſtuliſſe. Alexander autẽ deuictum audiens ducem ſuum appollonium:ſimulauit gaudium:q; præter eius ſententiã cum ionathã conflixiſſet:qui eius amicus erat:mittitq; teſtimonium ionathæ:præbẽs præmium & honorem: & torquẽ aureum:ſicut ſolet affinibus regis dari:eiq; commiſit accaronis prouinciæ magiſtratum.

Capitulum.VII.

EOdem tempore:rex ptolomeus philometor dictus:naualem ducens exercitum & pedites:ad ſyriam ueniebat:alexandro ſuo genero ſolatia præbiturus. Quẽ omnis ciuitates ſtudioſe alexandro præcipiente ſuſcipiebant: & deducebant uſq; ad gazotum: ubi oẽs ꝓclamabant:accuſantes ionathan q; templũ incendiſſet & deſtruxiſſet: puinciamq; uaſtaſſet:multoſq; eoꝝ interemiſſet.Quæ ptholomeus audiẽs tacuit.Ionathas aũt ĩ ioppen occurrit ptholomeo dona clariſſima uel honorem ab eo percipiens: & producens eum uſq; ad fluuium qui eleutherus appellatur: ad hieroſolymam remeauit. Peruenientes ergo ptholomaidem: præter omnẽ ſpem paulominus habuit interfici ptholomeus inſidiis alexandri quas ei per ãmoniũ amicũ parauerat.Manifeſtis aũt factis inſidiis ptholomeus alexandro ſcribit:ad pœnam ammoniũ petens:& dicens inſidias ſe ab eo paſſum:& uindictã ſumere iuſtũ eſſe.Alexãdro uero non concedente ptholomeus intellexit illum cauſam inſidiaꝝ extitiſſe. Quapropter ei factus eſt odioſus. Antiochenis aũt & priuſ erat odibilis alexander propter ammoniũ:multa nãq; per eum paſſi fuerãt:& pœnã quidẽ ab ammonio pro eius delictis exegerunt:occidentes eũ qui tanquã mulier ſe ꝓperabat abſcondere habitu circundatus fœmineo:ſicut alibi dictũ eſt. Ptholomeus itaq; accuſans eum ut ꝓditorem nuptiaꝝ filiæ ſuæ: tranſgreſſorẽq; auxilii quod ei contra demetrium deduxiſſet:ſoluit affinitatẽ.Nam & auferens ſuam filiam:ad demetrium legationem direxit:amiciciam cum eo cõponens:filiãq; datuꝝ ſe illi uxorem & reſtituere paterno eum principatui cõpromittens.Demetrius uero gaudẽs:ſuſcepit legationem & nuptias.Tum nimius iam ptholomeo labor reſtabat:flectere antiochenos: ut demetriũ ſuſciperent:nam inimici eius fuerunt:eo q; a patre eius demetrio multa peſſima paſſi fuiſſent; & alexandro tamen antiocheni

propter ammoniũ irascebãtur:ut prædiximus.Qui pulsus ab antiochia:in ciliciam usq; puenit. Ptolomeus ergo ad ãtiochenos ueniẽs:rex ab illis & militibus ordinatur:coactusq; duo sibi diademata superposuit:unũ asyæ:alterum egypti.Benignus aũt & iustus existens:nec concupiscens aliena:sed & futura prouidens:recusare regnũ decreuit:ne romanos offenderet:ideoq; antiochenos in contionẽ congregans:flectit eos ut demetriũ susciperent: dicens eum nequaq̃ pro patre dolorem seruatuꝝ:si bene mereretur ab eis:doctorẽ aũt i bonis & ducẽ se illi esse:nec se fallacibus negociis immiscere:sibi aũt dicebat egypti regnũ sufficere. Quæ differens flectit antiochenos demetrium suscipere.Alexandro uero cũ magna militia uel apparatu ad syriam a cilicia ꝓfecto:terramq; ãtiochenoꝝ ꝑdãte ptolomeus cũ genero cõtra eũ duxit exercitum,nã iam filiã suã matrimoniali iure demetrio contradiderat:& uincens alexandrum:ad arabiã fugauit eũ.Cõtigit autem in ꝓlio:ut equus ptolomei uocẽ elephãtis audiens:ptolomeũ iactaret.Quod cũ uidissent hostes:impetum sup eũ fecerũt: multisq; uulneribus caput eius pforãtes:ad piculũ mortis eum adduxerunt.Sed custodes corporis eius rapientes eũ liberauerunt:& ita ꝑ quatuor dies defectus iacuit ut nec loqui nec intelligere potuisset. Alexandri uero caput arabũ potentissimus zabilus abscidens ptolomeo transmisit.Qui die quinto releuatus a uulneꝝ dolore:suauẽ sibi rem summũq; spectaculũ alexandri morte simul & capite uidit:qui tamen paulopost uitã finiuit:pro alexandri morte gaudio summo cõpletus.Regnauit ergo asyæ alexander qui dictus est balans ãnis quinq;:sicut i aliis demõstratũ est.Suscipiens uero pricipatũ demetrius qui nicanor appellabaẽ: fraudibus corrũpe cœpit ptolomei militiã oblitus:& q; socer eius & auxiliator fuisset : & affinis per connubiũ cleopatræ. Quapropter milites ptolomei ad alexãdriã cõfugierunt:elephãtos aũt demetrius comphendit.Ionatas interea princeps sacerdotũ ex omni iudea sibi milites cõgregãs: arcem hierosolymoꝝ obsidebat:ubi custodia macedonũ:& transgressoꝝ multitudo locata uidebatur.Et hi quidẽ contẽnebant ionathan facientẽ machinamenta:confidentes loci munitionibus.Noctu uero quidẽ maliuoli iudei exeuntes:uenerunt ad demetriũ:arcis obsidionẽ nũciãtes.Qui nũcio incitatus:exercitũ contra ionathan ab antiochia eduxit.Cunq; ad ptolomaidem peruenisset:scripsit ionathæ:ꝑcipiens ad ptolomaidẽ eũ citius occurreẽ.Ionathas aũt obsidionẽ quidem minime soluere decreuit:seniores uero populi & sacerdotes congregans:& auꝝ & argẽtum & uestẽ:cũ multitudine donoꝝ deportans:ad demetriũ usq; puenit.Quæ cũ obtulisset: irã eius moliuit:& honoratus firmũ ab eo principatũ sacerdotii suscepit : quẽ a regibus ante ipsum donatum possidebat:accusantibusq; eũ transfugis:demetrius eis non credidit: sed & petẽti quatenus pro omni iudea:uel tribus prouinciis:samaria:uel ioppe:uel galilea:trecenta tantum daret talenta pro omnibus his epistolã ei ꝑstitit:quæ uerba huiuscemodi cõtinebat.Rex demetrius ionathæ fratri:gentiq; iudeoꝝ salutẽ.Exemplum epistolæ quã lasteni cognato nostro scripsimus: transmissimus uobis:ut eam noueritis.Rex demetrius lasteni patri salutẽ . Iudeoꝝ genti nobis amice:nostraq; iussa seruanti:pro fide decreui dona ꝑbere:& tres possessiones afferema:belscelida:uel ramathe: quæ additæ sunt iudeis de samaria:& his attinentia:& quantacũq; ab immolãtibus hierosolymoꝝ reges accipiebãt ante me:uel quæcũq; de fructu terræ:uel plãtatis : omiaq; alia quæ nostro competunt iuri:uel paludes salis:uel pro coronis quæ nobis offerebantur eis cõcedo:& nihil extorqueatur ab his ammodo & iposteꝝ.Cura igitur ut huius epistolæ fiat exẽplar & detur ionathæ:quatenus ip nobili loco tẽpli reponatur.Hæc scripta fuerant. Videns ergo demetrius pacẽ:nullũq; supesse periculũ:nec belli timorẽ:soluit exercitũ stipendiaq; eoꝝ iminuit: & solis illis sumptus ꝑbebat:qui cũ eo a creta uel aliis insulis uenerãt. Vnde odiũ uel inimiciciæ militum cõtra eũ cõflatæ sunt:quibus ipse quidẽ nihil ꝑbebat:reges uero ante ipsum eis ãnonas etiã in pace subministrabant:ut eos in certaminibus si oporteret pro se fideles & pronos hr̃ent : atq; paratissimos in re bellica & pacis cũ omni haberent confidentia expetere.

Capitulum.VIII.

INtelligẽs itaq; odiũ militũ circa demetriũ alexãdri qdã dux:apamenus genere: diodotus nomine:qui & trifon dicebatur:uenit ad malchũ arabũ:qui filiũ alexandri antiochũ nutrierat: manifestansq; ei inimicicias exercitus quas contra demetriũ habebãt dari sibi petebat antiochũ : nã regẽ eũ facere:uel paternũ principatũ ei se restituere dicebat.Qui primũ resistebat:minie credens:post uero multo tpe trifone petẽte:uincit malchus:flexusq; uolũtate sua est ad ea q̃ trifon petebat.Princeps aũt sacerdotũ ionathas capere uolens arcẽ hierosolymoꝝ: & iudeos transfugas:uel ipios oẽsq; qui ꝑ totã ꝓuinciã custodes erant:transmittẽs ad demetriũ legatos cũ donis:rogabat ut de castellis iudeæ custodes eiiceret.Cui rex nõ hæc tãtũ se ꝑbere : sed etiã his maiora ꝓmittebat:post finẽ belli qd præ mãibus habebat:petebat uero eũ & auxilia trãsmittere:mãdãs q; exercitus suus ab eo recessisset.Tũc ionathas tria milia militũ eligẽs destinauit.

lib. xiii.

lib: 13.

Antiocheni uero demetriũ ꝑpter hæc quæ paſſi fuerãt abhorrẽtes: & ꝑpter patrẽ eius:q̃ multa cõtra eos mala cõmiſerat:tps ſeruabãt quo potuiſſent eũ inuadere:uidẽteſq̃ auxilia uẽiſſe demetrio ab ionatha:arbitratiq̃ q̃ multa cõgregaret auxilia niſi p̃cederẽt eũ arma ceperũt:& circũſtãtes aulã obſidionis mõ:coacto exercitu parati regẽ conabanꝫ opprimere.Ille ergo uidens populũ hoſtiliter ſe cũ armis inuadere:colligẽs cõductos & ab ionatha tranſmiſſos iudeos:cũ ãtiochenis confligit:quoꝝ uim nõ ferẽs uincit.Videntes aũt iudei ſic Antiochenos atrociter expugnantes: ſup palacii culmen aſcenderũt:unde illos uulnerãtes: ipſi quidẽ ꝑpter altitudinẽ tectoꝝ minie ledebãt: illos uero celis ꝑſternebant quæ de ſupioribus ad inferiora iactabant:& ſic eos de ꝓximis domibus repulerũt.Deinde igne ſuppoſito:flãma totã ciuitatẽ ex lignis conſtructã tectorũ ſpiſſitudinẽ deuorauit.Antiocheni uero nequaquã ualẽtes extinguere ignẽ:ad fugã cõuerſi ſũt: & cum iudei de tecto ad tectũ deſilirẽt:& ita eos ꝑſequerenꝫ:ãmirabilẽ contigit fieri antiochẽſium depulſionem.Rex aũt ut uidit antiochenos filios ſuos:& uxores ſuas uelle ſaluare:quapropter & pugnã reliquiſſe:ꝑ anguſtas uias inuadit eos:& cõfligens cũ eis multos iterfecit:ita ut cogerentur armis ꝑiectis ſe demetrio. Qui ueniã eis ꝑ facinoribus cõceſſit:ſeditionẽq̃ cõpeſcuit. Donanit etiã iudeis partẽ prædæ.Cãm itẽ victoriæ ſuæ factos eos ꝑfeſſus:gr̃as agẽs ionathæ ad hieroſolymã tranſmiſit:laudãs eũ ꝑ auxiliis deſtinatis.Poſt aũt maliuolus cõtra eũ extitit;ꝑmiſſione ſq̃ fraudauit:bellũq̃ minatus eſt:niſi cũcta redderet tributa:q̃ gẽs iudeoꝝ prioribus regibus ſyriæ ꝑſoluebat.Et hæc feciſſet:niſi triſon impetum eius ꝓhibuiſſet; & apparatũ eius cõtra ionathan:erga ſuas uertiſſet curas.Reuerſus enĩ triſon ex arabia cũ puero antiocho; imponit ei q̃ uis adoleſcenti diadema.Cunq̃ oẽs milites tranſiſſent ad eũ:demetriũ deſerentes:bellũ contra demetriũ ꝑducit:& cõfligens cũ eo uictoriã obtinuit:& elephantos cũ ãtiochenſiũ ciuitate ſubiecit.Demetrius uero uictus ad ciliciã receſſit.Antiochus aũt legatos ad ionathan deſtinãs & litteras:amicũ eũ ſibi parauit:& principatũ ſacerdotii cõfirmauit & q̃tuor ꝑuincias quæ terræ iudeoꝝ additæ fuerant:inſup & aurea uaſa uel pocula:& purpureã ueſtẽ ei tranſmiſit: hiſq̃ oĩbus ei uti pmiſit:&fibulã auream ei donauit:primũq̃ amicũ ſuũ uocauit.Symoné aũt fratrẽ eius ducẽ ſup oẽm militiam a regione tiri uſq̃ ad egyptũ conſtituit.Ionathas ergo de donationibus antiochi gauiſus mittens ad eũ: & ad triſonẽ legatos:amicũ ſe eis ꝑfeſſus eſt : & pugnare cũ eo contra demetriũ inſinuans ꝑ ꝑmiis laboꝝ non parua mala a demetrio ſe eſſe ꝑpeſſum. Concedẽte igiẽ antiocho a ſyria uel phenice ut cõgregaret exercitũ:quatenus cũ ducibus demetrii confligeret: ſtatim ad ciuitates exiit. Quæ cũ eũ ſplendidiſſime ſuſcepiſſent:exercitũ dare nõ diſtulerũt.Veniens aũt ad aſcalonã ciuitatẽ:& munificenter cũ donis ſibi occurrentibus:hoſipſos petebat : & unamquãq̃ humilis ſyriæ ciuitatẽ a demetrio deſiſtentẽ ad partes antiochi trãſire: ac ſecũ bellũ ꝑdueere ꝑ ultione demetrii:ex his quæ quondẽ in eis peccaſſet:eſſe dicens dignas occaſiones ꝑ quas hæc cogitare deberent.Cunq̃ flexiſſet ciuitates auxiliũ antiocho mittere : puenit ad gazã: ſperans ſe & hoꝝ fidẽ ad antiochũ cõuertere. Multum uero præter qđ ſperauerat aliter gazeos inuenit:qui duriſſima obiectione nõ eũ ſuſcipe:nec demetriũ relinqre decreuerũt.Quo dũ ionathas cõcitatus eſſet:ad obſeſſionẽ eoꝝ & afflictionẽ ꝑuinciæ parat.Nam partẽ militiæ circa gazam diſponẽs: cũ reliq̃ ipſe ꝑcurrẽs:cũcta prædabat uel incẽdebat.Quæ cũ uidiſſent gazei:nullũq̃ auxiliũ a demetrio ſibi ueniſſe cõſpicerẽt:& piculũ præſens : adiutoriũ uero lõge & incertũ eſſe utrũ uẽiret:optimũ eſſe decreuerũt:hũc dimittẽtes illi obedir.Faciẽtes igiẽ ad ionathã amicicias auxilia ꝑmiſerũt.Hoſes enĩ ante maloꝝ pitiã utilitates non intelligũt ſuas ſed cũ in malis fuerint cõſtituti:tũc mẽte ꝑcipiũt & agũt:q̃ nihil leſi facere debuerũt.Ionathas cõſentiens eis de amicitiis:tollẽſq̃ obſides ad hieroſolymã trãſmiſit ipſe uero totã ꝑuinciã ꝑcurrit uſq̃ ad damaſcũ:dũ demetrii duces audiſſet ad cedeſſam cũ multa manu ueniſſe . Cedeſſã inter tirũ & galileã cõſiſtit.Nã hoc deſiderabãt duces demetrii:ut de ſyria eũ ad galileã traherẽt:putãtes miníe eũ pati galileos ſibi ſubiectos affligi. Cũq̃ ionathas eis occurriſſet:ſymoné fratrẽ ĩ iudea ducẽ reliqt. Qui multũ exercitũ de ꝑuincia cõgregãs:bethurã obſedebat:locũ iudeæ munitiſſimũ; nã tenebat eã demetrii cuſtodia:ſicut & prius a nobis demõſtratũ é.Vt ergo aggerẽ cõpoſuiſſe ſymoné uiderunt:& machinamẽta cõſtituiſſe:multaq̃ uiſũ induſtria cõtra bethſuræ obſidionẽ:timuerũt cuſtodes ne capto loco interirent:& mittentes ad ſymonẽ:petebãt fidẽ accipe:ne quid ab eo peſſimũ paterenꝫ Qui cũ fidẽ dediſſet:illos quidẽ de ciuitate tulit:ſuãq̃ cuſtodiã ibi cõſtituit.Ionathas ĩtaq̃ exiens a galilea ab aquis quæ gemniſaron dicunꝫ.nã ibi ſua caſtra poſuerat:ad campũ qui diciꝫ aſor puenit:neſciens illic hoſtes exiſtere.Demetrii uero duces cũ ante unũ diẽ cognouiſſent cõtra ſe ionathan uenire:inſidias ei ꝑ mõtẽ collocauerũt:ipſiq̃ cũ electis militibus ĩ cãpo ei occurrerũt.Quos cũ uidiſſet ionathas ad pugnã paratos:hortabaꝫ ſuos.Illi uero q̃ a demetrii ducibus ꝑ inſidias erant locati:a retro iudeos inuadũt.Qui cũ timerẽt ne in medio capti pirent:

ad fugam se dederunt. Et ibi quidē omnes reliquerūt ionathan: pauci uero cū eo numero quinquaginta remanserunt: & mathathias salomoni: & iudas calfi: qui duces erāt totius exercitus. Hi audacter & inspate sup inimicos irruētes: atrociter eos fugauerūt. Tūc uero milites ionathæ qui discesserant: ut uiderunt hostes ad fugā uersos congregati psequebanť eos: & hoc fecerūt usq; ad cedessam: quo castra hostiū erant. Victor igitur ionathas i illa pugna refulsit: duo milia ꝓsternēs inimicorum: & ad hierosolymā reuersus est. Qui cū uidisset oīa sibi dei prouidentia secūdū suā accedere uoluntatē: legatos romā destinauit: reuocare cupiens olim cū gente iudeoꝝ amicicias celebratas: suisq; legatis p̄cepit: ut redeuntes ab Ytalia: p sparciatas transirent: quos ꝺeberent ad memoriam amicitiæ uel cognationis reducere. Qui cū romā uenissent: & igressi ad senatū: mādata pricipis sacerdotū ionathæ dixissent: q; eos mitteret amicicias renouare: quæ prius p senatum de iudeoꝝ amicitiis fuissent statutæ: Senatus dedit eis reportandas epistolas ad oēs alyæ reges: & magistratus ciuitatū: q̄tenus p eos illesi ad propria remearent. Reuertens aūt ad sparciatas uenerunt: & epistolas ionathæ eis porrexerunt: cuius exemplū hmōi fuerat. Ionathas princeps sacerdotū gentis iudeoꝝ: uel curia & collegiū sacerdotū: p̄sidibus & senatui: & populo lacedemoniorū saluté. Si salus uobis publica uel priuata bene procedit: sic est ut uolumus; salui aūt sumus & nos. In prioribus tamen tēporibus epistola nostro principi sacerdotū oniæ a uro rege areo: & ab omni populo missa est de uestra simul & nostra cognatiōe: cuius exemplū subiacet epistolæ: quam quidē libenter suscipimus & populo & areo fautores facti sumus: nō egētes huius rei approbatiōe: quia p sacras nras litteras hoc esse credimus. Initio ergo recognitiōis non credidimus nos primi facere: ne præripe uideremur uestrā gloriā. Multo uero trāsacto tēpore: ex quo familiaritas cōmunis extitit: in sacris & constitutis diebus deū pro ura salute uel uictoria sacrificiis deprecamur: & cū multa nos circūstetissent bella p auariciā uicinoꝝ nec uobis nec aliis ꝓpinqs molestos nos esse decreuimus. Postq̄ aūt hostes expugnauimus: legatos ad romanos transmisimus: numeniū antiochi: & antipatrū iasonis: senatorio apud nos septos honore: quibus dedimus etiā ad uos epistolā: q̄tenus renouent uobiscū cognationē. Bene igitur facitis si & uos rescripseritis & māducaueritis siquid forsitan idigetis minie dubitātes: nos erga uestrū affectū impigros existeť. Lacedemonii uero libenter legatos suscipiūt: & cōponētes pacta cū eis de amicitiis dimiserunt. Eodem tpe tres hereses iudeoꝝ fuerant: quæ de rebus humanis diuersa credebant: quarum una pharisea dicebaťr: altera sadducea: tertia essenoꝝ. Igitur pharisei dicebāt: fata non oīa: sed aliqua gubernare: altera uero q̄ accidunt p se cōsistere: genus aūt essenoꝝ oīa sub fato esse cōfirmat: & nihil esse: qđ hoibus nō illius decreto ꝓueniat. Sadducei fatū quidē nihil esse estimant: neq; p eū humana cōcludi: sed oīa nostræ supponūt potestati: bonorūq; nosipsos autores fatētur: & peiora p nostrā elegi demētiā. Sed de his quidē certius i secūdo historiæ iudaīcæ libro demōstrauimus. Demetrii aūt duces cū uellent pugnā i qua uicti sunt restaurare: ampliores priori exercitu uires congregantes: cōtra ionathan uenerūt. Qui cū audisset hoc: citius eis ad anathetidinē occurrit: neq; tardare decreuit: usq; quo ingrederenť iudeā: castraq; dispōnēs nō longius ab hostibus q̄nquaginta stadiis: mittit speculatores qui castra deberent ostiū pscrutari. Cunq; oīa enūciassent: & aliquos nocte cœpissent: qui aduersarios supuenturos indicabāt: custodias extra dispōsuit: & exercitum p totā noctē armatū habebat: præcepitq; ut forti animo essent: & si oporteŕt etiā nocte pugnarēt: ne repētino īpetu turbarenť. Demetrii uero duces cū audissent ionathan cognouisse suū consiliū: pturbati q; inimici manifestati fuissent: nullomō ualebant p insidias eos inuadere, ex eo q; se credebant nō esse pares ionathæ. Nam militibus fugā meditati sunt: multaq; faciētes incendia discesserunt: ita ut hæc uidentes iudei: putarent eos esse mansuros. Ionathas aūt cū ad castra eorum mane uenisset: inuenit ea deserta. Cunq; intellexisset eos fugisse psequebatur: quos nullatenus ualuit cōprehendere. Nam iam libeꝝ alias ligerum noie fluuium transierant. Vnde reuersus ad arabiam: nabutheos expugnabat: multāq; eoꝝ prædam ābigens: captiuosq; duces: puenit ad damascum: ubi omnia ille reposuit. Per idē tēpus frater eius symō oēm peragrās iudeā & palestinā: usq; ad ascalonam muniuit castella. Quæ edificiis & custodiis tuta fecisset: ad ioppē puenit: & occupans eam: magnam introduxit ibi custodiam. Nam audierat ioppenses uelle ducibus demetrii tradere ciuitatem. Hæc ergo postquam ionathas & symon tractauerunt: ad hierosolymam sunt reuersi. Cunq; omnem populum ad templum congregassent: suadebant muros hierosolymorum refabricandos: & dirutam partem muri templi reconstruendam altisq; turribus muniendam: necnon & in media ciuitate alium edificare murum: ut custodibus arcis alimē torum copia negaretur: insuper etiam castella quæ sunt in prouincia facerent tutiora uel fortiora. Cui dum & populus de bene propositis consensisset: ipse quidē menia ciuitatis edificabat: symonem uero misit prouinciam communire. Demetrius aūt transiens ad mesopotamiā puenit.

lib. xiii. lib:13.

Quã cum uellet cum babilone & ſuperioribus ꝓuinciis obtinere: ut exinde occaſiones de toto acciperet imperio:tunc græci uel macedoniam habitantes ut eis prope modum cõueniret legationem ad eũ miſerũt:promittentes ei ſubuenire ſi ad illos tranſiret:& tradere ſe:uel expugnare cum eo regem parthorum arſacen.Qua ſpe ſubito egreditur ad eos:ut ſi parthos deuinceret:uireſq; reſumeret:regem triſoné poſtea debellaret:longeq; eum a ſyria pelleret.Quem cum prono ſuſcepiſſent animo prouinciales:multos congregaſſet uiros:bellũq; & militiam omnẽ aduerſus arſacen produxiſſet ipſe uiuus capitur.ſicut alibi iam retulimus.

Capitulũ.IX.

TRiſon autẽ cum morte demetrii cognouiſſet:ꝑfidus antiocho cœpit exiſtere.Inſidiabatur enim:qualiter eum interficiens:ipſe regnũ teneret. Impediebant uero impetũ eius & uoluntatẽ amiciciæ ionathæ:quas cũ antiocho habebat.Vnde primũ ionathã ſtatuit occidere:& tunc aduerſus antiochũ accedere.Fraudibus ergo uel dolo cogitãs ionathan conſumere:ad bethſuram ab antiochia uenit:quam græci ſcitopolim appellãt: ubi cũ electis quadraginta milibus ei ionathas occurrit:putans ad bellum eum uenisſe. Triſon uero cum ionathan uidiſſet ad pugnam paratũ:donis eũ pacauit:ſuiſq; ducibus ut ionathæ obediret præcepit:ꝑ hæc fidem ſuam uolens confirmare:cunctamq; ſuſpitionẽ depellere: quatenus confidentem:& incautum:nihilq; preuidentem caperet:& perſuaſit ei ut exercitum dimitteret: quẽ fruſtra dicebat eſſe fatigatum ab eo:nequaquam bello exiſtente:& undiq; pacẽ rebus habẽtibus: ſed tenere paucos:& ptolomaidam ſimul uenire ſupplicabat:nam tradere ei ciuitatem: & omnẽ prouintiæ moderationem:ſe uenisſe profitebatur.Ionathas ergo nihil mali ſuſpicatus: ſed uera fide uel uoluntate triſonẽ hæc ſuadere credens:exercitum dimiſit:tria milia ſecum ſola tenens. Ex quibus in galilea duo milia relinquens:cum mille tantum militibus ad ptolomaidam triſonem comitatus ſuperuenit.Vt uero intrauit ptolomaidam: portas ſtatim ciues ſeruauerũt:ſecũdum q; eis a triſone erat præceptum:& ionathan uiuum capientes: omnes qui cum eo erant interemerunt.Miſit quoq; triſon ilico ad galileam:qui relicto duo milia interficerent. Sed hi cum fama preueniente captionem ionathæ comperiſſent:antequã uenirent a triſone miſſi armis circundati prouincia proceſſerunt.Tunc ſatellites triſonis cum uidiſſent eos pro anima decertare: nullam eis moleſtiam inferentes:ad triſonem reuertuntur. Hieroſolymitæ autem cũ audiſſent ionathan captum:& cum eo milites periſſe:flebãt illius interitũ:& ſumma de ipſo queſtio apud omnes fiebat:magnuſq; timor eos inuadens:cõtriſtabat ne eis uirtute uel prouidentia ionathæ priuatis:uicinæ gentes inimicæ:& propter ionathæ mortem iniquitate:contra ſe bellum conſtituerent:& ad mortis pericula peruenirent:quæ ſicut ſuſpicabanẽ euenerunt.Nam gentes mortẽ ionathæ cũ audiſſent:cõtra iudeos bellare cœperunt tanquã indigentes duce.Triſon ergo exercitum multum congregans:ad iudeã aſcendere ſtatuit:ut hieroſolymã debellaret.Symon autem uidẽs hieroſolymitas metuentes:cœpit eos alloquio cõfirmare quatenus forti animo eſſent:nec ptimeſcerent triſone ſupueniente.Et conuocans in templo populũ alacriorẽ eum ſuis uerbis effecit:hic allocutionis initiũ ſumens.Pro ueſtra inquit libertate o uiri iudei me dudũ cum pãtre uel fratribus mori patum:quis ignoretur?Siquidẽ exempla mihi plurima nõ deſunt.Mori eĩ pro legibus uel patria religione noſtram familiã nullus timor inuadit:qui hanc uoluntatem ab ania noſtra poſſit eiicere:ſed introducat magis deſideriũ uitæ:uel gloriæ.Quapropter nõ uti indigẽtes duce magno qui laborare:uel pati ꝓ uobis recuſet:ſequimini me ꝓno aĩo ubicũq; ꝓduxero: nec enĩ melior meis fratribus exiſto ut meæ pcã aĩæ:neq; peior:ut qđ illis uiſũ ẽ optimũ ꝓ ꝑiis interfici legibus:uel ꝓ dei religione deuitẽ:ſed ĩ quibus me oportet ꝓpriũ illis fratrẽ oſtẽdere:in his me demõſtrabo cõſimilẽ.Cõfido eĩ ĩ deo ultionẽ ab inimicis expeteꝝ:uoſq; oẽs cũ uxoribus uel filiis ab eoꝝ uiolentia liberare:tẽplũq; incolome cũ dei auxilio reſeruare.Nam uideo gentes contẽniſſe uos:tanq̃ ducẽ nõ habẽtes:bellaq; ꝓpaſſe.Cũ hæc ſymõ uerba ad plebẽ feciſſet:cõfeſtim depulſo populus aĩs metu:audaciã ſumpſit:deſperãſq; ad ſpẽ bonã repẽte mutatus ẽ:& unanimiter exclamauit nutu dei eſſe ſymonẽ ducẽ & iudæ uel ionatæ fratrẽ principatũ tenere dignũ: ſe quoq; oĩbus eius ꝓceptis obſecutuꝝ ꝓmittẽs:ducis ei cõtulit dignitatẽ.Tunc ſymon cõgregans oẽs ſui exercitus bellatores feſtinauit ciuitatis muros recõſtrueꝝ:turribuſq; altis & fortibus eam munire.Deſtinauit etiã ionathã quẽdã aĩcũ ſuũ: filium abſalomi cũ militibus ad ioppẽ: imperãs habitatores eius eiicere:nã timebat ne ciuitatẽ traderẽt triſoni:ipſe uero hieroſolymam tuebaꝝ. Triſon aũt exiens ab ptolomaide cũ multo exercitu ad iudeã uenit:ionathan ligatũ ducens.Cui ſymon occurrit ad iadã ciuitatẽ:q̃ ſup montẽ iacet:unde etiã iudeæ campi pateſcũt. Cũ uero triſon a iudeis audiſſet:ducẽ ſymonẽ cõſtitutũ:direxit ad eũ:fraudibus uel dolo cupiẽs hũc quoq; circũuenire:iubetq; ei ſi uellet fratrem ionathan redimere: ut mitteret argenti talenta centum:

duoſq; filios ionathæ quatenus fides illi haberetur poſt dimiſſionem: ne iudeam in ſua ditione redigeret:quia & tunc non pro alia re:niſi pro debito uectigaliū eum ſe ligaſſe conſixerat. Tum ſymon intelligens artem triſonis:quia ſi & argentum mitteret:ille tamen fratrē eius minīe laxaret:ſed & filios eius hoſti tradi fruſtra cognoſcens:tamē territus ne a populo accuſaretur: ſe cām fraternæ necis extitiſſe:q; non pecunias:nec filios pro ipſo contraderet:colligens exercitū mandata triſonis indicauit dicens:q; hæc dolo uel inſidiisplena ſint:tamen optabilius eſſe pecunias: ſed & filios eius tranſmittere:q̄ propoſitis a triſone nō obediēs:putaretur nō uelle fratrē abſolui: initoq; cum ſuis ſymon tractatu:filios ionathæ pecuniaſq; trālimiſit.Quas triſon cū accepiſſet: nec fidem ſeruare:nec ionathan abſoluere uoluit:ſed mox exercitū colligēs: ad ꝓpria remeauit: ordinatoq; itinere p idumeā ad hieroſolymā aſcendere cupiens:uenit ad doră ciuitatē idumeæ. Precedebat uero cū exercitu ſymon:caſtra cōtra eū ſp diſponēs.Quod cognoſcentes hii q̄ arce erant hieroſolymitana ad triſonē dirigunt:rogantes eū ad ſe ocius properare:quatenus alimēta eis p̄beret.Ille ergo p nocte illā eqtatū parauit:quaſi hieroſolymā aſcenſurus ſed niue uehemēti ea nocte cadente:iter inuiū repit equis uel peditibus ſuis.Qua cā obſtante:nequiuit ad hieroſolymam triſon aſcendere:ſed reuertens ad ciriē:& prope galaditiden ingreſſus:ionathan ibi pimi uel ſepeliri iuſſit:& ita ad antiochiā puenit.Symon aūt ab iaſca ciuitate trāſſerēs oſſa fratris ſepeliit in patria ſua: luctū maxim oī ſup eū populo faciēte.Tunc ſymon ingēs mauſoleū fabricās: patri ſuo:fratribuſq; ſepulturam ex albo & polito lapide conſtruxit:opus mirabile: cōſpicuumq; faciens:cuius & portā undiq; colūnis ſuſtentātibus ex uno lapide uiſu mirabilem ſtatuit: iſup & piramidas ſeptē parentibus:uel unicuiq; germanoꝝ ſingulas ſuppoſuit:magnitudine uel decore lucentes:q̄ hactenus ſeruanť.De ſepultura quidē ionathæ:& de edificatione monumētoꝝ:hoc ſtudiū ſymonis agnouimus.Defunctus ergo eſt ionathas:principatū agens ſacerdotii:perq; ānos quatuor gentē continuit iudeoꝝ.Et de labore quidē mortis eius in mutuis documentis:publiciſq; monimentis primi anni ſymonis benefactoris:& iudeoꝝ principis ſcriptū eſt.Itaq; iudei feliciter aduerſarios uicinos ſupauerunt:cū ſymon gazaram ciuitatē:uel ioppen:uel iamniā deuaſtaret:arceq; hieroſolymoꝝ deponeret:ne forte inimicis refugiū eſſet:unde pcurrētes ledere eos poſſent.Quod cū feciſſet:optimū & utile putauit etiā mōtē ſup quē arxs cōſtituta erat deſtruer. Quo multitudo cūctiq; ingreſſi:montē deſtruebant:& nec die nec nocte ceſſantes p tres annos: depoſuerunt eum ad ſolū:campumq; planiſſimū fecerunt: ita ut eminentius templū excelleret: arce uel monte depoſitis.Ea quæ temporibus ſymonis geſta ſunt:hunc continet modum.

Capitulum.X.

POſt captiuitatē demetrii: nō multo poſt alexandri filiū antiochū qui theos noīabať: triſon interemit tutor eius quarto impii eius anno:amicos aūt & familiares ſuos ad milites tranſmiſit:& multas dare pecunias pollicetur:ſi eū regē ordinarēt.Nam demetriū a pribus captū nūciabat teneri:frēm uero eius antiochū ſi principatū optineret: multa peſſima eis factuꝝ eē dicebat:dū ꝓditionē eoꝝ ulciſcereť.Qui cū ſpaſſent affluētia pecuniarum ſub regno triſonis frui:principē eū conſtituūt. Triſon ergo ut regni inſignia ſuſcepit: cōtinuo nequitiā ſuā patefecit:& innotuit oībus:qa q; priuatus humiliter multitudini obſeqbatur:non hoc uoluntate bona:ſed impoſſibilitate faciebat.Poſtq̄ uero regnū adeptus eſt:exuēs ſe ſimulationē uerus triſon apparuit:cœpitq; potius extraneos q̄ clientes diligere. Pro q̄ re exercitus eius recedens ab eo ad cleopatrā demetrii uxorē contulit ſe:quæ tūc in ſeleutia cū filiis erat concluſa.Errantē uero fratrē demetrii ātiochū:qui ſother alias pius dicebatur:nullaq; ciuitate eū admittēte triſonis timore:mittit cleopatra:ad ſuas enī nuptias:& ad impiū inuitās.Quem ad hoc inuitauit ſuadentibus amicis:& timore uolentibus triſoni ciuitatem ſeleuciā aperire.

Capitulum.XI.

CVmq; intraſſet ſeleuciā antiochus:& fortitudo eius p ſingulos dies creſceret:exiit pugnaturus cōtra triſonē.Quē uincēs:a ſupiore ſyria repulit ad phenicē:& ī dorā caſtello munito cōcluſū obſidebat:mittitq; ad ſymonē pricipē ſacerdotū iudeoꝝ legatos p amicitiis uel auxiliis.Qui cū libenter petitionē ſuſcepiſſet:pecunias multas cū alimētis:militibus dorā obſidētibus large p̄buit:ut ātiochus eū iter neceſſarios aīcos pauco tpe pateret.Nā triſon dū a caſtello dora ad apamiā fugeret:captus ī ea cōcluſiōe pemptus eſt:tertio ſui regni anno.

Capitulum.XII.

SEd ātiochus auaritia uel prauitate ſua ſymonis obliuionē una cū miſtratis pecuniis & alimentis cōcepit:uireſq; militares cuidā cēdebeo amico tradēs:ad depcationē iudeæ captiuitatēq; ſymōis miſit. Sed cū ſymon audiſſet antiochi p̄uaricationē licet ſenex eſſet:tamē eo q; nihil ab antiocho iuſtū fieriuidebat:cōcitatus ad audaciā ſup ætatē

suam iuuenilē fortitudinē accepit:& disposuit quidē fīlios cū bellicosima pte militū ipse uero p aliā ptem militū cū reliquis uiribus prexit ad bellū:multosq; in ualibus mōtiū ad insidias locabat:nullusq; conatus eius euasit:sed oēm hostiū uincēs exercitū:i pace reliquā uitā agebat. Nam & ipse cum romanis de auxiliis cōposuerat. Cap.XIII.

IGitur annis octo pricipatū sacerdotii iudeoꝝ regēs:morit in cōuiuio p insidias,ptolomei generi:& uxorē eius cū duobus filiis capiens:& uinctos habens:misit:ut tertiū ioānē qui & hircanus uocabat apphēderet.Quod cū sensisset iuuenis:euasit piculū: & ad ciuitatē festinauit:cōfidēs de populo ꝓpter pris sui beneficia: ptolomeiq; odiū. Properantē uero p aliā portā ptolomeū intrare:populus expulit:nā hircanū receperat.Hinc ptolomeus ad aliquod castellum noīe dagō in hiericho discessit. Cap.XIIII.

ACcipiēs aūt paternū pricipatū hircanus deū hostiis placauit:& ita cōtra ptolomei militiā ꝓduxit exercitū.Et cū ad locū pueniss̄et:in aliis oībus hostē circūueniēs ꝑualebat:uicebat tamē matris & fratrū amore:quos sup muꝝ ptolomeus trahens in conspectu eius torqbat:& ꝑcipitare minabat si nō ab obsidione discederet.Hircanus aūt quātū remitteret de obsidionis industria:tantū carissimis putabat offerre subsidia:nedū male paterent:eius crudelitati reputaret.Mater aūt ꝓtēdēs manus petebat:ne pp eos differret: sed multomagis īpetu castellū inuaderet:inimicoq; suæ ptāti subacto:ꝓ carissimoꝝ tormētis redderet retributionē:sibi quoq; estimās hoc esse utilimū si p suā morte hostes atrocius deprēt.Hircanū ergo petitionibus matris incēsū:castellū capiēdi furor tenebat.Rursus uero cū uidisset matrem cedi uel dissipari soluebat: & ꝓ ingestis matri tormētis:impetū deponebat obsidionis:taliq; necessitate obsidionis alias obsedendi ꝓtractus septimū ānū expleuit:in quo sp iudei uacant. Nam p septē hunc obseruāt:sicut in septis diebus.Quapropter ptolomeus a bello solutus:occidit matrē & fratres hircani:& fugit ad zenonē q cotulas appellabat:i philadelphia tyrānidē exercētem. Cap.XV.

ANtiochus aūt infestus symoni de iteritu sui exercitus:cōtra iudeā accessit quarto ano sui imperii:primo uero hircani:olīpiade centesima sexagesimasecūda. Cūq; deuastasset ꝓuinciā:hircanū in ciuitate inclusit:quā septē aciebus circūdedit:nihil tamē ꝓficiebat:ꝓpter muroꝝ munimia:& ꝓpter obsessoꝝ uirtutē:necnō & aquaꝝ īopiā:quapropter siccitatē domabat.In pte uero planissima turres statuit celsiores:numero cētū tres:tecta unaquaq; habēte sup q̄s militares ordines disposuit:multosq; quotidie labores cōgressus inferebat:fossamq; latā & altissimā cōstruēs:muros ciuitatis deposuit. Iudei ergo multas incursiones contra moliebant:& siqdē incautos aduersarios inuenissent:pessime eos cōterebāt si uero ꝑsentes esse alias præsensisse eos cognoscerent:innocui rediebāt.Vt uero noxiā multitudinē intra ciuitatem hircanus attendit cōsumēdis citius necessariis:nihilq; populo ꝓdesse cōspexit inutilem eius ptē secernēs foras ciuitatē emisit:q̄ uero bellicosa & fortis erat:hanc tantū tenuit alias retinuit.Antiochus aūt ꝓiectos egredi uetabat.Qui dū inter muros errarent:seuissimis tormentis miserabiliter aīas exalabant.Cū uero festi dies tabernaculoꝝ uenissent:miserati eos ītra ciuitatē denuo receperūt.Hircanus itaq; ad ātiochū legatos direxit:petens indutias septē dieꝝ:ꝓpter festiuitatē deiq; supplicationē.Qui cū audisset:respondit legatis.Immolate. Necnō etiā ad sacrificium magnificētissimū destinauit thaurū:cornibus inauratis & pocula plena oībus aromatibus aurea uel argentea:qđ sacrificiū adductū susceperūt:qui āte portas stabāt & ad templū duxerūt. Antiochus aūt iste exercitui melius antiocho epifane claruit: nā ille capiēs ciuitatē: porcos sup arā īmolauerat:& ius carniū p totū tēplū sparserat:etiā leges iudeoꝝ:paternāq; religionē cōfuderat:ꝓpter q̄ gens rebellauit:& minie recōciliari passa est:hūc uero antiochū ꝓpter pietatē religionis:oēs piū uocauerūt:laudātq; modestiā eius.Hircanus etiam aīaduertens studiū ipsius erga deū:petiuit eni ut patriā eis cōuersationē restitueret.Qui cū refutasset pessimū cōsiliū:suadētiū gentē cape legibus dissonātē:ad oēm pietatē flexus:legatis respōdit:si traderēt arma:ptēq; tributorū ioppe aliarūq; ciuitatū circa iudeā existētiū soluerēt:& custodias i ciuitate susciperūt:cōfirmans pactū:finiret bellū.Iudei uero oīa pferre præter custodiā cōsentiebāt:quā non ꝓpter aliud nisi ꝓ dissimili conuersatione recusabāt:ꝓ custodia tamē obsides dare ꝓfitebāt:& talēta argēti quingenta:ex q̄bus statī trecenta cū obsidibus obtulerūt:inter quos erat & frater hircani. Quæ cum suscepisset rex ātiochus & coronā ciuitatis deposuisset:obsidionē solues discessit.Hircanus uero sepulchrū dauid apiens:qui multo ditior quondā regibus fuit:tria milia talenta pecuniaꝝ exinde ꝓtulit:ex q̄bus primus iudeoꝝ cœpit pegrinos alere.Cōposuit etiā cū ātiocho amicicias suscipiensq; eū intra ciuitatē:munificenter habūdeq; militibus oīa necessaria ministrabat. Cūq; exercitū antiochus contra parthos duceret:cū eo hircanus egressus est.De his est testis Nicolaus

damascenus:sic ī historia docens. Tropheū sistēs ātiochus iuxta fluuiū licū:ubi uicerat ī dathim parthoꝝ ducē:ibi duobus diebus remoratus est:petente hircano iudeo:propter aliquā patriam iudeoꝝ celebrationē:in qua non erat legitimū eos proficisci. Et quidem hæc non est mentitus. Nam quinquagesima festiuitas post sabbatū instabat:in q̄ minime licet nobis uel ī sabbatis uel ī festo die uiā cōficere. Tunc enī antiochus cū arsace pthoꝝ rege cōfligens: & multū pdens exercitum interiit. In regno aūt syriæ frater eius demetrius succedit:arsace eū a captiuitate soluente eo tempore quo antiochus pthoꝝ terram ingressus est:sicut prius demonstratum est.

Capitulum.XVI.

HIrcanus uero Antiochi morte cognita:statim ad syriæ ciuitates expeditionē pauit:arbitratus ipatos eas & desertas pugnatoribus defensoribusq; inuenire: qđ etiā euenit. Nā medabā cū multū exercitus eius laborasset:sexto mense capit:post etiā samogam: uel illas quæ uicinæ fuerunt:necnō etiam sicimā:garizim: gentēq; cutheoꝝ q̄ tēplū edificatū ad similitudinem hierosolymitani possidebat:quod alexandri mādato sanaballath dux condidit: propter manassen suum geneꝝ:fratrē iaddo alias iaddus principis sacerdotū: sicut superius ītimauimus. Contigit uero templū hoc dirui post annos ducentos. Hircanus ergo ciuitates idumeæ aboracū:mariſſam:cunctosq; cū domuisset idumeos pmisit eis prouinciā habitare:si circūciderētur:legibusq; iudaicis uterentur. Qui desiderio patriæ terræ circūcisionē & aliā conuersationē iudeoꝝ p̄tulerunt:ideoq; ex illo tpe cœperūt esse iudei. Quo facto:hircanus princeps sacerdotū societatē romanoꝝ renouare cupiens legationē ad ipsos direxit. Cūq; senatus scripta eius suscepisset:cōposuit amicicias hoc mō. Fannius marci filius:consul:senatū oēm octauo idus februarias:in campū iussit cōuenire:p̄sente luceo manlio:lucii mentinii filio:& gaio sempronio falernæ filio:pp hoc qđ legati iudeoꝝ petiuerūt: symō filius dosithei:& appollonius alexādri:& diodoriis iasonis:uiri optimi a populo iudeoꝝ destinati:de societate uel auxiliis exhibēdis: quā cū romanis de publicis rebus habuerūt ut ioppe:& portus:& zora uel fontes:& ciuitates:insup & uillas q̄s ātiochus pugnās cōtra senatusconsultū tenuit restituātur:& q̄tenus nec regii milites p terrā eoꝝ cū subiecti sint transeant ut etiā illa quæ p antiochū gesta sunt:cōtra senatusconsultū censeantur:& legatos mittant:q̄tenus recipiant quæ ab antiocho ablata sunt:& prouiciā estimēt uastatā:utq; eis ad reges & populos liberos litteræ darēt:q̄tenus ad ppriā domū illesi reuerterēt. Placuit igitur amicicias & auxilia cū hoibus bonis:& a bono populo uel amico transmissis esse renouandas. De rebus autē ablatis respondērūt consulares:cū a suis negociis senatus uacauerit: festinabit imposteꝝ nullā in eos iniquitatē ab aliquo fieri:decernentes dare consulē fannio publicas pecunias expendendas:dū ad patriā remearent. Et fannius quidē legatos iudeoꝝ remittit: pecunias publicas eis p̄stans ex senatusconsultu:p quod debuissent cū tutela ad suā redire patriā. In his quidē princeps sacerdotū hircanus erat. Interea rex demetrius cū exercitū aduersus hircanū colligeret:nec tēpus ei:nec occasio data est:cū milites:& syri maliciā eius abhorrerēt:& p legationem peterēt ptolomeum fiscone cognominatū:q̄tenus de genere seleucii transmitteret eis:qui deberet accipere pricipatū. Ptolomeus aūt cū alexandro zebenna exercitū mittens:pugnaq; cōmissa:demetrius superatur. Qui dū fugeret ad cleopatrā suam uxorē in ptolomaide: ab ea non susceptus:tirum recedens:tentus:multaq; passus ab inimicis:interiit.

Capitulum.XVII.

ALexander aūt regnū accipiēs:& amiciciā cū hircano pricipe sacerdotū cōponēs:iterato tandē tpe:expugnatus ab antiocho filio demetrii crispi noie occidit. Cūq; antiochus ipiū syriæ tenuisset:cōtra iudeā exercitū destinare timuit. Audiēs uero germanū suū & ipsum noie antiochū ex eadē mre progenitū:multas uires cōtra se a cizico cōgregasse:eū intra ,puinciā statuit expectare:q̄tenus obuius īcursionibus fratris ātiochi resisteret: qui cizicenus dicebat:q; ī illa ciuitate nutritus esset:filius aūt fuerat ātiochi q sother nūcupabatur:& uitā bello parthico terminarat. Hic ēt frater erat demetrii crispi pris. Cōtigit uero ambos fratres unā uxorē cleopatrā duxisse quēadmodū & alibi retulimus. Cizicenus aūt antiochus ad syriā ,ueniēs:diu cū fratre bella cōmisit. Interī hircanus omni tpe illo pace fruebat. Nam & ipse post mortē ātiochi a macedonibus destitit:dū neq; ut aīcus:uel subiectus aliq̄d eis p̄buisset. Cuius res abunde creuerūt tēporibus alexandri zebenei:& magis tūc quādo hi fratres cōtra se pugnabant. Nā dū bello occupati fuissent:hircanus iudeā cū licētia possidebat: multāq; pecuniaꝝ summā collegit:amboſq; iter se dimicātes cōtēnēs:expeditionē cōtra samariā ciuitatē ualde munitā produxit:de q̄ suo loco referā: qualiter ab herode sit cōdita:& sebaste noiata. Accedens igit ad eā studiose obsidebat: memor maloꝝ quæ samaritæ cōtra marissenos colonos & auxiliato-

res iudeoꝝ cõmiserũt:obediẽtes syroꝝ regibus. Cum ergo mœnia undiq; circũdedisset:duplici muro cincta stadiis octoginta:filios suos obsidioni præposuit:antigonũ & aristobolũ. Quibus imminentibus in tantã necessitatẽ famis samaritæ inciderunt:ut etiã illicita tangerẽt:& uocarẽt adiutorẽ antiochũ cizicenum.Qui statim ueniẽs ad defensionẽ:uicit ab aristobolo: fugatusq; a fratribus:usq; ad scitopolim currens:euasit periculũ.Hi rursus ad samaritas reuersi : cõcludũt eos intra muꝝ:ut secundo necessitate coacti samaritæ:adiutorẽ uocarent antiochũ:qui dum a ptolomeo lathiro sex milia uiros petisset quos ptolomeus iuita mr̃e direxit:nã necdum a pricipatu eum expulerat:primum p̃datorio modo inuadit hircani ꝓuinciã cum egyptiis : nõ audiens apte pugnã cõmittere . Nam uires suas sciebat impares: sed sperãs populatione terræ cogere hircanũ a samariæ obsidione recedere.Cunq; multos milites pderet insidiis circunuẽtos discessit ad tripolim:callimandro & epicrati bellum iudaicum cõmittẽs. Callimander ergo aduersariis fugam simulãtibus:& post reuersis statĩ cõsumiẽ:epicratis autẽ manifeste pecuniis seductus : scitopolĩ cum uicinis locis ꝓdidit iudeis:samariæ uero obsidionẽ soluere non potuit. Igitur hircanus sub anni conclusione capiens ciuitatẽ:non hoc solo cõtentus est:sed totã deleuit samariã.Nam sic eã uertit:ut uallũ magis quã ciuitatẽ fuisse illic quisq; iudicaret.Mirabile tamen aliquid de pricipe sacerdotum hircano dicit:quẽadmodum ei deus locutus est.Nam referũt illo die quo filii eius cum cizicẽo conflixerant:dum ipse ĩ templo solus sacerdos adoleret thura:audisse uocẽ ꝙ filii eius uincerent antiochum.Qui cũ a templo ꝓcessisset:hoc omni populo manifestũ fecit: qđ ita cõstãter euenit. Hircanus quidẽ ĩ his degebat.Per idẽ uero tẽpus non solũ hierosolymoꝝ iudei: sed & ꝓuinciales & alexãdriũ habitantes:& egyptũ:& ciprum fœliciter agebant.Nam cleopatra regina cõtra filiũ ptolomeũ lathiꝝ seditionẽ mouens:ordinauit duces chelchiã & ananiã filios oniæ:quẽ supius retulimus templũ edificasse in terra heliopolitana ad similitudinẽ sacrarii hierosolymoꝝ.Cleopatra tamẽ cũ audisset his exercitũ:sine sententia eoꝝ nihil tractabat: sicut testatus est strabon capadocus:ita dicens.Nam plures & qui cũ eis descẽderũt:& quos postea cleopatra mittebat:in cipro statim ad ptolomeũ transiebant:soli uero iudei qui oniæ dicebãt apud cleopatram pmansere reginã:propter chelchiã & ananiã.Hæc strabon disseruit. Hircano autem inuidiam mouit apud iudeos fœlicitas: magis aũt pharisei. Nam mala eum uolebant pati:qui tantũ apud populũ ualebant:ut siquid contra regẽ & principẽ sacerdotũ dixissent : facile crederetur.Discipulus tamen eoꝝ & hircanus fuerat:& nimis ab eis diligebatur.Sed cum eos ad conuiuium uocaret:& amicabiliter pasceret:nimisq; delectari uidisset:dicere cœpit . Scitis me uelle iuste omnia agere:per quæ deo & uobis placeam.Rogo autem : siquid me peccantẽ uideritis & recta uia deuiãtem:reuocate atq; corrigite.Qui dum ei testimonium præberent : omni uirtute ornatum esse lætatus est. Tum unus ex accumbentibus : eleazarus nomine maliuolus : & seditionibus gaudens quoniam inquit dixisti:te uelle ueritatem cognoscere : uis iustus esse:depone principatum sacerdotii : & tantum sufficiat tibi populi regere magistratum . Hircano uero causam consulente : quapropter deponeret principatum : quoniam inquit audiuimus a senioribus captiuam fuisse matrem tuam sub antiocho epiphane: quod falsum fuerat. Contra quem iritatus hircanus:omnesq; pharisei ualde indignabãtur . Tunc ionathas quidam de saduceorũ heresi:quæ contraria phariseis existit:ualde hircano amicus:dicebat: scientibus omnibus phariseis eleazarum blasphemiam fecisse : & hoc manifestum illi fieri posse si requireret illos: qua dignus esset pœna pro uerborum qualitate multari. Cunq; hircanus phariseos interrogasset: qua iudicarent eum pœna meritum : non enim credo inquit cum uestra sententia factam iniuriam: tunc illi cum eum honorari uellent : dicebant ad mensuram pœnæ plagas & uincula sufficere : nam non uidebatur digna contumelia morte multari : & quia molesti sunt naturaliter ad tormenta pharisei ualde contristabatur : unde illorum sententiam maledictiones eleazarum putabat sibi fecisse.Incitator uero ire eius ionathas flexit eũ: relictis phariseis : ad saduceorum partẽ transire:ut & leges ab eis populo dispositas solueret:custodesq; eorum puniret. Vnde summum ei uel filiis odium a multitudine concitatum est . Sed de his quidem iterum disseremus . Nunc autem uolo demonstrare:quas leges populo patrum successione tradidissent pharisei: quæ non sunt inter mosaicas leges conscriptæ : ideoq; saduceorum gens has expulit : dicens illas debere tenere leges quæ cõscriptæ sunt:illas uero quæ a patribus traditæ fuissent minie custodiri.Et de his multa questio:uel altercationes maxime fiebant:& saduceos copiosi uel diuites sequebãtur: populares uero non eis obsequebanť:sed phariseos unanimiter adiuuabãt. De his tamẽ duabus heresibus atq; assenoꝝ ĩ secũdo uolumie iudaicæ historiæ disseruimus.Hircanus aũt post seditionẽ sedatã fœliciter uixit:& pricipatũ optie rexit ãnis trigitauno:defũctusq; reliqt filios qnq; qui maxie alias maxis his tribus rebus dignus a deo iudicatus est: magistratu populi principatu

ſacerdotii: & predicatione prophetiæ.Nam deus cum eo erat:& futurorum præſentiam ei dona uit ita enim cognoſcebat & predicabat:ut etiã de duobus filiis prædiceret: ꝙ rerum domini nõ diutius permanerent.Quorum interitum opere precium eſt narrare:quatenus ſentiamus: quã tum indigni fœlicitate patris fuiſſent. Capitulum. XVIII.

DEfuncto enim patre: maior ariſtobolus magiſtratum ad regiam dignitatem trãſferre decreuit:primuſq; ſibi diadema impoſuit:poſt quadringentos octoginta & unum annos:& tres menſes:ex quo de captiuitate babilonica populus liberatus ad propria remeauit.Amans autem fratrem ſuum ſecundum antigonum: ſimili dignitate eum ordinauit:alios uero uinculis tenebat aſtrictos:incluſit etiam & matrem pro magiſtratu altricã tem:nam illam hircanus dominam eſſe reliquerat:qui ad tantam crudelitatem perductus eſt: ut uinculis eam penuriaq; conſumeret:inſuper addidit matri etiam antigonum quem amare uidebatur:& communis regni habere conſortem:accuſationibus alienatus ab eo: quibus primũ quidem non credebat:aliqua amore non admittente aliqua uero per inuidiam arbitratus dicta. Sed cum antigonus clarus ab expeditiõe rediſſet:tempore quo feſtiuitatem tabernaculorum deo celebrant:contigit ariſtobolum quidem morbo teneri. Tum antigonus agens dies feſtos ad templum aſcendit:ualde ſplendidiſſime ornatus cum ſuis armatis: & multum pro ſalute fratris orauit.Maliuoli uero cupientes eorum ſeparare concordiam:occaſionem ſe cepiſſe pompam antigoni putauerunt: & uictoriam eius coram rege:pompamq; maliuole dilatabãt: quo modo in celebratione tabernaculoꝝ ſublimis apparuit:ut non hæc a priuato fieri uiderentur: ſed regiæ munificentiæ oſtentatio crederetur:eũq; cũ multitudine militũ uenturũ ad fratris interitũ nunciabant.Ariſtobolus aũt cum his accuſationibus inuitus credidiſſet:timens ne in fratris ſuſpitionẽ incideret:ſimulq; ſuã cuſtodiã curans:diſponit cuſtodes ſui corporis:in ſubterraneo uel tenebroſo loco.lacebat aũt ipſe in turre quæ antoniana dicebaꝫ:& præcepit ut inermem occiderẽt nullũ fratrem aũt antigonum ſi armatus intraret interficerent:mandauitq; antigono:ut ſine armis ueniret.Regina uero inſidiatoribus antigoni perſuaſit mandata portanti contradicere:quia frater tuus inquit audiens conſtruxiſſe te arma:ornatumque bellicum:petit ut ingrediaris cum armis: quatenus uideat eoꝝ facturam. Quo nuncio antigonus nihil arbitratus doloſum: ſed confidẽs de fratris affectu:ſicut erat armatus ad ariſtobolũ igrediꝫ:ut armoꝝ demõſtraret ornatũ.Cunq; ad turrẽ quæ ſtratonis dicit pueniſſet: ab eis qui in tenebroſo loco fuerãt collocati ꝓſternitur. Cuius mors oſtendit:nihil inuidia:nihil accuſatione ualidius:neq; magis aliud ſecernit fidẽ: ſeu naturalẽ familiaritatẽ:quã iſte paſſiones. Ammirari poteſt quilibet & iudam eſſeum genere:qui nunquam in his quæ prædixit mentitus eſt. Nam hic cũ uidiſſet antigonũ per templũ tranſire clamauit ſociis ſuis & notis:qui gratiã ꝓdicẽdi futura doctrinæ eius obſeruabãt.Melius eſt mihi inqt mori:quã ſi mortẽ fuero mentitus antigoni:quẽ hodie uideo piturum in turre ſtratonis. Locus uero ſtadiis ſexcẽtis diſtabat:ubi cũ prædixit interfici.Diei quãplurima pars tranſierat:ut etiã dubitare uaticinatione uideret.Cũq; hæc dixiſſet:triſtiſq; eſſet:nunciat ei antigonũ eſſe defunctum in ſubterraneo. Nã & ipſa turris ſtratõis dicebaꝫ:eodẽ noie quo maritima ceſarea nuncupatur. Igitur uatẽ hoc ꝓturbauit.Ariſtobolũ aũt fraternæ cedis ꝓnia fletuſq; poſſedit:necnon etiã egritudo mẽtẽ eius celeri dolore ꝓſuaſit:& itollerabilẽ paſſionẽ corruptis uiſceribus ſuſtinebat: copiã quoq; ſanguinis euomebat.Quod dũ puer aliqs portaret:lapſus eſt in loco quo macule ſanguinis adhuc antigoni ꝓmanebant:ut arbitror de puidẽtia diſponẽte. Quo facto:clamor uidentium fuſum ſanguinem eleuatus eſt:dum exiſtimarent hoc puerum ſponte feciſſe.Clamorem uero cum ariſtobolus audiſſet:cauſamq; requiſiſſet tacẽtibus ãplius minabaꝫ diſcere uolẽs clamoris cãm:homines enĩ ſuſpicantur in his quæ tacenꝫ:& ſemper eſſe peiora putant. Vt uero cogenti & interminanti ueritatem aperuerunt:confunditur eius mens:percuſſa conſcientia ſua: gemenſq; cum lachrymis ex alto pectore dixit.Nunquit latere deum potui in tam impiis & crudelibus factis:ut non ſcelere fraternæ cedis ueloci pœnæ cõſumeret.Vſquequo improbum corpus prohibes animam ad umbras fratris & matris accedere.Cur non eã celeriter reddis:ſed paulatim libo ſanguinem interemptis.Quæ cum dixiſſet:moriꝫ regni ſuo primo anno: qui etiã dictus eſt filellin : id eſt amator græcoꝝ. Multum uero patriæ profuit.Nam ſubegit itureos: plurimamq; eoꝝ prouinciam iudeis adiecit:& compulit habitantes in ea: ut ſi uellent in prouincia permanere:circunciderentur ſecũdum leges moſaicas.Erat autem naturæ ualdæ moderatæ:uel pudoris ingenui:ſicut teſtimonium præſtat ſtrabon nomine timagenis:ira dicens.Modeſtus fuerat hic uir: & nimium iudeis utilis.Nam prouinciã eis adquiſiuit:& partem gentis itureorum ſibi circunciſionis uinculo coniunxit.

Capitulum.XIX.

lib. xiii. lib:13.

DEfuncto tamē aristobolo:salomoni uxor eius quæ apud græcos alexandra noīat̄:soluēs fratres eos quos ligatos aristobolus tenebat:ut predict̄ū est:ianneū q & alexāder dicebat̄. regē ordinauit ætate maiorē:qui nūquā ad facié patris uenit.Causa uero huius odii:talis fuisse dicit̄. Cum diligeret priores filios suos hircanus antigonū & aristobolū:& apparuisset ei deus in somnis:& interrogasset eum:quis filioꝝ successor eius existeret: deo demonstrāte uultū istius: contristatus q̄ oium bonoꝝ suoꝝ hic heres existeret: genitum in galilea nutriri dimisit. Deus uero nequaquā mentitus est hircano.Namq; regnū post aristoboli finē iste suscepit. Qui unum e fratribus suis intentē regnū præsumere interfecit:alterū uero uolentē innocēter uiuere honorabiliter tractabat.Is enī dum principatū suū sicut & ei uidebat̄ utile dispositisset:expeditionem contra ptholomaidā egit:pugnaq; cōmissa:uictor in ciuitatem hostes cōcludēs:obsidebat eos. Nā ex ciuitatibus maritimis:ptholomais & gaza sole ut subiicerent̄ restabāt:necnō etiā zoili tyrānī stratonis:& dora.Sed philometore antiocho:fratreq; eius antiocho cizicено iuxem decertantibus:suasq; uires p̄dentibus:nequaquā ptholomaite sperabant ab illis auxiliū.Quibus obsidione exhaustis:zoilus qui turrē stratonis dorāq; tenebat: agmen militare nutriens: tyrannidē meditatus est:dū reges contra se bellarēt:& paululū ptholomaitis subueniebat:quia nec reges talem familiaritatē circa eos habebāt:ut cōsiderent ab eis mereri solacia. Vterq; enī tolerabat:qđ sepius athletis cōtigit:qui cū uiribus diffidūt:erubescentes credere:otio uel quiete certamia differunt.Reliq̄ ptholomaitis spes erat in rege egyptioꝝ:ptholomeo latiro: qui cū a mr̄e depulsus a regno fuisset:ciprū habitabat.Igit̄ mittētes ad eū ptholomaide petebāt auxilio uenire: q̄tenus eos a manibus alexandri piclitantes eriperet.Spem uero nō nimiā etiā ei legati excitauerūt dicētes:si transiret ad syriā:haberet gazeos & zoilū:insup & sydonios ac multos alios: p̄ ptholomaitis secū pugnātibus.Quibus icitatus nauigare festinauit.Per idē tēpus demetrius orator eloquētissimus: psuasit eis sententiā pmutare:melius esse dicēs: incertū iudeoꝝ sustinere periculū:quā manifestā suscipere seruitutē:dum se traderent domino:quo facto nō solū præsens haberēt bellum:sed multo maius ab egypto sparent.Nam & cleopatrā nequaquā pati filiū uicinum exercitū aggregare uicebat:sed uenturā cū maxio contra eū exercitu:quæ properabat & a cipro filiū eiicere: & cum ptholomeus nihil p̄ficeret:rursus ciprum fugeret:ipsi uero nouissimū haberēt periculum.Ptholomeus uero:quāuis p uiā cognouisset ptholomaitaꝝ uoluntatē mutatā:nō minus tamen nauigauit:& applicuit in sycamina:ibiq; uires suas deposuit.Ois uero exercitus eius erat cū equitibus & peditibus triginta milia.Quos cū iuxta ptholomaidā p̄duxisset & applicuisset: ualde cogitabat:quō neq; legatos eius susciperent:neq; uerba audirent. Sed cū uenisset ad eū zoilus & gazai:appeterētq; auxiliū sibi præberi:q̄ terra eoꝝ a iudeis & alexandro depopularet̄:soluit obsidionē alexander ptholomei timore:reuersusq; ad propriā terrā:deinceps bella disponebat latenter quidem cleopatram contra ptholomeum inuitans:aperte uero amicitias & auxilia cum eo se componere simulans:& quatuor milia talentoꝝ argenti se dare promisit:si zoilum tyrannū depelleret:terramq; eius iudeis traderet.Tunc ergo ptholomeus alexādri amicitias suscepit:& zoilum subegit. Deinceps cum audisset latenter ad cleopatrā matrē eius mādasse: soluit pacta quæ cum eo fecerat atq; fidem:& ad ptholomaidā quidem accedens obsidebat: q̄ eum non suscepissent: ibiq; relinquens duces: & partē sui exercitus ut obsessos custodirent:cum reliqua parte iudeam populaturus inuadit.Alexander uero cū ptholomei præuaricatione audisset: congregauit prouincialiū quinquaginta milia:ut aūt alii historiaꝝ scriptores dixerūt octoginta milia. Cum ergo collegisset exercitum:occurrit ptholomeo.Ptholomeus itaq; subito inuadens asachron ciuitatem galileæ die sabbatorum uiriliter cœpit eam:unde decem milia corporum:& aliam multam prædam abstulit.Cunq; tentasset sephorim ciuitatem:pauco distantē spacio a ciuitate capta multos amisit. Post autem cum alexandro bellaturus perrexit.Cui cum alexander iuxta iordanē fluuium occurrisset:in loco qui asaphon dicitur non longe a iordane fluuio castra sua disposuit: habens octo milia pugnatorum:quos ecatontamachos uocabat:id est contra centum pugnantes quomodo ereis scutis utebantur. Verum etiam fuerunt & ptholomeo propugnatores:cum clipeis ereis: sed minus iudeis ornati: ideoque milites ptholomei timidi ad prælium accessere. Sed non paruam audaciam eis immittebat:filostephanus:qui stratigimatorum peritus:eos fluuium trāsire p̄hibebat: supra quē castra sua posuerat.Alexādro inter hæc minie uisū ē trāsitū eoꝝ uetare:dū putaret:quia si post dorsū fluuium haberent:nequaquā possent a pugna discedere. At in p̄cipio p̄lii ex utraq; pte fortiter pugnatū ē:pari animositate uel studio:ut ab utroq; exercitu multi p̄sternerēt̄. Sed cū alexādri exercitū supiorē filostephanus uidisset:milites diuidit:& defectos suos fortiter adiuuās:nulloq; subueniēte iudeis:ptem illā cum eis qui p̄pe stabant ad fugam conuertit.Quod cum uidissent milites ptholomei secuti iudeos iterficiebant. Post autē reuersi

relíquos ad fugam uerterunt:& tãdiu proſtrauerunt eos: uſquequo & ferrum & manus eorꝝ deſeciſſent. Triginta ergo milia occiſa fuiſſe dicũtur. Timagenis uero quinquagíta milia retulit:reliquos aũt captos:paucos uero ad ſuã fugiſſe prouinciã. Tunc ptholomeus poſt uictoriã ꝓuinciã ꝑgrans ueſpere facto in ꝙbuſdã iudeæ uillis ígreſſus ẽ:ꝙs plenas mulieribus & infantibus íueníes iuſſit militibus ſuis ut occiderẽt & laniarẽt:mẽbraq; eorꝝ í cacabis mitterẽt ad coquendũ. Hoc autẽ ſimulauit:ut hi qui fugerant a pugna putarent hoſtes ſuos carnibus humanis ueſci: & exinde eos ualde metuerent. Cœpit uero & ptholomaidã:ſicut alibi retulimus. Sed cleopatra cũ reſpiceret filiũ ſuum creſcere:& iudeã licenter deuaſtare:ciuitatéq; gazeorꝝ ſubiectã habere: negligere recuſauit:dum iã in portis ſuis eũ præſentẽ ſperaret eſſe futurꝝ:& amari ab egyptiis propter uirtutẽ eius putaret eũ:ſtatim cũ nauali & pedeſtri exercitu contra eũ egrediẽ: duces totius militiæ chelchiã & ananiã iudeos ꝓponens:pecunias uero multas: nepoteſq; ſuos & teſtamenta apud ſocios alias choos inſulã cõmendãs. Cunq; iuſſiſſet filiũ ſuum alexandrũ cũ maxima claſſe nauium ad phenicẽ nauigaſſ:ꝓpter refugia oẽm ſuã expeditionẽ cleopatra in ptholomaide depoſuit. Cum uero eã nõ ſuſcepiſſent ptholomaide:ciuitatẽ obſedit. Ptholomeus tamẽ a ſyria contra egyptũ feſtinauit:putans ſubito eã ſine militibus exiſtentẽ occupare:ſed ſpe ſua deceptus eſt. Per idẽ tẽpus & chelchias unus ex ducibus cleopatræ: circa inferioré ſyriã ptholomeũ perſequés moriẽ. Cleopatra ergo cũ audiſſet filii conatũ:& ꝙ nullatenus egyptii eũ ſicut ſperabat ſuſcepiſſent:tranſmiſit militiæ partẽ:quæ de ꝓuincia ptholomeũ depellerẽt. Qui reuerſus ab egypto:iterum in gaza hyemabat. Interiecto uero tẽpore:cleopatra cuſtodiã ptholomaidis cũ ciuitate obſidione cœpit. Ad quã alexander ſũma dona deportans ueniſſet: dixiſſetq; mala de ptholomeo ſe paſſum refugiũq; nõ alibi niſi apud eã habiturũ:quidã amicorꝝ perſuadebãt ei: ut ꝓuinciã iudeorum ꝓcurreret & obtineret:neq; conténeret tam optimã multitudinem iudeorꝝ ſibi ſubiicere. Cunq; ananias cõtradicens ſuaderet iniuſtũ eſſe:ſi hominẽ auxiliatorẽ priuaret ꝓpria ptáte. uerũ etiã & cognatos ſuos eſſe:nec te miníe uolo inquit ignorare regina quõ ꝓpter hãc iniquitatẽ inimicos oẽs iudeos habebis. Hæc ergo anania ꝑſuadente cleopatra flectiẽ nihil pœnitus alexandrũ ledere:ſed ſocietatẽ cũ eo cõpoſuit in ſcitopoli ſyriæ. Qui cũ a ptholomei timore liberatus eſſet: exercitũ ſtatí contra humilẽ ſyriã ꝓduxit & expugnauit gadara decẽ menſibus oppſſam: & amathunta magnũ ꝓpugnaculũ habitantiũ ſup iordanẽ:ubi optima uel induſtria digna theodorus zenonis præſidebat:qui inſpate iudeos ſuaſit:& decẽ milia interfecit ſarcinaſq; alexándri diripuit Quo facto neq;quã ꝓturbaẽ alexander:ſed mox iuxta maritima loca ducit exercitũ: & raphiam & anchidonã expugnauit quã poſtea herodes agrippiadã nominauit. Cũq; uideret ptholomeũ a gaza ad ciprum rediſſe:matréq; eius cleopatrã ad egyptũ:gazeis iratus: quõ ptholomeũ auxiliatorem conuocaſſent:ciuitatem obſedit:prouinciãq; ipſorꝝ depredauit. Sed aplodotus dux gazenorum cum duobus milibus peregrinis: & decẽ milibus ciuium in exercitũ irruit iudeorum: & quãdiu noxerat:gazei uincebant:arbitrantibus iudeis rurſum ptholomeũ ſuperueniſſe. Poſtero autẽ die facto:cognoſcentes iudei ueritatem:reuerſi gazeos inuadunt & proſternunt mille. Quibus adhuc reſiſtentibus:neq; multitudine moriente perterritis:geſſere prælium:& quicquid aduerſi accidiſſet tollerare paſſi ſunt:ne hoſti ſubiicerentur. Exhortabatur aũt eos rex arabum arethas magnanimus uir:qui ſuperabatur in auxilium eorum uenturus. Sed contigit antequã ueniret aplodoto perempto:ciuitarem capi. Nam liſimachus frater eius inuidens: ꝙ ei magna gloria a ciuibus præbebatur:interfecit eum:militaréq; congregans phalangam:ciuitatẽ alexandro prodidit: qui ſtatim cum ingreſſus fuiſſet quieuit. Poſt aũt milites gazeis ímiſit:ut eos cruciarent:& per diuerſa loca ꝓſternerẽt: nec tamẽ gazei animas debiles:ſed paratas habentes:uenientibus iudeis reſiſtebant:& nõ paucos dilaniabant:alii uero deſolatio domos ſuas incendebant: ne aliqua ſpolia aduerſarii poſſent inuenire:alii & liberos cum uxoribus ſuis manibus interficiebant:quatenus ſeruitutem inimicorꝝ uel taliter euitarent. Cunq; quingenti ex primatibus eorꝝ in templũ appollinis confugiſſent quorꝝ conſenſu ꝓdicto facta erat:hos abſtrahens alexander occidit:ciuitatemq; poſt anni obſidionẽ deponens:ad hieroſolymã remeauit. Eodem tempore & antiochus qui criſpus dicebaẽ moriẽ:inſidiis heradiani:anno uitæ ſuæ q̃drageſimooquito:iperii uero uiceſi monono. Cuius pricipatũ cũ filius eius ſeleucus ſuſcepiſſet:bellauit etiã cõtra fratrẽ pris ãtiochũ qui cizicenus noiabaẽ:quẽ cũ uiciſſet & cepiſſet interfecit. Nõ multo uero poſt:cizicẽi filius antiochus: & ãtonius pius cum pueniſſent í arodo:coronáq; ſibi ipoſuiſſent:cõfligunt cum ſeleuco: quẽ poſt uictoriam ex omni ſyria depulerunt. Qui cum fugeret in ciliciam: & perueniſſet inopſueſtiam:iterum ab eis pecunias exigebat. Tum populus inopſueſtenus indignatus palaciũ eius incendit: eumque cum amicis extinxit. Antiocho uero cíziceno adhuc ſyriæ regnante: ſeleuci frater antiochus bellum contra eum produxit:uictũq; cũ ſuo proſtrauit exercitu. Poſt ipm

uero & frater eius philippus cū imposuisset sibi diadema: ī parte ali syriæ regnabat. Ptholomeus uero latirus quartum fratrem eorꝝ demetrium: qui ceraunus dicebatur a gnido deducens: in damasco regē constituit. His aūt duobus fratribus ptinaciter antiochus resistens: citius occidit. Nā laodiciæ gamiorꝝ reginæ cōtra parthos bellanti cū socius adueniſſet: uiriliter pugnās occubuit. Syriam uero duo fratres eius tenuerūt: demetrius & philippus sicut alibi demonstratū est. Alexāder aūt dū cōtra eum sui seditionē mouissent in die qua festiuitas tabernaculorꝝ agebat: & super aram staret īmolaturus: uirgis cedrinis iaculabant eū. Nā legitimū est apud iudeos ī scenopegiis unūquēq; portare uirgas ex palmis cedrinis. Demonstrauimus aūt hæc etiā in aliis. Nec solū hac iaculatione contēti. uerū cōtumelioſe eū aggressi sunt: cū ingressi fuissent tēplū dicētes: de captiua genitū & honore sacrificii indignū. Iratus ergo sex milia eorꝝ occidit: parieté uero ligneū circa arā & sacrariū constituēs usq; ad altare: in quo solis sacerdotibus licet ingredi: multitudini introitū ꝓhibebat: simul & peregrinos pisidas: & cilicas: nā syris inimicus existens: nō eis utebatur. Cunq; arabas moabitas: & galaditidas uicisset: tributorꝝ īcrementū eis īposuit: & amathunta expugnauit: nō audente theodoro cū eo cōfligere. Cum uero cōseruisset pugnā cōtra abidam regē arabum: incidit ex īsidiis ī altissimā uallē iuxta galaditidē. Inde cōfugeret ad hierosolymā: super infelicitatē suā habuit etiā gentē iudeorꝝ inimicā: contra quā annis sex pugnans: interfecit quinquaginta milia. Rogāte ergo eos: ut odiū quod in eū haberent soluerent: magis horrebāt eū propter quæ acciderunt. Cunq; interrogaret eos: quid uellent fieri: omnes clamauerunt: mori eum.

Capitulum. XX.

TVnc ad demetriū eucrū destinauerunt: ut eū auxiliatorē rogarent: qui maxīo cū exercitu dum pueniſſet ad eos q eū īuitauerunt circa sycimā ciuitatē castrametatus ē. Alexander aūt cōductis militibus sex milibus ducētis: & iudeis uigīti milibus q ei fauebāt cōtra demetriū prexit: cui eqtes fuerunt tria milia: pedites q̄draginta milia. Multa ergo ex utraq; pte gerebantur: demetrio quidē uolēte seducere cōductos milites alexandri tanq̄ græcos: alexādro aūt tentāte iudeos demetrio sociatos auellere. Cunq; neuter ualuisset ꝓsuadere: sed pugnā cōmisisset uincit demetrius: & oēs alexādri cōducti milites occidunt: fidei simul & uirtutis ꝓbationē ostēdentes. Multi etiā a pte demetrii milites occiderūt. Cū uero p montana fugisset alexander: miseri cordia ruinæ eius flexi colligunt ad eū sex milia iudeorꝝ. & tūc quidē recedit timore demetrius Post aūt itꝝ iudei contra alexandrū bella mouentes superant ab eo: multiq; eorꝝ in pugna extincti sunt. Quorꝝ etiā potētissimos in bethomis ciuitate conclusos obsedit. Cūq; cepisset ciuitatem & tenuisset eos: duxit ad hierosolymā: & crudelissimā in eos pœnā exercuit. Nam dū eœnaret cū concubinis suis in excellēti loco: crucifigi ex ipsis octingētos ꝑcepit: liberos uero & uxores eorꝝ corā ipsis adhuc uiuētibus occidi. Et hæc quidē ad ultionē fecerat pro his quæ male passus erat: sed tantū humanā uindictā excessit: quāuis multū sudasset: & laborasset in bello contra eos: & in nouissimū periculū aniæ regniq; uenisset. Non enī suffecerat contra se inuicē certare: nisi etiā aduersus eū alienigenas ꝓuocassent: & ad talem necessitatē pduxissent: ut terrā moabitidis: & galaditidis: & uicos regi arabum traderet: quatenus nō auxiliaretur cōtra se iudeis: sed & alia multa conferret: quapropter uidetur hæc iuste fecisse: ideoq; ꝓpter hanc crudelitatis exaggeratiōnē: uocatus est trucida. Aduersarii tamē eius octo milia noctu fugierunt: & quādiu uixit alexander exulabant. Et iste quidē liberatus a seditione eorꝝ: cū omni quiete īposterū regnauit. Demetrius aūt cum a iudea in beroeam descendisset: obsidebat fratrē suum philippū: cui decem milia peditū erant: & mille equites. Straton etiā beroeæ tirānus philippo auxiliū præbebat: & titicum principē arabū conuocabat: necnon etiā mitridatē synachem præfectū parthorꝝ. Qui cū uenissent cum multa expeditione: & obsedissent demetrium intra castra: sagittisq; & siti eum angustassent: cōpulerunt milites eius ut eū traderēt. Cunq; depopulassent ꝓuintiā: & demetriū cepissent hunc quidē mitridati parthorꝝ regi transmiserunt: captiuos uero antiocenos gratis antiocenis reddiderūt. Mitridatis itaq; parthorum rex: demetrium maxime honorabat: usq; ad uitæ terminum. Philippus uero a pugna statim ad antiochiam perrexit: eamq; tenēs: syriæ regno potitus est.

Capitulum. XXI.

POst uero antiochus frater eius q nuncupabatur liber pater: sibi uendicans principatū: ad damascū peruenit: ibiq; regnauit. Cunq; contra arabas exercitū duceret: philippus frater eius ad damascū prexit. Tum milesimus q custos arcis relictus erat: simul cū damascenis ciuitatē philippo tradidit. Ingratus uero milesio philippus extitit: cum nihil oīno ꝓ traditiōe ciuitatis ei dōaret: nā timore putabat milesium ꝓdidisse. Quapropter ī suspitiōe eū habebat: q rursus damasco depellit. Nā cū philippus ad circū exisset: milesius clausit damascū: & ātiocho seruauit. Quod factum cū audisset de philippo antiochus: reuersus ad arabiā: expeditionē statī cōtra

iudeā parauit:pedites.quidē octo milia:equites aūt octingētos.Cuius alexāder cōgressionē timēs fossam altissimā fodit:circa cafarsalā:quæ nunc antipatris uocat̄ initiū eius faciēs:& usq; ad ioppen. Cunq; murū edificasset:& turres ligneas erexisset:p stadia centū qnquaginta:antiochū expectabat. Ille aūt hæc incēdio cremans:exercitū suū ad arabiā exinde transduxit.Cui rex arabū cedens primū deinde ex iprouiso cum decē milibus eqtum aduenientēs:occursionē antiochi fortiter debellauit. Dūq; uinceret:antiochus occidit̄ auxiliū parti laboranti ferēdo.Postquā uero cecidit antiochus:milites eius ad canā uillā cōfugiunt:ubi plurima pars eoꝝ fame cōsumitur.Post hunc imperat iferiori syriæ aretas:exceptus in principatu a damascenis:pp ptholomei iuuenis odium. Qui cum militiā cōgregasset cōtra iudeā & circa idida uicū prælio uicisset alexandrū:cū pactis a iudea discessit.Alexander autē iteꝝ cū inuasisset diē ciuitatē:contra essemon ꝓduxit exercitum: ubi plurimæ uel mirandæ res zenonis fuerant:quā tribus aggeribus circundās: pugnando inuasit. Exinde contra gaulā & seleuciā pergit:& has cū cepisset:subegit etiā uallē quæ antiochi dicit̄ castellū quoq; gamala. Sed cū multi demetrium ducē locoꝝ illoꝝ accusārēt: nimis eum idignatus dānis afficit: & tertium annū cōplēs:soluta expeditione ad sua reuersus est:quem iudei grate oīno pp fœlicitatē eius accipiunt.Per idē tēpus iam syroꝝ:& idumeoꝝ:& fœnicū ciuitates iudei possidebant: iuxta mare quidē stratonis turrē:appolloniā:ioppen iamniā:azotum:gazā:antidonē rafiā:rinocora:in mediterraneis uero per idumeā:aborā:marissam:oēmq; idumeā:samariā:carmelum:& ithabrium mōtes:scitopolim:gadarā:gaulanitidē:seleuciā:gabala:moabitidē:sebon:midabalem:baoroneæ:magna:& onzora:cilicum:aulonē:pellantē:hanc etiā destruxerunt cū nō ꝓmisissent habitantes in ea patrios iudeoꝝ seniores suscipere:alias quoq; syriæ ciuitates euerterunt. Post hæc rex alexander crapule multū indulgēs:in ualitudinē incidit:& tribus annis quartano tipo laborās: nec si ab expeditiōe quieuit: donec in laboribus expiraret.Mortuus est autē i monte gerasenoꝝ:rabagā castellū trans iordanē obsidens.Quē cū uidisset regina ꝓpinquantē leto:nullamq; spem salutis habentē.deplorans futurā desolationē suā & filioꝝ ait. Cui me ita reliquis cū filiis:alterius auxiliis egentē:dum sic scias aduersariā tibi gentē existere.Tunc ille psuasit ei mandata sua custodire: q̄tenus certū cū filiis regnū tutaret:& ut mortē militibus eius celaret:usquequo castellū caperet: dehinc ut ad hierosolymā uictrix & splēdidissima rediret:& pharisēis potestatem daret quid uellēt agere:eosq; honore præferret:q̄tenus illi laudantes eā ꝓpter honorē sibi illatum:fidā ei gentē cōstituant.Nā posse hos multū apud iudeos dicebat:& lædere si quē abhominarentur: & ꝓdesse cui fideles existerent:cū nimiū eis a populo crederet̄ quicquid uellent de aliquo seuissimū referre:seq; ideo offendisse multitudinē aiebat:q; pharisēos aliquādo contristasset. Tu igitur inquit cū ad hierosolymā pueneris:conuocatis militibus eis meū corpus ostende: & pmitte eis q̄liter uelint uti meo cadauere:siue cōtumeliose uelint & insepultū relinquere: q; a me inique ppessi sunt:seu aliquid in corpus meū deseruire:cōcede: neq; sine illoꝝ cōsilio uelis aliqd in tuo regno decernere. Quod si hæc ad eos dixeris:ego quidē clarioꝝ dignior ab eis fune re:quā a te habebor: cū ira post mortē in aliquo nō seruet̄:tu uero firmū tibi conficies principatum.Hæc cū suæ psuasisset uxori:decessit iperii sui uicesimoseptio āno:ætatis uero q̄dragesimonono.Alexandra itaq; cū castellū cœpisset:secundū mariti mādata pharisēos alloquit̄:& illorum potestati mariti corpus:& regni gubernationē cōmendat: & ita irā quidē eoꝝ quā in alexandrū habebāt:extinxit:fideles uero eos amicos sibi parauit.Qui secundo populū ad recōciliationē cō uocantes: res gestas alexādri explanauerūt:regē se iustum dicentes & magnum perdidisse:& tantum populo luctum & mestitiam laudibus regis intulerunt. ut exequias ei meliores quā cæteris regibus exhiberent.

Cap.XXII.

ALexander autē liberos relinquēs hircanū & aristobolum: uxori alexādræ regnū tradidit: & ex filiis eius alter hircanus regꝝ gubernationē ignorans:uitā ociosam elegerat: nouissimus uero aristobolus efficax & audax erat.Igit̄ a populo mulier diligebat̄: eo q; uidebat̄ cōtristari:de quibus maritus eius peccasset.Quæ principē quidē sacerdotū hircanum pp ætatē: magis autē pp inoscentiā ordinauit:pharisēis tamē oīa facere pmittens:qbus obedire multitudini præcepit:& si qd legū hircanus socer eius soluisset:qđ pharisei secundū patriā traditionē introduxerant: hoc iteꝝ restituit. Nomen regium tantum ipsa ferebat:oēm uero potestatem pharisei possidebant. Nam & transfugas educebant:& ligatos soluebant: & nihil a dominis pœnitus differebant. Verumetiam regina ꝓuidentiā sui faciebat:dum multos cōductos milites contineret: suasque uires duplas ostenderet:ut iam in circuitu reges tereret:& caperet obsides ab eis missos. Pacem uero ois habebat ꝓuintia præter pharisēos.Nā hi rēpublicā conturbabāt:reginā flectere molientes:quatenus occideret consiliarios alexandri:qui eū hortati essent octingētos interficere:ex quibus ipi unū occiderunt dyogenē:& post ipsum alios multos:usquequo potētissimi eoꝝ

in aulā intrarent cū aristobolo:cui uidebantur molesta facta phariseoꝝ. Apparebat aūt:q uellet occasione accepta matrē a regno deponere. Qui cū ingressi fuissent:āmonebant eā:quanta fecissent:p quæ firmā fidē suo domino cōseruassent:p quibus etiā multa ab eo merita accepissent:& petebant:ne oīno spē eoꝝ euerteret. Nā cur fugerent aduersarioꝝ picula. si domi ab inimicis ultionem tanquā pecora tolerarēt. Dicebāt etiā:si cōtenti eēnt aduersarii mortuoꝝ interitu:ꝓpter mortuoꝝ fidē se patiēter ea quæ cōtigerūt pferre si uero in hisdem pharisei pmanserint:petebāt dari sibi licentiā recedendi. Nā præter iussionē eius nullatenus aiunt pati saluti suæ ꝓuidere:sed libenter in aula eius morari:ne pfidos eos post discessum putaret:obprobriū uero reginæ esse: si neglecti socii:mariti eius aduersariis traderent. Nā gaudiū arethe arabo erit:tot & tales uiros a te alienari:quoꝝ prius terribile fuerat nomē auditū. Si uero phariseos præpone iudicas: unūquēq; in castellis dispone:& si ita aduersarios uis erigere:sine nos in humilitate cōsistere. Multa talia cū ei dicerent:& ad misericordiā mortuoꝝ & piclitantiū umbras alexandri inuocarēt: oēs qui assistebant lachrymis cōpleti sunt:sed amplius aristobolus: qui dū suā ostenderet uoluntatē: multa contra matrē locutus est. Sed illi quidē suæ calamitatis causa fuerunt:dū ambitiose furēti mulieri:præter cōstituta regni cōmitterēt moderamia. Quæ dū nihil sciret qđ ageret: ad postulationē eoꝝ custodiā castelloꝝ illis credidit præter hircaniā:& alexandriā:& macherūta:ubi plurimæ & preciosissimæ res eius repositæ uidebant. Non multo post tamē suū filiū aristobolū cū exercitu destinauit ad damascū cōtra ptholomeū qui mineus dicebat:qui nihil studio dignū agentes: ad hierosolymā reuersi sūt. Eodē tēpore nunciat triganis cū trecētis milibus armatoꝝ cōtra iudeā uenturus:qđ nimis reginā & gentē pterruit:ut dona multa nobilissima p legatos destinaret: quē obsidentē ptholomaidā iueniūt. Nā regina suasit habitatoribus ptholomaidis: ut tigranē excluderent. Qui cū peterēt eū ꝓ sua regina:ꝓq; sua gente:laudat eā tigranis:q ex lōginquo legationē ei cū donis transmisissēt:spem etiā eis bonā ꝓmisit. Capta uero ptholomaide nunciat tigrani:q mitridatin dū sequeret lucullus:illū quidē fugientē ad hyberos minie potuisset cōprehendere:armeniā uero depopulatus obsedisset. Quæ cū cognouisset tigranis:domi reuertit. Interiecto uero tēpore alexādra regina cū ualitudinē seuissimā icidisset:placuit aristobolo rēpublicā iuadere: & p noctē cū uno famulo egressus ad castella prexit:ubi paterni sui amici degebant. Nā olim de actibus mris suæ cōquerebat. Tūc uero magis ueritus ē:ne mre defuncta:& phariseis tenentibus omē genus suū deperiret. Prouidebat enī futura:q nō posset principatui succedere:dū frater eius maior extaret. Cōscia uero facti uxor eius fuerat:quā illic cū sua generatiōe dimisit. Cūq; primū pueniss̄et in gabatha:ubi potētissimus galestis eius amicus erat:a quo etiā susciꝑ:& post dić regina cū aristoboli fugā sensissēt:diuq; putasset discessionē eius nō ꝓ rebellione fieri:uenerūt qui nunciarēt iā tenuisse illū primū castellū & secundū:& reliq̄ oīa. Nā uno cōpræhēso:simul ad illius uoluntatē oīa festinabāt. Tūc cuncta gēs iudeoꝝ cū regina ī maxis cœpit eē terroribus. Nam sciebāt nō longe eē aristobolū:q̄tenus sibi principatū defenderet:timebāt etiā: ne ultionē exigeret de illatis sibimet cōtumeliis. Placuit igiē uxorē eius cū genere in supiori custodia tēpli cōstitui. Aristobolū aūt cū multi frequēter nūciassent regio circundatū ornatu: & intra quindecī pene dies loca uigiliduo occupasse:unde etiā militiā cōgregaret a libāo uel traconitide:uel monarchis:tūc seniores iudeorum & hircanus ad reginā intrātes:petebāt ut sententiā de rebus ferret īstantibus. Nā aristobolus iā pene cuncta possederat: tātis locis occupatis. Inhonestū enī putabāt quāuis in egritudine laboraret:sine ea aliqđ cōsiliū capere:īminere uero sibi nō longe ꝑiculū clamitabant. Cūq; illa ꝓcepisset eis agere:q̄ existimarēt ꝓdesse:multas quoq; cās eis utiles adesse demōstrabat. i. gentē ualidā:exercitū potētissimū pecuniaꝝ copiā:sibiq; deficiēte iā corpore uanū esse;ꝓ talibus laborē ipendere. Hæc cū dixisset:nō multoplus decessit:āno sui regni nono:ætatis uero. lxxiii. mulier q̄ debilitate sui sexus nunquā succubuit:callida circa regni detentionē:quod ex ipsis operibus euidēter ostensū est:& q̄ ꝓponeret futuris ꝓsentia:& quæ potētiæ nihil præponeret pricipali:cū nec bonū aut iustū attenderet:ad summā calamitatem negocia domus suæ ita pduxit:ut post multa picula & labores ptātē quā possedit nō multo tēpore:tracta cupiditate pderet. Inimicis enī generis sui quā habuit tradidit ptātem:& principatū potētiū amicoꝝ gubernationē priuauit:& miseriis regnū post suā mortē cōpleuit ꝑ malā dispositionem. Sed quāuis ita regnasset:gentem tamen in pace custodiuit. Alexandra ergo finē inuenit huiusmodi.

Hæc insunt in libro q̄rtodecimo capitula iosephi iudaicæ antiquitatis. Cap.i.
Quemadmodum post mortem alexandre nouissimus eius filius aristobolus:contra hircanum fratrem pro regno bellauit. Cap.ii.
De antipatro pre herodis q iuuabat prem hircani:aduersus aristobolum. Cap.iii.
Cum suscepisset hircanus exercitum:& contra aristobolum ꝓduxisset:& in pugna uicisset:ad hi-

erosolyma eũ pſecutus eſt:ubi cũ exercitu obſidebat ciuitatem. Cap.iiii.
Qualiter ſcaurum ab armenia magnus pompeius ad partes ſyriæ tranſmiſit & q̃ legati uenientes hircani & ariſtoboli:auxilia petierunt. Cap.v.
Quẽadmodũ ariſtobolus cũ itellexiſſet põpei cõſiliũ:ad ſua diſceſſit:aduerſus quẽ idignatus põpeius exercitũ ꝓduxit: & ariſtobolũ i alexandrium caſtellũ fugauit. Cap.vi.
Quẽadmodũ ariſtobolus grauiter ferẽs q̃ ꝓter ſpem ſibi a põpeio eueniſſet:bellũ parauit:ſed poſtea penitẽs pacẽ poſtulauit:pecunias offerens:quas tamẽ minime ſoluit. Cap.vii.
Qualiter irritatus põpeius ariſtobolũ ligauit:& ad ciuitatẽ obſidendã acceſſit. Cap.viii.
De modeſtia põpei & religioſitate:qa nullatenus paſſus eſt tãgere tẽpli pecunias:licet multæ fuiſſent:& quia ariſtobolũ romani uictum cum filiis perduxit. Cap.ix.
De ſcauro q̃ militiã cõtra petrã urbẽ tũc regnũ arabũ abſentẽ ꝓduxit. Cap.x.
Quemadmodũ ariſtoboli filius alexander fugiens pompeiũ ad iudeã puenit:ubi multo exercitu congregato: bellum cõtra hircanum & antipatrũ ꝓduxit. Cap.xi.
Quemadmodum cum flexiſſet alexandrum mater ſua tradere ſe cum caſtellis: gabinius alexandrum dimiſit. Cap.xii.
De ariſtobolo qui cum a romana ciuitate ad iudeã fugiſſet:tẽtus a gabinio: rurſus captiuus trãſmiſſus eſt. Cap.xiii.
De craſſi ſucceſſoris gabini contra parthos expeditione: & aſcenſus eius in iudeam: pecuniarũq; templi depopulatione. Cap.xiiii.
Vt cæſar ariſtobolũ ſoluere cupiens:& cum duobus agminibus in iudeam tranſmittere a pompeianis ueneno necatus eſt. Cap.xv.
Qualiter ſcipio alexandrũ ariſtoboli filium ſecuri percuſſit. Cap.xvi.
De expeditione cæſaris ad egyptum:& quemadmodũ auxiliũ ei hircanus & antipater dediſſent: iudeoſq; auxiliatores ei feciſſent Cap.xvii.
Quemadmodum antipater cum bene pugnaſſet:amiciciam cæſaris acq̃ſiuit. Cap.xviii.
Vt cæſar antipatro tutelam iudeæ credidit:& epiſtolæ cũ ſenatuſconſultu de amiciciis iudeoꝝ directæ ſunt. Cap.xviiii.
Qualiter antipater filiis ſuis hircano & herodi gubernationẽ habẽdã ꝓmiſit. Cap.xx.
Quẽadmodũ ſextus cæſar cognatus magni ceſaris dona cepiſſet ab herode duce galileæ:& maximum eum inferioris ſyriæ principem ordinauit. Cap.xxi.
Vt caſſius defuncto cæſare cum contra iudeã aſcendiſſet:& prouinciã deuaſtaſſet ſeptingenta talenta ab eis exegit:& qualiter herodes pactionem pecuniaꝝ caſſio ſtudioſus aparuiſſet: & mors malchi: qui contra herodem ſeditionem excitauit. Cap.xxii.
De morte legatorũ iudeæ:qui cũ ad antonium poſt uictoriam macedonicã:in ſyriam ueniſſent: indignantem inuenerunt: q̃ herodem accuſarent. Cap.xxiii.
De expeditiõe parthoꝝ cõtra ſyriã:per quã ariſtoboli filius antigonus regno reſtituit. Cap.xxiiii.
Quemadmodum herodes cum romam ueniſſet:multaſq; pecunias ꝓmiſiſſet:& a ſenatu uel cæſare rex iudeæ pronunciatus eſt. Cap.xxv.
De nauigio herodis ab Ytalia i iudeã:pugnaq; cõtra ãtigonũ:militiaq; romana:& ſylano duce.
Quẽadmodũ hieroſolymã ſoſſio uel herode obſidentibus:antigonus interiit. Ca.xxvi.

Incipit liber.xiiii.antiquitatis iudaicæ.

ALexander reginæ morte in ſuperiori uolumine demonſtrata: ſequẽtia referamus:nihil feſtinantes aliud:niſi minie quicq̃ de geſtis rebus memoriæ ꝓuidẽdo ꝓterire. Nã qui cõſcribũt hiſtorias: & res ueteres idicant:oportet eos pp antiqtatẽ narratiõi decus ſponere:uel explanatõni reꝝ ſtudere pp legẽtes:q̃tenus cũ aliq̃ gſa uel delecta tiõe experientiã poſſint reꝝ cõcipere. Sup oĩa uero certius cõſcriptores debẽt & uerita tem dicere:ut rerũ ignari poſſint credere lectioni. Centeſima octogeſimatertia olĩpiade:qnto ortenſio:& quinto metello cretico cõſulibus: bellũ cõtra hircanũ ariſtobolus ꝓparauit:pugnaq; facta ꝓpe hierich ũtã multi milites hircani ad fratrẽ eius tranſfugerũt. Quo facto:hircanus ad arcẽ ubi ariſtoboli uxor & filii a mſe eius erãt cõcluſi cõfugit. Cui ariſtobolus de recõciliatiõe uerba faciens inimicias depoſuit:ut ipe q̃dẽ regnũ teneret:frater aũt priuatus uiueret:i ſua poſſeſſione contẽtus. Cũque hæc diſpoſuiſſent in tẽplo:& iuſiurandũ & dextras dediſſent:omni populo uidente:diſceſſerunt: ille quidem in aulam regiam:hircanus uero ut priuatus in ariſtoboli domum.

lib. xiiii.

lib: 14.

Capitulum.II.

AMicus igitur quidem hircani genere idumeus antipater dictus multas possidens pecunias & uir efficax:aristobolo suspectus habebat propter hircanum.Nicolaus tamē damascenus ait hunc genere nobilissimum iudeorū fuisse:ex illis qui ad iudeam a babilone reuersi sunt.Hæc aūt refert ad gratiam herodis filii eius quē regem iudeorū contigit postea fieri:de quo apto tempore dicemus.Hic ergo antipater qui prius antipas appellabatur:& eodem patris nomine uocabatur:cum eum alexander rex:& uxor eius ducem totius idumeæ ordinassent:amicicias iisse cum finitimis arabis:& gazeis & ascolonitis perhibetur: multis & maxis donis illos sibi coniungens:& cum aristoboli potentiā iunior antipater formidaret:timens ne quid ab eo pateretur propter inimicitias:latenter excitat contra eum iudeorū ualidissimos uiros iniustum esse dicens negligere:dum uiderēt aristobolū inique principatum habere:fratrēq; eius priorem iectum:cui magis propter ætatē imperiū debebatur. Et cum hæc ad hircanum uerba frequenter faceret:& diceret periclitari uitam suam:nisi prouideret sibi:fecit eū discedere. Nam indicabat aristoboli amicos nullum tempus prætermittere in quo non persuaderent eum interfici:quatenus firmum sibi gereret principatum.His hircanus uerbis minime credebat: dum natura bonus esset:& accusationem facere non admitteret: faciebat aūt eum innocentia & mentis remissio:ut debilis & inualidus putaretur cum cōtrariæ naturæ aristobolus esset.Nam facinorosus & arrogans erat.Sed cum antipater uidisset hircanum non attēdere uerba sua:nullatenus parcebat singulis diebus accusationes fictas de aristobolo illi inserere: tanquā eum interficere festinaret.Quem uix impulit ad aretham arabū regem confugere:nam ꝓmittebat ei auxiliatorē illū quoq; futurū.Igitur cum hæc audisset hircanus:arbitratus prodesse sibi ad finitimam iudeæ arabiam discedere:præmittit antipatrum ad arabum regē fidem ab eo acceptuꝝ q; refugientē ad se non traderet inimicis. Cum uero accepisset fidem:antipater ad hircanū hierosolymā remeauit: cum quo pauco post:noctu de ciuitate egreditur.Cunq; multam fecissent uiam ad petram ciuitatem perueniunt:ubi palatium arethe erat. Cap.III.

ANtipater aūt dum multum amicus regis esset & rogaret eum ut hircanum ad iudeā deduceret: & hoc singulis diebus sine ulla intermissione faceret:sed etiā dona ꝓmitteret flectit arethā. Necnon etiā hircanus pollicitus est si restitueretur patriæ regnūque susciperet: omnē terrā & decem ciuitates quas suus pater alexander ab arabis acceperat reddere. Fuerunt aūt medaba:labias:nabalota:arabata:galathone:iazora: monslimgon: edissa:ribdalusa oriblo.Cum has promissiones audisset:contra aristobolū exercitum quinquginta milia equitum & peditū produxit. Sed cum in prælio uicisset: & multi post uictoriā ad hircanum refugissent:desolatus aristobolus ad hierosolymā secessit.Arabū aūt rex oēm agens exercitum: & applicans ad templum:aristobolum obsidebat:& adiecto populo iudeorū hircano pariter obsidente: soli sacerdotes cū aristobolo permansere. Igitur arethas cum exercitu arabum & iudeorum circundās ciuitatem fortiter obsidioni imminebat.Quæ cū fierent: tēpore celebrationis azimorum quæ pascha dicitur probatissimi iudeorū prouintiam relinquētes:i egyptū recesserūt.Onias uero quidam uir iustus deoq; amabilis:qui dū non plueret:orauit deū quatenus solueret siccitatē:& audiens deus pluit:dū tunc celatū eum haberent ꝓpter seditionē abstraxerunt: & in exercitum iudeorū produxerunt:petentes:ut similiter oraret cōtra aristoboli milites ut solueren̄:sicut soluta est pluuia.Cunq; diu resisteret recusans a multitudine cōpulsus in medio stetit ita orando dicēs.Deus omniū rex:qūo hii qui mecū cōsistunt tuus existit populus:& qui obsidunt̄ tui sacerdotes sunt:peto :ut neq; istos exaudias cōtra illos petētes neq; illos cōtra hos orantes. Cunq; hæc orasset: maliuoli iudei adorti iterfecerunt eū. Deus autem statim ab eis ultionē crudelitatis exegit. Nam pœnā exegit pro morte oniæ hoc modo:obsessis sacerdotibus:& aristobolo:celebratio paschæ prouenit:in qua solemus multas deo immolationes offerre.Cunq; indigerent uictimis aristoboli socii & petissent iudeos:ut pro uictimis acciperent quantas uellent pecunias:tunc illi mille dragmas pro singulo capite dari dixerūt.Cunq; libenter aristobolus & sacerdotes promisissēt:p muros pecunias deposuerūt:quas illi cū accepissent nequaq̄ uictimas reddiderūt:sed maliuolētia tracti fidei trasgressores & impii corā deo pro fraudatione hostiarū extiterunt.Sacerdotes aūt orauerūt ad deum:quatenus hoc illis impune non cederet. Qui non remoratus pœnam procellā uehementē acerrimāq; i fructus totius ꝓuintiæ mittēs:cōsumpsit eos ita ut modius tritici:dragmis.xi.emeretur. Cap.IIII.

INterea scaurum pompeus dū i armenia adhuc tigranem ipse debellaret:ad syriam destinauit.Qui cū damascū uenisset & a iolio & metello nuper captā ciuitatē iuenisset in iudeā ꝓrexit.Vbi dū uenisset ad eū legati aristoboli uel hyrcani igrediunt̄:petētes

auxilia.Sed dum aristobolus promitteret quadringenta se dare talenta: & nihilominus hæc etiã eadẽ hircanus offerẽt: scaurus magis aristoboli promissa suscepit.nam & diues & magnanimus aristobolus erat & omnino paruum ei erat:qđ dari postulabatur: alter uero & paup & tenax:& de maioribus pfidã ꝓmissionẽ protendebat.Nam & simile non erat q̃ petebant idẽ uirtute ciui tatem nimis munitissimã & potentissimã capere & transfugas cũ multitudine nabutheoꝝ bello depellẽ p̃dictis ergo causis flexus scaurus:cũ pecunias accepisset soluit obsidionẽ:p̃cipiés arethã recedere:ne romanis hostibus appareret.Igitur scaurus ad damascũ iteꝝ discessit.Aristobolus ãt cum multis uiribus cõtra arethã & hircanũ parauit exercitũ.Quibus cõfligens circa locum qui capirõ dicitur uicit eos:multa milia hostiũ ꝓsternẽs:inter quos etiam & celaphõ frater antipatri cecidit.Sed non multopost cũ pompeius in damascũ pueniſſet:& inferioré syriam p̃curriſſet ue nerũt legati ab egypto:& ab omni syria uel iudea:ꝑ quos miserat ei donũ maximũ. Aristobolus autem aureã misit coronã quingentoꝝ talentoꝝ cuius mentionẽ fecit etiã strabon capadox ita referens.Venerunt uero ex egypto legati cũ corona aurea q̃tuor milia solidoꝝ:& a iudea uittis alias uitis: uel torques aurea:quẽ noiabant tepnõ alias trepnõ idest delectabile. Hoc uero donũ nos quoq; uidimus ĩ tẽplo romæ capitolini iouis sacratũ fuisse titulũ habẽs aristoboli filii alexã dri regis iudeoꝝ quod estimatũ est quingentis talẽtis.Igitur aristobolus iudeoꝝ potentissimus: hoc donũ dicitur misisse.Interiecto uero tẽpore:rursus legati ad eũ uenerunt id est antipater ꝓ hircano nicomedis ꝓ aristobolo qui etiã accusabant gabinium & scauꝝ q̃ pecunias accepissẽt: ille trecenta talenta:alter quadringenta. Cap.V.

CVnq; iussisset põpeius certãtes ad damascũ uenire ĩstãte tẽpore ueris:cõgregãs põpeius apamenũ exercitũ de locis hyemalibus ad damascũ ꝓperauit q̃ ĩ trãsitu suo mox apamenã arcẽ euertit:quã antiochus muniuerat:cizicenus dum ptolomei minei ꝓuinciam cõsiderauit:uiri maliuoli:& pene dionisio tripolitano deterioris:qui securi fuerat percussus.Et dum morte dignum inuenisset:acceptis ab eo mille talentis:ex quibus stipẽdiũ militibus suis donauit:absoluit eũ:necnõ & lisiadem oppidũ cœpit ubi tirãnus silas iudeus erat. Cunq; ciuitates heliopolim & calsidem transisset in medio positũ montẽ ascendit & ad inferiorem syriam damascũq; puenit.Vbi & cõperit:q̃ iudei cũ suis principibus hircano & aristobolo haberent discordiam:motãq; audiuit gentẽ:contra utroq; dicentẽ nõ debere sub regali ditione esse:sed patrio ritu sacerdotibus obedire:quos deus uenerari p̃cepit. Hii nãq; dũ nepotes existerent sacerdotũ:non cõtenti eo honore ad aliũ magistratũ cupiebant gentẽ transducere: & seruitutis uinculis obligare.Hircanus aũt accusabat:q̃ maior frater esset:& aristobolo ptem paruam ꝓuintiæ datã teneret:aliã uero aristobolũ uiolentia cœpisse cõfirmans : necnon etiã incursione contra finitimos & latrocinia illũ ppetrare criminabatur:neq; gentẽ iudeoꝝ a se nisi ꝑ illius uiolẽtiã ad seditionẽ descendisse.Cui etiã hæc alleganti testimoniũ plus mille optimates iudei p̃bebant:antipatro suadente.Aristobolus aũt principatu dicebat eum cecidisse propter suã naturalẽ & ineffícacem senicié;ꝑ qua cõtẽtibilis uidebatur:se quoq; aiebat:nõ tantũ pro regni ambitione sumpsisse principatũ:quantũ metu:ne forte ad alios migraret.Appellari autẽ se regem patris sui nũcupatõe & testes cõuocabat iuuenes promptissimos quoꝝ cultus purpuræ:uel comæ:necnõ & falere:aliusq; ornatus sic ei astipabatur:ut non ad iudiciũ intrare:sed ad pompã procedere putaretur.Pompeius tamen cũ hæc audisset:aristobolum de uiolentia culpans: dimisit eos:leuiter allocutus.Nã dixerat ad ꝓuinciã eoꝝ sese uẽtuꝝ:quo certius singula posset agnoscere:cũ nabutheorũ primũ ꝓuiciã ꝓuideret:& iterim eos pacẽ hr̃e p̃cepit.aristobolo aũt blandiebat:ne ꝓuinciam faceret rebellare:aditusq; uiæ concluderet:qđ euenit. Cap.VI.

ARistobolus enĩ a põpeio regressus:nec aliquid eoꝝ quæ ille monuerat curãs:in delõ ciuitatẽ puenit:exinde iudeam prexit.Quapropter iratus pompeius expeditionẽ quã contra nabutheos parauerat in damasco a syria:legioneq; romanoꝝ cõtra aristobolum perduxit.Cunq; peltam & scitopolim transisset : in coreas puenit:quæ initiũ est iudeæ mediterraneæ:unde munitissimũ oppidum sup montem positum uidetur alexandrium nomine quo aristobolus cõfugerat.Tunc põpeius destinans ad eũ:iussit descẽdere:multisq; suadentibus romanis non rebellare:descendit.Cũq; disputasset contra fratrẽ de pricipatu:rursus in oppidũ põpeio concedente discessit:& hoc bis & tertio fecit:sperans regnũ obtinere:ad oia quæ pompeius p̃ceperat obedir̃ se simulãs:donec recedẽt ad munimia sua:timẽs ne regno spoliaret & hircano principatus traderetur.Pompeius aũt cũ iussisset ei ut castella traderet:& custodibus ꝓpria manu scriberet:q̃tenus eũ susciperẽt:noluit obedire hæc scribere. Cap.VII.

Escendens aũt ad hierosolymã bellũ parauit:ĩteriectoq; tpe pompeio exercitũ cõtra eũ ducente:quidã ex põto ueniẽs nũciauit mitridatẽ hausto ueneno defunctũ: quod

illi filius suus farnaces cõfecerat. Cũq; ĩ hierico castra posuisset: ubi maxie nascit opobalsamum: cuius cum flos acuto lapide incisus fuerat distillat: mane hierosolymis ascendit. Tunc aristobolus pœnitẽs ad põpeiũ descendit: pecuniasq; offerẽs: in hierosolymis eũ susceptt: rogabatq; bello desinere: & quæ uellet cũ pace disponeret. Pompeius aũt ueniã ei petẽti pstitit: & mittit gabiniũ cum militibus ad ciuitatẽ ut pecunias obtineret. Sed cũ nihil horũ pẽitus egisset: gabinius rediit: negatisq; pecuniis de ciuitate excluſus est. Nam aristoboli milites pactis minime consenserunt.

Cap. VIII.

Quapropter põpeius iratus: aristobolũ recluſit in carcerẽ: & ad ciuitatẽ puenit: undiq; munitissimã: præter septẽtrionalẽ ptem. Circuit enĩ eã uallis latissima: uel altissima: intus templũ cõcludens: lapideo muro fortissime cõstructũ. Sedicõ itaq; itus hoium de præsentibus rebus erat: q busdã dicentibus: põpeio tradi ciuitatẽ: aristoboli uero socii excludere eũ & expugnare psuadebant: & illũ haberi uinctũ. Qui cũ in templo refugerent: põte abscisio qui ciuitati iũgebatur: sese ad obsidionẽ parabant. alii aũt exercitũ pompeii susceperunt: & aulam ei tradiderunt. Pompeius ergo pisonẽ legatũ cũ exercitu destinauit palatiũ custodire: & domos uel templũ obseruare. Qui prius quidẽ uerba pacifica ĩ templo cõclusis offerebat: sed hii dum nõ obedissent: loca iuxta templũ posita muris circũdedit: ad oĩa hircão ministrãte. Pompeius aũt mane circa templũ a patre aquilõis: unde expugnare eos potuissent milites collocauit. Fuerant nãq; p illã ptem turres altissimæ: & fossæ altissimæ q ualle circũdabãt. Ponte nãq; decisso munitior extiterat: in q̃ ualle põpeius cũ aggerẽ in circuitu siluam incidentibus romanis imponeret: & uideret satis fossam coequatã: machinaméta uel instruméta bellica tiro deportata supimposuit: p quæ etiã templũ deposuit. Sed si nobis patrius mos non fuisset septio die uacare nullatenus aggerẽ construere iudeis repugnantibus potuissent. Nam bellantibus & occidẽtibus resistere lex concedit: si quid uero aliud aduersarii uellint facere: nulla nobis datur licẽtia sabbatis eos ꝓhibere. Quapropter nõ certãtibus iudeis: nec manus armãtibus turres erigere: uel machinamenta romanis licuit fabricare: quibus postero die utebant. Vnde põt nostra erga deũ pietas legisq; custodia cognosci: q̃ nihil tĩore obsidionis ad ĩmolandũ impediti fuissent sed secũdo in die mane & circa nonã sup aram ĩmolabãt: & neq; inflictione belli sacrificiũ remittebãt. Nam cũ capta ciuitas fuisset tertio mẽse ieiunioꝝ: centesima septuagesima olimpiade: gaio ãtonio: & marco tullio cicerõe consulibus: hostes templũ ingressi cũctos pemerũt: qui sacrificiis occupati nullatenus sacra ruperunt: haud tĩore aiæ conturbati: haud dolore moriẽtiũ expulsi: sed oĩa uoluerunt circa ipsas aras pati: putãtes melius esse mori q̃ sacrificia impfecta relinquere. Et hãc nõ esse laudẽ mendacẽ p quã pietas nostra appareret: sed uerã extitisse cuncti testãt qui põpeii gesta conscripserunt: inter quos sunt & strabon: & nicolaus: necnõ & titus libius romanæ conscriptor historiæ. At cũ machinamentũ primũ illatũ fuisset: turris maxia cõmota cecidit: & aperuit ptem templi: p quã hostes irruperũt. Quoꝝ primus cornelius faustus sylle filius cũ suis militibus sup murũ ascendit: post eũ etiã p alterã ptẽ furius centurio cũ suis: in medio aũt fauius & ipse centurio cũ turba fortissima. Túc oĩa cede iudeoꝝ cõplebãt. Quidã. n. a romanis: alii uero semetipsos occidebant. Erant q & p̃cipites sese flãmis inter domos iniicerẽt: minie ualẽtes uiolẽtiã sustinerẽ. Cunq; ꝑstrati uigintiduo milia iudeoꝝ: romanoꝝ uero pauci defuncti fuissent: capit etiã absca Ioni patruus: simul & socer aristoboli. Non ergo parua in tẽplo cõmissa sunt: dũ ea q̃ priori tpe inuisibilia uel inaccessibilia erãt adisset põpeius: & cũ eo nõ pauci uidissent quæ nõ liceret nisi sacerdotibus intueri. Inuenerunt autẽ mensam aureã: & circa eã cãdelabra uel libatoria nõ pauca: necnon & aromatum multitudinẽ: in thesauris uero sacras pecunias duo milia talenta.

Cap. IX.

Quas põpeius penitus contingere noluit ꝓpter pietatẽ: & hoc dignũ sua uirtute fecit. Cunq; in postereꝝ mistris templi p̃cepisset illud purgare & legitia offerre deo: hircão principatũ sacerdotii donauit: eo q̃ ei utilis appuisset: & ꝓuinciales ꝓhibuisset aristobolo auxiliũ pstare: auctores quoq; belli securi pcussit. Faustũ uero cũ aliis q ꝓpẽsius murũ ascenderãt: premiis dignis hõrauit: & hierosolymã sub cõditiõe fiscaliũ romanis exposuit. Ciuitates etiã q̃s prius iudei de inferiori syria ablatas subegerãt sub suo principatu esse cõstituit: & oẽm gentẽ prius nimis extẽsam: suos intra fines astrinxit: necnõ & gadarã pauloante dirutam edificauit: demetrio donãs gadarenos suo liberto: reliquas aũt ioppẽ & scitopoli: & pella uel diõ: & samariã: & insup marissã & azotũ: & iamniã: & arethusam habitatoribus reddidit: q̃ mediterraneæ fuerant ꝑter alias dirutas. Gazam uero maritimã: & ioppen: & doram: & stratonis turrim quam postea herodes magnifice cõdidit: & cũ porticibus uel tẽplis eam ornasset: cesaream eam cognominauit: pompeius liberas reliquit: & a prouicia discessit. Horum malorum hierosolymis

auctores hircanus & aristobolus extiterunt:cū inuicē inter se bella gessissent. Nam tūc libertatē depositimus:& subiecti romāis sumus & prouinciā:quam armis possidemus a syris ablatā.Hanc Syris compulsi sumus denuo restituere.Et insup decem milia talenta pauco tempore: romani a nobis exegerunt:& regnū quod ātiquitus secundū generationē principibus sacerdotū dabatur: populare factū est.De his quidē cōpetenti loco dicemus.Pompeius aūt cū inferiorē syriam usq; ad eufraten fluuiū & egyptū scauro tradidisset:& duas legiones romanas: p̄ cilicia romā prexit. Ducebat cū sua generatione aristobolū uinctū:cui duæ filiæ uel totidē filii fuerūt: quoꝝ alexāder euasit:nouissimus aūt antigonus cū patre uel sororibus romā deportatus est.

Cap.X.

Scaurus itaq; contra petrā arabiæ cū exercitū produxisset:ppter difficultatē ciuitatis in circuitu terrā deuastabat.Sed exercitui romano fame fatigato: antipater obediens p̄ceptis hircani: a iudea triticū uel quæcūq; erāt necessaria destinabat. Cunq; missus ab scauro legatus ad arethā prexisset p̄ amicicias q̄s cū eo hīe debuerat:flexit eū pecuniis ne prouincia prædaretur.Qui etiā fideiussor eius pro trecentis talentis extitit & in his bellū scaurus sedauit.Siquidem non minus & ipse qua aretha concupiuit idem fieri.

Cap.XI.

INteriecto uero tpe cū alexāder aristoboli filius iudeā iuasisset:dux exercitus gabinius de rōa ad syriā usq; puenit:q; iter alia q̄ mirāda fecit:contra alexādrū p̄duxit exercitū: nullatenus ualente hircano uiribus illius resistere:cū etiā erigeī hierosolymoꝝ mugꝝ festinaret quē pompeius deposuerat qđ ne faceret:prohibuerunt eū romani ibi cōstituti.Circuēs aūt prouiciā:multos iudeoꝝ armauit:& maturius q̄ sperabatur collegit decē milia pedites:& mille quingentos equites:alexandriū etiā castellū ualde munitū & macherunta iuxta montes arabiæ cœpit.Igitur gabinius cōtra eū ueniebat:cū iam marcū ātoniū cū romāis:alioſq; duces p̄misisset.Qui cū rōanis militibus & subiectis iudeis quos phitolaus & malchus ducebāt: adunātes sibi & antipatri societatē alexādro obuiā ueniret:quos seq̄batur etiā gabinius cū legione.Alexander aūt prope hierosolymā accessit:ubi cū hostibus p̄lio facto:pemerunt romani tria milia iudeoꝝ:capiunt etiā non minus tria milia uiroꝝ.Interim gabinius cū alexādriū pueniſſet castrū:inuitabat cōclusos ad pacē:ueniāq; de prioribus suis delictis pollicebatur eis. Vbi cū plures hostiū foras ualloꝝ starent:marcus antonius fortiter decertās:in cōgressione multos p̄stra-uit.Gabinius uero exercitus ptē cū ibi reliquisset:& castellū uastaſt:ipse reliquā iudeā circuibat: quantasq; inuenisset dirutas ciuitates renouari præcepit:& constructæ sunt samaria uel azotus: scitopolis & ātidona:rafia uel dora:marissa & gapa:& aliæ non paucæ.Cunq; omnes gabini præceptis obedissent:ciuitates multo tempore desertæ suos habitatores acquisieret.

Cap.XII.

QVe cū ageret p̄ prouinciā rediit ī alexandriū castellū. Vbi dum obsidionē statueret: legationē ad eū alexander destinauit:ueniam sibi de prioribus cōmissis postulans:& tradere castella:hircātā uel macheruntā:post etiā alexandriū pollicet.Quæ gabinius accepta euertit.Mater uero alexandri cū ad eū pueniſſet:nā fauebat romanis:marito eius & aliis filiis romā abductis: cōcessit ei gabinius q̄ postulasset.Cunq; disposuisset pacē cū ea: hircanū ad hierosolymā reduxit habituꝝ tēpli diligentiā.Quinq; tamen curias constituit:equalibus turmis gētē diuisit: quaꝝ una hierosolymis degebat:alia in gadaris:tertia ī amathūte:q̄rta uero ī hierichūte:qnta ī sessoris galileæ: qui regia ptāte liberati:sub optimatuum gubernatione uiuebāt.

Cap.XIII.

SEd cū aristobolus roma ad iudeā cōfugisset:& alexandriū qđ nup dirutū fuerat renouare desideraret:gabinius milites cū ducibus sisinnio & antonio:& seruilio mittit:ut eum oppidū reconstrui p̄hiberent:simul & caperent.Multi itaq; iudei ad aristobolū transiebant:ppter ueterē eius gloriā nouis rebus studentes:necnon & phitolaus dux hierosolymoꝝ cum mille ad eū uenerat:qui tamen inermes erant:quos decreuit in macherunte ponere.Aristobolus ergo eos qui armis inopes erant dimisit:armatos aūt octo milia exeūtes cū collegisset:prexit ad bellū.Quos romani fortiter inuadentes: p̄lio facto uicerunt. Et licet iudei p̄pensius decertarent:tamē atrocitate hostiū ad fugā cōuertūt:quoꝝ qnq; milia p̄sternūt:reliq uero dispsi ut unusq;sq; ualuit:p fugā sibi salutē q̄siuit:tamen plus mille aristobolus habēs ī macherūte munitissimū oppidū recessit.Cūq; malepugnasset:nihilomius spē sibi bonā p̄mittebat. Per duos tamen dies obsidiōi resistēs:multis pfossus uulneribus:captiuus cū antigono filio qui de roma cū eo fugerat ad gabiniū trahit.Aristobolus quidē his casibus usus: rursus ad romanā ciuitatē transmittit:quo ligatus tenebat:cū regnū & sacerdotii principatum tribus annis & sex

lib. xiiii.

lib:14.

mẽsibus gessisset: uir clarus & magnanimus:filios aũt eius senatus mri remisit:gabinio scribẽte hoc ei promissum fuisse ꝑ castellox ꝓditione:sed hi quidẽ in iudeã remearũt.Gabinius aũt cũ cõtra pthos exercitũ duxisset: & eufraten fluuiũ transisset:placuit ei ad egyptũ reuerti:q̃tenus ptolomeũ ibi ꝛstitueꝛt. Hæc uero & ꝑ alios historiax cõscriptores demõstrata sunt.Gabinii de inde militibus antipater mistrauit triticũ & arma & pecũias:& iudeos ꝓpe pelusiũ auxiliatores effecit:qui custodes egyptiox aditꝰ fuerant.Cũq; ex egypto remeasset:& ad syriã pueniſſet:seditionibus & turbis eã inualescẽtẽ inuenit.Siquidẽ alexander aristoboli filius recipiens rursus ꝑ uiolẽtiã pricipatũ:multos iudeox subtraxerat:magnoq; cũ exercitu ꝓuinciã iuadés:oẽs rõanos quãtos inueniret occidebat: refugientes ad mõtẽ garizim. Gabinius aũt hæc audiẽs:antipatrũ ut prudentẽ ꝑmittit ad illos qui rebellabant: ut eox sedaret amẽtiã:q̃tenus ad meliorẽ sensum redirent.Qui cũ prexisset:multos quidẽ castigauit:& ad cõpetentia restituit. Verũtamen alexãdrum cõpræhẽdere non potuit:dũ exercitũ haberet triginta milia iudeox:quiq; cũ gabinio cõfligens:uincitur:decẽ milibus suis ꝓpe itabriũ mõtẽ ꝑstratis.Gabinius itaq; cũ dispositisset hierolymox ciuitatẽ:antipatri uolũtati obediens:cõtra nabutheos expeditionẽ ꝓduxit:quos eũ in pugna uicisset:parthox transfugas mitridatẽ & orfanẽ dimisit:qui fide non seruata:ad ꝓprios remearunt. Sed gabinius cũ opa maxia uel clarissima ĩ expeditiõe fecisset:romã rediit:crasso tradens ducatũ.De pompeii & gabinii cõtra iudeos expeditione cõscribit nicolaus damascenus & strabo capadox:nihil unus altero amplius exponẽs. Cap.XIIII.

CRassus aũt cũ cõtra pthos militiã ꝓduceret:ad iudeã puenit:& pecunias tẽpli q̃s põpeius nõ tetigerat:duo milia talẽtox abstulit:necnõ & totũ reliquũ aux usq; ad octo milia talentox. Tulit etiã & trabem aureã uersatilẽ:trecentas minas pensantẽ. Mina uero apud nos duæ & semis libræ existimanꝫ.Tradidit ei ergo hanc trabẽ custos pecuniax eleazarus noie sacerdos:nõ maliuolo aio:nã iustus & bonus erat sed dũ cõmissa fuisset ei custodia uelox tẽpli:quæ mira pulchritudine uel constructione ꝑciosissima resplendebãt in hac trabe pẽdentia:& crassum uidisset cũctũ tẽpli ornatũ auferre:aureã ei trabẽ ꝑ redemptione oĩum ꝑstitit:dũ & iusiurãdũ ab eo accepisset:nihil aliud a tẽplo tollẽdũ:sed solo cõtẽtũ eẽ auro ab eo tradito quo multa milia põdo posset iuenire. Hãc aũt trabẽ alia lignea circũdabat:ideoq; latebat.Crassus uero licet iurasset: nihil aliud de tẽplo tangere:post acceptã tamẽ trabẽ trãsgressus:omne tẽpli aux deposuit.Nemo itaq; mireꝫ:si tantæ diuitiæ in nostro tẽplo fuissent dũ has oẽs ꝑ diuersam terrã iudei deũ colẽtes ibi ex ãtiquis tẽporibus obtulissent.Nec magnitudo ꝑdictarũ pecuniax testimonio caret:nec arrogãtia nostra ꝑ tantã magnitudinẽ diuitias extulit: sed multi & alii cõscriptores nobis testimoniũ ferunt:necnõ & strabon capadox ita dicẽs. Trãsmittens mitridates ĩ choo:tulit pecunias: q̃s ibi cleopatra regina deposuerat:uerum etiã & iudeox octĩgenta talenta.Nobis itaq; pecuiæ publicæ nõ sunt:nisi dei tantũ.Vnde manifestũ est iudeos ꝑ asyã cõstitutos ueritos mitridatẽ: has pecunias ĩ choo trãsmisisse.Nõ eĩ ex iudea fuerũt ĩ choo pecuniæ dũ ciuitatẽ & tẽplũ mũitissimũ hꝛent sed neq; alexandriã hitantes iudeos uerisimile est hoc fecisse:dũ nihilo mitridatẽ timerẽt.Testis ẽ nobis idẽ strabõ & alio loco q tpe quo trãsiit sil la in hellada cõpugnaturus mitridati:lucullũ trãsmisisse ferẽ in cireneã ciuitatẽ: ꝓpter nr̃æ gẽtis seditionẽ:q̃ totũ orbẽ cõpleuit ita dicens.Quatuor ĩ ciuitate cireneox ptes existũt:ciuiũ& agricolarũ:tertia uero colonox:& q̃rta iudeox.Hæc ꝑ oẽs ciuitates iã dispsa ẽ:& nullus locus mũdi facilis inuenit quo nõ hanc gentẽ uidemus.Nam egyptus & cirenea dũ sub uno regno fuissent: oẽm cõuersationẽ hox emulate sunt:ita ut scripturis eox uterẽt:& ꝑserti pecũias secũdũ prias leges iudeox cõgregarẽt. In egypto ergo sũmã ptẽ habitasse iudeox demõstrat: & alexãdriæ ciuitatis maxia ps huic genti deputata est.Ordinat uero etiã princeps qui cãs eox & instrumenta publica debeat curare:& ꝑcepta dare tãq̃ priceps ꝑfectæ reipublicæ. In egypto tamẽ hæc generatõ cõualuit:eo q; initio iudei egyptii fuissent:& quia iuxta ꝓuinciã iudeã:egyptus iacet:necnõ & ꝓpter illos qui exinde ad egyptũ puenerunt. Ad cirenã aũt ideo transiit:eo q; ipsa finitĩa egypto extitisset: quẽadmodum & iudea:& q; sub uno regno prius fuissent.Strabon quidẽ hæc retulit. Crassus aũt cũ oĩa disposuisset quẽadmodũ uellet:cõtra parthos egredit:ubi cũ toto suo defecit exercitu: sicut & alibi demõstratũ est.Sed cassius dũ ad syriã pueniſſet:& uindicasset eã ex incursionibus parthicis:qui nimis ꝑ crassi ꝓditionẽ audacõres fuerãt:rursum ad tirũ puenit:& exide ad iudeam ascendit . Iarachenã uero ciuitatẽ inuadens statim prædauit : & triginta milia uirox captiuauit: pytolaũ etiã seditionis aristoboli successorẽ cœpit: antipatro inuitante. Qui etiã cum apud eũ multũ ualuisset: idumeis amicus erat de quibus & uxorẽ nobilissimã nomĩe ciprin sibi coniũxit: ex qua q̃tuor liberos ꝓcreauit:faselum & herodẽ:qui postea rex fuit:& iosippũ:& feoram:filiã quoq; salomoni. Hic aũt antipater dum cum aliis potentissimis amicitias & hospitium

copulasset:arabo potius se sociauit:cui etiã filios suos dũ bellaret cõmendauit. Igitur cassius cũ expeditione sup eufraten duxisset prohibuit illã deuastari prouinciã:sicut & ab aliis relatum est.

Cap.XV.

INteriecto uero tpe cũ cæsar romã teneret:post põpeii uel senatus fugã: soluẽs a uinculis aristobolũ ad syriã transmisit:duas ei tradens legiones q̃tenus paratã illi ut posset facere iudeã. Aristobolus aũt potẽtia a cæsare donata minie potitus ẽ. Nã põpeiani ꝓoccupãtes ueneno eũ corruperũt:& sepelierũt eũ cæsaris socii:qui multo tpe ita iacuit usq; quo ãtonius eũ ad iudeã remitteret & i regiis monumentis poni ꝓcipet.

Cap.XVI.

SCipio aũt mandat põpeio alexãdrũ aristoboli filiũ occidẽdũ:dũq; culparet eũ de his quæ prius contra romanos egisset securi eum ꝓcussit. Quo in antiochia defũcto: fratres eius ptolomeus minei alias minei filius:qui habitabat apud calcidẽ:prope libanũ montẽ constitutam detinuit. Qui cũ filiũ suũ philippionẽ in ascalon ad aristoboli uxorẽ direxisset:iussit eã destinare filiũ antigonũ cũ eius sororibus.e quibus alterã philippion cũ dilexisset:uxorẽ eam habuit. Quẽ postea ptholomeus pater eius occidẽs:matrimoniali iure eã duxit uxorẽ: & prouidẽtiã fratribus eius impẽdebat.

Cap.XVII.

POst mortẽ uero pompeii:dum cæsar contra egyptum pugnaret:antipater iudeorũ potẽtissimus mãdatis hircani obediens:multũ illi utilis apparuit. Nam mitridatis ꝓgamenus dum per coricum trãsiret:& minime potuisset per pelusium uiam cõficere:sed i aschalone cõmoraret:antipater ei tria milia armatos iudeos adduxit:necnon & arabũ nobilissimos auxiliatores illi parauit:& propter eũ omnes syri propẽsius cæsaris partes adiuuabãt. Verũ etiam & amplicus potẽtissimus:& ptholomeus filius eius libanum mõtem habitãtes cum omnibus ciuitatibus:eandẽ pro cæsare mentẽ habebãt. Mitridatis aũt surgens a syria:cũ ad pelusiũ pueniisset: & eum non suscepissent: ciuitatẽ obsidebat:cuius maxia uirtute ãtipater primus ptẽ muri deiecit:& reliquis uiã ingredi ciuitatẽ pauit:& pelusiũ quidẽ ita deuastatur. Antipatrũ deide & mitridatem euntes ad cæsarẽ cũ egyptii iudei transire prouintiã uetarent quæ alias quioniæ dicitur alias dicũtur:antipater eos flexit ad cæsaris amiciciã:& principis sacerdotũ litteras eis ostendit. Quas cũ audissent menfitidẽ habitantes:simili modo mitridatẽ ad se inuitarunt. Ad quos cũ ꝓfectus eẽt: & ad locũ q̃ dicitur delta pueniisset:cõfligit cũ hostibus circa locũ qui dicit iudeoꝝ expeditio. Habebat aũt dextrũ cornu mitridates:leuum uero antipater. Sed ꝓlio cõmisso inclinat cornu:quo mitridates pugnabat qui piclitatus esset nisi ꝓ ripã fluuii cũ suis militibus antipater currens deuictis iã aduersariis:mortis eũ piculo liberasset. Nam uictores egyptios ad fugã cõuertens:& ꝓsecutus castra eoꝝ deuastauit:mitridatẽq; fugientem retinuit. Cuius ceciderunt milites octingenti:antipatri uero octoginta.

Cap.XVIII.

SEd cũ mitridates cæsari demandasset uictoriã simul & salutẽ quã ꝑ antipatrũ meruisset: ãtipatrũ quidẽ tãtũ dilexit:ut etiã uteretur eo ꝓ oia bellorꝝ picula. Quapropter & uulnerari antipatrũ seuissime cõtigit. Ergo bello finito cæsar cũ i Syriã nauigasset:hircano q̃dẽ pricipatũ sacerdotii firmũ indulsit:antipatrũ uero ciuẽ romanũ & sine cẽsu constituit. Dicit aũt hircanus huic quoq; militiæ i egypto socius extitisse:sicut testatur strabon capadox:ex noie asinii ita referẽs. Post mitridatis & hircani pricipis sacerdotũ i egyptũ ꝓfectionẽ. Idẽ strabõ alibi ex noie hipsicratis rursus ita retulit:mitridatẽ solũ exisse:uocatũ aũt secundo:cui ãtipater iudeæ tutor in ascalone tria milia militũ ꝓparauit:& alios potentissimos inuitauit sociatũ etiã hircanũ principẽ huic militiæ dicens. Hæc quidẽ strabon exposuit. Sed cũ uenisset antigonus aristoboli filius tunc ad cæsarẽ:& patris sui calamitatẽ defleuisset:q̃liter propter ipsũ ueneno fuerit interẽptus:fraterq; suus secure a scipiõe sit ꝓcussus:petebat se misereri a regno depulsũ ꝓterea hircanũ & antipatrũ accusabat:q; male gẽtẽ regerẽt:& i se crudeliter egissent. Antipater aũt cũ affluisset: satisfaciebat de illatis sibi criminibus:rebellẽ antigonũ cũ suis sociis differens:& narrabat quãta ipse laborasset i expeditiõe corã ipso cæsare: & dicebat aristobolũ romæ tractũ:q; semp romãus hostis extitisset:fratrẽ uero eius latrocinii cã pœnã a scipione meritã sumpsisse.

Cap.XVIIII.

CVm hæc antipater uerba fecisset:cæsar hircanũ quidẽ pricipẽ sacerdotũ ordinauit antipatro uero potestatẽ donauit quã ipse eligeret:tutorẽ eũ totius iudeæ cõstituẽs. Hircano quoq; cõcessit patriæ muros restituere:cum hãc ille gratiã ab eo petisset:nã adhuc diruti iacebãt: ex quo põpeius eos deposuerat:unde a consulibus in capitolio senatusconsultũ hoc mõ prolatum est. Lucius ualerius lucii filius consul:conueniente senatu idibus decembris:in templo concordiæ:præsente lucio copinio:lucii collinæ filio:& cepario quirini. De his q̃ alexãder iasõis: & miminius ãtiochi:& alexãder dorothei:iudeoꝝ legati:uiri optimi uel auxiliatores locuti sunt:

renouantes cū romanis gr̄as:& amicicias exhibentes:clippeum aureum pro inditio auxiliorum deuouerunt quinq̄ginta miliū solidoꝝ:& petiuerūt lr̄as sibi dari ad oēs liberas ciuitates:q̄tenus prouinciæ uel portus eoꝝ nullā uiolentiā pateret. Placuit igit amicicias & societatē cū eis cōponere:& oia q̄ supplicauerunt concedere:clippeūq; suscipere. Hæc acta sunt sub hircano principe sacerdotum & rectore gentis.ix.anno:mense panemo. Hircanus aūt etiā ab atheniēsiū populo laudatus est:cū multū ei apparuisset benignus:nā miserunt ei scriptū hmōi decretū: sub iudice uel sacerdote dionisio:filio asclepiadis:mense panemo:uicesimoquinto die latū est magistratibus decretū athenienſiū sub præside athode quod eudes menādri abimusius scriba exposuit munichionis. Vndecimo die cōsilio iudicū facto in theatro:suffragiū tulit dorotheus princeps sacerdotū cū quo assidens dionisius dixit. Quō hircanus alexandri sacerdos & rector iudeoꝝ pmanet cum populo nr̄o uel singulis ciuibus fidelis existit:& oī circa eos utitur industria: ibiq; ueniētes atheniēses uel legationis cā:seu priuatim munificenter ad se suscipit:& ꝓuidet q̄tenus illesi redeant: decretū quidē de his & prius factū ē:nūc uero dionisio dorothei suniēsi suggeréte:& de uiri uirtute populo admonēte:quō uoluntatē habet bene nobis semp qđ potuerit facere:placet hōrare uirum aurea corona optia secundū legem:& dedicare ei imaginē aureā ī tēplo populi uel gr̄aꝝ: decernere uero coronā in theatro cū libero pr̄i tragedie solēnia celebrāt:& ī panathineis: & eluniis: & ī cimnicis certamibus:diligētiā uero magistratus hēat:ut si pmāserit & seruauerit fauorē nostrū:oē quod excogitemus ꝓ gr̄a uel honore uiri munificenter cōpleat:q̄tenus:cū hæc ita facta fuerint appareat populus noster optimus eū ꝓplecti:uicesq; reddere gratiaꝝ:ut ille nostrū studium iā honoribus affectus imitet:īmo etiā debemus eligere ab oibus atheniēsibus qui decretū ei deportent:ut cū honorē suscepit festīnet benefacere nostræ semp ciuitati. Romanoꝝ ergo uel populi atheniēsiū erga hircanū merita demōstrauimus. Cæsar aūt cū iudeā dispositisset:syriā nauigauit. Antipater uero ut cæsarē ad syriā deduxit:in iudeā reuertit: & statī muros a pōpeio diruptos recōstruxit:seditionēq; ꝓuincialiū sedant interminationibus simul & ꝓsuasionibus requescēt: eos inuitans cū diceret. Si quis hircano cōsenserit:fœliciter uitā suā pōt pagere. Qui uero ad spē rebellandi puenerit:& lucro priuat:& meipsū ꝓ patrono dominū:hircanū aūt ꝓ rege tyrannum sentiet:romanos uero & cæsarē ꝓ rectoribus amaros hostes:nam minime patiunt amoueri:quē ipsi principem constituerunt. Quæ cū diceret ꝓuinciā pgrauit. Cap. XX.

SEd cū tardum & segnē hircanū uidisset:prioré filiū suū ducē in hierosolymis ordinauit: secundū uero herodē galileæ tutorē demonstrauit:adhuc oīo iuuenē:nā:quindecī ānoꝝ erat:cui nihil obfuit iuuentus:dū prudētiā sup ætatē haberet. Qui cū occasionē inuenisset:statim ad uirtutis ostentationē ꝓrupit. Siquidē ezechiā pricipē latronū cōpræhēsum q syriā cum magna turba uexabat:fecit iterimi cū multis pdōibus. Quo facto nimiū a syris amplectit: unde & ī amoré eius exarserūt:q; a latrociniis ꝓuincia eoꝝ eēt erepta. Laudabāt ergo eū p citates & p uicos:q; pacē eis pstitisset:& tuitionē pdioꝝ suoꝝ iuēissent. Quapropter & sexto cæsari cognato magni cæsaris tunc totā regenti syriā:amicus factus est. Cum uero emulatio ꝓ factis herodis faselū fratrē eius intrasset studuit nō mior tali gloria repiri:& hierosolymitas fauore sibi parabat:dū & ciuitatē haberet:& populi negocia nō ignare tractaret. Quæ ita antipatrū extollebāt ab omni gente tanq̄ esset oīum dominus. Honorari igit ex tali claritate cū cœpisset: q̄lis sep:us contingunt hircani fidē transgressus est. Potentissimi uero iudeoꝝ antipatrū uidentes cū filiis extolli ꝓ fauorē gentis:& redditus iudeæ uel pecunias hircani nimis inuidebāt ei. Nam antipater amicitiā cū impatoribus romanoꝝ cōposuerat:& cū flexisset hircanū pecunias trālmittere:tāq̄ suas:& non hircano pstante eas romanis principibus destinabant. Vnde manifeste antipatrū accusabant:dicentes hircano. Vsq;quo istas pateris:aūt non uides ātipatrū cū filiis principatu pcitos:teq; nomē tātū regiū possidere. Sed nec te lateat:nec putes sine piculo tuo negligere negocia:dum antipater & filii eius totā nūc auctoritatē contineāt:& hanc sine tuis iussionibus disponāt. Nā herodes filius eius ezechiā & eos qui cū eo erant pemit:nostrāq; legē trāsgressus est: quæ hoiem ꝓhibet occidi licet malignus sit:nisi prius in cōcilio condēnatus sit. Ille uero dū nullā a te susceptisset potestatē:hæc ausus est cōmittere. Quæ cū hyrcanus audisset flectitur:plus autem iram eius incenderunt fratres:alias matres eorum:quos herodes interfecerat:dū p singulos dies in templo eum peterent:ut herodes ante concilium de actis suis redderet rationē. Cōmotus igit hircanus herodem uocauit satisfactuꝝ de criminibus sibi illatis. Qui suasiōibus patris impulsus uenit. Nam sic ei præceperat ut non priuatus: sed cum tutela & custodia corporis aduenīret. Qui cum & galileam'ut putauit prodesse sibi disposuisset:militum parua manu circundatus uiam secabat:ut nec terribilis uideretur hircano cum maxima ueniēs multitudine. Nec nudus uel incautus corā iudicibus esset:immo & Sextus Syriæ rector scripsit hircano:supplicās ut liberaret

a iudicio herodem:simul & interminabatur ei:si non obediret:sed sexti litteræ occasio fuerant: ne quod pateretur a sententia cõcilii herodes:sed magis absolueretur.Nã diligebat eũ hircanus tanq̃ filium.Herodes aũt cum ĩ medio una cũ suis militibus astitisset:omnes pterruit nec ausus est aliquis ex his eum accusare:qui primũ contra eũ exclamabant:sed oẽs sub quiete & silentio rei exitũ sustinebant.Qui cũ ita sedissent:unus qdã noie sameus uir iustus & propter hoc nomẽ deuitans periculũ:surgens ita locutus est.Viri iudices & rex neminẽ scio ad iudiciũ a uobis uocatum ita constitisse:neq; uos nosse quicquã simile opinor:sed omnis quicũq; in hoc iudicio puenit exquirendus:humiliter astitit:misericordiã a uobis expetens:capillis prolixis:& uestẽ nigra indutus:hic aũt herodes optimus iuuenis:reus pro homicidio satisfacturus:de tali crimĩe uocatus: interest purpura circundatus:& caput ornatũ habẽs conpositione crinium:stipatusq; armis:ut si condẽnatus secundũ legem fuerit:nos quidem interficiat:ipse uero uim faciens ueritati liberetur.Sed herodem de his non culpabo siquidem suum commodum plusquam legem fecit:sed uos uel regem accuso:qui tantã ei licentiam dedistis.Scitote tamen maximum esse deũ:q̃ hunc: quem nunc propter hircanum uultis absoluere:qui quandoq; uos & ipsum regẽ torquebit. Nihil autem hæc dicendo mentitus est.Nam herodes cum regnũ accepisset:omnes occidit in concilio tunc iuuentos cum ipso hircano:præter sameum : quem nimis dilexerat propter iusticiam eius:& q; ciuitate posthac obsessa ab herode uel sossio psuasisset populo ut herodem acciperẽt: dicẽs: propter peccata eũ non posse deuitari.De his quidem sub loco dicemus.Hircanus autem cum uidisset propensiores iudices ad necem herodis:iudicium in postero die distulit:& mittens ad herodem furtim persuasit ei ciuitatem relinquere:ut posset periculum declinare. At ille cum discessisset in damascum fugiens regem:& ad sextum cæsarem peruenisset: apud se ita decreuit: ut si uocandus ad iudicium esset non obediret.Indignabantur autem iudices hircano dicentes: quomodo hæc omnia contra eum essent.Illum uero cum nihil lateret:nihil agebat amentia uel imbecillitate sua.

Capitulum.XXI.

SEd cum sextus herodem ducem inferioris syriæ ordinasset:nam hoc ei pecuniis uẽdidit:hircanus timebat eum nequando contra se exercitum duceret.Non multis aũt transactis diebus hoc euenit. Herodes enim aduersus eum expeditionem deducens irascebatur:eo q; ad iudicium uel uocatus satisfacturus esset. Prohibuerunt tamẽ eũ obuiam uenientes pater antipater:& frater:impetumq; eius retinuerunt: rogantes ne accederet prope hierosolymam:& aliquod opus niteretur facere contra eos:qui concesserunt ei ad talem peruenire dignitatem. Deprecabãtur etiam ut indignationem deponeret: q; uocatus ad iudiciũ isset:sed absolutionis gratiam potius recordaretur:nec ita dolorem considaret:ut saluti ingratus existeret:animaduertendo q; & bellorum casus deus dispensat: qua propter uictoriam non omnino speraret:expugnando regem & amicum qui multum ei profuisset:nihilq; sponte in eũ cõmisisset aduersi:sed per maliuolos suasores actum:quod difficultatis umbram prestiterit.Flexus his herodes:& arbitratus satis sibi factum q; suam fortitudinem genti demonstrasset: reuersus est.Per iudeam ergo taliter sese res habebant.Cæsar autem cum romam uenisset:parabat ad africam nauigare:quatenus Scipionem uel catonem expugnaret.Ad quem hircanus dirigẽs legatos:petiit confirmare cum eo amicicias.Videtur mihi necessarium ex hoc exponere:qualiter romanorum principes cum nostra gẽte sunt pacti:ne lateret aliquos:quia & asiæ & europæ reges studium habuerunt sociare nostram sibi fortitudinem:dum eorum fidem dilexissent.Sed quomodo multi propter odiũ nostrum minime credũt persicis uel macedonicis cõscriptionibus de nobis:eo q; non eadem ubiq; in publicis locis demõstrantur:sed apud nos tantum & alios quosdam ex barbaris:de romanis tamen decretis non est ambigendum : nam & publicis locis reposita hactenus & in capitolio tabulis ereis conscripta continentur.Nam & iulius cæsar alexãdriæ iudeos per eream tabulam demonstrauit alexandrinos ciues existere . Vnde initium approbationis faciam dum pãdo senatusconsulta:& iulii cæsaris de hircano uel gẽte nostra decreta.Gaius iulius cæsar : imperator & pontifex & dictator secundo magistratibus sydoniorum: uel curiæ:uel populo salutem.Si sani estis bene est:& ego sanus sum cum meo exercitu.Exemplum facti de græcia ad hircanum filium alexandri principem sacerdotum : & rectorem gentis iudeoꝝ uobis destinaui:quatenus in publicis uestris annalibus reponatur.Volo uero uos græce uel latine in erea tabula conscriptum hoc ponere:quod huiusmodi est.Iulius cæsar imperator & pontifex:secundo dictator.Cum deliberata sententia decreui: quõ hircanus alexãdri iudeus:& nũc: & ĩ prioribus ãnis ĩ pace uel bello fidẽ uel studiũ suũ demõstrauit:cui multi etiã cõsules testimoniũ p̃bent:insuper & in propinquo alexandriæ loco:cũ mille q̃ngentis militibus auxiliatoribus

nobis occurrit & ad mitridatē a me deſtinatus cū omni deuotione fidelis apparuit:propter has ergo cās hircanū alexādri filioſq; eius rectores iudeoꝝ eſſe: uel prīcipatū ſacerdotii gētis iudaicæ ſemp hīe ſecundū mores patrios p̄cipio:ipſum quoq; filioſq; eius auxiliato res nobis inter uiros aiciſſimos eſſe cēſendos:& q̄tacūq; ſacerdotalia iura ſūt:eū uel filios eius poſſidere decerno.Si qua uero interfuerit q̄ſtio de iudaicis rebus:placet nobis iudiciū de his adhibere:exhyemationes uero militū:aut pecunias exigendas ab eis miniſ ꝑbaui.Gaii cæſaris dictatoris conſulis: data conceſſaq; decretaq; ſic ſe habent:ut filii eius principatū gentis iudeoꝝ:& donata ſibi loca poſſiderent:ut princeps ſacerdotū idē & rector gentis iudeoꝝ uim paſſis adeſſet:& quia trāſmiſiſſet ad hircanū alexandri filiū principē ſacerdotū:iudeoꝝ legatos q de amicitiis uel auxilio cū eo loquerenť:& dedicaſſent tabulā ereā in capitolio in ſydone uel tiro:uel aſcalōe:& in tēplis apicibus ſcriptā græcis uel latinis quæ infra expoſita continēť.Vt uero hoc decretū oībus p̄ ciuitates curatoribus & iudicibus & amicis innoteſceret:& hoſpitia legatis p̄ſtarenť:& ſanctiōes ubiq; deſtinarentur p̄cepit.Gaius cæſar impator conſul hōris uel uirtutis:uel clemētiæ cā conceſſit ꝑ commodis ſenatus & populi romani: hircanū alexandri filiū:liberoſq; eius principes eſſe ſacerdotum:uel antiſtites hieroſolymoꝝ gentis:iure quo & ꝑaui eoꝝ ſacerdotiū ſuū geſſerūt.Gaius cæſar quinquies conſul decreuit hos habere uel munire hieroſolymoꝝ ciuitatē & gubernare eā hircanum alexandri filiū principē ſacerdotū iudeoꝝ rectorē gentis ſecundū ſuā uoluntatē ut iudeis in ſecundo anno locatinois ex reditibus chori.i.triginta modii ſubducantur:neq; ut aliq eis calūnientur:neq; tributa ab eis exigantur.Gaius cæſar ſecūdo dictator ſanxit ut p ſingulos ānos ioppenſes tributa hieroſolymoꝝ ciuitati præſtent excepto ſeptīo anno:quē ſabbaticū annū appellant:quō in eo neq; fructū agroꝝ colligūt neq; ſemināt:necnō etiā hircano & filiis eius decimas p̄beant:quas & proaui eis p̄bebant:ut nullus uel præſes:uel dux:uel legatus ī finibus iudeorum auxilia colligat:uel militibus liceat pecunias exigere ad exhyemādum:aut ꝑ noīe alicuius: ſed eſſe undiq; liberos.Quæcunq; poſtea habuerunt:uel emerūt:uel tenuerūt:uel poſſiderūt oībus his eos potiri:& ioppē ciuitatē:quā ab initio habuerunt iudei:& cū amicicias cū romanis ſeciſſent eoꝝ eſſe ſicut & nobis prius placuit impamus.Ex qua ciuitate hircanū alexandri filium liberoſq; eius a poſſeſſoribus terræ:uel a portu tributa cōſequi iubemus:de ſydone modios:xx. milia ſexcentos ſeptuagintaquinq; p ſingulos annos excepto ſeptīo anno quē ſabbaticū uocant: in quo neq; arant neq; fructū arboꝝ colligunt.Prædia aūt in maximo campo:quæ hircanus & proaui ei prius poſſidebant placeat ſenatui hæc hircanū & iudeos habere eodem iure quo & prius poſſiderunt:manere quoq; iura quæ ab initio inter iudeos uel principes ſacerdotū fuerunt:& inſtitutiones quas populo uel ſenatu decernente habuerunt:præterea eodem iure liceat illis uti. Et in lidia loca etiā uel terras quas pro hoſpitalitate reges ſyriæ uel phenicis p donationē romanorum poſſiderunt;eas ſenatus probauit hircanum rectorem gentis iudeoꝝ habere:dari etiam licentiam hircano: omnibuſq; ab eo miſſis ut cum ſenatoribus ī ludo monomarchorum & beſtiarum ſedentes ſpectent:& ſi petierint dictatorem uel magiſtrum equitum ut in ſenatum eos introducant:& reſponſa eis tradant intra decimum diem:hoc fiat poſt ſenatuſcōſultum. Gaius cæſar quater imperator quinquies conſul:imperpetuum dictator huiuſmodi uerba fecit de iure hircani alexandri principis ſacerdotum:& rectoris gentis iudeorum . Prædeceſſores mei imperatores in prouinciis cum teſtimonium hircano pricipi ſacerdotum iudeorum: & iudeis coram ſenatu uel populo romano prębuiſſent : cunq; gratias ei populus & ſenatus egiſſet:bene nobis uiſum eſt memoriam habere & prouidentiam:quatenus hircano & iudeorum genti: filiiſq; hircani a ſenatu & populo romano:pro ſuo erga nos fauore:gratiæ retributionis redderentur.Iulius: gaius : dictator & conſul romanorum magiſtratibus parianorum curiæ ac populo ſalutem. Interpellauerunt me iudei in delo : & quidam de colonis iudeorum præſentibus ueſtris legatis: & demonſtrauerunt decretum per quod uos eos prohibetis patriis moribus & ſacrificiis uti. Ergo mihi non placet in noſtros amicos & auxiliatores talia fieri decreta : uel prohiberi eos ſecundum ſuam uiuere conſuetudinem:ſeu pecunias ad conuiuia & ad uictimas inferre : quando hæc facere nec romæ quidem prohiberentur.Nam gaius cæſar noſter conſul dum in ſanctionibus ſuis uetaret collegia p ciuitates cōgregari:hos ſolos nō ꝑhibuit:ſed pecunias ad cōuiuia pare iuſſit:& ego quoq; alios ꝑhibens:iſtis ſolis p̄cipio ſecundū p̄rios mores & leges cōuenire. Bene ergo facitis:ſi ꝑlatā ſniam cōtra nr̄os amicos uel auxiliatores ꝑpter noſtrū erga eos ſtudiū & fauorē aufertis . Poſt gaii mortē:marcus antonius:& publius dolabella cōſules cū ſenatū cōgregaſſent:& hircāi legatos ītroduxiſſent:locuti ſūt de q̄bus petierūt:& aicicias cū eis fecerūt:& oīa hæc cōcedi eis ſenatus decreuit:q̄cūq; poſtularēt;ſubiūcto etiā ſenatuſcōſultu:q̄tenus ꝑbationē dictoꝝ habeant q hāc hiſtoriā relegūt:q tale fuit ſenatuſcōſultū ab erario conſcriptū de tabulis

publicis sub qnto rutilio:erarii custode:datū.iii.idus aprilis:i tẽplo concordiæ: dum scriberetur præsente lucio calpurnio:uel reliquo senatu.Publius dolabella:& marcus antonius cõsules dixerunt.De his quæ p senatusc̃sultū gaius cæsar ꝓ iudeis decernẽs in erario deponere occurrit: sic placet nobis:sicut & senatui uisū est: ut hæc i tabulis ereis deponant̃:& p singulas ciuitates transmittãt̃:q̃tenus curẽt & illi i talibus reponer̃ qđ decretū é:qnto idus sebruarias:i tẽplo cõcordiæ Legati aũt pricipis sacerdotũ fuer̃t litimachus pausanie:alexãder theodori:patroclus cereæ:iona tha oniæ.Misit quoq; ex his legatis unũ hircanus ad dolabellã:tũc asyæ ꝓconsulẽ:petẽs eũ solue re iudeos a militia:ut patriã custodirẽt cõsuetudinẽ:qđ facilius ipetrauit.Siquidẽ dolabella cum suscepisset lr̃as hircani:nihil remoratus:scripsit per totã asyã ꝓ iudeis:& ad ephesinã ciuitatẽ primam totius asyæ:q hmõi legebãtur:sub iudice artimione:mẽse limonis die prima. Dolabella iperator ephesiorꝫ curiæ:& magistratibus uel populo salutẽ.Alexãder theodori :legatus hircani: filii alexandri pricipis sacerdotũ & rectoris iudeorꝫ:itimauit mihi:q; nõ possent ciues sui militare:dũ nec arma portare possint:nec iter facere diebus sabbatorꝫ:nec alimẽtorꝫ secundũ patrias leges copiã habere: iccirco ego sicut p̃deces̃sores mei iperatores p̃beo eis militiæ remissionem:& cõcedo patriis uti legibus secundũ solẽnes & sacras imolatiões:& cõgregare sicuti solẽt ꝓ sacrificiis pecũias:& uolo uos hæc p singulas scribere ciuitates.Hãc quidẽ dolabella hircano legationẽ mittẽte nr̃is donauit licentiã.Lucius aũt lẽtulus cõsul dixit.Ciues rõanos iudeos tẽpla habentes ephesi ante tribunal religiõis cãa militia dimissi.xii.kal.octobris.Lutio aũt lẽtulo cõsule: & gaio marcello cõsulibus p̃sente senatu:balbus legatus & uicarius:ephesiorꝫ magistratibus: curiæ populoq; salutẽ.Iudeos p asyã cõstitutos lucius lẽtulus cõsul me ꝓ ipsis petẽte a militia dimisit.Postulãs uero post hæc & faniũ tribunũ plebis:& luciũ ãtoniũ erariũ ipetraui.Vos aũt cupio curare:ne qs eis molestiã iferat.Decretũ deliorꝫ sub præside biuito: mẽse targilõe: uicesima attitulatione iudicũ. Marcus phison legatus aduenies in ciuitatẽ nr̃am ꝓ delicto militũ conuocãs nos & multos ciuiũ:præcepit:ut si q; sunt iudei ciues romani:nequaq̃ militare coganẽ:eo q; cornelio lentulo cõsuli religionis causa iudeos dimittere placuit.Quapropter obedir̃ uos cõsuli oportet: His similia sardiniã quoq; de nobis decreuerũt.Gaius fannius gaii filius dux& cõsul:magistratibus cooꝫ salutẽ. Volo uos scire: quõ legati iudeorꝫ audierunt me petendo accipere senatusc̃onsulta pro ipsis cõstituta:quæ etiã subiũcta sunt.Igitur uolo uos curare uel ꝓuidere his hoĩbus secundum senatusconsultũ:q̃tenus per uestrã prouinciã ad patriã incolomes reuertant̃. Lucius lẽtulus cõcul dixit.Ciues romanos iudeos qui tẽpla iudaica habere ephesi uidẽtur:religionis causa dimisi.Hoc factum est.xii.kal. iulii.Lucius antonius:marci filius: uicarius erarii uel procõsul: sardiniorꝫ magistratibus curiæ: populoq; salutẽ. Iudei ciues nostri adeuntes ꝓbauerunt nobis consiliũ habuisse propriũ secundũ patrias leges ab initio:& locũ propriũ:in quo negocia uel iudicia iuicẽ mouerũt:& hoc petierũt:q̃tenus liceat illis hoc facere:qđ custodiri uel pmitti decreui.Marcus publius:publii filius:& marcus lucius marci publii filius dicunt.Lentulũ ꝓconsulem adeũtes itimauimus ei:de quibus dositheus cleopatræ filius alexãdrinus uerba fecit:ut ciues romanos iudeos tẽpla iudaica facere solitos si illi usum fuerit religiõis cã eos fecisse dimittat:& dimisit.xii.iulii.Lucio lentulo & gaio marcello consulibus:lentulus decretum ꝓtulit.Ciues romanos iudeos sacraria iudaica solitos facere:ephesi ante tribunal religionis causa dimisi.Laodicensium principes gaiorabili gaii filio consuli salutem.Sosi pater hircaim pricipis sacerdotum legatus porrexit nobis epistolam tuam:per quã designauit nobis:ab hircano pricipe & sacerdote iudeorum destinatos quosdã cũ litteris quæ pro sua gente conscriptæ sunt:q̃tenus sabbata iudeis liceat secundum p̃rias leges celebrare: ut ne quis eos quicq̃ impediat: quõ amici & auxiliatores nostri ꝓbantur: aut ne quis eis uiolentiã inferat i uestra ꝓuicia: & licet tralliani palã cõtradicãt nõ sibi placuisse q; ꝓ his decreta sunt:tamẽ p̃cepisti hæc ita fieri.Postulamus aũt:ut & nobis eadem de his scribas obsequẽtibus tuis p̃ceptis.Epistolã aũt porrectã suscepimus:quã reposuimus inter publica nostra monimenta:& de reliquis quæ præcepisti ꝓuidemus:q̃tenus in nullo culpemur Publius seruilius:publii galbæ filius ꝓcõsul:milesiorꝫ magr̃atibus curiæ:& populo salutẽ. Pritanis mercurii filius ciuis uidet̃ dũ in trallibus negocia tractarẽ: insinuauit mihi p̃ter nr̃am sniam iudeis uos inquietudinẽ inferre:& prohibere eos sabbata celebrare:uel templa patria perficere:fructusq; sua cõsuetudie colligere. Volo igitur uos scire:quomõ audiẽs uerba eius uel eorum qui contra ipsum differebãt:decreui ne ꝓhiberentur.Decretũ pergamenorꝫ:sub iudice gratippo mense dio:sententiaq; principũ.Quõ romani sequentes suos maiores pro cõmuni oĩum hoĩum tutela pericula suscipiunt:& studẽt auxiliatores & amicos suos i fœlicitate uel firma pace consistere:cum transmisisset ad eos hircanus princeps sacerdotum gentis iudeæ legatos:stratonẽ theodoti: appollonium alexandrinæ antipatri:aristobolum acoynte: sosipatrum philippi

uiros optimos:& hii singula demõstrassent:decreuit senatus de his quæ postulauerũt:q̃tenus ne quaquã rex antiochus ãtiochi filius legatos iudeoꝝ auxiliatores romanoꝝ noceret: ĩmo & castella:& portus: uel ꝓuinciã:& siquid aliud ab eis abstulit redderet:& liceat eis a portubus deportare quæ uolũt:& ut nullus rex uel populus a portubus iudeoꝝ uel uectigalibus aliquid auferat excepto ptholomeo rege alexandrino:qa & ipse auxiliator his & amicus noster existit:ĩmo ét custodiã ab ioppe depelli sicut petiuerũt.Nostræ uero curiæ lucius pecius uir optius iussit: ut hæc curremus ita fieri:quẽadmodũ senatus decreuit:& ꝓuideamus:q̃tenus icolomes legati ad ꝓpria possint redire:necnõ etiã theodoꝝ in curia:uel cõuentũ suscepimus.Qui cũ nobis epistolã ex senatusc̃õsultu porrexissẽt:uerba faciens:demõstrauit hircani uirtuté & liberalitatẽ: quæ publice uel priuatim cũctis ꝓdest qui ad eũ cõuenerit:lras uero iter publica cõscripta reposuimus:& nos quoq; oĩa ꝓ iudeis agere tanquã auxiliatores romanoꝝ secundũ senatusc̃õsultum decreuimus. Quippe etiã postulauit theodorus dũ epistolã nobis porrigeret:q̃tenus a magistratibus nr̃is mittatur ad hircanũ exẽplar decreti:ĩtimãtis nostri populi sniam:& petẽtis custodiri uel ãpliari nr̃as cũ ei amicicias:ut & meminerit:tpibus abraã:q oĩum iudeoꝝ p̃ extitit nr̃os maiores aĩcos ei fuisse:sicut & ĩ publicis cõscriptis ĩuenimus.Decretũ alicarnaseoꝝ sub sacerdote mẽneo aristidis filio.Placuit populo marco alexãdro insinuante.Quõ iudei pietatis omni tpe studiũ habẽt:populi romani oĩum hoĩum benefactores ꝓ iudeoꝝ amiciciis uel auxiliis ad nostrã ciuitatẽ præcepta miserunt:q̃tenus pmittantur ĩmolationes deo solẽnes efficere.Placuit igit᷑ & nobis cõcedere iudeis uiris uel mulieribus sabbata celebrare:uel sacrificia ꝓducere secundum leges iudaicas. Siquis uero hos prohibuerit:militiæ reus & debitor ciuitatis exitat.Decretũ sardinianoꝝ.Placuit curiæ:uel populo:ducibus intimãtibus:quõ nostram ciuitatẽ habitantes iudei: multa uel maxĩa beneficia a populo sepe meruerunt:nunc quoq; cum ingressi fuissẽt in curiam a populo petere: quatenus restitutis suis legibus uel libertatẽ a senatu populoq; rõano secundũ consuetudiné cõgregentur:& iudicia sua disponant:datus est illis locus in quo cũ uxoribus uel filiis possint celebrare deo patrias oratiões.Igitur uisum est curiæ uel populo:cõcedere eis conuenientibus certis diebus agere secundum suas leges:deputari etiã eis locum quẽ aptum edificationibus uel habitaculis putauerunt.Habeant etiam curatores annonæ ciuitatis diligentiã:ut si qua opus habuerint alimenta:faciant eis introduci. Decretum ephesioꝝ sub iudice minofilio mẽse artimino: prima die nicanor euphini dixit.Placuit populo intimãtibus ducibus:quõ interpellauerunt in ciuitate iudei marco iulio bruto ꝓconsule:q̃tenus agerent sabbata & omnia facerent secundum patrias leges:nemine penitus impediente:ꝓconsul concessit.Placuit igitur populo propter romanos nõ solum illum diem:ĩmo concedere eis omnia facere:secundũ iudaicas suas leges.Multa quoq; talia decreta senatũ uel imperatores romãos ad hircanum pro gẽte nostra destinasse cognouimus: necnon & aliaꝝ ciuitatũ iudicata:uel litteras a magistratibus reciprocas nostris epistolis:ex quibus hæc quæ demõstrauimus flectere sine inuidia legẽtes putauimus.Nam euidentissima signa de amiciciis romanoꝝ & nostris demõstrantur ereis tabulis:hactenus in capitolio permanentibus & in posteris permansuris.Oĩum uero expõné tanquã superfluã & fastidiosam recusaui:nullum credens tam difficillimũ inueniri:qui uel opietur romanoꝝ humanitatẽ minime circa nos extitisse:quã sepius ostenderunt: nos quoq; de quibus retulimus nequaquã mentitos eẽ eos cognouimus. De amiciciis quidem romanoꝝ & nostris illis tpibus factis retulimus.Eodem uero tẽpore seditionẽ per syriã ac occasionẽ contigit fieri.Bassus cecilius põpeianoꝝ partiũ fautor: ĩsidias sexto cæsari faciens interfecit eũ:ipse uero cũ suis militibus reꝝ gubernacula tenuit.Tunc etiã maximum bellũ circa apamiã cõmissum est cũ ducibus cæsarianis:quibus & antipater auxilia cũ filiis destinauit:memoriã habens beneficioꝝ cæsaris. Quapropter & punire pẽtores eius iustũ putauit. Bellũ uero cõtraheretur:marcus quidẽ uẽit a roma ad sexti successionẽ. Cæsar aũt interficit᷑ a cassio uel bruto in senatu:cũ principatum tenuisset tribus annis:& mensibus sex:qd & per alios conscriptores dictum est.

Cap.XXII.

POst cæsaris aũt internitionem: cum bellũ cõflatũ fuisset principibus rõanoꝝ:oĩbus pro exercitu cõgregãdo dispsis:cassius ad syriã puenit.Qui cũ apamenũ exercitum accepisset obsidionẽ soluens:ambos sibi cõiungit:bassum & marcum:& ciuitates circũeundo: milites cum armis cõglomerabat:& fiscalia grauia eis ponebat:a iudea uero populus q̃ septingẽta talenta pecuniaꝝ exegit.Antip᷑ aũt cũ uidisset in maxĩo timore uel turba negocia cõstituta: diuidit pecuniarum exactiones: utroque filio eas tradens:herodi quas difficilius exigi putabat:reliquas uero aliis præcepit colligere. Cunque primus herodes a galilea collegisset quanta fuissent ei statuta: necanrius inter amicos a cassio recipitur. Nam statuerat romanis obsequi: & fauorem eorum sibi laboribus alienis parare. Alii autem procuratores ipsas ciuitates cum habita-

toribus uendebant:quaꝝ cassius q̄tuor maxias captiuauit.i.gosnā:& amathūtem:necnō & liddā & thamnā:qui etiā malchū pene ꝓdiderat:nisi hircanus ꝑ antipatrū centū talenta de suo ei misisset:& ita ipetum eius fregisset.Sed cū cassius cū multis pecuniis a iudea discessisset malchus insidias antipatro parabat:dū iteritū eius pricipatui hircani tutelā fore putaret. Quod antipater intelligens:discessit trans iordanē:ubi exercitū arabicum:simul & ꝓuincialē cōgregauit. Malchus aūt callidus existēs:iureiurādo iurabat se īsidias ipi:uel filiis eius nō fecisse:fatisfaciēs ei.Nā faselo hierosolymā regēte:herode uero tenente armoꝝ custodia nequaquā se talia facere uel in aīo habuisse dicebat. Vnde reconciliabaī cū antipatro.Sed cū marcus syriā ꝓcuraret:audiuit nouis rebus per iudeā malchū studere:& uenit:quatenus eum iterficeret.Quod paulominus contigisset: nisi antipater eū petēdo liberasset:nescius q̄ suū iterfectorē malchū liberaret.Igiī cassius & marcus exercitu cōgregato:ducē herodē totius syriæ fecerunt naues ei cum toto exercitu cōmendātes: ꝓmiserunt etiā regē eum iudeæ post bellū ordinare qđ iā tunc cōtra antoniū & iuuenē cæsarem īmineret.Tunc magis ueritus malchus:antipr̄m repellere cogitabat. Cunq; hircani pincernam pecuniis redemisset:nā uterq; apud eum epulabaī ueneno hunc uiꝝ iterfecit:& milites armatos habēs ciuitatē obtinuit.Et cū īsidias malchi cōtra patrē suū herodes uel faselus itellexissent:& uindictā inferre cogitassent:malchus iureiurādo ātipatris negabat iteritū.Cuius uita summis laboribus patriā ꝓtegēs:ita finē iuenit.Filius uero eius herodes:ultionē quidē patris exigere cogitauit:& cū exercitu cōtra malchū uenit:faselo uero priori placuit dolo magis hoiem supare: ne belli ciuilis initiū facere putarēt:& satisfactionē malchi suscepit:& credere simulauit:nihil eū ad patris interitū cōmisisse.Sepulchrū etiā pr̄is ornatissimū cōstruxere.Sed cū herodes ad samariā peuenisset :& iuenisset eā afflictā refouebat:& ita iter eos certamē est dissolutū.Interiecto deinde breui tpe celebratiōe tabernaculoꝝ instāte:cum militibus suis herodes in ciuitatē aduenit. Quod cū malchus cognouisset ueritus hircanū flexit:ut nequaquā ꝓmitteret eum īgredi ciuitatem.Hircanus quidē paruit:cāmq; talē interdictionis ꝓposuit:q; nō deberet multitudinē alienigenaꝝ ieiunanti populo superinducere.Sed herodes præcepta negligēs:noctu ciuitatē ingrediī. Tunc malchus licet metueret:dissīmulationē tamē nō refutauit:sed antipatrū ut amicū antiquum manifeste plāgebat:custodiā uero corporis sui latēter habebat.Placuit uero etiā herodi:non redarguere dissīmulationē eius:sed ecōtrario muneribus ei blandiebaī.Cassius tamē de patris īteritu herodi mādauit:q̄tenus malchi crudelitatē cognosceret. Qui scripsit præcipiens ei patris obitum uidicare:millenariis quoq; intro mādauit:herodis sequi uoluntatē. Tempore uero quo cassius laoditiā cœpit:accesserunt ad eum optimates pariter coronas ei:uel pecunias deportātes. Herodes itaq; superat malcho ibi ueniente se ulcisci.Sed cum ad tirum phenice peruenisset malchus:cāmq; opinatus esset:maius quidē conatus est agere:ita ut filium in tiro obsidē cōsistentē: in ciuitatem īgressus furtim uoluisset auferre: & ad iudeā reuerti credens gentē iudeoꝝ contra romanos excitatuꝝ:& deiecto hircano regnatuꝝ:dum bello cassius ab antonio occupaī.Consiliis tamen eius deus restitit. Herodes quoq; eius intelligens uoluntatē:transmisit famulum:q̄si hospitalia paratuꝝ quia cunctos ad cōuiuium inuitauerat.Et licet hoc simularet:ad millenarios tamen uere dixerat:quatenus ammoneret eos contra malchum cum gladiis exire. Qui cum exissent:& iuxta ciuitatē eum cōuenissent:per latus hominē uulneribus cōfoderunt.Hircanus uero cū factū intellexisset:obstupuit:rediēsq; ad se cōsuluit herodē:quod eēt factum:uel q malchū interfecissent.Cunq; herodes respōderet:cassium hoc iussisse:laudauit factū:nam maliuolum & nimis patriæ eū ꝓuasorē eē criminabaī.Hanc ergo ꝓ iniquitate ī antipatro cōmissa malchus pœnā soluit.Cassio uero discedēte de syria:maxia per iudeā cōcitaī turba in hierosolymis:cum fœlix cōtra faselum una cum militibus armareī.Herodes aūt ad fauium rectorē damasci ꝓficiscēs: cum hoc audisset: & in fratris solacium festinare cuperet:egritudine ꝓhibetur.Faselus tamē fœlicem superans:in aliqua eum turre concludit:quē postea sub pactionis fœdus dimisit: hircanū pene accusans:q; multa sub beneficia prætermittens:inimicis suis fauorē impenderet. Itaq; frater malchi multa tunc occupans loca obtinuerat:& masadam oīum munitissimam: cōtra quem herodes inualitudine liberatus exercitum duxit:& auferēs omnia loca quæ cōpræhenderat sub pactionis lege eū dimisit.Antigonus aūt aristoboli filius ut militiā cōgregauit: & fauiū pecuniis redemit:ptholomeus minei eum propter cognationē ad iudeā ducebat: auxiliumq; etiā ei præbebat marion quē reliquerat cassius tirioꝝ tyrannum.Nam hic syriā oēm potentiā capiēs custodiuit.Marion aūt galileæ finitima inuadens:tria eius castella occupauit. Contra quem herodes cum uenisset:omnia quæ ille tenuerat abstulit. Tirioꝝ uero custodes cum humanitate dimisit: quibusdam etiam & dona præstitit:propter ciuitatis fauorem. Cum hæc ergo egisset obuiauit antigono:& ꝑlio cōmisso uicit:& pene altiora iudeæ tenentē fortiter expulit;uictoriaq; potitus

ad hierosolymā uenit:ibiq; coronas ei tā hircāus quā populus ob uirtutis ꝑmiū offerebāt. Nam cognatus hircani per affinitatem credebatur:ideoq; magis defendebat eū ueluti ductuꝝ neptē suam fratris aristoboli filiā:ex qua triū maritū extitit:& duaꝝ fœminaꝝ pater. Habuit siquidē priorē uxorē noīe doir populare ex gēte nr̄a:ex q̄ prior filius ei cōcipit antipr̄. Cassiū itaq; cū antonius & cæsar i philippēsi cāpo uicissent:sicut & ab aliis demōstratū ē:post uictoriā cæsar ad yta liā rediit:ātonius aūt ad asyā regressus ē. Cūq; ueīsset in bithiniā:legationes undiq; obuiauerunt ei. Tūc & iudeoꝝ nobilissimi accusabāt faselū & herodē:dicētes:noīe tantū hircanū regē extare: hos uero oēm ptātē ui possedisse. Herodē tamē antonius maxie honorauit:cū ad eū uenisset satisfacere ꝓ accusatiōibus:ꝓp qđ accidit aduersarios eius nec sermone aliqd ipetrasse:nā hoc acq̄sierat pecuniis herodes ab ātonio. Sed cū epheſi ꝓuenisset ātonius:destinauit hircanus prīceps sacerdotū:nr̄aq; gens legationē ad eū:aureā deportantē coronā:& supplicantē:q̄tenus iudeos a cassio abductos nō extante bello scriberet ad ꝓuinciā liberos relaxari:terrāq; tpibus cassii subreptā restitui. Antonius uero iustas iudeoꝝ postulatiōes cōsiderās:rescribit iudeis & hircāo:mandās ēt simul & tīriis decreta hmōi cōtinētia. Marcus ātonius iperator:hircāo prīcipi sacerdotū & rectori gentis iudeoꝝ saluté. Si ualetis letamur:ualeo & ego cum exercitu meo. Lisimachus pausanie: uel iosippus minei:uel alexander theodori legati:epheſi ad me uenientes:priorē romæ confectā legatōnem renouarūt:& hanc quoq; pro te tuaq; gente sedulo dispōsuerūt:dum demonstrarent tuum erga nos fauorē. Quod dum intellexisset ex decretis & sermonibus familiaritatē erga nos seruare:moresq; optimos uestros & religionē cōsiderassem:propriū te nobiscū esse iudicauimus Sed cum totā asyā nostri populiq; romani aduersarii percurrissent:qui nec ciuitatibus nec tēplis pepercerunt:nec iusiurandū qđ statuerant quicq̄ seruauerūt:nos nō tā ꝓ eoꝝ tantū crimine:sed uelut pro cōi oīum salute in auctores sceleꝝ quæ in iudeos uel alios cōmissa sunt uīdicauimus. Quoꝝ facinore solē auersum existimauimus:q; talia in cæsare cōmiserunt. Impias uero eorum insidias macedonia tanquā in suo nefandissimo receptaculo suscepit cū sceleratissimas eoꝝ malignitates partes philippēses cāpi obtineant:quæ loca maxia usq; ad mare:montesq; munitos occupauerant:ut pene cunctos transitus sicut unū introitum custodirent:quos ad eoꝝ damnationem ꝓ cōatibus iniustis grauatos deuicimus. Sed & brutus cū philippis cōfugisset: circūseptus a nobis:eiusdē perditionis merito cui cassius particeps inuētus est. Quibus oppressis: imposteꝝ pace frui licebit:& asyā respirare a belloꝝ afflictione liberatā. Igitur cōem pacē facimus cū auxiliatoribus a deo nobis donatā:& tāquā de maxia peste:asyam reuelatā:ꝓ nr̄am resouemus uictoriam. Memores ergo uestri gentē iudaicā curauimus reddere letioré. Litteras quoq; ꝓ ciuitates proposui: quatenus siqui liberi seu serui uenundati sint:sub gaio cassio:seu per duces eius absoluantur. Super hæc & donationibus a me uel dolabella clementer oblatis:uos uti cupio:necnon & tirios uiolentos uobis eē ꝓhibeo:uel quantacūq; possident iudei cōpetentia:restitui præcipio: coronam uero quā destinastis accepi. Marcus antonius imperator:tiriorū magistratibus curiæ populoq; salutē. Cū mihi occurrissent epheſi hircani prīcipis sacerdotū:& rectoris iudeoꝝ legati:dixerunt ꝓuinciā uos eoꝝ tenere:quā iuasistis sub aduersarioꝝ nostroꝝ tyrānide. Quod nos pro iperio bellū suscipiētes:iusta & pia ꝓuidentia uīdicauimus:obliuiosos gratiæ: uel trāsgressores iusiurādi puniētes. Volo ergo & uestrā pacē cum auxiliatoribus nostris cōstare:q̄ ab hostibus accepistis:hæc nō concedimus nisi restituant. Nā neq; ꝓuincias:nec exercitū quisq̄ illoꝝ senatu ꝓstante suscepit:sed uioléter surripuit:dū auxiliū eis præberēt qui iniqua cōcupiscūt. Quapropter cū illi pœnā dedissent:nr̄os auxiliatores ꝓcipimus sine mora recipe q̄ prius possedisse noscūtur. Vos quoq; siq̄ prædia hircani rectoris iudeoꝝ pauloāte gaio cassio bellū illicitū ꝓducente cōtra nostrā ꝓuinciā ablata possidetis reddite:nec aliquā uiolentiā eis īgeratis:unde lædi possint Siqd uero iustū cōtra eos habetis:dum ad locū uenerimus:liceat allegationibus uti:nos aūt auxiliatoribus singula iusta cōsideratiōe seruauimus. Marcus ātonius iperator:tiriorū magistratibus curiæ populoq; saluté. Edictū meū uobis destinaui:de quo curā uos hr̄e præcipio:q̄tenus :n tabulis publicis describat litteris ltis uel græcis:& loco eminētissimo descriptū ponatur:unde ab oībus relegi possit. Marcus antonius iperator ac triūphator dixit. Quō gaius cassius alienā ꝓuinciam sub exercitu cōstitutā & auxiliatores depdauit:& deuastauit iudeoꝝ gentē:amicissimā populo romano:arrogantiā illius armis cōculcantes:edictis & decretis ab illo depdata renouamus: ut restituant hæc nostris auxiliatoribus:& quāta corpora iudeoꝝ uenundata sunt sicut prius libera remittantur:& possessiones prioribus dominis resignent. Siquis aūt his nostris edictis nō obedierit:ulcisci in eo satisfacientes causæ promittimus. Hæc eadem & sydoniis:& antiochenis: & arabis conscripsit:quæ tempore oportuno referemus;ut signa prouidentiæ romanorum circa nostram gentem extitisse clareant.

Capitulum.XXIII.

POst hæc aũt dum antonius ad ſyriam pergeret:cleopatra ei per ciliciam obuiauit:& amore ſuo detinuit:ubi iterũ centum potentiſſimi iudeoꝝ ad eũ peruenĩũt:accuſantes herodem cũ faſelo. Contradicebat aũt eis meſſalla defendẽdo iuuenes:hircano præſente: qui ſocer iã herodis erat.Cũq; ambas ptes antonius audiſſet:cõſuluit hircanũ:qui magis genté obtinerét.Illo uero reſpondẽte herode:& fratre eius:antonius familiaritatẽ cũ eis habens ꝓp paternã hoſpitalitaté:quã cũ gabinio pater eoꝝ ꝑſens fecerat:hos quidẽ ambos tetrarchas ordinauit: & cõmiſit eis iudeoꝝ negocia.xv.aũt ex reſiſtẽtibus ligauit ut eos occideret:niſi recuſaret herodes Sed neq; ita de relegatione reuerſi requieſcebãt. At cũ antonio rurſus in tiro occurriſſent: multis iam corruptus pecuniis ab herode uel fratre eius antonius:præſidibus locorum præcepit legatos iudeoꝝ nouis rebus ſtudentes torquere:& herodi præbere principatũ.Mox auté herodes ſedentes ante ciuitaté cum hircano nunciauit:& petiuit eos recedere:ne ad certamen uenirẽt:ne magnum malũ eis eueniret.Cui dum quidam non conſentirent recedere:& q̃ſi contrarii reſtitiſſent:mox romani milites decurrentes cũ armis eos inuadunt:& quibuſdã ex ipſis parentis: multos uulneribus laniabant:reſiduiq; fugientes:cum nimio metu ad propria redierunt. Clamante uero populo contra herodẽ:incitatus antonius uinctos interfecit. Secundo tamen anno ſyriam obtinuit pacorus regis filius & barzafranes ſatrapa parthus.Quo tempore & ptholomeo minei defuncto:filius eius liſanias in regno ſuccedens:cõponit amicitias cum antigono ariſtoboli filio: ſatrapáq; prædictũ ſibi cõiunxit:cuius & amicitiis nimis cõfidebat. Cap.XXIIII.

ANtigonus aũt ꝓmittit mille taléta:& quingentas mulieres parthis offerre:ſi hircanũ príncipatu priuarent & ipſi traderent:herodemq; cum ſuis interficerét.Quod non cõpleuit: licet pthi cõtra iudeã expeditionẽ paraſſent:ducente eos átigono. Nã pacorus p maritía: ſatrapa uero barzafranes p mediterraneam ingreditur.Tunc tirii excludunt pacoꝝ:ſydonii aũt uel ptholomenſes ſuſcipiunt turmã equitũ:quã idem pacorus in iudeam deſtinauerat: uexaturã prouíciam:& antigonum adiuturã ducem pincernaꝝ regis eis proponẽs.At cum a carmelo mõte quidã iudeoꝝ ad antigonum ueniſſent parati ad auxilia:per quos ſperabat partẽ aliquã ꝓuinciæ antigonus capere.i.ad locum qui drimi nuncupatur:dũq; ei quidã occurriſſent:ad hieroſolymam cũ ſuis aſcendit:ubi etiã congregatis multis:contra regiam aulã ꝓuenire ſtatuit:& hanc expugnaret:niſi faſelus & herodes prælio ꝓ foꝝ cõmiſſo eos uiciſſent: & cũ eũ in templo cõcluſiſſent:dirigunt armatos ut ꝓpinquas domos tenerent:quos populus cum ipſis domibus igne conſumpſit:quã iniquitatẽ paulopoſt herodes a reſiſtentibus ultione exegit. Cunq; ſingulis diebus inter ſe iacularent:expectabat populus multitudinẽ de ꝓuincia ĩ quinq̃geſima celebratione uẽturam.Inſtante ergo feſtiuo die:cum in ciuitatem multa milia hominũ armata uel inermia congregarentur:cõpleuerunt templũ cũ ciuitate qui uenerunt: præter aulã quã herodes cum paucis militibus cuſtodiebat.Cũq; faſelus muꝝ ſeruaret:herodes cũ ſuis excurrebat ſuper hoſtes. Qui cum fortiter pugnaret:& multa milia fugaret:multi ad templum:quidã etiam ad exterioré uallũ confugierunt.Nam & faſelus fratrem adiuuabat.Pacorus autem dux parthoꝝ cum paucis eqtibus antigono petente ad ciuitatem peruenit:in proſpectu quidẽ tanquã ſeditioné ſoluturus:uerum antigono principatũ præſtaturus.Cui dum faſelus occurriſſet:& hoſpitio ſuſcepiſſet:pacorus dolũ aliquẽ meditatus flectit eũ legationẽ ad barzafranẽ deducere.Faſelus itaq; nihil ſuſpicatus acquieuit:licet herodes minime approbaret propter barbarorum perfidiã. Sed tamẽ pacoro aliiſq; ꝓperare hortãtibus perrexerunt legationẽ ferentes hircanus & faſelus.Pacorus uero cum ducentos equites & decẽ hoꝝ qui liberi dicuntur eis reliquiſſet præceſſit. Cunq; galileã intraſſent:cum armis eis occurrũt prouinciæ cuſtodes barzafranis:& primũ quidẽ eos ſtudioſe ſuſcepit:ac munera præſtitit:poſt uero eis contexebat inſidias.Faſelus tamẽ cum ſuis ꝓpe mare reuertebatur.Vbi cum audiſſet antigonum promiſiſſe parthis mille talenta:& mulieres quingẽtas:in ſuſpitione iam barbaros habebat. Necnon & noctu inſidias ſenſerat:dum quidam nunciaret ei ſubito cuſtodiam circundatã.Tunc quidem capi habuiſſent: niſi expectaſſent parthi uſquequo hieroſolymis herodes compræhenderetur:ne his prius interfectis:ille ſentiens diffugeret.Faſelo ergo cum perſuaderent quidam fugiendo periculum euitare:propenſius aũt oſellius quia hoc a ſaramalla ditiſſimo tunc ſyrioꝝ audierat:nauesq; ad fugam tunc ꝓmitteret.nam iuxta mare fuerant:ille minime hircano relicto fratrem adiuuare paſſus eſt. Cũq; ad barzafranẽ acceſſiſſet:nõ equa inquit te facere uideo:dum talia de nobis cogitas.Nam ſi pecuniis eges: plures tibi ab hircano proferétur quã antigonus promiſit: imo etiam nimis acerbum eſt: ſi legatos qui ad te cum fide uenerũt ĩterfeceris.Tunc barbarus eo dicente hæc: iurabat nihil uerum eſſe: ſed falſa eum ſuſpitione turbari.Et hæc dicens:ad pacorum perrexit.Quo eunte:parthi quidã hircanũ & faſelum ligauerũt: multa de piurio pthos ĩcrepanté.At ille pincerna q̃ cõtra herodẽ deſtiatus fuerat

habens mandata ut eum foras murum procedentē cōpræhenderet: antequā hoc faceret nuncii missi a faselo indicauerūt pthoꝛe perfidiā.Cūq; audisset herodes ab hostibus eos ligatos:cū qrelis accedit ad pacoꝛe:pthorūq; nobilissimos:qui oēm cām scientes dissimulabāt: & dicebāt eum oportere exire foras murū ad occursū lras deportantiū: ne ab aduersariis tenerentur. nam uēisse dicebāt: ut demōstrarēt quātū faselus profecisset.Quibus herodes minie credidit:audiēs ab aliis fratris cōpræhensionē:necnon & suasionem filiæ hircani quā sibi desponderat:de parthis suspicabatur.Quā cū alii non attenderent:ipse obediebat mulieri sapientissime.Dūq; pthi cogitarēt: quid fieri oporteret.nā nō eis uisū est palā tam maximū principē cōpræhendere:& imposteꝛe distulissent:herodes credēs magis quæ de fratre uel de pthoꝛe insidiis audierat:quā aduersariis cōsentire:uespere ueniente deliberauit euitare aduersarioꝛe pericula. Igitur egressus est cum armatis.Cunq; mulieres super iumenta imposuisset:matrem suam & sororem:& quam matrimonio ducturus erat alexādri filiam:qui fuit aristoboli filius & huius matrē hircani filiā: & nouissimū fratrē:oīaq; ī uia necessaria:& residuū populū ad idumeā festinauit hostibusignorātibus.Quoꝛe nullus tā durissimus natura repiri potuit:q nō cū p̄sentia cerneret miserareť eoꝛ: uidēdo mulieres cum infantibus duci lachrymantes & cōgementes q̄ a pria discederent:& nihil iam de se bonum expectarēt.Sed herodes fortiter atrocitatem rei sustinens:& magnanimus contra omne piculum:per uiā unūquēq; confidere hortabatur ne traderet se mestitie q̄ posset eius fugæ nocere in q̄ sola spes salutis eoꝛ depositā eēt.Et illi quidē herodis persuasionibus calamitatē sufferre tētabant:ipse uero pene sese interemit:dum iugo conuerso mater eius mortis piculum sustineret Cuius pp passionē & timorē ne hostes eos p̄secuti:remorātes: circa passiōis curā cōpræhenderēt suum gladiū euaginauit:seq; p̄imere conanté tenuerunt præsentes uiri dū dicerent:non oportet inimicis satisfacere. Nā nō hoc eē fortis:si quidē se de periculis liberās:amatos traderet inimicis. Quibus uerbis cōpulsus :facinus quod in se cogitauerat prætermisit:matrēq; curās:pergebat uiā propositā:& celerius ad masada castellum peruenit.Cunq; multas pugnas contra parthos excurrentes egisset:totas obtinuit.In fuga uero nec iudeis pepercit:qui eum a ciuitate.lxx. stadiis sunt hostiliter persecuti.In illo ergo loco ubi iudeos cōfudit:postea regnum accipiens: aulam optimā constituxit:ciuitatemq; edificauit:quam herodion appellauit.Cunq; ad idumeam ī risa uico peruenisset:frater eius iosippus obuiauit ei:cum quo consilium de omnibus quid fieri debuisset assumpsit:nam magna multitudo eum sequebatur præter peregrinos conductos milites. Oppidū uero masada in quo propositum eis erat effugere:paruum erat ut tantum susciperet populum:e quibus plusquā.ix.milia dimisit:præcipiens per idumea sese liberare:præstans eis uiæ stipendia: necessarios uero in oppidū adducēs puenit.Cunq; ibi deposuisset mulieres q̄ octingēte fuerunt: tritico uel aq̄:uel aliis oportunis assūptis in oppido sufficiēter cōstitutis:ipse ad petras arabiæ recessit.Parthi uero mox die facto:cū uniuersam hierosolymā:& palaciū dep̄dassent: hircani tātū pecunias nō tangebāt:quæ usq; ad trecenta taléta fuerunt.Sed & mulieres herodis euaserunt:ille magis q̄s deportauerat p̄ ꝓuidentiā suā ad idumeā.Dūq; pthis ciuitatis pecūiæ non sufficissent: ꝓuinciā exeūtes uastabāt:& marissam potētissimā ciuitatē expugnauerūt.Antigonus itaq; cū sic ad iudeā a pthoꝛe rege ītroduceret:faselū & hircanū uictos suscepit:nimis aūt cruciabať q̄ mulieres fugissent:quas hostibus dare ꝓmiserat.Nam has pro mercede cum pecuniis pactus est.Veritus aūt ne multitudo hircano quondam regnum restitueret:dum adhuc a parthis custodiretur. aures eius amputauit:molitus ne possit rursus ad eum principatus sacerdotii peruenire propter hanc diminutionem:dum lex hunc honorem iussìsset integros tantū obtinere. Sed faseli mireť quisq̄ fortitudinē.Qui cū sciret se occidendū:nō mortē putauit atrocem esse. Sed sub inimico perire amarissimū iudicauit.Cunq; nō haberet manus a uinculis solutas: & aptas ad interficiendum se ipsum:saxo caput suum percutiens:uitam finiuit.Dicunt aūt:q̄ uulnere maximo cōsectū præcipiens antigonus medicis tanq̄ curandum interemit:mortiferis medicaminibus superpositis in uulnere.Cum itaq; necdum ad integrum animam amitteret faselus:a quadam muliere audiens fratrem herodem aduersarios uitasse:satis internitionem uiriliter & prone sustinuit:dum relíqueret mortem suam uindicatuꝛe: & super inimicum ulcisci ualentem.Herodem interea magnitudo circunuenientiū maloꝛ nō ꝑterruit:sed faciebat eum sagatioré.Nam ad malchū arabū regem multa prius sibi beneficia debētem:remunerationem accepturus prexit:& q̄ magis opus habuisset tum pecunias sumere:seu sibi debitas:seu per donationē dandas: quia multa impetrauerat malchus ab eo.Qui dum fratris interitum non audisset:estimabat eū ab hostibus redimere tiriis argenti trecenta taléta ꝓmittendo. Adducebat aūt & faseli filiū:septimū annū ætatis ducentē:q̄tenus pignus eum arabis deponeret.Sed cum nuncii obuiassent:& dixissent ei malchum iussisse ut a prouincia sua discedere:quodq; parthi præcepissent nequaquam herodē suscipi;quæ

occasione usus est ne debitum solueret:nam & nobiliores arabes ad hoc eum irritabant: quatenus pecunias lucrarer depositas:uel acceptas prius ab antipatro:respondit herodes:nihil eos grauare uenisse se:sed locuturum rem tantū necessariam suis negociis. Postquā autem ei uisum est discedere: caute pergebat cum paucis ad egyptum: uenienq; in quoddam templum remoratus est. Postero uero die cū ādrinoco rura peruenisset:interitū fratris sui audiuit.Malchus autē pœnitens persequebatur herodem:cui minime propinquauit ad pelusium festinantem. Cunque inuenisset classem applicatam:prohibebant eum alexandriam nauigare. Ille uero præsides appellauit:a quibus cum multa ueneratione perductus in ciuitatem:a cleopatra suscipit: quæ nullatenus eum potuit ibidem detinere romā festinantem licet tempestas esset & ytalia plena seditionibus nunciaret. Vnde cū nauigasset ad pamphiliam hyeme atrocissima: uix ad rhodum deducitur. Quos duos sibi amicissimos occurrere cum uidisset:sabinum & Ptholomeum & inuenisset ciuitatem bello cassii deuastatam:quáuis inops esset:tamen benefacere eum nō piguit: sed & super uires suas largitus ad eam renouandam donauit pecunias.Cunq; triremes construxisset & nauigasset cum amicis ad ytaliam in brundisium deducitur:& exinde romam perrexit. Vbi prius antonio retulit quæ contigissent ei per iudeam & qualiter frater eius faselus a parthis interemtus:& hircanus captiuus teneretur:& q; antigonum regem ordinassent mille talenta promittentem: & mulieres quingentas quæ ex prioribus & de genere suo fuissent:& q; suas noctu pduxisset & uitasset inimicorum manus:multas passus calamitates. Post uero deflebat piclitari suos familiares dum obsiderentur:& quemadmodū hyeme nauigasset:contemnens pericula:dum festinaret ad eum:in quo solo spes suas & auxilium firmum possideret.

Capitulum.XXV.

ANtonius autem misericordia mouetur pro herodis calamitatibus deflens:q; & in tali dignitate constitutis hominibus fortuna dominer: necnon & memor amicitiæ pris eius antipatri:& promissionis pecuniarum: quas herodes præbere promiserat: si rex esset:quēadmodū & prius tetrarcha ordinatus:multomagis tamē propter odiū antigoni:dum sediciosum & romanis eum inimicissimū arbitraretur propensior erat herodes apud eum.Cæsar quoq; propter antipatri expeditiones quas ad egyptum patri suo perduxit & hospitium uel omnibus fauorem quem exhibuit:præstans antonio nimis pro herode studens ad petitiones & ad auxilium de quibus herodes petierat:paratior erat.Cunq; senatum cōgregasset messal & atratenus herodem præsentantes:de patris eius intimebant: & quē circa romanos ipse habuisset fauorem:simul etiam antigonum accusabant: hostem eum manifestum pronunciantes: non solum ex his quæ prius commiserat:sed quomō & nunc a parthis principatum romanis nec lectis acceperat.Cum uero senatus pro his commotus:fuisset:antonius insinuabat quēadmodū & contra parthorum pugnā herodem regnare prodesset. Cunq; hoc omnibus placuisset: decreuerunt eum creari regem.Summum tamen fuerat antonio erga herodem studium:quomodo ei & tantum principatum insuperate acquisiuit:quem minime petiturus ascenderat. Nunquā en̄ putabat romanos sibi daturos regnum:quod soliti erant generi sacerdotali donare:& ideo fratri suæ uxoris id præbere uolebat:qui nepos per patrem quidem aristoboli:per matrem uero hircani fuerat:quem postea interfecit:quod apto tempore referemus. Sed cum intra septimum diem contulisset ei senatus quod nullatenus sperauit:& ab ytaliam discedere fecisset: senatu dimisso: herodem medium habentes antonius & cæsar exierunt præcedentibus aliis consularibus: imolaturi & deposituri senatusconsultū in capitolio.Herodē aūt primo die regni pauit antonius:cuius initiū fuit centesima uel octogesimaq̄rta olipiade:cōsulibus gaio demetrio albano secūdo:& gaio asione.Quo tēpore antigonus masada obsidebat:plenā oībus ꝓsperis:tantū uero deficientē aquis. Quapropter & frater herodis iosippus dum cū ducētis familiaribus fugere cogitat ad arabas:dū audiret malchū se pœnitere ꝓ his quæ in herode cōmiserat: ꝓhibuit eū deus: qui nocte tantam pluuiā misit:ut receptacula cisternaꝝ cuncta cōplerenē.Qua copia recreati exeūtes contra antigonū cōfligebāt:q busdā palā:aliis uero furtim:quoꝝ etiā multos i cōgressionibus ꝓstrauerunt. Ventidius aūt eodē tpe rōanis dux transmissus q̄tenus ꝓthos a syria ꝓhiberet: iudeā perueniit:manifeste quidē tanq̄ iosippū adiuturus:oīs uero eius machinatio erat:ut ab antigono pecunias acciper.Igit cū ꝓpe hierosolymā castra posuisset:& satis pecuniaꝝ ab ātigono sumpsisset: ipse quidē cū ampliori malicia discessit:& ut nō māifestaret pecuniaꝝ acceptio:silonē cū quadā parte militū ibi reliquit:quē similiter antigonus remunerabat:ut nihil se molestaret: sperās rursus sibi parthos adiutores.

Cap.XXVI.

HErodes autem ab ytalia cum ad ptholomaidam nauigio uenisset:& cōgregasset non paruam expeditōnē ex peregrinis simul & iudeis:per galileam cucurrit super antigonū.Con-

lib. xiiii. fi 6:14.

ueniebat etiam cum eo filo:& uentidius per dolum compulsi:qui trāsmissus ab antonio fuerat: ut herodem deduceret. Ventidius ergo dum cōponeret turbas quas p ciuitates pthi cōmouerāt: in iudea pecuniis ab ātigono corruptus degebat:herodi uero quotidie uires crescebāt:cui se pœnæ omis galilea tradiderat. Cunq; impetū fecisset herodes in masadam:necārium putans circunseptos in oppido cognatos liberare:fit illi ipedimento ioppe. Nam aduersariam eam existentem oportebat prius apprehendere:ne haberet post se relictū oppidū inimicoꝝ ad hierosolymā pergens. Cūq; silonis uoluntate rebellarent iudei:herodes cū paucis militibus eos inuadit:& ad fugam conuertit:silonē uero incaute cōfligentē a periculo liberauit:ioppē quoq; expugnās:de masada familiares suos eripere festinabat. Tunc quidā ꝓuincialiū ꝓpter paternā amicitiā subueniebant ei:multi uero ꝓpter eius gloriam:imo etiā & alii propter remunerationē beneficioꝝ quæ ex ambobus acceperant:plures uero propter spem quā in eum tanquā in regē habebant. Antigonus aūt oportunos transitus eius insidiis & fraudibus p̄occupans:nihil:aut p paruū hostes ledebat. Herodes ergo de masada familiares suos eripiens:& risan castellū capiens:ad hierosolymam propauit una cū exercitu silonis. Et cū multi fortitudinē eius castraq; ad occidentalē partē posita ciuitatis cernētes metuerent: partis illius custodes sagittarii eius impetū amouebant:quidam uero excusione facta cū hostibus decertabāt. Herodes primū quidē iussit p̄conari circa murum: q; bono populi præsto esset pro salute ciuitatis:nec manifestorum aduersariorum malicia recordaretur: sed etiā inimicissimis abolitionē delictoꝝ quæ i se cōmiserāt repstaturū esse promisit. Antigono uero contra dicta herodis clamantē silonī uel exercitui romanoꝝ: quia præter suam iusticiam egissent:dum herodi priuato & idumeo.i.non integro iudeo regnum darent:cum soliti fuissent hoc generi præbere digno:nam & si nunc de se uel de regno suo grauiter ferrent:tamē sacerdotes qui nihil in romanis peccauerunt iniusta paterentur:si de honore deiicerēt. Cum hæc ad inuicem dixissent & ad blasphemias peruenissent:antigonus repellere prope muꝝ uenientes suis præcepit:quia iaculando uel propensius pugnando facile procul a turribus eius depulerunt. Tunc & silo pecuniaꝝ acceptionē reuelauit. Nam multos ex propriis militibus remisit:dum īdigentiam sumptuū reclamarent & pecunias ad alimenta postularent:quosdam uero ad hyemalia loca destinauit. Nam circa ciuitatē loca deserta erant:eo q; a militibus antigoni omnia diruta fuissent:mouitq; exercitum & discedere tentabat. Herodes aūt petebat duces silonis uel milites ut non se relinquerēt a cæsare uel antonio uel a senatu honoratū:nam prouidere eoꝝ inopie & facile præbere quæcunq; quererent se ꝓmisit. Post petitionē aūt statim ad prouinciā egreditur: nullam occasionē discessionis siloni relinquens. Siquidem multitudinē quāta nemo sperabat necessarioꝝ deportauit a samaria:familiaribus suis aministrantibus triticū uel uinum & oleum:& pecora simul & alia diuersa in hierichunte deducentibus:præuidens ne per sex dies aliquid militibus deesset. Quæ cū non latuissent antigonū:statim misit per prouinciā: qui deberent insidiis prohibere deportatores alimentoꝝ. Cunq; præceptis antigōi peruenissent: grandē multitudinē armatoꝝ circa hierichuntē congregantes:super montes locati:custodiebant alimenta deducentes. Sed dum hæc aguntur herodes nō ocioſe degebat:sed.x.turmas suscipiēs quaꝝ quinq; iudeorum erāt:aliæ uero mercede cōductæ:necnon & equites paucos:ad hierichunta peruenit. Cūq; ciuitatem desertā inuenisset:quingentos uero excelsa præoccupasse cū uxoribus & cognationibus:hos quidem ipse dimisit:romani tamē irruentes ciuitatē deprædauere: dum plenas domos pecuniis reperissent. Igitur custodiā rex in hierichūte relinquens reuertitur:& romanoꝝ militiā ad hyemalia dimisit in idumea uel galilea:uel samaria. Impetrauit autē & antigonus a silone pro pecuniaꝝ munere:ut partē exercitus romani in liddis susciperet pro antonii satisfactione. Romani itaq; in deliciis erant:& ab armis quieti:herodi uero minime uisum est otiū habere: sed ad iudeam fratrē iosippū cum duobus militibus peditū:& quadringentis equitibus destinauit. Ipse uero cum ad samariā pueniſſet: & ibi deposuisset matrē & alios cognatos ab masada deductos: ad galileam usq; peruenit:capturus quædā loca:quæ custodes antigoni præoccupassent. Perueniens aūt in sephori:custodibus antigoni fugatis:in abundanti ꝓsperitate erat. Postinde contra quosdam latrones in speluncis habitantes equitū alam & peditum tria agmina transmisit:quarenus ꝓhiberent eos:ne latrocinium exercerēt. Hæc aūt iuxta uillam uocabulo arbilon fiebāt ubi ipse.xl.die cum omni expeditione profectus est. Hostes uero cum cōflixisset uerterunt leuū cornu agminis eius:quos ipse inuadens fugauit:suos aūt fugientes eo loco constituit:permansit uero contrarios persequens usq; ad iordanē fluuium: cum per alias & alias uias diffugerent. Itaq; cum totam galileā cepisset:præter eos qui in speluncis habitabāt: & diuisisset pecunias unicuiq; uiro centum & quinquaginta dragmas præbens:ducibus autē multoplus:ad hyemalia eos loca remisit. Sub idem tēpus & silo cum suis ducibus ad eū uenit:eo q; noluisset antigonus alimēta

per hyemalia constitutus ꝑbere. Nam plus mense non eos pauit: sed & misit ī circuitu ꝑ ꝓuinciā præcipiens: ut oīa dissipassent: & ꝑ montes confugerent: q̄tenus de necessariis nihil habentes romani fame consumerentur. Herodes uero prouinciā eoꝝ fratrē suum habere præcepit: simul & alexandriū oppidū muro circundare. Qui celerius abūdantiā necessarioꝝ militibus præparauit & alexandriū olim dirutū reconstruxit. Eodem tpe antonius qdē athenis morabaē. Per syriā aūt uentidius siloné accersiés cōtra pthos: primū quidē mādauit herodé adiuuare: deinde uero ad se auxiliatores conuocare. Cunq; herodes contra latrones in spelūcis festinaret: siloné quidē ad uētidium transmisit: ille uero contra illos expeditionē ꝓduxit. Erant enī latronū cubilia in montibus abruptis constituta: & ꝑ mediū altissimos habentia transitus saxis acutissimis circundatos: ubi cū oībus suis familiaribus latebant. Rex aūt archas construens: ferreis cathenis ligans: ꝑ machinam de uertice montis sup eos deponebat: dum nec ab inferioribus ascendere ꝓpter acutum monté potuissent: neq; de supioribus contra eos ascendere. Arce uero militibus armatis plene erant: falces longissimas habentibus: cū quibus resistentes latrones abstractos occidere ꝑualerēt. Sed depositionē arcaꝝ contigit incaute disponi: dū nimis ad alta descendissent. Habebant uero intus etiam neccāria. Cum itaq; arcæ depositæ fuissent: nec audirēt quidē ab spelūcis exire: unus ex militibus gladio accinctus: & ambabus manibus cathenā tenés ex qua arca pendebat: descendit in speluncā: abhorrens morā non audientiū exire latronū. Cum uero ꝓpe unā spelūcā uenisset: primū quidē iaculis multos fugauit post aūt falce resistentes ipellebat ad ꝑcipicia ruere. Cūq; intus ingressus esset: multos occidit: & reuersus in arcā quieuit: timor uero reliquos gemitum audientes: & salutis despatio cōprehendit. Rei aūt terminū nox ꝓhibuit: & multi rege concedéte sese subiectos tradiderūt. Sed & eo mō altera die in cōflictionibus usi sūt: ut ab spelūcis latrones exirent: & ante ianuas pugnarent. Milites aūt in circuitu siluæ ignē miserunt: & ita multos incēderet. Tunc senex quidā intus cū. vii. filiis & uxore relictus est: quibus petentibus q̄tenus eos dimitteret ad hostes exire stās sup ostiū speluncæ: unūquēq; filioꝝ suoꝝ exeūtē ꝓsternit: usq; quo cunctos interemit post aūt & suā uxorē. Cunq; in precipicio cadauera iactasset: sup illa se quoq; dedit: mortē ꝑ seruitute sustinés: multaq; prius in herodē uociferatus & infirmitatē exprobrās: licet rex dexterā ei tetendisset: & oēm licentiā ꝓmisisset. Igitur his actis: iā oēs speluncas obtinuerat rex. Vbi ducē ptolomeū ordinās: ad samariā cū sexcentis eqtibus & tribus milibus peditum discessit: tāquā antigonū expugnaturus. Ptolomeo uero nō bene cessit hæc militia: siqdē hi qui prius galileā turbabant: inuadentes eū interemeret. Cūq; hoc fecissent ī nemoribus & ī difficillimis locis confugiūt: prædantes & rapiētes oīa: quos reuersus herodes puniuit. Nam multos trāsgressores interfecit: & eos qui in munitissimis locis cōfugerant: obsidione capiens occidit: & castella deposuit. Multauit etiā ciuitates rebellibus extinctis: centū talētis. Interea pacoro bellis ruente: cū pthi fugissent: mittit uētidius macherā adiutorē herodi cū duabus cohortibus & mille equitibus: ātonii præceptis obsecutus. Machera itaq; antigono uocāte ꝑter sniam herodis pecuniis corruptus propabat exploraturus eius negocia. Cuius negocia suspecta habēs ātigonus aduētum eius nō suscepit: sed fundis eū ꝓhibuit: & demonstrauit eius uolūtatē. Quod ubi machera sensit: & herodē optie sibi psuasisse cognouit: seq; peccasse nō audiété āmōitionē illius: ad samau ciuitatē discessit: iudeos uero ꝑ uiā occurrētes amicos uel inimicos ꝓstrauit: iratus ī his q̄ passus esset. Rex aūt his incitatus: ad samariā prexit. Vnde ad ātoniū cū ꝓpter hæc deliberaret ꝓficisci: & suggere: q; talibus auxiliatoribus nō egeret: q magis ei quā hostibus nocerēt: seq; ipsū sufficere ad expugnationē ātigoni: macheras secutus supplicat ei ut ꝑmaneret: si tamē oībus modis iturus esset: fratrē suū iosippū sibi præponeret: ut debellaret ātigonū. Itaq; petitus a machera recōciliaē ei. Cūq; reliqsset iosippū cū militia: psuasit ei ne piclitaretur: neq; machere aduersareē. Ipse porro ad antoniū festīauit: qui samosata oppidū iuxta eufraten obsidebat: cū eqtibus & peditibus auxiliatoribus. Cūq; ad antiochiā pueniss̄et: iueniss̄etq; cōgregatos: qui ad ātoniū ꝑgere festinabāt: timore tamen q; in uia barbari multos inuaderēt & interimerēt non audientes transire ipse eos adhortatus dux itineris factus est. Sed eum tamen duas mansiones samosatoꝝ u... esset: insidiæ barbarorum ibidē locatæ: euntes ad antoniū inuadebant. Nam spinis obstruebāt cāpoꝝ aditus ubi etiā equitū nō paucos ociose sedere barbari disposuerūt: ut cū ad campū pueniret: impetum sup eos facerent. Sed ut primi transierunt: & retro obseruaret herodes: barbari subito ab insidiis quīgenti secuti primos ad fugam uerterunt. Tunc rex impetū cū suis militibus in eos faciés: stati hostes inuadit. Quos cū in fugā uertisset: audaciā suoꝝ excitauit: & cōfidenter eos fecit reuerti: qui prius fugiebant. Tunc rege a tergo pugnāte: undiq; barbari circundati prosternebantur. Sed cum multa iā direpta fuissent uasa uel sarcinulæ uel mancipia: uniuersa rex hæc eripiens ꝑgebat. Porro tamen cū multi de silua ꝓpinquāte eo cāpis cōtra eū exissent: his cōfligēs ipse cū cohorte

fortissima:uertit eos in fugam: multos interimens:oportunamq; sequentibus uiam præstabat qui saluatorē & propugnatorē eū uocauerūt.Cū aūt ꝓpe samosata prexisset:trāsmittit antonius exercitum cū ornatu ad occursum herodis:hunc ei honorē retribuens auxilii cā:nam barbaroꝝ insidias & impetū contra eos factū audierat.Cunq; præsentē alacriter uidisset & cognouisset ab eo quæ p uiā acciderāt:amplectebaf:& uirtutē eius laudibus efferebat:& osculabatur eū: & ꝓponebat sibi qué pauloante regē ipse monstrauerat.Sed cū antiochus non multo post oppidū traderet:& a bello desineret:sossio quidē ātonius precepit auxiliū herodi præbere:ipse uero ad egyptum discessit.Tunc sossius duas legiones cū herode premisit ad iudeam:ipseq; cū ampliore exercitu sequebatur.Contigit iosippū etiam in iudea tali mō pire.Hic īmemor præceptoꝝ fratris ad antoniū euntis:exercitum p montes ꝓduxit.Nam quīq; cohortes ei machera dederat ad hierichuntem ꝓperanti:dū uellet triticum metere:& romanis militibus nouis adhuc & belloꝝ īexpertis existentibus quorum multi a syria delati fuissent:aduersariis eum inuadentibus relictis in difficillimis locis:fortiter pugnans īterimit: cunctū pene exercitum pdens:siquidem sex turmæ extinctæ sunt.Antigonus aūt cū inimicos uicisset:caput iosippi incidit:quod quīquagīta talētis frater eius ferora redemit.Sed etiā post hæc deferentes galilei potentes gētis suæ:socios herodis in palude mergebant:multi quoq; & in iudea rebellauerunt.Machera aūt oppidū gutā munitissimum capit.Nuncii uero cum regi in dasne antiochiæ nūciassent fratris casum:& ipso quidem hoc sperante ꝓpter uisiones quas euidenter in somnis de morte fratris sui uidisset: festinās ꝓficiscebatur.Et cum ad montē libanū pueniſſet:octingentos exinde sumens:habens etiā romanū exercitū ad ptolomaidē puenit:unde noctu surgens:cum expeditione galileam adiit.Cui cū hostes occurrissent:& prælio uicti fuissent:in aliquo oppido concludūt:unde & prius egressi sunt. Dumq; congressiones facerent:multa tempestate cōmota:nihil ualēs cōficere exercitū ad uillas ꝓpinquas pduxit. At cū ab ātonio secunda legio uenisset:& q oppidū tenebāt:territi nocte ipsū reliquunt:& rex ad hierichuntē urgebaf:ultionē exacturus ꝓ fratre.Vbi cum ꝓfectus esset:potentissime suos pauit.Post conuiuiū aūt cum ad supiorē domū ascendisset:dimisit oēs qui præsentes erāt:ubi miranda affuit dei circa regē ꝓuidētia.Nam tectū domus subito cecidit:& neminem cōpressit.Vnde oēs crediderunt herodē dei amatorē esse:dū tā maxīum & mirandū piculū uelociter euitasset.Postremo die aduersarii cū a sūmitate mōtiū sex milia ad pugnā descenderēt: timore romanis īmiserunt. Qui cū accessissent:iaculis lapidibusq; regis socios exeuntes uulnerabant:& ipsum quidā telo circa præcordia pcussīt.Antigonus aūt ad samariā ducē mittit pāpū nomine: cū aliquāto exercitu:cupiēs hostibus opinionē de se:tanq̄ de bellatore pstare. Machera uero duci pāpo assedebat.Herodes inter hæc quinq; ciuitates cū cœpisset:relictos ibi duo milia existētes interfecit: ipsasq; ciuitates incendens:rediit contra pampū:qui castra sua cōtra uillā adsunā uocabulo dispositi. Dūq; multi cōfluerēt ad eū ab hierichūte:& ab iudea:iuxta hostes accessīt:eosq; audacter precurrentes cū eis confligens deuicit.Quos ꝓsequēs:ꝓ fratris sui uindicta occidebat.Quoꝝ multi dum in domibus armati cōfugissent:tectis auulsis:lapidibus eos desup oppressīt.Quod factū aduersarioꝝ magis aios confregit:ꝓperantiū futura deteriora existere. Nā non latuit multitudo ad uillā fugientiū:& nisi tunc tēpestas grandis descēdisset:& rex ad hierosolymam exercitū de uictoria cōfidente destinasset:omne opus tūc pfecisset:antigono iam fugā meditante:& a ciuitate discedere.Rex aūt uespere facto:cœnare milites præcepit. Ipse uero cum aliquam domum lassus intrasset quo balneū erat:pene maximū periculū incidit:quod ꝓuidētia dei uitauit.Nam dudum & cū uno sequente puero lauantē:hostium quidā qui armati in eadem domo ꝓ timore celati fuerant iuadūt.Quoꝝ unus exiit gladium tenēs:& p ianuā currit:& post hunc secundus & tertius similiter armati:nihilq; tamen regem leserunt.Postero die interempti pampi caput ferora decidens:pro ultione fratris:herodi transmisit.Nam is manu sua illius īterfector extiterat.Desinente uero hyeme regressus:inde prope hierosolymā puenit:& iuxta ciuitatem castra sua locauit:tertio regni sui āno: ex quo romæ ordinatus erat.Postea rursus sua castra iuxta murum accedens transmigrauit:unde potuisset ante templum ciuitas expugnari: sicut & prius a pompeio:& tribus aggeribus locum circundās:turres erexit. Cūq; multa manu ad opus usus fuisset:& siluā decidisset:& oportunos operātibus præposuisset:ipse ad samariā pro nuptiis discessīt:ducturus alexandri filii aristoboli filiā:nā hāc sibi despōderat: sicut & prius retulimus.

Capitulum.XXVII.

POst nuptias autem uenit sossius per phenicem cum exercitum per mediterraneam premisisset:uenit etiam multitudo equitum & peditum.Tunc rex quoq; regressus ē a samaria: non paruam super priorem expeditionē producens:siquidē triginta milia fuerant.Omnes aūt prope hierosolymorum muros congregabātur:ubi circūsedebāt

per aq̄lōis ꝑtem muros ciuitatis. Quorum exercitus erat undecim cohortes peditū: & ſex milia equitum:necnon & auxiliatores ſyri:& duo duces ſylo & ſoſſius:qui & ab antonio miſſus eſt auxiliator.Herodes aūt decertabat pro ſe quatenus ab antigono principatum reciperet: qui romæ dudum hoſtis fuerat iudicatus:& pro illo rex herodes per ſenatuſcōſultū ordinatus.Cum multa autē alacritate uel certaminibus iudei qui intra muros concluſi fuerāt:herodi repugnabāt:multaq; pro templo diuulgabant:multa etiam pro ſolaciis populi:tanq̄ liberante eos a periculis deo: & omnia foras ciuitatem diſtrahebant:nequid ad alimētum uel hoīum uel iumētoꝝ relinq̄ret: & latrociniis furtim uſi:inopiam eis parabant.Quæ cum herodes perſpexiſſet aduerſum latrocinia quidem in oportuniſſimis locis inſidias pauit:de expenſis autem longius agmina militum tranſmittens:uenalia congregabat: ut intra paucū tēpus multam affluentiā eis nccāriorū faceret abundare:manuq; multa frequenter operantes:tres aggeres citius eriguntˇ.Eſtas enī erat:& nullum uel ab aere:uel ab operantibus impedimentū fiebat:ſed machinamenta inferentes: murum ꝓmouebant:& omnibus experimentis utebantur:nec tamen terrebant intra ciuitatē exiſtentes. Nam illi reſiſtentes:contra iſtos non pauca excogitabant: quædā adhuc impfecta iſtrumēta:alia uero ꝑfecta cōburentes.Cunq; ad manus ueniſſent:non minores romanis audendo fuerūt : niſi quia diſciplina deerat militaris aduerſus machinas.Nāq; muros cōſtruebant:iam prioribus edificiis euerſis:& ſub terram fodientibus occurrentes confligebant:& deſperatione tamen potius quam prouidentia belli uſq; ad ultimū permanebant:licet magna expeditione obſeſſi: uel fame magna fatigati:uel inopia nccāriorū fuiſſent exhauſti.Nam ſeptimus tunc ānus acciderat. Interea aſcendunt quidē ſup murū uiginti priores:poſtea uero centuriōes ſoſſii.Nam primus murus captus iam fuerat diebus q̄draginta:ſecundus aūt quindecim:& aliquæ circa templum porticus incenſæ ſunt:quas herodes antigonū incendiſſe dicebat:odium ei mercatus iudeorū.Sed poſt dū ibi capta exterior ꝑs templi fuiſſet:& iferior ciuitas:ad interius ſacrariū:& ad ſuperiorē ciuitatē iudei confugierunt.Cunq; timuiſſent ne prohiberent eos romani deo quotidianas īmolatiōes offerre:ꝑ legatos ſupplicāt:permitti uictimas ſolitas introduci.Herodes aūt dum putaret eos iā quieuiſſe conſenſit.Sed cum nihil uideret fieri quæ putaſſet:immo fortiter repugnare ꝓ ātigoni principatu inſtanter accedens:ciuitatem expugnabat:& oīa ſtatim internitionibus ſunt cōpleta. Siquidem romani pro mora obſidionis iraſcebantur:herodes autē nullos ab iudeis aduerſarios relinqui uolebat.Occidebant igitur ꝑ uicos & ꝑ domos quoſcunq; iueniſſent:fugantes eos & in templo concludentes:neq; infantibus:neq; ſenibus:neq; infirmitati mulierū miſericordiā ꝓſtantes:ſed & rege deſtināte & petente ut parcerent:nemo fuit qui dextrā retineret īmotā:ſed furioſi cunctā ætatem extinguebant. Vnde & antigonus nec prioꝝ nec præſentem fortunā cōſiderās: a turre deſcendit:procidens ante pedes ſoſſii.Ille nequaq̄ eum miſertus pro calamitate:ſed plauſibus incōtinenter uſus:antigonam eum tanquā fœminam nominauit:quē non ut mulierē ſine cuſtodia remiſit. Et ille quidē ligatus cuſtodiebatur:herodes uero prouidebat prohibendo alienigenas auxiliatores.Nam feſtinabat multitudo ꝑgrina templum uidere:& ſancta in ſacrario conſtituta.Rex aūt quoſdam petēs:aliis interminatus:multos autem & armis uetebat: ꝑditionē priorem uictoriam eſtimans:ſiquid iuiſibilium uiſum fuiſſet.Reſecabat etiam rapinas ciuitatis multum contra ſoſſium altricatus dicendo. Si pecuniis & hoībus romani ciuitatē euacuauerīt: deſertæ regionis meæ regem relinquent : ſed & ante ciuibus proſtratis : breuem uniuerſi iudei principatum iudicari:pro repenſione necis huiuſmodi.Ille uero cū pro obſeſſiōe.militibus iuſte prædam permitti dixiſſet: reſpondit ipſe ſe pecunias de ſuo mercedem ſingulis preſtaturum : & ita reliquam ciuitatem promiſſionibus completis liberauit.Nam ita munificenter ſingulis militibus & ducibus merito regali:& ipſi ſoſſio donauit ut omnes pleni pecuniis abirēt.Hæc paſſio hieroſolymoꝝ ciuitati contigit : conſulibus marco agrippa:& canidio gallo:centeſima & octogeſimaquinta olimpiade:tertio menſe:in celebratione ieiuniorum:tanquam reuerſa calamitate quæ ſub pompeio iudeis illata eſt.Nam tunc eodem die captiuitatis uigintiſeptem anni eſſe noſcuntur.Soſſius uero cum auream deo coronam deuouiſſet reuerſus ab hieroſolymis:antigonū ligatum ad antoniū ꝑduxit.Herodes quoq; ueritus ne cuſtoditus antigonus ab ātonio:& romæ ꝑductus:allegationibus ſuis ſenatui demonſtraret ſe quidem ex regalibus deſcendentem: herodem autem priuatum:& q; oporteret filios eius regnare propter genus ſi ipſe romanis peccaſſet: multis pecuniis compulit antonium:ut antigonus interficeretur.Quod cum factum fuiſſet:herodes q̄dē depoſuit.Deſtitit aūt hoc mō aſamonei principatus poſt cētū uigīti ānos.Nā de familia clariſſima genere uel honoꝝ ſacerdotali fuerat.Cuius cū multa ꝓ gēte iudaica ꝓntes egiſſent: ꝓpter mutuā ſeditionē pricipatū āiſerūt.Trāſiit aūt ad herodē ātipr̄is filiū de familia popularī: uel genēr priuato:& ſubiecto regibus.Nos igiť hūc terminū cognatiōis aſamoneoꝝ accepimus.

lib xv.

lib: 15.

HAec insunt inquintodecio libro iosephi historiaꝝ iudaicæ antiqtatis. Cap.i
Qualiter capta ciuitate p sossiū & herodem:antonius quidē antigonum in antiochia interimisset:herodes aūt quadragintaquinq; ex amicis illius primates hierosolymorum reuersus extinxerit. Cap.ii.
Quomodo hircanus primus rex iudeorum:& princeps sacerdotum a perthorum rege arsace dimissus:ad herodem reuersus est. Cap.iii.
Quemadmodum herodes aristobolum uxoris suæ mariannæ fratrem: principem sacerdotum ordinauit:& paulopost occidit. Cap.iiii.
De cleopatra: ut iudeorum & arabum regnis insidiata: partem eorum ab antonio postulauit:& ad iudeam peruenit. Cap.v
Quemadmodum herodes debellasset aretham tempore quo antonius a cæsare in antiochia pugna deuictus est. Cap.vi.
De terremotu p iudeā facto:& internitione hoīum uel iumētoꝝ:& de sermone herodis quē ad iudeos de instauratione belli contra arabas fecit. Cap.vii.
Quemadmodū herodes nccário ꝓfecturus ad cæsarē uictorē:hircanū extinxit. Cap.viii.
Qualiter a cæsare regnum accepisset:cui p syriam in egyptum eunti aduersus antoniū & cleopatram susceptionem parabat. Cap.ix.
Quemadmodū herodes cū in egyptum pueniſſet a cæsare multipliciter honoratur:& de interfectione uxoris suæ:uel alioꝝ de genere hircani:& de miris constitutionibus:constructionibus: adinuētionibus more gētilicio:qbus corrupit legē iudaicā. Cap.x.
De fame p iudeā & syriā facta:& ut seruauit populos & ciuitates herodes: & rursus mira & clara opera eius seu fœlicitas:& de essēno quodā q diuinatōis habuit noticiā. Cap.xi.
Qualiter uetus templum post sexcentos annos deposuit:& aliud duplum condidit.

Incipit liber.xv.antiquitatis iudaicæ.

SOssius quidem & herodes qualiter hierosolymam cœperunt: necnon & antigonum captiuum in superiore uolumine demonstrauimus: sequētia uero nunc explanabo.Cum totius iudeæ prīcipatum herodes sumpsisset: quantoscunq; priuatos sui fautores inuenit: in dignitatibus eos cōstituit: illos autem qui contraria elegerant: non destitit tormētis singulis diebus affligere.Honorabantur apud eum polion phariseus:& sameas discipulus illius.Siquidem obsessis hierosolymitis:isti persuadebant herodem suscipi:pro quo & recōpensatione gratiarū fruebantur. Nam hic erat semeas: qui quondam in iudicio dum herodi pepercisset hircanus: prædixerat indicans ei uel iudicibus: q; herodes liberatus eos omnes persequeretur:quod & factum est:deo sermōes illius adimplēte. Eodem tempore cum hierosolymam tenuisset herodes: omnem ornatum ciuium auferens: in aula colligebat.Ex quo multum pondus argenti uel auri ātonio:uel amicis eius donabat. Interfecit etiam quadragitaquinq; priores ptes antigoni.Nam custodes per portas muri disposuerat: ne quid deportari possit cum defunctis.Mortui uero cum excrutarētur:siquid argenti:aut auri: aut aliud necessarium fuisset inuentum:regi deferebatur:nullus uero malorum terminus erat. Nam auaricia rectoris:male conquisita deterius expendebat.Prouincia autem inculta permānsit: septimo āno cogente:in quo agriculturam exercere:illicitum nobis esse probauimus. Antonius itaq; cum captiuum antigonum suscepisset:deliberauit ligatum in triumpho seruare.Sed audiēs gentem rebellare antigono fauentem:donisq; herodis redemptus: iudicauit in antiochia illum perimere:quia nullatenus iudei quiescerent.Quod testimonio strabonis capadocis cōfirmatur: ita dicentis. Antonius antigonum iudeum in antiochia perductū interfecit.Et uisus est hic primum iudeorum regem occidisse: dum non estimaret: alio modo sententias iudeorum flectere: quatenus susciperent pro illo constitutum herodem. Nam nec tormentis subditi: regem eum appellari patiebantur:tanquam magnum aliquid de priore principe retinentes.Infamiam igitur uel odium herodis ira minuere putauit.Hæc quidem strabo locutus est. Cap.II.

CVm uero herodem principatum tenuisse hircanum princeps sacerdotum audisset:q captiuus apud parthos tenebatur:rediit ad herodē:de captiuitate tali modo solutus. Barzafranes & pachorus parthorum duces cum captiuos hircanum principem sacerdotum prius cōstitutū:post autem & regem:& fratrem herodis fasselum ad pthos pducerēt:fasselus nō tolerans uiculoꝝ obprobrium:& omni uitæ ꝓponens mortem gloriosam:

ipſe ſuus peremptor ſicut ꝑdictum eſt apparuit.Hircanū uero ad pthos perductū:fratres pthoꝝ princeps modeſtius attendebat:dum nobilitatem de proſapia eius audiſſet.Quapropter remiſſum a uinculis:babilonie ſeruari conceſſit ubi & multitudo iudeoꝝ hircanum tanquā principē ſacerdotum & regem:& omnes uſq; ad eufraten iudei habitantes honorabant.Qui dū his frueretur:& audiret herodem principatum ſuſcepiſſe mutauit ſpem ſuam:ab initio ei amiciſſimus exiſtens:quem & gratiæ memorem putauit:q; eum a queſtione & mortis dānatione:uel piculo tormentiſq; liberaſſet.Sermones ergo iudeis proferebat:feſtinando ad eum proficiſci.Qui uetabant & rogabant eum permanere dicentes:q; officioꝝ ſimul & honoris in ſacerdotali uel principali dignitate nihil apud eos minus habuiſſet:ꝑſertim dum nihil ab hieroſolymitanis poſſet promereri pro diminutione corporis:quam ab antigono pertuliſſet.Retributiones autem non ſimiles a regibus dantur quas priuati a benefactoribus accipiunt:nam mutat eos fortunæ prouentus.Talia cum ei ſuggerent:hircanus deſiderio eundi tenebatur.Cui ſcribēs herodes petebat fratrē & illic iudeis ſupplicare:q̄tenus non inuiderent ei una ſecū comune regnū poſſidere.Nam extitiſſe dicebat:quo ipſe gr̄as ei redderet pro beneficiis:cū ab eo nutritus & ſaluatus eſſet.Hæc ſcribens hircano:mittit ad fratrē legatū ſaramallā:& dona multa:ſupplicans:me impediret gr̄as reddere:quas beneficio deberet.Erat aūt ſtudiū eius nō pro hoc:ſed quō præter meritū pricipatum obtinuerat:timebat ne illi rationabiliter auferetur:& Hircanū properabat ſub poteſtate ſua redigere:uel penitus eū diſperdere:qđ & poſtea fecit.Tunc tamen flexo ptho:pecuniaſq; iudeis ei dantibus ut ueniret:cū omni eū honore ſuſcepit & in conuentu primū ei locū:& in conuiuiis primū ei lectū cōcedebat:quā etiā decipiebat patrē uocando:& oībus modis iſidias iopinatas ei ꝑabat.Diſponebat etiā reliq̄s cū eo ſui pricipatus utilitates:unde & i familia eius ſeditio exarſit.Nā dū obſeruaret ne nobiliſſimus quidā priceps ſacerdotū dei haberet:inuitauit aliquē ex ignobiliſſimis ſacerdotē de babilone:noīe ananelū:& huic pricipatū ſacerdotii deſignauit.Quod nō pꝛtulit alexandra filia hircani:uxor alexandri:filii ariſtoboli regis:ex quo filios habuit:unū quidē pulcherrimū ariſtobolū noīe & herodis coniugalē mariāne:forma nobiliſſimā.Turbata ergo & moleſte ferens infamiā filii:q; illo ſupſtite:alter aduena principatū ſacerdotii meruiſſet:ſcripſit cleopr̄æ:ſodali ſuo lr̄as deportāte:ut peteret ātoniū pricipatū ſacerdotii filio ſuo ꝑſtar.Sed ātōio negligēte petitionē:amicus eius gellius ad iudeā cū ꝓpter aliq̄s cās puēiſſet:& uidiſſet ariſtoboli pulchritudinē & magnitudinē & iuuētutē:mirabat:nō miꝰ etiā mariāne regi cohabitāte ſtupebat.Vnde alexādrā bonoꝝ liberoꝝ matrē exiſtimās:& ad ſermōes eius uēiēs:flectit eā pigeꝛ ābo rū imagines:& antonio deſtinare dicēs:cū eas uiderit:petitiōes eius mōis oībus adimplebit.His elata uerbis:alexādra imagines antonio direxit.Cui gellius referebat dicēs:nō ab hoīe putari:ſed a quodā deo eſſe liberos alexādræ:dū uellet ad libidines antoniū emolire.Qui puellā quidā eru beſcens herodi nuptā accerſire:uerūetiā cleopatrā metuēs cōtriſtari:ſcripſit ergo pueꝝ trāſmitti cū honore:addēs ſibi gratū iuuenē uiſū fore.His deportatis ad herodē lr̄is:nō cautū exiſtimauit:iuuenē excellentē ariſtobolū:& tunc iam ſedecī ānos ducentē:genere nobiliſſimo:ad antonium deſtinare potentiſſimū romanoꝝ:& patū ſuæ luxuriæ ſupponere pueꝝ:q etiā libidinoſus p potentiā exiſtebat.Reſcripſit ergo dicēs:ſi puer exierit a ꝓuincia:ſtati oīa bello uel ſeditionibus cō plebūtur:iudeis ſpantibus reꝝ nouaꝝ mutationē.Quibus reſcriptis cū ātoniū excuſaſſet:iudicauit nō ultra pueꝝ uel alexādrā humiliare:ſed etiā uxore ſua mariāne ualde petēte:q̄tenus fratri ſuo principatū ſacerdotii redderet:qđ ꝓdeſſe arbitratus eſt:dū nec ad ātoniū ꝓficiſci poſſet tali ꝑditus adoleſcens honore.Conuētū itaq; faciēs aīcoꝝ:multū alexādrā accuſabat:dicēdo:latēter inſidias egiſſe ꝓ pricipatu dū p cleopatrā ageret:q̄tenus ipſe quidē regno priuaret:puer aūt pro ipſo reꝝ gubernationē ab ātonio ſuſcipet:& hæc qđē illa nō iuſte poſtulaſſe:q; & filiū ſuū a poſſeſſo iam honore priuaret:& ſeditiones in regno moueret:cū multū ipſe laboraſſet ut poſſideret multis & nō fortuitis piculis:uerūetiā nullatenus memor ipſe maloꝝ illius:ſed beniuolus circa eos eēt:& nūc puero pricipatū ſacerdotii ꝑberet:ideoq; olim ordinaſſe dicebat ananelū q; ualde puer eſſet ariſtobolus.Cū tamē hæc nō incaute dixiſſet:ſed ꝓ deceptiōe mulieꝝ & ꝑſentiā amicorū:læta & nō ſpans alexādra cū lachrīs ſatisfecit:dicēs:& ꝓ ſacerdotio qđē oīa:& ꝓ īfamia feſtinaſſe:regnū uero nec deſideraſſe iq̄t:nec ſi oblatū eēt cupide ſuſcepiſſe:cū & nūc nimiū honorē habeā ꝓpter pricipatū eius & tutelā:cuius uirtute totū gēus meū effulget honoribus:nūc quoq; beneficiis uicta:ſuſcipio filii honorē:& ipoſteꝝ ad oīa ero ſubiecta.Petebat ergo:ut ſiqd ꝓpter genus & ꝑſentē ſibi fiduciā temerariū pro indignatione feciſſet:ignoſceret.Poſtq̄ aūt locuti ſunt dextris datis:reconciliantur omni ut uidebaē ſublata ſuſpitione. Cap.III.

ITaq; rex herodes ſtati pricipatu ſacerdotii ananelū ꝓter legē exiuit:ſeditiōes domeſticas pacando:nā nō licebat aliquē honore ſemel accepto fraudari:qđ prius ātiochus epifanes

destruxit:dum auferret ab iesu sacerdotiū:& ordinaret fratrē eius oniā: secūdus aūt aristobolus hircanū fratrē suū priuauit:tertius herodes principatū sacerdotii adolescēti tradidit aristobolo. Tūc quidē putabat sedasse cōtētionē:& licet reconciliati fuissent:nō tamen securus degebat:dum alexandrā ex pteritis conatibus ne tēpus nouarū rerū capet ualde timeret. Quapropter pcepit eā ita in aula cōuersari ut nihil sub ptāte sua haberet:diligenter etiā custodiebatur occulte ne quid pter quotidianā cōuersationē niteretē q paulati magis illā exacerbabāt:& in odio suscitabāt:nam supbia mulieris diligentiā custodie indignabaē hē:dū oīa potius uellet pati quā fiducia priuari: & fucosum honorē cū seruitute uel metu possidere. Ad cleopatrā igitur in quibus existeret frequenter se lamentando destinabat:postulans sibi auxiliū præberi. Quæ iussit ei furtim cum filio in egyptum ad se confugere. Cunq; hæc ei placuisset:tale aliquid excogitauit. Duo locula tanquā pro mortuorū exequiis parauit:in quibus seipsam & filiū mitti dixit. præcipiens cōsciis famulis ea noctu deferre: & exinde uiā ad mare facere ubi nauē in qua nauigarēt ad egyptū præparatam habuisset. Hæc sabbioni amico alexandri esopus seruus eius edixit. Quod cum sabio audisset & inimicus herodis esset q; inter insidiatores antipatri de ueneno conscius putarē:odium lenire p indicatiōis fauorē sperauit:& regi nunciauit īsidias alexandræ. Qui cū eam usq; ad conatū pcedere dimisisset:ī ipso facinoris opere detinuit:sed iuitus cōcessit culpā:dū putaret nullatēus cleopatrā cessare: si cōtra se cām iuenisset. Palā ergo magnanimitate uel modestia ueniā ei largitus ē. Proposuit tamen oībus modis adolescētem pimere:sed tacito pter uerisimilē dissimulationē. Cum ergo tabernaculorū festiuitas uenisset quæ apud nos cū summa ueneratione celebrat:tunc quidem distulit:& in deliciis ipse & reliqua multitudo mouit tamen eū festinare uoluntatē suā cōficere inuidia. Nam cū adolescens aristobolus octauum & decimū annum ducens secundum legem sup aram ascenderet uictimas immolaturus & ornatu sacerdotali circundatus celebraret religionis consequentia:magnitudinē sup ætatem ostendens necnon & generis dignitatē:populi sui excitauit fauorem:& aristoboli aui sui præsens memoriā eis reduxit. Qui paulatim puocati: uoluntates suas iam demonstrabant:gaudentes simul & leticia perfusi:uoceq; laudabiles in eum orationibus mixtas emittebant:ut manifestus fieret populi fauor & temerarius: sub regno itaq; constituti:cum aliorum præterita beneficia memoraret. Inter hæc omnia statuit herodes uolūtatem quam in adolescentem habuisset implere. Celebratione aute transacta dum in hierichūte maneret: & in conuiuium eos alexandra peteret:herodes adulabatur adolescenti:& illiciebat ad affluentiam potionis:paratus conludere:uel iuueniliter ad gratiam illius iocari:& loco estiuo illic existente:collecti simul exierunt refrigerium captātes. Cunq; fontibus assisterent:calorē meridianum aura temperare:prius quidem natātes seruos & amicos prospiciebant: post autem adolescens cum irritaretur:herodis amici quibus hoc præceptum fuerat tenebris iam tenentibus: sepe eum mergentes: tanquam ludentes non emiserunt usquequo eum pressum fontibus suffocarent. Aristobolus itaq; extinctus est:decimum & octauum annum agens ætatis: cum principatum sacerdotii anno amplius tenuisset:quem rursus ananelus suscepit. Quo malo mulieribus nunciato:incessabilis eas statim defuncti dolor inuasit. Ciuitas etiā rumore delato lamētis cūcta completa sunt:omnibus calamitatem tanquam propriam & non alienam dolentibus. Alexādra uero plus consumebatur conscia peremptionis: nam dolorem ampliorem ab ipso funeris actu ferebat. Sed sustinere necessarium putauit:licet sepius sua manu uitam finire niteretur: desiit tamen si possit uiuens sufficere ad ultionem insidiarum perempti. Vnde potius suam uitam tenebat:ne daret suspitionem filium suum insidiis perisse per hanc enim dissimulationem sperauit satius se oportuno tempore uindicare. Illa quidem sic continenter dolorem tolerabat:herodes autem omnibus ueri simili uidebatur:non insidiarum adolescentis auctor extitisse. Nam non tantum quæ ad funus pertinerent peragebat:sed etiam lachrymis usus aiæ confusionē uerā esse monstrabat. Interdum etiam & dolore uincente:eum ex aspectu pulchritudinis plangebat: & licet adolescētis mors pro eius tutela putaretur:manifestus tamen erat q; pro satisfactione ista faceret. Siquidem munificenter exequias eius honorās:multum apparatum circa locellos:& multum aromatum fecit:nimiumq; ornatum simul sepulturæ ut dolorem mulierum plene deleret: & cosolaretur eas per istam ptem. Alexandrā tamen nihil tale deuicit:sed semper mali memorē mestitia icitabat:& scripsit cleopatræ herodis insidias:& filii perditionem. Quæ dum festinaret petenti subuenire:calamitates alexandræ miserata propriam omnem causam confecit: & petere antonium uindicare adolescentis interitum non cessabat:cum diceret non esse dignum herodē per eum regem statutum in regno:quod non ad eum pertineret: in ueros reges tales iniquitates ostendere. Quibus cum flexus antonius esset:ad laoditiam peruenies mittit præcipiens herodē ad se proficisci:sibiq; pro more aristoboli satisfacere:nam non recte insidias confectas esse si per

eum extitissent. Qui cū causam timuisset:& cleopatræ cōtrarietatem quæ non cessabat ātoniū suadere:quatenus eum damnaret:statuit quidem obedire: iam enim nihil aliud erat qđ ageret. Cunq; patruum suum iosippum procuratorem regni & rerum reliquisset:demādauit ei secrete: ut si quid ab antonio passus esset:continuo mariamnē occideret. Nam dilexisse uxorem profitebatur:& timuisse:ne cōtumeliam post eius mortem pateretur:dum pulchritudo illius ab aliis desiderari posset:per q̄ demonstrabat impetū ātonii quē in eā habuisset:cū oli de pulchritudie illius audisset. Herodes quidem hæc præcipiens spe incerta ad antonium perrexit. Iosippus autē cum in despensatione rerum regni statutus esset:& propter hoc frequēter mariamnē cōueniret: & de negociis honoris causa regiam percōtaretur fauorem uel amorem circa eā herodis iseruit. Mulieres autem cum illum adulationibus emolissent:plus autē ab alexandra seductus iosippus: sniam regis demonstrauit:& mandatum explanauit:dum fidem illis uellet facere: q̄ post mortē sine ipsa non posset uiuere dum diceret ut si quid acerbum ab antonio pateretur: non sufferret ab ea nec post iteritum seperari. Hæc quidem iosippus:mulieres autem non hoc amorē affectus herodis putauerunt:sed timuerunt:ne reuersus tyrannica crudelitate sibi mortem inferret:iōq; de uerbo suspitionem non paruam perceperunt. Eodem tempore rūor in ciuitate hierosolymorum ab inimicis herodis dispersus est q̄ antonius tormentis eum affecisset & occidisset. Quæ fama cunctos quidem in aula turbauit plus uero mulieres. Cum alexandra iosippum flectit:ut cū ipsis ad romana signa confugeret:nam romanum agmen tunc iuxta ciuitatem sub duce iulio p regni custodia castra posuerat:dicens primum siqua turba in aula concurreret: ipse in tuto existerent:dum romanos propicios haberent:præterea si mariamnem antonius perspexerit: & principatum recipere speramus:nec ī aliquod postea seruitium de propagine regii generis descendemus. Cum has rationes fuge cogitasset: litteræ ab herode de omnibus suis causis deportantur priori rumori contrarie. Nam cum ad antonium peruenisset confestim eum donis de hierosolymis deportatis reconciliauit:& sermonibus dicere compulit:ut nequaquam cōtrarie quidem de se haberet:& cleopatræ uerba nihil aduersus suam satisfactionem ualere. Nam non inquit iustum est ātonius:ut rex de suo principatu depositus pœnam luat:quia qui honorem ei dederūt: ipsi ei uti potestate permiserunt'. Quo dicto flexa est cleopatra:sciens nequaquam alienum principatum scrutari prodesse. Cum de his scriberet herodes:alioq; narraret honores: quos ab antonio in conuentu uel in conuiuiis quotidianis haberet:& hæc obtineret:licet in accusationibus cleopatra nimis molesta existeret:quæ prouintiæ desiderio omnibus modis perire illum festinasset:sed quia antonium iustum circa se cognosceret:nihil iam difficillimum speraret:q̄ autē tardaret fauore firmiore circa se antonii:speraret cleopatræ conciliari animo posse: & se hoc facere dicebat:nam antonium petitiones suas adimplesse:& sibi inferiorem syriam concessisse denunciauit:& per hoc solatium refutaret: uel reiiceret appellationes quas cleopatra pro iudea fecisset:cū hæ litteræ peruenissent:desierūt ab impetu:quem tanquam de mortuo habuissent:ut ad romana signa confugerent:non tamen latuit earum uoluntas. Nam præcessit antonium rex ad parthos euntem:& ad iudeam reuertitur:statimq; soror eius salome materq; eorum conciliū quod habuisset alexandra cum suis apperiūt. Salome uero & contra maritum iosippum accusationem protulit dicēs:q̄ cum mariamne frequenter conuenisset. Hæc uero dicebat inimiciciarum causa:eo q̄ frequenter ignobilitatem generis eius in iurgio deprauaret. Herodes autem callidus semper:& nimis mariamnem amans licet: statim conturbatus fuisset:non tamen patitur amore mariamne aliquid temerarium in ea conficere:sed in utroq; anxius: secrete eam inquirit utrum uera essent de iosippo quæ audierat:an falsa. Illa uero cum iuramento affirmante & satisfaciente:q̄ ī nullo peccato fuisset ei commixta:paulatim rex deflectitur:& ira deleta coniugis amore superatur. Et ut iam satisfactum:sibi de his crederet quæ audisset: honestati eius multas agere gratias:fauorem quoq; quem erga ipsam uel amorē haberet pandebat:uel qualia sepe amātibus contingunt:cum lachrymabāt inuicem magno suo studio sese pariter diligentes. Cū uero rex suū affectum iam prætermissa emulatione firmasset:nū amantis est inquit mariannes:q̄ mādaueras iosippo:ut si quid patereris ab ātonio molestum:ne perimeret:quæ alias cum nihil tibi peccassem. Quod uerbum ut audiuit herodes:exardescens in furorē:statim eam ab amplexu dimisit:clamans:& suos capillos dilacerans:dicendo manifestum signū cœpisse iosippum cum ea habuisse cōionē:nam nullatenus prodidisset:quod secrete audierat:nisi maxima fides illis interfuisset:credensq; de crimine:pene suam interfecit uxorem: nisi uictus amore: furoris impetum refrenasset:seipsum cōsumens:iosippum tamē ulterius:nec ad suam faciem uenire permisit:alexandram uero tanquam totius mali causam reseruari præcepit.

Capitulum.IIII.

lib. xv. lib:15.

INterea p syriam turba cõmouebatur:cleopatrã non desistente antonium flectere:q̃tenus oppressis regibus potentiã singulorũ ablatam sibi donaret:multũq; ualebat:desiderio sui illo inflãmato:quæ cũ i natura auara existeret:nihil iniustũ reliquit.Siquidẽ fratrẽ suum: quem iã habituq; regnũ sciret:uenenis aggressa consũpserat:quitũ & decimũ ætatis annũ agentẽ:sororẽ aũt arsionẽ ephesi ad tẽplum dianæ cõfugientẽ p antoniũ extinxit.Iam pecuniarũ gratia & tẽplum:uel corpora uiolabat:necq; sacrariũ tã castũ fuit : aut asili priuilegiũ tutũ: cuius ornatũ ipsa nõ abstulit:nec tã ꝓfanũ uel incestũ erat:qđ solũ potuisset auariciæ illius satisfacere. Et cũ oĩa expoliaret:fœmineis cupiditatibus nullatenus satisfaciebat:siqdẽ cũcta deesse suis desideriis semp putabat.Quapropter & ãtoniũ cõpellebat aliqd ab aliis auferẽte sibi donaꝛ.Nã cũ trãsisset ad syriã cũ eo:& eã cogitaꝛt possidẽ:lisaniã qdẽ ptolomei filiũ accusans:qa pthos cõtra rempublicã duxisset:occidit.Petiuit aũt ab ãtonio etiã iudeæ uel arabiæ reges occidi. Antonius aũt cũ ex oĩbus amore fœminæ uictus esset:ut nõ tãtũ uerbis:sed etiã uenenis uideꝛ obedire: manifestã quidẽ iniqtatẽ uidens:petebat eã;ne se tãtũ ut peccaret cõpelleret:ne cũcta negaret ei: & ne quãta illa ꝓcepisset pficiẽs:palã iniquus uideꝛ.Ideoq; ptes ꝓuinciæ uniuscuiusq; retollẽs donauit ei prestans etiã ciuitates q̃ intra fluuiũ eleutherũ usq; ad egyptũ erant : excepto tiro:uel sydone q̃s a maioribus liberas esse cognouerat:licet multũ eũ illa sibi & eas ꝓbere supplicasset. Cum hæc cleopatra obtinuisset:& deduxisset ãtoniũ usq; ad eufraten contra armenios euntẽ reuertitur:& intrat apamiã & damascũ:ide etiã ad iudeã puenit.Quã cũ herodes suscepisset:cõduxit ab ea reditus hierichũtis:nã balsamũ terra illa generat:qđ ꝓciosissimũ est:& nusq; alibi nascit: & palmas multas:uel optimas.Et dum multũ tẽpus faceret cũ herode: tẽtabat cũ eo concũbere: nam naturaliter & euidenter libidinibus exardescebat:forsitan & aliquod amatoriũ passa est:sed quod uerisimilis est:regno eius insidiabaꝛ:si quõ iniuriã a se factã posset ꝓ accusationẽ adipisci: desiderio uero uictã se esse mõstrabat.Herodes aũt licet olim nullatenus faueret cleopatræ:dum sciret eã oĩbus esse molestã:tunc tamen & ampliori odio eius detentus:q; ꝓluxuriã uellet illa insidias ei parare:uerba quidẽ eius in ꝓsenti refutauit:cõsiliũ uero cũ amicis suis sumpsit:ut eã sub potestate sua positã occideret:ut & se & multos malis eius liberaret : quibus iam grauis facta uel fieri posse putabaꝛ.Nam hoc ipsum & antonio ꝓdesse:quia neq; illi fidelẽ eam esse dicebat. Cũ hæc cogitasset:ꝓhibebant eũ amici:primũ quidẽ suggerentes:q; non deberet maximũ piculũ & manifestum ꝓ re tanta suscipere.Cunq; ꝓmansissent supplicantes:ne quid temerarie conaretꝰ:nã nullatenus antoniũ posse pati dicebant: quãuis eũ muneribus redimere putaret : cũ amore eius potius incẽdereꝰ:& uideret uiolentia:uel insidiis illius se eius amore priuatũ:nec mediocre qdã pro satisfactiõe posset edicere:si cõtra fœminã hoc ageret:q̃ ꝓ illud tẽpus oẽs dignitate supabat: utilitatẽ aũt quã antonio dicit futurã:uerendũ esse ne potius ille temeritatẽ existimet q; affectu tali eũ priuaret:unde nõ est incertũ dicebãt:q; maxis uel continuis malis principatus eius uel generatio cõpleꝛeꝰ:refutare uero cõcubitũ:quẽ illa postulaꝛt ꝓ tpe honeste suadebãt:q cũ hæc designarent:& picula merito:alias merita demõstrarẽt:conatus eius cõpresserunt.Tũ herodes cleopatræ donis & muneribus satisfaciens:deduxit eã ad egyptũ.Antonius aũt cũ armeniã cœpisset: artabazin tigrani filiũ cũ satrapũ filiis ligatũ in egyptũ destinauit:donãs eos cleopiæ:cũ oĩ regio eorũ ornatu.Armeniæ uero principatũ tenuit artaxias maior illius filius qui tũc euaserat. Quæ cum archelaus & nero cæsar expulissent:tigranũ nouissimũ eius fratrẽ ordinauerũt.Hæc quidẽ postea contigerunt.Vectigalia uero quæ debuisset de terra donata ab antonio cleopatræ:ꝓbere herodes iustum iudicauit:ne occasionẽ ei odii ꝓstaret. Cap.V.

ARetas aũt cũ herodes reditus eius conduxisset:tempore quidem aliquanto reddebat duo milia talenta: post autem indeuotus extitit:uix partem aliquam præbens. Herodes quidẽ hoc modo defraudãtẽ:nihilq; secũdũ iusticiã facere uolẽtẽ: ꝓsequi deliberauit:sed interim propter bellũ romanũ hãc distulit exactionẽ.Nam dum in acciaco littore ꝓperaretur pugna:quæ centesima octogesimaseptima olimpiade contigit:& cæsar cum antonio de republica decertaret:herodes ex opulenti prouincia sua multo tempore redditibus & uiribus collectis antonio deputauit auxilia diligenter preparare. Sed antonius nihil auxilio eius egere se dixit:arabum autem persequi præcepit. Nam iam audierat a cleopatra perfidiam eius.Petebat enim hoc cleopatra dum sibi putaret prodesse:si unus ab altero sterneretur. Cum hoc ab antonio iussum fuisset:herodes milites congregauit:tanquam cõfestim arabiam ingressurus:paratoq; equitum & peditum multitudine:in dio:alias chio ciuitatem peruẽit. Cunq; illic & arabes occurrissent:pugna maxima commissa est:in qua uicerunt iudei.Postea multum exercitũ arabũ in chana uico congregatũ q est in inferiori syria:audiẽs herodes uenit sup eos: ducẽs maiorẽ ꝓtem suæ militiæ:& prope calon sua castrametatus est:unde oportune pugnaret.Cunq;

scriptis.Nam uiuente rege:&cum eo degẽs ad gratias eius & fauorem illa tantummodo dicebat quæ ad gloriam eius pertinebant:multas uero iniquitates eius mutabat:& cum multo studio celabat.Nam mariãne filiorũq; eius mortes crudeliter factas ad satisfactioné cupiés perducẽ ut luxuriosam illã:& adolescétes patris insidiatores accusauit.Res gestas aũt regis:amplioribus laudibus extollens:delictis eius studiose satisfecit.Cui uenia danda est:quia nõ historiã:sed laudé conscripsit.Nos uero genere asamoneoꝝ regum ꝓpiqui:& cũ honore sacerdotiũ habentes: aliquid mentiri fœdũ putauimus ideoq; cũ ueritate gestoꝝ memoriã recẽsemus.In domesticis uero malis herodes cõstitutus affligebat: nam multi ex regis ira capiẽtes audaciã:accusabãt ꝓpinquos & amicos eius.Quibus ita inter se dispositis nulla requies erat.Siquidé salome inimica filiis mariãne:aristobolo suã filiã cõiunctã nullatenus fidé eius seruare dimittebat:dũ flecteret eã:ut qcquid locutus secrete fuisset nũciaret sibi:& in altricationibus quæ inter cõiugales sepius cõtingũt:cogebat puellã dicere:quæ de marito sciebat.Illa uero dicebat:q; sepius memoriã suæ matris mariãne faceret:& q; patré odio haberet:frequenter aũt interminaret: quia si principatũ obtineret: filios quos herodes ab aliis uxoribus habebat traditos magistris litteraꝝ:in agris cõstitueret:dum magis apti essent ad hoc opus:quam haberent circa studia diligentiã:uxores uero si quãdo uideret maternum indui ornatũ:pro præsentibus ornamẽtis cilitiis intercludi:ne solé uideret. Quæ confestim per salomen regi nunciata: dolorem eius inflãmabant. Vrgebatur uero multo peius omnibus credens:& inuicem se accusantibus.Tunc aũt filiis interminatus:satisfactionibus eoꝝ ad præsens molitus:imposterũ atrocius exarsit.Nam ferora cũ ad alexandrum uenisset filiam archelai glafirã sicut prædiximus habentẽ salomen inquit dicenté audiui:q; herodes in amoré glafiræ suæ nurus incidisset: & minime desiderii solacium possit inuenire. Quod ille audiens adolescentia uel emulatione cõmotus:quæ honoris causa circa puellam ab herode fiebant: propter amorem hæc eum facere suspicabatur.Dolorem ergo minus tolerans:patri nũciauit cum lachrymis:quæ ferora dixisset.Herodes aũt multomagis feruens:& mendaciũ impudice criminationis non ferens:turbabatur:& sepius exclamãs maliuolentiã familiarium: qualis ipse erga eos fuisset: & quales eos inuenisset conuocauit feroram.Quem huiusmodi aggressus pessime iquit omniũ: in quo ad tam imensam uel infandam indeuotionem peruenisti: ut talia de nobis existimes aut loquaris.Nonne uideo tuam uoluntatem: quam non in meam iniuriam te talia uerba producere: sed insidias & uenena immittere filio pro mea perditione festinasti. Quis enim alter nisi bonitate dei retentus quam hic puer in se habet:portare potuisset in patrem non uindicare tam crudelem opinionem. Primus enim gladium in dextra:quam hoc uerbum in animo eius debebas immittere contra patrem. Quid auté canaris male loquendo de me:nisi ut eorum fauorem fraudibus tibi concilies.Nam talia dixisti:qui tuæ tantum impietati fuissent cogitanda.Abscede iam pessime circa fratrem ac benefactorem:& tecum quidem hæc malicia conscientiæ cõuiuat. Ego uero uindico sicut soleo in meos:nec uindicans merito in eis:sed magis beneficiis exornãs: quibus indigni esse noscuntur. Talia quidem rex. Ferora statim mesticia plenus: salomen inquit hæc persuasit:& ab illa sermones audiui. Quæ mox ut audiuit nam præsens erat:exclamauit:q; nihil tale ab ipsa dictum fuisset:& q; festinarent omnes ad odium regis eam perducere:cũctisq; modis eam occidere:propter fidem quam erga eum semper habere cognoscerẽt in præsenti sibi insidiari:quia sola reflecteret fratrem:ne uxorem quam nunc haberet repudiaret:regisque filiam in matrimonio sibi coniungeret. Quapropter me falsis inquit accusationibus est aggressus. Cũ hæc dixisset:crines suos dilacerans:& pectora manibus tundés: uerisimilis ad negationé esse constabat:maliuolentia uero morum:dissimulationem redarguebat. Feroras autem in medio restitit:nullam habẽs satisfactionem. Nam alexandro se dixisse cõfessus est:audisse uero a salome minime comprobauit.Vnde diu confessione sermonũ inter eos facta:rex fratré uel sororé auersatus: filiũ ꝓ constãtia laudauit:q; sibi sermões feroræ nũciasset.Hac lite facta:salome ut accusationis cõmotæ caput oium odio tenebaꝭ:quã uxores regis ut maliuolã abhorrebãt:q; natura malignã eã cognoscerent.Occasiõe ergo data:semp eã accusabant herodi:quaꝝ fiducia ex huiusmõi cã magis accreuit.Rex arabũ oriadas nomine naturaliter regnis & regni negociis pœnæ inefficax: habebat dispensatorem regni sui astutũ:iuuenẽ:& in omnibus nimis ornatũ:cuius edictioni omnis arabia subiacebat.Is pro causa quadã cum ad herodẽ peruenisset: & cœnaret cum rege: uidit salomẽ: & desiderio eius captus ẽ:audiés ꝑserti q; uidua eét:amplius iflãmatus loquiꝭ de nuptiis eis. Salome uero male tũc a fratre tractata:iuueniscq; accẽsa decore: libẽter cõsentit ad nuptias.Et cũ rursus ad cœnã cõueniissent:monstrabanꝭ nõ mediocria signa cupidis eoꝝ.Quæ mulieres regi nunciauerunt:deridentes ipudentiã illius.Herodes uero cum feroram interrogasset & obseruare præcepisset in cœna quid illi facerent inter se:nunciauit ei q; nutibus uel oculis

non laterent de suo pudore. Post hæc arabs quidem in suspitionem ueniens recessit. Cunq; tribus mensibus remoratus esset:rursus rediit:ad hoc ipsum sermonem herodi facturus:postulans dari sibi matrimoniali iure salomen:dum non incommoda ei foret affinitas eius: cum arabum principatu: quē iam sibi nūc adesse:magis uero futurū explano alias exēplo credebat. Cūq; hūc herodes sermonē sorori retulisset interrogans:si ad nuptias cōsentiret: illa sine mora consensit. Tum illū quoq; īquirit:si uellet inscribi legibus iudeorū & circunscidi:eo q; aliter non posset salome pœnitus sibi iungi.Ille respondit:nullatenus ista consentire: quia si actum fuerit: se ab arabis non solum regno:sed & uita priuari. Quo dicto recessit.Salomen autē ex illo die feroras iā de luxuria criminari cœpit:nec tamen tantum quantum regis uxores:quæ dicerent eam cum ad ulteria commisisse.Puellam nāq; quam fratri suo ferore rex desponsauerat:ipse quidē nō accepit uictus amore:sicut prædiximus:uxoris absentis. Salome autē rogabat filio suo de custobaro nato eam coniungere: & disuadetur rex a ferora:dum adolescentem suspectum haberet propter patris interitū: iustius aūt esse:ut duceret eā filius suus:q magistratus tetrarchiæ successor extabat. Cunq; priore pacto soluta puella duceretur:a filio ferore:præstitit rex dotē centumtalenta. Itaq; dissensiones familiares non cessabāt:sed maiores ei turbæ crescebant:& icidit tale aliquid ex causa non honesta:& citius ad difficultatem usq; processit. Fuerunt enim eunuchi regi propter pulchritudinem non mediocriter acceptabiles:quorum unus pincerna:alter infertor: alter uero lectuli regis creditarius qui & consilio eius intereat.De quibus nunciauit quidam regi:q; hii ab alexandro multis pecuniis corrupti essent. Qui requirenti regi de facta quidem communione: uel permixtione confessi sunt:aliud uero nihil acerbum scire de patre dixerunt. Cunque magis torquerentur:& in necessitatibus essent:semperq; ministri atroces i eos insisterent ad gratiam antipatri:hoc confessi sunt:quod odium circa patrem & inimicicias alexander haberet:& persuaderet eis herodem spernē:uelut superfluum:& cooperientem senectutis suæ tempora:dum annos ætatis celaret:& ad se iam respire:tamq; regnum habentem inuito patre: & quod alii nullatenus sed sibi citius primus locus uenturus esset:non propter genus tātum:sed preparationibus patratam ei dominationem esse quia plures ex ducibus & amicis secum haberet:qui cuncta pro se pati uel facere essent parati. Hæc cum herodes audisset:totus in furore metuq; tractus:ea quæ ad contumeliam dicta cognouit moleste tulit.Aliam uero suspitionem periculosam suscepit.Vnde ex utriscq; incitatus timebat:ne pro ueritate conflata fuisset in eum coniuratio fortior priore:& custodias undiq; communiens:secrete quæstionem fecit.Speculatores autem eis de quibus suspicabatur opposuit:& dum in opinione uel odio cunctos haberet:arbitrium pro tutela concipiēs: multum contra insontes acerbus factus est. Sed magis ac magis ualidi uidebātur ei & terribiles: quos non frequenter nominabat:propter insolitam conuersationem: & si forte uocasset: statim de interitu suo securi non erant.Postea uero omnes propiqui dum nihil habuissent firmum ad spem suæ salutis:contra se conuersi existimabant utile:siquis anticipans alium accusasset: & hoc sibi salutem posse conferre:si suis facinoribus alios onerarent & eo cadebant in quo cæteros insidiabantur immittere. Nam regis penitentia ne filios occideret q; non manifeste peccassent intercedebat:ipsi uero quod peius est non desistebant similia committere: sed ad pœna currebant parem:dum ulciscerentur in eos qui prius eos accusassent. Talis ergo dum fuisset in aula turbatio:multis amicis rex palacium interdixit. Quam interdictionem maxime constituit his: qui fidutiam potiorem habebāt. Siquidem andromachum & gemellum uiros ab initio amicissimos: qui multum in republica eius legationibus & consiliis domesticis profuerunt:eiusq; filios docuerant:& qui præ filiis primum fiduciæ locum haberent recusauit suscipere:andromachū quidē: q; filius eius demetrius amicus alexandri esset: gemellum uero fidelem illi sciens:quia & in conuiuiis & in studiis romæ cū ipo degebat.Quos honeste qdē expulit ne īdecens aliqd cōtra uiros nobilissimos cōstituere uideret:sed caute agēs:fiduciā eorū cū honore āputauit:ne p potentiam aliqd in eū committerent. Horū aūt omniū malorū auctor erat antipater:qui patris īconstantiā ītellexerat:cū iā dudū ei cōsedisset.Vnde magis suadere uidebat: ut auferet unusq;sq; potentiū. Tunc ergo rex andromacho cum cæteris expulso de colloquio uel fiducia:reliquos fidelissimos alexandri cum tormentis interrogabat:ut siquid contra se conflatum scirent edicerent. Equidē moriebantur dum non haberent quod dicerent. Ille uero consumebatur:quia tales quales existimabat nō iueniebat.Callidus aūt antipater:q; ex ueritate ad cōstantiā & fidē deducere nō ualebat: plus īcitabat reqrēdo a pluribus latētē cōiurationē.Proīde cū aliq ex pluribus retulissent: q; cognoscerēt adolescētē cū laudaret corporis sui magnitudo:uel sagittādi pitia:cūq; alia q ad uirtutē sup oēs hret:hæc sibi dixisse potius bōa naturæ officere: dū pater iuideret:& iccirco ambulando cū eo sese humiliare:ne longior appareret:in uenationibus uero cum sagittarēt illo p̄sente

non recte iaculari propter genitoris inuidiam: quam de gloria sua haberet. Cunq; uerbum seruaretur: & remissio pœnarum corporis interueniſſet: addebat: q; fratrem aristobolum conscium haberet: ut i uenatiõe patrem perimentes: ad romam confugerent: regnũq; peterent: repertas uero & litteras adolescentis ad fratrem aristobolum: in quibus patrem accusabat non iuste feciſſe: dum terram tribuiſſet antipatro ducentoꝝ talẽtoꝝ reditus. Quibus dictis putauit herodes uerum exiſtere: quod de filiis suspicabatur: & statim apprehendens alexandrum ligauit. Deinde uero remisit suam atrocitatem: dum nec quæ audiſſet crederet: & estimaret nihil dignum pro insidiis ex his conflatum apparuiſſe: sed querela esset uel iuuenilis temeritas: & q; eum manifeste interficientes romæ confugerent: non uerisimile uidebatur. Et maius aliquod sperans inuenire iniquitatis filii signum dicebat non sibi placere temerarie filium colligaſſe. Torquens autem amicos nobiliſſimos alexandri non paucos: nihil pœnitus de quibus suspicabatur confeſſos inuenit. Cunq; in hoc multus apparatus exiſteret: & terrore uel turba palaciũ plenũ eẽt: unus quidã iuuenis ut in neceſſitates peruenit: romam dixit trãsmiſiſſe alexandrum & petiſſe: ut citius euocaret a cæsare: habere se manifeste causam suggere contra patrem q; regem parthoꝝ mitridatum contra romanos sibi reconciliaſſet: addens quia uenenum etiam alexander in aschalone ei paraſſet. Tum herodes hæc audiens: & credens q; solacium temeritatis iueniſſet: statim de ueneno præcepit inquiri quod tamẽ nullatenus potuit inuenire. Magnitudinem ergo maloꝝ alexander uolẽs confirmare: negare quidem distulit incitãdo temeritatem patris ad multo maiora delicta: forsan aũt & per hoc ãputare uolens fœlicitatẽ eius q̃ in accusationibus credendis habebat: tamen nullatenus obtinuit: dum omne regnum concutere uoluiſſet. Siquidẽ litteras in quatuor libris destinauit dicens: q; non oporteret torqueri quẽquã: nec ulterius hoc procedere: quia reuera ĩsidiæ factæ essent: in quas cõiuraſſe ferorã uel fideliſſimos amicos eius asserebat: salomẽ aũt noctu super se ingreſſam: & cũ inuito cõcubuiſſe: cunctoſq; simul illic contra eũ iure uenturos: q̃tenus eũ occidentes: perficerent: qd semp ĩexpectatione meditaſſent. Inter hos etiã ptholomeus & sapinius fideliſſimi regis accusantur. Nam nihil aliud uidebatur: quã si rabies quædã incidiſſet beluarum more: aut amiciſſimi contra se armarentur. Iccirco nec satiſfactio ueritatis habebat̃ sed indiscrete perditiones ꝓnunciabantur. Cunq; aliquibus uincula: & aliis mortes: aliis uero ĩsperatos dolores infligeret: turpiter regnum a priore fœlicitate dehonestatũ est. Et seuiſſima erat herodi uita: dum turbatus nemini crederet: magnumq; expectationis tormentũ haberet: quod sepius supuenturũ sibi filium crederet. Itaq; noctu uel die turbatus: in furorem & insaniã pene lapsus est.

Capitulum XIII.

ARchelaus autem rex cappadociæ: cum hæc de herode audiſſet: territus pro filia: uel de adolescente contristatus: pro tantis amici turbationibus in iudeam uenit: nec in contentu quæ contigerat ponens diligenter prius cuncta percunctatus est: nec tamen in aliquo quasi culpans herodem: q; temerarie feciſſet aggressus: uerens ne pro reconciliatione ad furorem eum perduceret: sed alium ordinem tenens: emendare quæ acciderant cœpit. Nam iuueni interminabatur: herodem autem mitem dicebat: dum nihil temerarie feciſſet: matrimonium quoque filiæ soluere promittens: & nec ipsi parcere: si in aliquo reperta illi cõscia non iudicaſſet. Cum talem præter expectationem herodes archelaum uidiſſet: & quia plus ipo furorem suum demonstraſſet: rex mutatus ad iracundia sua: dum putaret iuste acta quæ feciſſet: paulatim ad patris affectum rediit. Misericordia ergo inter utroſq; apparuit: cum aliqui pro iuuene satisfeciſſent: & herodes ab ira mutaretur. Tum archelaum similiter increpantem attendens: petit ne nuptias solueret quod minatus esset: quia quamuis parum ire adhuc habebat in his quæ iuuenis commiſerat: archelaus tamẽ ut modestiorem eum faceret: criminationes ĩ amicos referebat: dicens illorum esse: quod iuuenem malignitate sua corrumperent: fratremq; regis in suspitionem mittebat. Nam dum herodes iram contra feroram habuiſſet: & ferora indigeret regis reconciliatione: simulq; credẽs: quam eũ archelaus flectere potuiſſet: accesſit ad eũ cũ ueste nigra petens: ut fratrem pro eo peteret. Quẽ archelaus nec spreuit: nec confeſtim se herodi suadere posse promisit: immo hortatus est ad regem eum accedere: & supplicando confiteri se omnium malorum auctorem extitiſſe: quia prodeſſent hæc ad eius indignationẽ mitigandã pluſquã sua suggestio. His flexus ferora quæ inter se ambo conſtituerant: p̃ter spem adolescentis accusationes abſoluit. Cũq; & ferorã archelaus recõciliaſſet: ad cappadociã reuertit̃: gratus tãquã nemo alter illo tpe factus herodi. Quapropter & mũeribus eũ mũificẽtiſſimis ornauit p̃ oĩbus magnifice: & iter neceſſarios aĩciſſimũ arbitratus ẽ. Cõstituit & romã ꝓficiſci: quõ de his cæsaris scripta suscepat. Et usq; antiochiã eis simul eũtibus syriæ ꝓcuratorẽ ticiũ: inimicũ archelai: ei herodes amicum fecit. Cunq; romæ fuiſſet: & inde reuertitur: factum est bellum iter ipsum &

arabas:ex huiusmodi causa.Qui traconem alias traconitidē habitant regionē:quā cæsar a zenodoro tollens:herodis prouintiæ addidit:latrocinandi licentiā nō habebāt: sed agrum colere: uel sub quiete uiuere cogebantur:quod illis minime commodum erat:multaq; herodi gloria p hac diligentia sua surrexerat.

Cap.XIIII.

IGitur quādo nauigauit romæ:ut filiū alexandrū accusans:cæsari antipatrū cōmendaret: fama uulgauit mortuū eū esse.Qua cōperta traconitide habitātes subtrahētes se ab eius principatu:rursusq; ad solitū reuersi morem finitimos agros depopulabātur: cōtra quos egressi ꝓcuratores regis:oēs domuerunt. E quibus q̄draginta principes latronū cū cognatione sua a tracone prouincia ad arabiā recesserunt:silleo suscipiente eos:pro causa ire quā habebat:ne gatis nuptiis salome.Quibus cū locū munitum dedisset:illi non tantū iudeā sed & inferiorē syriam deprædabātur:refugia sibi præstāte silleo.

Cap.XV.

HErodes aūt roma reuertens:cōperit plurima regni sui a latronibus male tractata:nec posse duces suos latrones cōpræhendere nec habere qualiter tutelā suā munirent: illis arabū patrociniis fultis.Cunq; grauiter ferret:ipse traconē perueniens familiares eoꝝ peremit. Vnde illi potius ad iracūdiā incitati:legēq; habentes ut in eos uindicarent:qui familiares eorum occidissent:cunctā herodis terrā uexabant:& deprædabātur.Ille uero referebat hæc cæsaris ducibus saturnino & uolūnio:uolēs latrones ad pœnā petere.Nam illi fortiores & plures facti: oīa p turbabant:affligendo regis herodis ꝓuinciā:& uillas deprædādo:& captos hoīes interemēdo:ut bello similis esset uiolentia quā faciebant:nā iam plus mille extabant.Herodes aūt latrones quidem petebat:& debitū quod per silleum mutuassent obado alias ouado talenta quingenta: iam constituto die transacto:in quo statutū fuerat pecunias reddi.Silleus aūt obadum alias ouadum despiciens:dum ipse gubernaret:latrones quidē denegauit per arabiā esse:de pecuniis uero differebat. Quapropter cognitiones corā saturnio uel uolūnio ꝓcuratoribus syriæ cōmittebantur. Qui statuerunt intra tricesimū diē herodē pecunias debere recipere: & eos qui de utroq; regno confugissent inuicem reddere.Et apud herodem quidē arabum nullus pœnitus est:nec per affectionem:nec alio modo tentus.Arabes aūt passi sunt latrones apud se teneri. Cunq; constitutus dies transisset:nec silleus de quo statuerat aliquid composuisset:romā ascendit.Redditōne uero pecuniaꝝ uel latronum herodes exequebatur.Cum saturninus & uolumnius præcepissēt ideuo tos persequi: exercitum assumens herodes:arabiā ingressus: tribus diebus septem mansiones fecit.Cunq; prope castellum ubi latrones erant peruenisset:cœpit quidē oēs eos insidiis:euertit uero castellum quod repta uocabatur:cum neminem pœnitus lesisset. Itaq; arabis ad auxilium uenientibus cum nacebo duce pugna cōmittitur: in qua pauci quidem herodis nacebus autē dux arabum cum uigintiquinq; suis ceciderunt:reliqui uero ad fugam conuersi recedunt.Puniēs aūt horum rex tria milia circa traconē idumeoꝝ locauit exercitum:& latrones ibi constitutos arcebat: & de his ducibus circa fœnicem existentibus mandauit demonstrando:quia nihil amplius i indeuotos executus arabas quē oportebat egisset.Quæ illi quidem requirentes:inueniebant ne quaquam mendacium esse.

Cap.XVI.

NVncii uero silleo cum romæ gesta indicassent:& magis singula exaggerassent & ille i aula permaneret tunc inter cæsaris amicos statim hæc audiens:mutata nigra ueste ad eum ingressus:suggessit q; bello cuncta arabia conflicta:totumq; regnum commotum ab herodis exercitu fuisset:& lachrymis fusis:qngentos quidem cum duobus milibus arabū primates pisse dicebat:interfectū āt & ducē eoꝝ nacebū propiquū & affinē sibi:diuitias aūt reptis castello cōstitutas depdasse:dū p egritudine contētus obadus alias ouadus ei nō sufficisset occurrere:qa nec ipse nec exercitus arabū iterfuisset.Talia sylleo dicēte:& iuidiose insup addēte: q; nec ipse rediret ad ꝓuinciā:nisi crederet: qa cæsar de pace oīum cogitaret:neq; si p̄sens fuisset cōmodū eēt cū herode bellū cōmittere:his dictis cæsar irritatus: p̄sentes herodis hoīes pcontatus ē: q tunc a syria uenissent si exercitū herodes ad arabiā deduxisset. Qui cū ei hoc dicere compellerent nec cām facti suggererēt: ira cæsar cōmotus scripsit:herodi cūcta quidē grauia:summa uero epistolæ huius erat.Olim amico nunc uero subiecto. Scripsit aūt de his sylleus arabis. Qui releuati neq; latrones ad se fugiētes reddiderūt:nec pecunias restituerūt: sed etiā & pascua quæ mercede tenebant minie solito reditu possidebant:iudeoꝝ rege cæsaris furore humiliato.Tunc quoq; traconitide habitantes cum arabis aggressi custodiā iudeoꝝ:afflixerūt eos:nō tantū ꝓ sua utilitate: sed & memoria prioris belli: p herodē sibimet irrogati.Quæ rex ferebat pdita fiducia quā in cæsaris amiciciis habuerat: dum secūdo legationes suas satisfacturas p culpis non susceptas cognosceret. Estuabat etiam de sylleo:cui credebatur a cæsare:qui præsens romæ conabatur defuncto obado alias ouado rege arabum in regnum succedere:multis cæsari promissis pecuniis:aliisque in aula

potentibus.Interea obado alias ouado moriente:dinea:qui post arethe dictus est:regnū arripuit. Cæsar autem arethe minabatur ꝙ regnare præsumpsisset:priusquā sibi de hoc scriberet.Ille uero cum donis multis cæsari coronam auream multoꝝ talentoꝝ destinauit: & epistolā per quā syl leum criminabatur ut maliuolum seruū:& obadum alias ouadum ueniens eius peremptū: uxo resq; arabum ab eo adulteratas:dum causas reipublicæ rege uiuente gubernaret:imo & ere alie no sibi uellet per pecunias principatū acquirere.Quibus nullatenus aio cæsar intendens:remisit dona.Arabia uero uel iudea pluribus malis affligebantur:dum regum unus quidem quia necdū firmum īperium habebat prædatores nullatenus ꝓhiberet:herodes aūt iratū cæsarē ꝓ sua uindi cta uidens: omnes illoꝝ iniquitates portare cogebatur.Deinde tantis circū instantibus malis:iu dicauit iterū romā transmittere: si posset mediocriter per amicos cæsarē placare.Direxit aūt ni colaum damascenum.Domus aūt eius uel filii sui multo peius illo tēpore erāt dispositi:& licet si ne suspitione nunquā fuissent:malum tamen ex huiusmodi causa prævaluit.

Capitulum.XII.

MAcedonius euricles:nobilis domi:malus aūt aio luxuriosusq;:ad herodē ueniēs: mul tis donis eius fauorē cōparauit:ut inter necārios amicos eius deputaret.Qui manens apud antipatrū:aditū uel consuetudinē cū alexandro habebat.Nam archelai cappado ci sese dicebat hospitem:& ideo per glaphirā ualde honorabat eum:cunctisq; blandie batur.Semper aūt dicta uel facta notabat:ut exinde posset accusationibus consertis gratias hero dis conquirere:unde singuli existimabant multum sibi fidelē existere.Quapropter alexander ut adolescens & dolens de his quæ passus fuisset:narrauit:quā pater alienatus fuisset:& mater sua ī terfecta ab eo perisset:antipatrum aūt sibi præposuisset:& quēadmodū ille intolerabilia de eo pa tri dixisset:& ad odium illum incitasset:ut nec in conuiuiis eum:nec conuentu dignaret adesse. Cum uero talia dolens defleuisset:statim euricles antipatro omnia nūciauit dicens. Non ꝓ mea utilitate tibi hæc nuncio:sed tuis iam uictus honoribus & rei magnitudine:præcipio cauere ale xandrum.Nam hæc non sine dolore dicens:inesse suis uerbis audaciam demonstrabat.Igitur an tipater cū eū sibi fidelē esse existimasset:magnas ei donatiōes optulit:& deinde flectit herodi ea dem explanat. Qui non sicut ab alexandro audiuerat intimauit:sed uerbis suis aliquā ueritatem accusationi addens:aium regis īmutabili odio filioꝝ cōpleuit.Quia a rege donationē quinqua ginta talentoꝝ accipiens ad archelaum regem cappadotiæ profectus:alexandrum modestū: uel bonum referebat:multūq; laborasse : quatenus eū reconciliaret pater.Quapropter ab illo quoq; multa dona suscipiens recessit. Qui nec in lacedemonia talia facere desistens:multis iniquitati bus īmersus:patria priuatus excessit.Rex aūt iudeoꝝ nō sicut prius contra alexandrū uel aristo bolum tantūmodo accusationes audiebat:sed &si nullus aliquid ei nunciasset: ipse perscrutabat licētiamq; dedit uolentibus quiddā contra eos referre.Tum uero euaredum quendā licet uellet tamen non libenter accusantē audiuit:quia & ipsum ut conscium abhorrebat. Superuenit autē contra adolescentes aliquid peius:dum omnes præmioꝝ ꝓmissione ducerentur:aliquid acerbū contra hos nunciare:& tanquā pro salute regis dicentes:etiā falsa suggerebant.Duo enim fuerūt herodi fortitudine uel magnitudie corporis præcellentes:iocundus & tyrannus noīe.Qui cum offendissent regem expulsi:alexādrum secuti ī exercitationibus ab eo honorabantur:pecuniasq; & donationes accipiebant.Quoꝝ statim rex in suspitione ductus:torquebat eos.Qui cum mul to tempore sustentassent:post uicti:dicebant:ꝙ eis suasisset alexander herodē in uenatione feras sequentem ab equo deiicere:ut ita facile eum suis perfoderent.Quod olim ei cōtigebat. Demō strauerūt etiā aurum ī oppido celatum: & præpositum uenationis cōuincebant ꝙ sibi tela rega lia alexandri iussionibus dedisset.Post hæc princeps custodiæ alexandri oppidi apprænhensus tor quebatur:quasi uellet suscipere custodiā adolescentium:& præbere eis in castello positas regales pecunias.Et ille quidē nihil tale confessus est:filius uero eius ista facta fuisse dicebat: litteraſque porrexit:quasi manu alexandri factas:quæ ita cōtinebāt. Cum dei auxilio quæ proposuimus oia confecta sunt. Ergo ueniemus ad dos:sed sicut ꝓmisistis ī castello nos suscipite.Post hāc epistō lam:herodes quidē de filioꝝ insidiis credidit. Alexander aūt dyofantū inquā scriptorē imitatū suam manum:& has propter antipatrū litteras astute scripsisse.Diofantus enī talis erat.Quapro pter in huiusmodi & aliis rebus coniunctis interiit. Rex aūt cum corā multitudine produxisset in hierichunte filios & accusatores eoꝝ:hos quidē multi manu iaculantes interemerunt.Cunq; impetum & super alexandrum occidendū fecissent rex eos per ꝓtholomeū & feroram ꝓhibuit. Custodiebantur autē:ne quis ad eos ingrederetur & speculabātur:ne quid facerent uel dicerent. Et quid amplius.Cum damnatoꝝ infamia tenerentur hoꝝ unus aristobolus:existimas suam so crum cōdolere suis calamitatibus:& regē in odio habere:& tu inquit ꝑiculo perditionis cōicas:

dum accusata de nuptiis sylleiꝫ cuncta putaris prodere. Hæc autem illa statim fratri nunciauit. Qui nullatenus sese cõtinens ligari eos & distractos ab inuicẽ quæ male de patre sensissent: scripto porrigere ꝑcepit. Qui ꝑceptis coacti: scribunt: insidias quidẽ contra eũ nec cogitasse nec instruxisse: fugã uero meditatos: & hanc propter necessitatẽ: dum in suspitiõe uel difficultate uitã suam haberent. Eodem tempore cũ ab archelao de cappadocia legatus mela noïe nobilissimus pueniſſet: herodes uolens erga se pfidiã archelai manifestam facere: uocauit alexandrum sicut in uinculis erat: & rursus consuluit de fuga qualiter: & ubi statuisset discedere: cũ alexander ad archelaum dixisset: & ab eo promissum sibi fuisse: ut romæ destinaretur: nihil uero aliud neq; importunũ: aut acerbũ in patrẽ cogitasse: nec ea quæ ꝑ maliuolentiã aduersariorꝫ cõficta eẽnt uera existere: ac uelle si adhuc tyrannus uiueret: ut quæstione cautiore fcã: ueritas appareret: sed hunc citius perisse: ãtipatro per amicos populũ incitante. Cum talia retulisset: iussit melã cũ alexãdro simul ad glafirã duci: ut interrogaretur: siquid ea cognouisset de insidiis ĩ herodem constructis. Qui cũ uenissent: statim glafira ligatũ alexãdrũ uidens: caput suũ pcussit: & stupefacta nimis ige muit. Fuerunt aũt adolescẽtis & præsentiũ lachrimæ: & spectaculũ dolore plenũ: nec diu potuerunt interrogare uel respondere. Dein multo post ptolomeo qui iussus erat eos pducere interrogante glafirã: siquid de his quæ fiebant cognoscere t: alexãder respõdit. Quid meũ hæc ignorat quæ aĩa mea plus mihi diligit: dũ & cõmunes filios haberemus. At illa clamauit: q; nihil cognoscere t importunũ: si tamen aliquid saluti eius prodesset non recusaret etiã mentiẽdo confiteri. Alexander aũt nihil impiũ inquit: nec quod pater suspicabatur. quia nullatẽus hoc ipse cogitaui. Tu uero mulier: quid aliud scis: niſi q; ad archelaũ fugere deliberauimus: & exide romã ascẽdere. Eadem & illa confessa est. Herodes aũt in archelaũ de pfidia suspitioné habuit: deditq; olimpho & uolũnio litteras: ꝑcipiens eas transmittẽdo p eleusiam ciuitatẽ cilitiæ archelao tradere: culpãs eũ q; insidiarꝫ pticeps cũ filiis suis esset: & exinde romã nauigarẽt: ubi si nicolaũ iuenirẽt aliquid profeciſſe: ne cæsar ĩ eadẽ difficultate pmaneret: darẽt lras uel argumenta: quæ cõtra iuuenes cõstructa destinauerat. Archelaus aũt lras accipiẽs: suscipe se quidẽ adolescẽtes cõfessus est: qa ꝑdesset eis uel pri: ne quid p eius discordiã eueniret: ad cæsarẽ aũt transmittere: uel aliud pfidũ cõtra illũ agere: nihil adolescẽtibus pœnitus promisisse. Legati uero cũ hæc audissent: & romã pueniſsent: litteras porrexerũt: quia cæsarẽ placatũ inuenerunt. Nam de legatione nicolai taliter euenit: ut hic ad aulã ascendit: primũ quidẽ non pro quo uenerat: sed sylleũ accusare deliberauit. Quod multi ĩtelligẽtes: nicolaũ adeuntes: iniquitates oẽs sylleĩ nũciabãt: & q; multos obadi alias ouadi pemisset. Quorꝫ ĩdicia manifesta ex lris eius demõstrabant. Cap. XVIII.

Nicolaus fœlicitatẽ quendã sibi existimans oblatã: moliebatur p accusationẽ sylleĩ cæsarẽ herodi recõciliare. Sciebat enĩ: qa si uellet satisfacere de factis eius nõ pmitteret: si uero sylleũ accusaret: tẽpus pro herodi dicendi posset inuenire. Cõstituto ergo die nicolaus ꝑsentibus legatis arethe accusabat sylleũ & cũ cæteris addebat regis multorumq; arabũ simul interitũ: & pecunias quas mutuas accepisset pro nullo reipublicæ cõmodo: necnon & adulteria: nõ tantũ per arabiã: sed etiã romanarꝫ mulierũ. Addebat aũt: qđ acerbius cõciaret regis aĩum: nihil uerũ docuisse de factis herodis. Cunq; ad hũc locũ pueniſsset: cæsar qdẽ interrogauit: si herodes exercitũ contra arabiã nõ duxisset: nec duo milia quingẽtos occidisset: nec captiuos traxisset: prouinciãq; deuastasset. Ad quẽ nicolaus respondit: pro his magis se uelle suggerere: q; nihil: aut multo minus ut audierat factũ fuisset. Sed tu ĩquit ut iustus hæc atrociter estimasti. Quod cũ præter opinionẽ cæsar audisset: & iussisset ut diceret: nicolaus satisfaciendo: quingentorꝫ talentorũ cõscriptionẽ produxit. In qua cautum fuerat: licere herodi cõstituto die transacto pecuniisq; nõ redditis totã arabiã inuadere. Introductã uero p prouinciã militiã: non expeditionẽ dicebat: sed multitudinẽ suas pecunias uolentẽ exigere nec cõstituto die: sed multo post ĩtroductã. De qua re cũ sepius quidẽ saturninũ & uolũniũ procuratores syriæ ĩterpellasset: deinde corã illis in beritho cũ sylleus p tuã fortunã iurasset: ĩtra tricesimũ diẽ pecunias se ꝓbere: necnon & eos qui a regno herodis transfugisset: nihil horꝫ eo faciente: rursus ad procuratores herodes puenit. Cui cũ præcepisset pignora sumere: statĩ prouiciã cũ suis ingressus q; isti bellũ dicit ad inuidiã procuratorꝫ tuorũ qui hoc fieri denũciauerunt secundum cõscriptionũ statuta. Iste uero inqt nõ tãtũ deos: sed & tuũ numen ꝑiurãs decepit. Restat mihi tã de captiuis disserere. Latrones tracone habitantes: q̃draginta primũ: deinde multi tormenta factorꝫ timentes: refugiũ sibi fecerunt arabiã: quos sylleus cũ suscepisset: contra omnes hoïes uastabat terrã: quã eis habitandam: & lucra latrocinii cũ eis ptiebatur. Spospondit aũt per eadẽ sacramẽta & eos reddeꝝ: die quo promiserat se debitũ solutuꝫ. Quidergo? Potestne mõstrare ĩ præsenti quẽq̃ aliũ ex arabũ prouincia: quã hos abstractos quos refero: nec cunctos ut ait: sed qui nequaq̃ latere potuerunt.

Ita ergo.calúnia de captiuitate declarata:maximum cæsar intellige mẽdaciũ:& falsitatẽ ad tuam excitandam irã ab isto cõfictã.Nam cũ ingressus arabiã noster exercitus fuisset:& unus uel alter de sociis herodis concidissent:coactus resistere:nacebũ ducé eoꝝ cũ uigitiqnq; ꝓstrauit.Quoꝝ pro uno quoq; centũ iste referens:duo milia quingẽtos perisse dixit.Hac oratõne cæsar ꝑmotus: & an sylleũ cõuersus:furore plenus : interrogauit quãti arabum perissent.Qui cõturbatus:errasse se dixit.Deinde pacta debiti leguntꝰ:litteræq; impatoꝝ & ciuitatũ q̃ latrocinia criabãtꝰ. Mutatus ergo cæsar:sylleũ quidẽ mortis sententia dánauit:herodi uero reconciliatꝰ:satisfaciens:q; ex falsa criminatione atrociter ei scripsisset.Nam ita sylleo respondisse phibetꝰ.Quis est iste:q; me ipulit mendosa suggestionẽ uiꝝ mihi amicũ offendere. Sylleus quidẽ pecunias creditoribus redditurus & post puniendus destinatꝰ.Cæsar aũt adhuc irascebatꝰ arethe:quia principatũ nõ suis præceptis:sed ꝓpria presumptione cœpisset.Cogitabat ergo & arabiã herodi tradere sed impedierunt litteræ q̃s rex miserat ꝓ oliphiũ & uolũniũ . Qui cũ cæsarẽ audissent placatũ : statim præcepto herodis litteras uel ꝓbationes q̃s de filiis miserat porrexerũt.Quas cũ cæsar legisset:principatũ alium addere seni & male sentienti de filiis non estimauit.Videns ergo legatos arethe:& improperans q; temerare nisus esset nõ ab se regnũ accipere:dona suscepit : & principatũ ei firmauit.

Capitulum.XIX.

HErodi uero scripsit:q; placatus ei fuisset & de filiis eius contristareꝰ:præcipiẽs ut siqd acerbũ cõtra eũ presumpsissent:ꝓsequereꝰ tanquã in patris preuaricatores:nã hmõdi potestatẽ ei dedit:si uero fugã tantũmõ cogitassent:ut improperans mitigaret eos:ne aliquid crudele pagerent.Admonuit uero:ut cõcilio ĩ beritho cõgregato: quo multi romani habitant: & simul imperatoribus syriæ & archelao rege cappadociæ: quãtoscꝫ alios existimaret amiciciis eius uel honoribus clarissimos:eoꝝ sentẽtiis quod oporteret implereꝰ.Herodes aũt cũ litteræ uẽissent:lætus ꝓ recõciliatione:& q; sibi potestas sup filios fuisset cõcessa:statĩ accersiit cunctos a cæsare constitutos ad conciliũ:præter archelaũ : quẽ ꝓpter offensam noluit interesse:nequid uoluntati suæ impediret.Cunq; in beritho imperatores & alii conuenissent:filios nõ ꝑmisit ad conciliũ accedere:sed ĩ uilla quadã sydonioꝝ palestũ noie iuxta ciuitatẽ reliqt: ut uocati ad conciliũ præsentarenꝰ.Solus aũt ingressus.c l.uiris consideritibus: accusabat filios: & causa quidẽ nõ erat acerba: quantũ ad ueritatis:indicia:multũ uero dissimilis patris filios criminãtis. Nam uiolenter porabat:& approbatione cã turbabatꝰ:& maximi furoris uel ferocitatis signa monstrabat.Defendebat etiã tanquã uera:quæ in odio filioꝝ dicta fuerãt:& quæ ipse cõtra filios scripserat legebat in quibus insidiaꝝ nulla cõscriptio fuit:tantũ uero q; fugeꝰ cogitassent: & derogationes quædã:& obprobria ꝓpter odiũ qđ in eos habebat.Quæ cum legisset:clamauit iurando:q; melius uita priuareꝰ:quã talia uellet audire.Deinde cũ dixisset: q; & natura & cæsare concedente potestatẽ haberet:addidit & patriã legẽ sibi precepere:si quando parentes filios accusarent:& super capita eoꝝ manus suas imponerent:necesse populos circũstantes eos lapidare: & huiusmodi morte perimere:quã legẽ ipsam paratã in patria quidẽ uel in regno facere uoluisset: sed expectare illoꝝ iudicia:cognitores aũt iuenisse eos ĩ mãifestis filioꝝ & nõ paruis crimĩbus: ut tempus habentes dignũ:nullatenus deberẽt negligere:ne aliis talia ꝓuenirent. Cum hæc rex itaq; dixisset:nec adolescentes ad fatisfactionẽ transissent:uidentes iudices q; modestiã uel recõciliationẽ minie assumeꝰt rex:potestatẽ ei cõfirmauerũt.Et primus qdẽ saturnius:uir cõsularis: & in dignitatibus clarissimus:mite sententiã ꝓtulit dicens.Damno filios herodis interfici uero non iustũ arbitror:quia & ipse filios habeo:& regẽ puto sic uelle:quãuis infœlices filios se habeꝰ cõsentiat. Post quẽ saturnini filii tres qui eius erant ligati:sententiã eandẽ cũ patre ꝓtulerũt.Volumnius aũt ecõtra morte puniendos filios herodis respõdit:ita circa patrem iniquos inuentos. Eadem cum plures dixissent:ut nihil ambiguũ esset quo minus intelligeretur morte damnatos adolescentes:statĩ herodes ad tirũ peruenit:ducens miseros adolescentes. Cũq; nicolaus ad eum roma delatus esset:& prius ipse sentẽtias in beritho de filiis ꝓnũciatas audisset:herodes cõsuluit quid amici eius de hoc romæ deliberassent.Ille ait.Quod & mihi uideꝰ: scilicet impia esse q̃ illi de te senserant:oportere uero legatos & custoditos cohercere : & siquid tibi aliud uisum fuerit. Prouide tamẽ:ne plus iracũdia quã modestia usus eẽ uidearis.Nam minie dimitti solutos puto: ne talia cõmittant:quæ nullatenus possent corrigi.Multi etiã tuoꝝ amicoꝝ eadẽ romæ deliberauerũt.Herodes aũt cũ tacuisset mesticia tentus:post iussit nicolaũ secũ nauigare. Moxq; ut ad cæsareã delatus est:rũor a populo de filiis eius euolabat:cũctis sustinẽtibus ubi cã eueniret. Dũ sic piclitarenꝰ & doloribus eoꝝ cõdolerẽt dicere aliquid palã:aut dicentẽ audire sine ꝑiculo nõ erat. Vnde misericordiã cũ dolore cõclusam sine uoce cõprimebãt. Vnus aũt miles noie tiro:cũ filio suo equeno uel amico alexandri:cũcta q̃ alii timore tacita dolebant cũ libertate loquebatꝰ:

& ſepius clamabat inter multitudinem dicens:q; periſſet ueritas:q; iuſticia ab hoibus receſſiſſet. Vigent iqt mẽdacia uel malignitas:tãtãq; nebulã hũanis negociis itulerũt:ut maxie calamitates uel miſeria pro nihilo iudicẽtur.Cũ talia ſepius exclamaſſet:licet nõ ſine diſcrimie: ueritas tamẽ oẽs mouebat. Quapp ſinguli timẽtes ſe occultabãt:ſed hæc illũ dicẽté libẽter audiebãt. Qui cũ regẽ petiſſet:ut ſolus ſoli q̃ uellet edicerẽt:cõceſſũq; ei nõ fuiſſet:nõ poſſũ inqt rex cõtiere ꝑ tali dolore fiduciã:uel audaciã meã neceſſariã quidẽ tibi & cõmodã:ſiquid utile uellis ab ea ſuſcipeꝛ: meæ uero tutelæ cõtrariã.Deinde ſubſecutus ait.Quo tua mẽs ſagaciſſima receſſit:aut cur ſupabũdans ſapientia ſenſu multatur:quo plures uel maxios acq̃ſiſti triũphos. Quid eſt:q; cognati uel amici remorãt̃ petitõibus tuã flectere pietatẽ:quos tibi minie iudico eẽ cognatos uel aícos ſi deſpexerint tale ſcelus:in tuo beatiſſimo fieri principatu.Tu uero nõ preuides quid eueniat ſi duos adoleſcentes ab uxore tibi regia creatos:& in omni ſummitate uirtutis ꝑcellentes occidis: teq; ſolũ in ſenectute relinquis:cũ uno filio male uitã tuã diſponẽte:& cũ cognatis quos totiẽs iam morte damnaſti.Nonne cogitas:q; multitudo tacens crudelitaté tuã conſpicit & odit: exercitus quoq; cũctus & primatus eius miſericordiã qdẽ de iſœlicibus:odiũ uero in te hæc faciẽte concupiuit.Cum hæc rex in initio non libenter audiſſet:& cõmouiſſent eũ uerba tironis:ꝑ quæ manifeſte familiariũ pfidiam exprobrauerat:paulatim imẽſa & militari fiducia uſus tiro cõcidit: & turbatione compleuit herodẽ.Qui cũ magis increpari q̃ admoneri ſe putaſſet:& quia milites eũ abhorrerent:& primatus eoꝝ indignarentur: præcepit noiatos cunctos cũ tirõe ligatos i cuſtodia detineri.Cum hoc factũ fuiſſet:& trifon quidã tonſor regis inuẽta occaſiõe regẽ adiſſet: ait.Suaſit mihi tiro ſepius dicens:ut regẽ tondens:guttur eius incidere: nam inter primos apud alexãdrum poteris eſſe:magnaſq; donationes ab eo accipere.Quæ cũ dixiſſet:eũ rex cõprehẽdi præcepit:& tormentis tironẽ & eius filiũ:atq; tonſorẽ ſubdi.Cunq; tiro ita cõſiſteret:uidẽs filius patrem ſuũ crudeliter laceratũ:nec habentẽ ſpẽ ſalutis:futurũq; ſibi iudiciũ ex tormentis paratũ intelligens:ſe inquit ueritatẽ nũciare:ſi uerbo cõfirmaret tormenta patris & ſua remittere.Cũq; rex fidem dediſſet:dixit ſibi cõſtituiſſe tironẽ manu ſua regem adire & occidere ſi copia daret: ut ſolum eũ ĩueniret:multaq; pati quatenus alexandro præſtaret.Quæ cum ille dixiſſet:patré a neceſſitate ſoluit.Incertũ autem eſt:utrum hæc ueritate an neceſſitate retulerit:ut aliquod pfugium in præſentibus malis inueniret. Cap.XX.

HErodes aũt licet deliberaſſet iam dudũ filios interimere:tũc tamẽ feſtinauit crudelitati ſuæ finẽ imponere:& i cõtione producẽs:trecentos priores militũ reos factos cũ tirõe filioq; eius:& accuſatore tõſore:criabatur corã oĩbus.Et illos quidẽ multitudo pemit:alexander aũt & ariſtobolus in cæſareã tracti pre præcipiente laqueo pimũt̃. Corpora uero noctu alexandrium ponũtur quo matris eoꝝ pater:plureſq; cognati: uel proaui poſiti eſſe uidebantur.

HAec continent̃ in.xvii.libro ioſephi hiſtoriaꝝ iudaicæ antiqtatis. Cap.i.

HQualiter antipater odio habitus eſt ab omni gente propter interfectionem fratrum ſuorum. Cap.ii.

Qualiter herodes rex filios alexandri & ariſtoboli filioꝝ ſuoꝝ adoptans: filiã ſerore illis deſponſauit & antipatri: & q̃liter antipater pſuaſit patri deſponſationẽ in ſuos tranſferre filios:& qualiter herodes aduerſus traconitas uolens munitus exiſtere:zamarim iudeũ qui de babilone diſceſſerat: & in antiochia degebat euocans ibi conſtituit: & utebatur illo oppoſito aduerſus draconitas. Ca.iii.

Qualiter antipater oblectabatur eos qui circa ſeroram erant: uolens per illos iſidiari pri & qualiter agnoſcẽs ſoror regis ſalome:canculo denũciauit fratri:& de iterfectione phariſeorum regi aduerſantium. Cap.iiii.

Qualiter rex herodes ꝑcepit fratri ſuo ſeroræ:ut excluderẽt uxorẽ ſuã:aut eius regno diſcederet: & qualiter antipater ſuſpectus patri factus timens eũ ſcribebat amicis in roma:ut ſcriberẽt patri eius ac pſuaderent:ut mitteret eũ ad cæſarẽ cũ pecuniis quod pſuaſum eſt herodi filiũq; trãſmiſit:& de morte ſeroræ fratris herodis. Cap.v.

Accuſatio uxoris ſeroræ a filiis ſeroræ:q; uenẽo piſſet:& q̃liter herodes exq̃rẽs repit cõtra ſe uenenũ patũ a filio antipꝛo:& pſcrutatus antipatri cognouit iſidias. Cap.vi.

Nauigatio antipatri de roma ad patrẽ:& q̃liter a nicolao damaſceno herodis aíco fuerit accuſatus:pluribus in iudicio uarone qntilio & ipſo herode cũ amicis utrorũq;:i quo iudicio antipr̃ multifariæ cõuincit̃ de facta cõſpiratione i patrẽ intantũ ut uenenũ pri a filio ꝑparatũ i mediũ ꝑferret̃ qd ad expimẽtũ iuſſu uaronis bibẽs unus dãnatoꝝ:ſtati morit̃. Cap.vii.

Herodes antipatrũ filiũ miſit i uincula:& legatio miſſa ab herode ad cæſarẽ de filio.Cap.viii.

Lib. x7.

Lib: 17.

De egritudine herodis:& seditiõe iudeoꝝ:& qa desperans oẽs optimates iudeoꝝ p̃cepit occidi ĩ hora mortis suæ:& quia tpe illo deportate sunt ei lr̃æ ab legatis ad cæsarẽ missis:habentes damnationẽ antpatri ĩ arbitrio eius & uolũtate esse positã:& qa inualescente egritudĩe malũ purgãs: cultro se interemisset si p̃uentus non fuisset. Cap.ix.
Qualiter antipater putans herodem defunctũ locutus fuerit custodi corporis de dimissione sua: & propter hæc antipatri peremptio. Cap.x.
Testamentum herodis ad cæsarem:& distributio inter eius filios: & qualiter archelaum p̃fecit deinde mors ipsius. Cap.xi.
Epistola herodis ad exercitum:& admonitio fidei seruẽdæ circa filium eius archelaum qui statĩ eleuatur in regnum. Cap.xii.
Sepultura herodis in herodio castello:& fauor archelai regis ad populum:& populi ad ipsum. Cap:xiii.
Qualiter podplus seditionem mouit aduersus archelaum in festiuitate azimorum : & qualiter archelaus tria milia ex eis interemit:ipse uero nauigauit ad cæsarem:credens regnum philippo fratri suo. Cap.xiiii.
Qualiter archelao romã ascendẽte:sabinus q erat in syria cæsaris curator ascendit ĩ hierosolymã uiolenter expetẽs herodis pecunias & castela a curatoribus archelai. Cap.xv.
Qualiter p̃suaserunt curatores populo arripere arma:& obcidere sabinum uel romanum exercitum in antonia constitutum. Cap.xvi.
Qualiter cæsar testamentum herodi confirmauit:seruans filiis eius testamentũ: & diuisio regni iudaici in tetrarchias. Cap.xvii.
De eo qui se mentiebat̃ esse alexandrum herodis filium:& qualiter fictio ista depræhensa sit:inuestigante cæsare:& pœna qua multatus est. Cap.xviii.
Qualiter archelaus accusator a iudeis apud cæsarem:quem cæsar indignatus: regno priuauit:& trusit in exilium apud uienniam gallie:& somnium uisum archelao & glafire.

Incipit.xvii.liber antiquitatis iudaicæ.

ANtipatro aũt postq̃ fratrũ extitit accusator:& in prĩs facinus extreme impietatis & crudelitatis ĩpulsor:haut sane ꝓ uoto spes uitæ sequẽtis apitur. Nã quãuis amittẽdi regni metu fuerat liberatus:ꝙ iã uidelicet illud cũ fratribus se cõmũicatuꝝ fore nõ cernere:oposius tamẽ & ambiguũ regnũ sibi fieri magis magisq; sentiebat.Siquidẽ odiũ uniersæ gentis:aduersus illũ erat exortũ.Fuit uero illi etiã hoc ualde cõtrariũ: ꝙ totã cõtristabat militiã:dũ aduersam ab ea gereret ꝓtinus uolũtatẽ: ĩ qua ꝓculdubio oĩa regni munimẽta cõsistunt:& maxĩe quotiẽs gẽtẽ aut populũ uniuersum nouaꝝ reꝝ cupidĩe pturbari cõtingeret.Tãtũ eteni piculũ ei fratrũ ꝓcurauit interitus.Verũtamen cũ patre pariter pticipatur regnandi negociũ:nõ aliter quam si rex etiã ipse cõsisteret:amplioraq; ei negocia credebant̃:& unde pire debuisset:firmitatẽ magis fauoris ĩuenerat:ꝙ q̃si ꝓ herodis tutela fratrum suoꝝ ꝓditor extitisset & nõ inimicicia q̃ circa illos & circa patrẽ ipsũ detinebat̃. Talibus enĩ eũ maliloquiis induxerat.Quæ oĩa machinationes erãt uiã cõstituẽtes q̃ aduersus herodẽ tẽderet: ut antipater accusatores nõ hr̃et de hisq̃ patrare cogitabat:herodes aũt oĩ refugio nudaret̃: non habens qui sibi auxiliaret̃:cũ ãtipater hostis manifestus existeret.Proinde odio paterno illas fratrum insidias ꝑpetrabat.Pulsabat aũt ãplius ut ab incepto nõ desisteret:ꝙ cernebat moriẽte qdẽ herode certe sibi principatũ esse uentuꝝ:ꝓlixius aũt uiuẽte:multa sibi surreptura picula: si eius factio ꝓderet̃ cuius extabat ipse cõpositor:& q̃ si palã fieret hostẽ illi patrẽ cõpellebat existere. Prppter quæ ad donãdũ erat largus & affluẽs:& etiã eos qui circa patrẽ erãt lucris pulsabat ĩ gentibus ut aduersus eũ hoĩum odia cõcitarẽt:& maxĩe illos quos romæ possidebat amicos missionibus magnoꝝ numeꝝ sibi beniuolos cõpabat.Ante oẽs aũt saturninũ q tũc curã syriæ gerebat inducere magna spe incitabat̃:sed etiã saturnini frẽm ꝓmereri festinabat.Ad hæc sororemregis uiro inter primos apud herodẽ cũiunctã:suo mõ utẽs:ad se uolebat atrahere.Erat quippe ad fingẽdas amicitias colloquentibus secũ callidus & ad odiũ dissimulãdũ ualde credibilis:& ad celãdũ semetipsum satis astutissimus.Non tamẽ decipe ualebat suã nutricẽ q̃ illũ iã ante abunde cognouerat:& ab eo falli nõ poterat.Siqdẽ oĩbus eius factiõibus iã antea fuerat reluctata:ob moꝝ eius improbitãtẽ:q̃uis eius filiã hẽret uxorẽ ꝓuidentia mr̃is ãtipatri:& eius ipsius instãtia illã su-

scipiens:q̃ primo fuerat aristoboli sociata cõnubio.Nã alterã calleas filius uiri eius hẽbat uxorẽ: sed nullũ hoc ei tutamẽ erat:quo minus eius itelligeret iniquitas:sicut nec prius cognatio quicq̃ obstiterat: quominus odibilis haberetur.Iuterea salome festinãtẽ sylleo arabo cõiungi corporali libidine concitatã:herodes cõpellit cũ alexa inire cõnubiũ:coopante quoq; illi iulia: & psuadẽte salome:ne illius rẽnueret nuptias:ne inimiciciæ inter eos maturius orirent.Iurabat quippe herodes:nunq̃ si circa salome beniuolũ fore:nisi cõiugiũ alexe susciperet:& obediret iuliæ utpote cæsaris coniugi:ad hæc etiã utilia suadenti.Interim filiã archelai regis herodes ad suũ destinat patrẽ: quæ fuerat alexandro iugata:dotẽ etiã restituens:ut nullũ inter eos certamẽ oriret. Cap.II.

noxiam operabatur:quæ omnem tolerantiæ cõtulerat firmitatem. Dicebatur igitur ab his:quibus inerat diuinandi peritia:diuinitus has pœnas ob impietatẽ eius & multa crudeliter gesta deposci. Ipsi tamen multum spes salutis instabat:si forte posset contra morbos aliqua remedia prouidere. Medicos quoq; aduocans ut uterentur si quid possent ad saluté proficere postulabat: & transiens iordanem fluuium: aquis calidis quæ sunt circa calliorã:die noctuq; fouebatur. Hæc igitur aquæ calidæ super aliaq; habebant cõmoda etiã portabiles erãt.Pergebat aũt aqua illa in paludem:quæ sulphurifera uocitatur.Præterea uisum est medicis:ut eum i dolio oleo pleno cõfouerent. Vbi cum missus esset:ita defecit:ut ab oĩbus mortuus putaretur.Tunc grandis seruorum ululatus exortus est. Cum igitur nulla iam de eo spes salutis existeret:iussit militibus quinquagenas dragmas auras distribui:plurima quoq; ducibus & amicis suis munera tribuebat. Deinde reuersus in hierichuntem prævalentibus nigris coleribus: exasperatus iniquius est:ut ipso moriente:indignum facinus ageretur.Venerant quippe ex locis oĩbus per eius præceptũ iudeorum optimates: & erãt plurimi:siquidem ex omni gente fuerant conuocati. Ad hæc etiã fuerat mors contentoribus præcepti proposita.Magna igitur in omnes regis furia concitata est: ꝓpterea culpabiles & inculpabiles in yppodromio concludens: sororem suã salomẽ:utrũq; eius alexãconuocat & mortem suam nõ i longum differri denunciat tantis se doloribus circunuentũ:fore cunctis satis optabile:se aũt sine luctu & deploratione perituru:ꝙ regibus: maxie aũt sibi magni meroris esse firmabat:neq; suũ arbitratum iudeoꝝ falli proposito:ꝙ & eis sua mors amabilis foret & grata:nam etiam se uiuente sepius illos & seditiones & secessiones fuisse molitos:& in eius semper iiurias fuisse festinos:cæterum leuigationem quandã illis natã esse dicebat ꝙ talibus ipse doloribus urgeretur:proinde petere se ab illis:ꝙ eos sciret contra eius gloriã in nullo uenturos: ut agerent: qualiter eius exequiæ honorabiles super cæteros reges:& luctus amplior ageretur. Quod futurum dicebat:si peregissent ut iudei ex animo i eius morte deplorare lamentariq; cogerentur.Cum igitur me inquit aĩam uideritis expirantẽ:circũuallantes yppodromiũ omni militia nec dum mea morte uulgata:cõfestí omnes illos inclusos iaculari persicite:& ita cunctis intereuntibus duo cõmoda prouentura:ꝙ & regnum illis post suam mortem firmũ perseueraret: hostibus amputatis:& super suã mortem luctum celebrandum esse magnificum.Et ille quidem lacrimandus talia lamentat:& cognatos oẽs beniuolentiam circa se fideq; seruare postulat inuocationem diuinam interponens: ne cum inhonorificentia sua mors:& cum indignitate tractaretur. Illi uero ꝓfitebãtur in nullo se eius præcepta transgressuros.Sed ego cõperi illius hoĩs mentem considerans:etiã per præsentia mandata nihil humanũ pœnitus habuisse. Siquidem de hac uita discedens procurabat:quatenus oẽm gentem orbatam & desertam parentibus dilectissimis relinqueret:iubens unum ex unaquaq; domo interimi:qui nihil iniustum neq; in ipsum:neq; in alios admisisse fuerant depræhensi.Hæc igitur illo suis parentibus demandante:deportantur & litteræ ab legatis:qui ad cæsarẽ romã fuerant missi. Quaꝝ hæc erat sníaꝙ acmes indignatione cæsaris extincta fit:pro facinoribus quæ cũ antipatro ꝓpetrare tentauerat:ipsum aũt antipatrũ i patris uolũtate dimissum:ut quod placeret ex eius sníafieret:ipsũ &enim & patrẽ esse & regem: siue illum in exiliũ detrudi siue illũ morte multari uellet:in eius proposito constitutũ.His auditis herodes:paulisper animum refouit:uoluntate scriptoꝝ & morte acmes in superbiam subleuatus:& potestate puniendi quã acceperat in filium. Sed prævalentibus crescentibusq; doloribus: interitui propinquabat:& quãquã in multo defectu contineretur:appetebat tamen cibum:& postulans malum:quesiuit cultrum. Erat enĩ illi talis mos:ut ipse per semetipsum malum accuras: & per partes modicas recideret:& comederet.Sumens ergo cultrum:circunspiciensq; ne quis adesset:uoluit semetipsum interimere quod forsitan perfecisset: nisi præueniens manum eius atiabus contineret:nepos enim eius erat:& magnum clamãs:statim ululatus per totam aulam exortus est & tumultus.

Cap.IX.

QVæ cum ad antipatrum peruenissent:credidit suum patrem uitæ terminũ susceпisse præcipiensq; fiduciam tam uerbis quã motibus ita totus animo gestiebat:tanquã si fuisset liberatus e uinculis:& regnum in suis manibus sine ullo labore perceperit.Tunc cœpit cũ custode ergastuli de sua dimissione fabulari: magna se continuo spondens dona ei tributurum. Ille uero non solum non acquieuit ut faceret quæ uolebat antipater:uerũ etiã cuncta regi denũciat:intimans ei eius mentem:& quæ ab eo munera spondebantur.Tunc herodes quãuis & ante non minore odio ferretur in filium:cum audisset custodem ergastuli illa narrantem: magnum protinus exclamauit. Tunc quassans caput:quãquã in extremo uitæ teneretur & cubito sese attolens stati destinans quendã armigeroꝝ suoꝝ sine ulla dilatiõe celeriter necari iubet antipatrũ sepulturãq; eius in hircania sine ullo honore fieri.

Cap.X.

TEstamentum interea scribebat mente mutabili:& antipatrum quidem quē sibi succes-
sorem in regno designauerat:tetrarcham facit galileæ regionis atq; peroe:archelao uero re
gnum contribuit.Gaulanitidem aūt & thraconiten:& bathaniam:& baniadam philippo
filio quidem suo:fratri autē archelai germano tetrarchiæ iure concessit:iamniā uero & azotū &
faselidam:salome sorori distribuit:sed & argenti signati mariadas quinquaginta. Dispositis etiā
de cæteris suis cognatis:atq; cōsanguineis:opibus eos reditibusq; locupletans.Cæsari sane argen
ti signati mille miriadas: præter uasa quædā aurea:quædā argenta:& metallis præciosa:& artifi-
cis opere uenustissima dereliquit:indumenta quoq; preciosa: iuliæ uero cæsaris coniugi: & aliis
nōnullis quingentas miriadas.His dispositis:quinto die postquā antipatrū filiū necauerat defun
gitur regnās postquā antigonū iteremit: annos.iiii.&.xx. postq̄ ātā rōanis regnū p̄ceperat.vii.&
xxx.uit crudelis in oēs eq̄liter: ire qdē subditus: a iusticia uero effrenatus:fortūa uero ꝓpicia:sup
quēlibet affluēter abusus:ex plebio ī regnū assurgēs: & picula pluria eludēs:qbus sepius fuerat
circūseptus : diurnitate uitæ pfunctus ē.domi circa filios quātū qdē ad eius sniam ēt ibi ꝓspe-
ritate potitus est:eo q; se suos inimicos superasse censebat:meo uero iudicio:super omnes infœli
cissimus.At salome & alexas:antequā mors regis diuulgata foret:ex ippodromio iudeos abire p-
mittunt ad proprias domos:dicentes:regem iussisse:ut unusquisq; in suas regiones abscederent.
Hoc aūt fecerunt:beneficium illi genti præstare cupientes.Interea mors magis diuulgatur.

Capitulum.XI.

TVnc salome & alexas cūctam militiā cōgregantes in amphiteatro quod hierichunte erat:
primum quidem epistolam regis legi fecerunt:quā ad milites fecerat: deinde gratias eius
in eos pro fide ac beniuolentia quā circa eum exhibuerunt insinuant:petitiones quoque
eius:ut similes se circa archelaum filium eius exhiberent:quē regem constituit intimabāt. Pto-
lomeus etiam cui fuerat testamentū a rege creditum:anulusq; de quo signauerat cōmissus:cōti-
nentia testaméti denunciat:quod testamentū nō posse robur firmitatēq; suscipere dicebatur:ni-
si cūcta quæ in eo eēnt deferrent ad cæsarē.Fit cōtinuo fragor ingens:honorantiū archelaū:re-
gemq; proclamantium:milites quoq; cuncti: & uniuersi duces:fauorem: & beniuolentiam pro-
mittebant:paratosq; se ac promptos ad omnia profitentur adiutoremq; deum supplicationibus
aduocabant.

Capitulum.XII.

DEhinc sepulturam regi præparabant.Curæ nāq; fuit archelao:ut exequiæ patris quā ma-
gnifica possent celebritate gererentur:utq; memoratum proferrent cū rege mortuo pro
ducendum.Portabatur itaq; in lecto aureo:lapidibus depicto uariis atq; preciosis:stram
na ueruostro erant auroq; contexta:eratq; ipse mortuus circūamictus purpureis uestimentis:ca-
put eius diademate coronatum: sceptrum quoq; in manu eius uelut si a uiuo teneretur erat ap-
positum:circa lectum autem erat frequentia filiorum:multitudo cognatorum. Circa quos om-
nis militia stipata pergebat:per proprias distincta nationes:& discreta noibus. Erant autem tali
ordine distributi.Nam primi quidem pergebāt eius armigeri:per quos oēs therecū manus: post
istos etiam natio germanorum:atq; galatharum.Hos item sequebatur cum ornatu maximo cū-
cta belligeratoria multitudo.Cætera uero militia postrema sequebatur: in eum scilicet modum
digesti:qualiter solebant in bellum procedere:& suis ducibus ordinari.Post hos sequebantur ser
uorum eius quingenti:odores uarios:& aromata deportantes.Pergebant aūt ī herodium stadiis
distante octo:illic enim est eius sepultura ex eius iussione confecta. Et herodes quidem hoc mō
defungitur.Archelaus aūt per.vii.dies luctum super patrem honore regio ex more gerit: tantos
&enim dies lex paterna præcepit obseruari.Conuiuia itaq; celebrans:& luctum exoluens: ascen-
dit in templum.Ibi magnis ei clamoribus fauebatur:magnisq;: predicabatur laudibus:secūdum
q; unusquisq; arbitrabatur maiora quam alius conferre preconia.Tum uero tribunal ille cōscen
dens quod sibi fuerat præparatum & confidens:omnibus benigna loquebatur:& sibi propitios
comparabat: gaudio fauoris omnium & uoluntati quam ex beniuolentia circa se cunctorū ac-
ceperat gratias se illis habere narrabat: q; lesi a patre nihil circa se mali ab illis reciprocaretur: se
aūt aduisurꝫ:ut eis bonorꝫ uicissitudinē redderet:eorūq; remuneraretur alacritatis affectū roga-
ret uero:ut nunc iterim parcerent nomine illū regis honorare:sufficere sibi dignitatē potestatis
aiebat:quā tunc firmā esse dicebat:cū testamentū a patre scriptū:a cæsare firmaret. Obquā cām
neq; in hierichūte cūcta militia diadema illi īponere cupiēte uoluerat suscipere:ābiguū honorē
estimans ex tali re sibi ꝓuenturꝫ:q; eēt adhuc īcerta uoluntas eius:qui posset illi regnū ꝓprie fir
musq; concedere:non sibi defuturā circa illos benignitatē:q̄ beniuolentiæ eorꝫ uicissitudinē re-
portaret.Festinare quippe se in oibus enarrabat meliorē se suo patre circa illos ostēdere.Illi uero
ut plebeia multitudo cōsueuit:ī ipis primis diebus uidentes regis lene principiū:uoluntates suas

laudibus & fauoribus aperiebãt:& quãto mansuetius cũ eis loquebatur archelaus tanto amplius nomen archelai prædicabant:deinde ad numerum petitiones:intercessionesque uertuntur. Alii quidem functionum publicarũ leuigationem cum clamore postulabant: pars uero uinctorũ solutiones expetebat:qui fuerant ab herode deuincti alii uero grauedines quas herodes inemptionibus & in publicis nundinis cõstituerat:auferri uociferabãtur. Archelaus porro in nullo illis cõtraria respondebat:sed in omnibus accurate:estimans regni fore suffragium: si multitudinis beniuolentiam comparasset. Dehinc ad sacrificia offerenda deo conuertitur:& cum amicis conuiuia celebranda.

Cap. XIII.

DVm hæc interim aguntur:congregantur iudeorũ iuuenes plurimi:nouarũ rerũ cupidine concitati:& cœperũt de morte mathiæ aliorũq; cum eo ab herode interemptorũ tumultuosa uoce causari:dicentes q; iniuste perempti: etiam exequiarũ honore herodis timore caruerant. Erant autẽ isti:pro quibus turba loquebatur:qui fuerant euulsione aureæ aquilæ perempti. Magnum ergo turba proclamãte:& clamitationibus utente:quasdã etiã iniurias quasi ex hoc posset ad illos mortuos aliqua leuigatio peruenire:proterue procaciterq; iactante:cõgregabatur magis magisq; numerosa multitudo:& ultionem mortuorũ ab archelao fieri debere poscebant: suppliciis eorũ qui sub herode fungebãtur honoribus. Et primum quidem omniũ sacerdotio remoueri põtificem quẽ herodes fecerat proclamabãt:uirum mundũ: & secundũ leges suas dignum ad pontificatum promouẽdũ esse dicebant. Archelaus aũt licet ista grauiter ferret:annuebat tamen:impetũ eorũ mitigare festinans:donec iter ad romã quod propositum habebat sine tumultu perageret:& cum de sese uoluntatẽ cæsaris agnouisset:respicere dixit:quid agẽdum foret:& de cunctis repetitionibus eorũ legitime dispositurum:neq; tunc tempus esse dissensiõis: aut contumelias ingerendi:magis aũt unitatis atq; concordiæ donec ex præcepto cæsaris ad eos cum firmitate regni recurreret:tunc quippe in cõe consulere: de quibuscũq; tractandũ esse uideretur:tunc aũt sustinendum esset:ne forte seditionis quoq; crimẽ incurrerent. Et ille quidẽ hæc dicens ducẽq; suum edocens:mittit ad eos:hæc ipsa locuturũ. Illi porro proclamantes:ducem loqui pœnitus non sinebat:periculum quoq; minabantur:siquis eos ab assumptione sua reuocare uoluisset:& instabant suã libidinẽ magis explere:quã imperantiũ subiacere consiliis. Graue nãq; illis uidebatur:si cum herode uiuente amicis priuati fuissent: eodẽ mortuo nullã ultionem fieri mortuorũ. Illud enim iustũ legitimũq; dicebant:non q; ratio dictaret:sed q; eorũ libidini uoluptatem posset afferre:fatui ad prouidẽdum:quantũ illis esset ex ea re periculum nasciturũ. Plurimis itaq; ab archelao missis:ut tumultũ seditionẽq; mitigarent aliis ex regis persona loquẽtibus aliis aũt ex illius quidẽ sñia:sed ueluti ex sua mẽte monentibus:illi nullum pœnitus aduertebant:sed amplior firmitus:& turba mouebatur:concurrente etiã plurima multitudine: q; illa tempestate iudeis dies festus iminebat:quãdo azima secundum obseruationẽ paterni moris exercẽt. Pascha enim illa festiuitas uocitatur:ad recordationem & memoriã exitus ex egypto: & sacrificat ab eis illo die cum alacritate magna pecudum etiam numerosa multitudo:quanta in nulla alia solẽnitate. Concurrit ergo ex uniuersa regione magna copia populorũ:plures etiã ex mõtanis locis aduenium:religionem numini soluturi. Sed iuuenes qui seditõnem excitauere:iudam mathiãq; lamẽtantur: ueluti doctores expositoresq; legis antiquæ:& persistebant in templo: suffragione quoq; uictualium abunde subsistente. Nam seditiosis hoibus turpe non ducebatur ab aliis cibos expetere. Anxius aũt archelaus ne in deterius eorũ processisset audacia:cohortes destinat armatorum cum quibus etiã tribunum militarẽ mittit: ut eorũ coherceat impetũ: & primum quidẽ:ut illos sedicios repellerent & ab alia multitudine separarent. Sed uenientibus militibus:illi sedicioſi cum ingenti alacritate:excitata secum etiã turba:super tribunum ac tota præsidia cum uoce magna inuicem hortantes impetunt faciunt:ex quibus plurimi fusi:pauci aũt cum tribuno sauciati diffugiunt. Archelaus aũt cuncta pessumdare censebat nisi multitudinis illius impetum frangeret:tumultumq; illum resecatum extingueret. Cunctam igitur mittit militiam:ut eos qui sibi in tẽplo habitacula construxerant:exinde repellerent. Ceduntur itaq; ab equitibus circiter tria milia hominum:reliqua uero in montes proximos refugit multitudo. Cæterum ex edicto cunctos ad suas regiones discedere iubet archelaus. Quiq; cõtinuo discesserũt:festiuitatẽ deserentes minime celebratam: maioris timore periculi propulsati:licet essent in mortis temeritate præcipites. Interea archelaus ad mare ꝓximum cum matre descendit: nicolaum secum & ptholomeũ habens: & amicorũ plurimum comitatum:philippoq; fratri omnia gubernãda dereliquit:domũ ei regnũq; cõmendans. Salome quoq; soror herodis cum eo simul egreditur:oẽm secum ducens ꝓsapientia: ad hæc etiam plurimi cognatorũ:uerbo quidẽ:ueluti cum archelao cõlaboraturi: ut ei regnum a cæsare firmaretur:re aũt uera:ut aduersus eum niterentur:maxime illa quæ ab eo i

templo gesta sunt accusando proponere. Obuiam fit archelao sabinus cæsaris curator: eaꝝ rerũ quæ in syria possidebat: in iudeã ꝓgens: pro cõseruatione thesauroꝝ herodis. Quẽ uarus ab hac intentione reuocauit: ꝑ ptolomeũ qui transibat ab archelao cõuocatus. Sabinus ergo uari gratia neq; arces obtinuit quæcũq; fuerant in iudeoꝝ ciuitatibus cõstitutæ: neq; thesauros consignauit: sed oĩa sub iure dimisit archelai: donec quid de his cæsari uideretur agnosceret. Proinde in cæsarea se sustinuit sic enim repromiserat se esse factuꝝ.

Capitulum. XIIII.

SEd cum romã nauigasset archelaus: uarus prexit antiochiã: sabinus ascendit ĩ hierosolymam: & aulas regias obtinet: euocansq; omnes oppidoꝝ ꝓfectos: & quotquot rerũ dispensatores fuerant ratiocinari cœpit: & arces ut sibi traderentur multos expetere. Ex hoc iã illi quos ꝓfecerat custodes archelaus: mãdata eius ĩplere nõ poterãt: sed custodiebant oĩa secundũ interdicta sabini: usq; ad cæsaris ꝓceptũ. Nauigat etiã romã ĩ illis diebus antipater herodis filius: regnũ etiã ipse petiturus hortatu salome & promissionibus incitatus dicentis: iustiores cãs illum habere archelao ad regnũ ꝓcipiendũ: q; primũ testamentũ ĩ quo is successor regni fuerat constitutus: firmius: quia illud sanamente fecisset herodes: hoc aũt iam sensu præualitudine diminuto cõscripserat. Ducebat secũ etiã matrẽ: & fratrẽ nicolai ptolomeũ: aĩcũ herodis satis honorabilẽ: sed etiã sibi ualde gratissimũ atq; fauentẽ. Maxime aũt eũ incitabat ad regnum yreneus rethor uir opiniõe clarus: & ad dicẽdũ acerrimus. Idcirco etiã freti: eos q; ꝑsuadebant cedẽdu archelao: siue q; regio testamẽto successor fuerit ĩstitutus: siue q; maior natu eẽt aduertere cõtẽnebant. Sed cũ romã uenissent: oẽs cognati ab archelao discedẽtes ad istũ cõueniunt: non beniuolentia circa eũ aliqua cõstricti: sed odio quo aduersus archelaũ irritabant. Maxime autẽ libertatẽ desiderabãt: & romanoꝝ iudices magis: q; reges proprios hr̃e cupiebãt. Quod si hoc minus procederet: antipatrũ magisq; archelaũ sibi regem cõducibilius estimantes: impetrare laborabant. Sabinus quoq; accusationẽ archelai apud cæsarem deposuit. Inter hæc cæsar susciẽs ab archelao litteras: in quibus iura a patre sibi relicta proposuit testamentum quoq; cognoscens: & ratiocinia thesaurorũ herodis cum anulo consignatorio quẽ ptolomeus apportauerat: cœpit conspicari quem ordinãdũ ratio postularet. Legens quoq; litteras uari & epistolas sabini: summã quoq; thesauroꝝ uel quid pecuniæ per singulos annos impenderetur aduertens litteras quoq; quas antipater pro regno promerendo transmiserat recensens: congregabat ad consultandum omnes senatorii ordinis: & amicos: ĩ quibus etiam gaium filium agrippæ: & iuliæ suæ filiæ adoptiuũ. Deinde illis omnibus in cõcessum inductis: copiã facit: ut quisq; de quibus moueret ediceret. Ibi primũ salome filius antipater dicendi potentissimus: & archelao satis infestus: huiusmodi uerba locutus est: dicens archelaum uerbo quidẽ pro regni petitione se fingere laborare: opere uero oẽm regni potentiam possidere: antequã ei a cæsare in quo cuncta potestas sita esset indulgeret. Huius testimoniũ esse dicebat eius audaciã: quã ꝑsumpserat in die festo multos ĩteri mere. Qui si iniustũ aliqd gessissent: alius ĩter eos deberet ulcisci: q; eos possit legitia & ordiata ptãtẽ cõpescere: & nõ ab illo tãtã cædẽ fieri oporteret. Qui si ut rex illud fecisset: cõtumeliã grãdẽ cæsari ĩtulisse firmabat q; ignorãs qd de eo adhuc dispositurus eẽt regia iã uti ptãte ꝑsũeret. Si ãt uti priuatus illa gessisset: amplius eũ deliquisse narrabat: q; regnũ nõ possidens: supplicia quibuslibet intulerit: de qbus decretũ cæsaris debuit expectari. Opponebat illi etiã iudicũ militariũ mutationes & ordinationes: ad hæc etiã illum in solio regali & cãs plurias iudicasse: ac determinasse proclamabat: tãq; a rege legitie ius ptãtis ĩtegrũ possidente petitionũ quoq; plurioꝝ ꝓmissa publice facta memorabat: nec quid eũ amplius iuris ac potestatis habituꝝ: dũ ĩ regno a cæsare firmaretur. Opponebat illi etiã: q; ex yppodromio uinctos sponte dimiserit: & pluria alia: siue quæ facta fuerãt: seu quæ facta quidẽ nõ erant: sed credibilia uidebant propter naturã sui: quod fieri posse iudicabatur a iuuene: tũ etiã ab accenso regnãdi cupidine. Dicebat etiã luctũ eũ patris pœnitus neglexisse: prohibitos quoq; oẽs a rege cũ morereꝰ uidendo: unde initiũ quoq; seditionis affirmabat exortũ: q; eũ uidebant circa patrẽ suũ mortuũ qui ei multa & magna bona ꝑstiterat tam nequiter conseruari: ut uelut in se lachrymas p diẽ publice configentẽ occulto aulẽ uoluptate regni ꝓcepti ꝑfrui & noctes in deliciis agitare: erga cæsarẽ quoq; hmõi se ꝓbituꝝ archelaũ: cum ei regnandi iura tribueret: qualẽ se circa patrẽ exhibuisse cognoscit: tripudiare nãq; & cautus exercere in morte patris: tanquã si hostis aliquis interiret: & q; nũc aduenisset ad cæsarẽ calliditate usum dicebat: ut si regni ꝓcipere firmitatẽ desiderare simularet: cũ oĩ iam usus esset ptãte: quanta illi nec amplior a cæsare reꝰ domino posset attribui. Maxime uero eadẽ quæ in tẽplo facta fuerant uerbis exaggerabat: & impietatẽ obiectabat q; in die festo sacrificiis diuinis instantibus: multa mĩlia hoĩum cæsa fuissent: in quibus multi peregrini plurimi insontes indigne mi-

ſerabiliter occubuerit: templū quoq; plenū cadaueribus mortuoꝝ:nō alienigena forte pimēte: ſed eo qui ſe regni iura legitime ꝓcepiſſe iactabat. Vnde apparet iquit illud opus crudelitatis libidine peregiſſe:ut integre ſe plenū tyrānidis negociū proſecutū eē teſtetur ꝑ iniq tatē admiſſam qua cunctis hoibus cōſtaret odibilis.Feſtinabat enī quoquo mō regnū accipere:ſciens q; pro ſui merito nunquā poſſet uel in ſomnis regiā poteſtatē legitimo iure ꝓmereri.Nā & pri ſuo certos eſſe ſuos mores agnouerat:unde ſe regni ab eo ſucceſſorē diſponi proculdubio deſperabat:niſi ꝑ egritudinem ac mōrbos quibus non ſolū corpore confecto defecerat:uerūetiā animo parū ualido erat.Cæterū quando mens eius ſoſpes fuiſſet & ſana:& corpore forti ut digne ac merite negocia cuncta diſponeret:in antipatrū poteſtatē regnādi cōtulerat:teſtamēto iure legittimo q; cōfecto:nam qualis porro rex iſte poſſit exiſtere:qui aut contento cæſare ius ſibi totius poteſtatis arripuit:aut ſi a cæſare ſe dominū fieri:& ab eo regnū ſperabat accipere:cur ciues ſuos ſine illius ꝓcepto priuatus adhuc:& in templo die feſto inſtante tam crudeliter interemit. Et ātipater qdē huiuſmodi uerba locutus:teſtes etiā introduxit:& plurios ex cognatis:ꝑ quos ſua dicta firmaſt. Tūq; is loquendi finē faceret ſurgit nicolaus ꝑ archelao uerba facturus:dicebat nanq; illa qdē quæ in templo contigerant:potius eoꝝ qui paſſi ſunt quā archelai poteſtate contigiſſe : ſiquidē tantum eos ſacinus aggreſſos fuiſſe:ut nō ſolū iiurias cōtumeliaſq; iactarēt: ſed etiā eos qui deuoti humiliterq; uiuere diſponebant:ulciſci pertenderent.Cunq; hoſtilia multa operarētur:uerbo quidē aduerſus archelaū:rei aūt acerbitate aduerſus cæſarē:neceſſariū archelaus iudicauit:ut eos ab inſolentia & improbitate reuocaret.Sed illi eos quos archelaus ad ſedandas turbas miſerāt:interimere feſtinabāt:ſine ulla dei uel loci uel feſtiuitatis reuerētia.Mirari ſe ſane dicebat:nō confundi antipatrū:q; taliū defenſor exiſteret:dummō inimicitiæ ſuæ quā contra archelaū gerebat libitum faceret:& odio magiſquā natura iuſtitiæ iudicaret:illos purgare geſtiendo qui cūcto ſcelere aduerſus ſuos principes arma corripuerint.Cætera uero de quibus archelaū accuſauerāt: in eos ipſos accuſatores referebat:dicēs nihil ſine ipſoꝝ cōſultatiōe uel cōſenſu factū:geſtūue fuiſſe : ſed animo ledendi nunc in tranſuerſum ab equitate diſcedere.Nā neq; ſcirēt taliter res eſſe diſpoſitas:qualiter accuſabant:ſed ad inuidiā archelai cuncta deprauare : & tātam illos cupidinē inuaſiſſe obſiſtendi archelao:uiro quidē conſanguinitate propinquo:conuerſatione aūt eis familiari per omne tēpus adiuncto.Teſtamentū etiā patrē ſana mēte cōſcripſiſſe narrabat: firmiuſq; illud eſſet quod poſterius fuiſſet ſcriptū:q; in hoc poſteriore dominū cūctæ ordinationis cæſarē conſtitueret:quē minime illoꝝ improbitatē imitaturū dicebat:qui herodi iniuriā facerēt: i cuius uita oībus eſſent bonis omniq; poteſtate perfuncti.Nunc aūt ad cōtumelias quidem uoluntatis eius & intellectus in oībus feſtinarent:ſed nequaquā cæſarē iniurias illius uiri admittere : qui & amicus fuerit & auxiliator:& oīa i ſua poteſtate dimiſerit:neq; pati ut teſtamentū eius ſolueret: quod de ſua fide fretus ſcripſerit:neq; uirtutē cæſaris imitaturā eſſe illoꝝ accuſatorum: criminatorumq; nequitiā:fidē eius in omni mundo ad exemplar propoſitam & indubitatā cunctis gentibus eſſe referebat:unde nequaquā poſſit herodi alienationē & furiā mētis aſcribi:quē ꝑ multum tps optīe regnū geſſiſſe cognouerit:ſucceſſionēq; optio filio dicaſſe: ſed neq; iudiciū regis circa electionē ſucceſſoris peccaſſe firmabat:imo magis prudēter & optīe iudicaſſe:q; oīa ad uolūtatem:poteſtatēq; cæſaris redegiſſet.Poſtq; hæc nicolaus enarrauit:& finē loquēdi fecit : cæſar archelaum ſibi ad genua procidētē cū honorificentia ſubleuauit:ꝓnuncians eū dignū regni ꝓceptiōe:magnūq; ſuæ mentis momētū gratiāq; declarauit:& nō aliter eſſe ſe factuꝝ:niſi quæcūq; teſtamēto cōtinerēt.Interea cūcti archelao fauere:nō tamē certū aliqd fuerat definitū.Igitur ſcā ſolutione cōſeſſus apud ſeipſum cæſar cōſiderabat:utrūne archelao regnū cōfirmare deberet:an omni herodis generi diſptiri.Interea mater archelai morbo ꝓgrauata defungit:ſed etiā a uaro q in ſyria militiæ magiſter erat:litteræ ueniūt:ſignificātes ſeditiones deceſſioneſq; iudeoꝝ. Poſtq; enim archelaus nauigauerat:cuncta gens uariis motibus fuerat:tumultuatiōibuſq; turbata . Sed uarus aduenies eos qui cauſa ſeditionis extiterant:ſuppliciis & tormentis adegit:rebuſq; cōpoſtis in antiochiam repedabat:unū ordinē militū in hieroſolymis derelinquēs qui iudeis ſi forte aliquid ſeditionis molirent:obuiā irent:ſed nec ſic tamen ſeditio terminaſ.Nam poſtquā uarus abſceſſit: ſabinus curator cæſaris illic remanens iudeos cœpit opprimere:ex militia ſibi multos armigeros faciens:quoꝝ ſatellitio aduerſus iudeos affligendos utebaſ. Vnde illi ꝑturbati ad ſeditiones excitandas neceſſitate cogebanſ.

Cap.XV.

SEd etiam arces uiolenter obtinuerat:& theſauros regios ſcrutatus ſumpſerat lucrorū & rapinaꝝ cupidine concitatus.Imminēte igitur penthecoſte:feſtiuitas nāq; hæc apud nos ſic paternaliter appellatur:nō tantū religionis gratia:quātū indignatione ſuccenſi ꝓpter improbitatem & oppreſſionē ſabini multa milia cōgregata ſunt hoium galileorum & hierichū

tinorum immensa multitudo:& quotquot trans iordanem fluuiũ habitabant: sed etiã incolarũ magna manus adunata:qui plus aliis icensi:in ultionẽ sabini conspirauerant.In tres itaq; partes diuisi:diuersa loca occupant.Et una quidẽ ps yppodromiũ tenuerat. Cæterarum uero duarum altera pars ab aquilone usq; ad austrũ uersa circa templũ erat:altera uero ad orientẽ loca posita detinebat. Tertia uero pars yppodromium:sicut diximus ad occidẽtẽ occupauerat:quo loco ẽt aula regalis extabat.Erat aũt illis tota festinatio ut romanos inclusos obsessosq; constringerẽt. Sed sabinus timens tam etiam multitudiné eorũ:q̃ mobilitaté ingenii:quippe quibus mors cõté tui erat:dummõ cœpta perficeret cõfestim scribit ad uarũ:postulans:ut q̃ citissime subueniret:i magno piculo esse cunctã a se ibi militiã derelictam:ipse aũt altissimã turrim arcis ascendens co gnomento fasselum:in honore fratris herodis faseli edificatã atq; ita nominatã:qui i plio pthorũ defecerat:annuebat romanis:ut iudeos exeuntes aggrederentur:eunq; ipse neq; ad amicos aude ret ullo pacto descendere:alios ante se pro suarũ facinore rapinarũ morté hortabat appetere.Sed romanis egressis cũ fiducia:pugna utrimq; aspersa satis exorta é:& licet romani opere bellico: & experiẽtia superiores existerẽt:& plures ex iudeis occũberẽt:obstinatio tamẽ iudeorũ neq̃quá tã dira belli facie frangebantur:sed circũeuntes pene templũ ascendunt in porticus quæ fani areã continebant:& ibi multũ plium profligatur:saxa quædã manibus uoluebant:quædã fundis uel tormentis cæteris emittebant:ad hæc etiã cũ arcubus intermixti romanorũ plurimos sauciabãt. Nam oportunitate loci iudei supiores extiterant.Romani uero in incerto positi:nec ictus anci pites euitare:nec hostẽ ullis iaculis poterant uulnerare. Proinde cũ in hunc modũ nõ breui tpe pugnaretur:postremo romani impune se talia perpeti:ignem porticibus submittunt:iudeis quia semp porticus erant non sentientibus:ignis porro a plurimis appositus: continuo i flammas exestuat:tectaq; corripuit:quorũ materies:q; erat cũ pice ceraq; puncta:& in supficiẽ deaurata:ignẽ confestim suscepit:quo incendio opa illa magna & admiratione digna dispereunt.Sed etiã eos q super porticus propugnantes astiterant:repentinus corripit:& insperatus interitus : alii simul cũ tectis concidentibus pessum ibant:pars hostiũ cõfixi perire uulnerati:plericq; defectu concilii:& sub talis cladis stupore:aut igni sese contradunt:aut gladiis abusi suis intereunt:ut malum quasi quo se uidebant circunseptos effugerent.Quotquot aũt retrorsum uia qua ascenderẽt recurrẽtes a ruina uel incendio liberãtur:a romanis continuo sine ullo negocio necãtur. Quippe nudi armis & animi timore soluti:ueniebant in manibus romanorũ.Proinde ex cunctis qui tecta cõscenderant:nullus ualuit pœnitus euadere.Romani aũt p illud incendiũ in fiduciam subleuati: interius progrediuntur:& erariũ ubi templi opes seruabantur arripiunt:& pluria quidẽ a militibus furata sunt.Sabinus autem uix inde quadringenta talenta publice ualuit ratione conquirere Interea iudeos plurimũ contristabat tam interitus socioꝝ q̃ erarii:anathemthumq; direptio: & tamen quotquot eorũ uel peruersitate mentis obstinati uel pugnaces promptiq; cõstabant: aulã regiam undiq; uallantes:minabantur incendiũ:& cunctos ibidẽ una interitui dare: nisi ceser abscessissent.Nam se quoq; copiã illis exeundi si id eligerent daturos:sabino quoq; si etiã ipso uellet exeundi tribuere facultatẽ:pollicebantur.Dũ iste geruntur:nõnulli ex regiis militibus ad iudeos transeunt. Rufus aũt & gratus tria milia pugnatorũ ex militia herodis sub se habebãt: uiros corpore exercitatos & strenuos.Cum his igitur oĩbus sese romanis adiiciunt.Rufus etiã eqtes aliquantos habebat:ipsos quoq; secũ romanis auxilio duxerat.At iudei obsidionẽ minie negligebant:sed etiam menia cuncta circuibãt:hortabãturq; omnes ut illã oportunitatẽ se saluãdi: & in libertatem paternã respirandi non perderent.Sabino uero optabile fuit:ut egrediens abscederet:sed cõmittere semetipsum nõ audebat: suorũ consideratione factorũ:& q; hostes admodũ infideli mente esse cognouerat:simul etiã uari pstolabatur aduẽtũ:cũq; si adesset obsidionẽ illã esse solutuꝝ.Ea tẽpestate etiã alia pluria:turbis tumultibusq; pleniissima prouenerũt:quæ totã iudeæ regionẽ grauiter desolabant.In qbuscunq; nãq; locis:alii lucri cupiditate concitati:ps inimicitia iudeorũ ad excitanda bella ferebantur.Militauerunt quondã herodi duo milia hominũ hincinde congregatorũ.Hi ergo in unũ collecti:& seorsum a cæteris decedentes:aduersus regios milites pugna congrediuntur. Vtebantur aũt alcibiade duce:herodis nepote:quẽ sibi pfecerant: qui tam in campis ad pugnã strẽnue ferebatur:q̃ in locis asperis arte pualebat:propter experientiam quã ex usu belli pceperat.Iudas quidã erat filius ezechiæ ppositi latronũ:qui multũ quõdã pualuerat:sed tẽporibus herodis cũ magno fuerat labore depheẽsus.Iste igitur iudas circa seforĩ galileæ cõgregans multitudiné uirorũ pditorum:atq; desperatorũ:cũ eis aulã regiã pugnaturus inuadit.Ex qua copiam armorũ:quantũcunq; ille locus habebat abripuit:exinde suos oés armat sumit etiã cũctas opes quæ ibidẽ pro custodia fuerãt derelictæ. Hic terribilis uniuersus effectus est.Nam huc atq; illuc agebat:& ducebat exercitũ:libidine rei maioris accensus : & emulatione

regnandi sine ulla uirtute ullaq; prudentia:sed ad uim inferendā tantū:& ledendum pronior & procliuis extabat:sperans ex hoc sibi dignitatē gloriāq; uenturā. Extiterat quoq; Symon seruus quidē herodis regis:uerū decoris uir magnitudie corporis ac fortitudine p̄stans:cui magna fuerant credita cōmissaq; negocia:is igitur regę intēperātia subleuatus:diadema suo capiti p̄umpsit imponere:& aliquanta multitudine congregata:rex ꝓmūciat insania simul:furiaq; populoꝝ:sed etiam ipse dignū semetipsum existimans sup oēs qui regnū ante gessissent:aulā regiā i hierichū te succendit:& oīa quæ ibi habebantur abripuit.Multa itaq; in diuersis locis p uniuersam ꝓuinciā:ubi regia cōsistebāt tabernacula cōburebat:cunctaq; exterminio dabat:ignibus cōcremādo. Ampliora quoq; iste gereret: & amplius ab eo illa regio deleretur:ni celeriter mutatio cōtigisset: nam exercitus militū regiorū qui se romanis addiderat:tota manu:totaq; uirtute congrediens: occurrit symoni:ubi multa ui die longo certatur.Sed plures qui ex locis trans iordanē cū symone fuerant cōgregati:neq; ordinis:neq; dispōnis bellice gnari:siquidē temeritate magisquā disciplina pugnabant:a regiis occubuēr militibus:sed etiā ipsum symonē p fugas se & p mōtis sauces saluari cupientē gratus occurrēs:caput ei abscidit.Incensus est etiā illis diebus sup iordanē locus nomine emachoes a quibusdā hoibus Symoni cōsimilibus.Sic igitur in illa gēte multa demētia uagabatur:,ppter quod regē propriū nō habebant:qui populū uirtute ac moderatione dispōneret:& ,ppter quos alienigene irruperant:p quod seditiose mentes occasionē accipientes:ad bella concitanda succensæ sunt:intentione sola deuastandi & aliena rapiendi.Cæterū & athonges uir neq; generis dignitate conspicuus:neq; uirtute decoratus:sed opū tātū consilus abundantia. Pastor enī erat iste:& cunctis in oībus rebus obscurus:uerū magnitudine corporis & robore p̄ualens:ausus est etiā ipse in regni cōspirare potentiā.Erant quippe illi fratres q̄tuor etiā ipsi corpoꝝ magni:& de fortitudine gloriantes:& ex hoc credebāt sese regnū oībus modis obtinere:nā unusquisq; eoꝝ turmā ,ppriā ductabat.Congregatur itaq; ad eos pluria multitudo. Et illi quidē ductorum fungebantur officio:& sicubi opus erat discurrebant:bellicos exercendo conflictus.Ille uero diadema suo capiti circūponēs:ad cōsultandū conciliū conuocabat:ut quid facto opus eēt decerneret.Videns aūt cūcta in sua potestate:cœpit insania ferri:maxie q̄ rex a populo uocabat: q̄ sibi ad regendū q̄ uellet nihil esse ipedimento cernebat.Denicq; tā ipse quā fratres eius magna conspiratione frementes:odio romanoꝝ & regioꝝ militū bellū gerer festinabant. Nā equaliter aduersus utroq; infesta mente ferebant:aduersus regios quidē milites ,ppter iniurias : quas eos sub herode ppetrasse reputabant:aduersus romanos aūt q̄ eoꝝ in p̄senti potestas existeret.Igitur asperitas huius mali tempore pcurrēte crescebat:nulluq; interitum poterat euitare.Nam alios quidem spe lucri exterminabant:alios aūt occidendi consuetudine ꝓmebant.Incurrunt etiā aliquādo romanoꝝ turmæ circa emmaū:& circūdantes arium centurionē qui ductabat exercitū: quadraginta ex eis uulneraueṙ:qui fuerāt manu excitatorie meliores:cæteri uero tiore fugiētes: a grato qui multitudinē regiæ militiæ ductabat defensari saluantur: suos mortuos relinquētes. Et multa parte diei romanæ legionis milites insequentes plurios sauciabant:superant tamē postea:& cōpræhendunt:alius quidē cū graco cōfligens:alter aūt cū ptolomeo.Maiorem uero fratrem archelai milites cōpræhendūt.Nouissimus aūt eoꝝ sup his quæ contigebant merore confectus hesitare cœpit:qualiter saluaretur.Nam se solū remansisse cernēs:& omni manu militum spoliatū:fidei patruelis archelai se cōmittit ac tradidit:sed hæc quidē postea cōtigerūt. Igitur sic iudea latrocinantium facta fuerat habitatio.Si quis enī manū aliquā cōgregaret:quæ secū ad seditiones faciendas cōspirare p̄sumeret:statim rex efficiebatur:exurgens ad cōmunē regionis iteritum.In breui quidē & in minimis rebus iudei romanis noxii cōsistentes:inuidia tamen cōtribulium ciuiūq; suoꝝ ad oīa nequitiæ opera ferebant.Interea uarus mox ubi q̄ gesta sunt sabino scribente cognouit:timens illi legioni quā in hierosolymis dereliquerat:duas reliquas legiones assumens:tres quippe i Syria fuerant constitutæ:assūmens etiā equitū alias quatuor:& auxilia q̄ reges tetrarchæ diuersi mandauerant:maturabat præsidiū illis qui in iudea obsidione tenebant afferre.Dicebant aūt oībus q̄ Ptolomaidā pergeret . Dant illi etiā bericii transeunti subsidium mille quingentoꝝ uiroꝝ.Mādat illi & arethas quoq; petreus:qui odium'circa herodē & amicitiam aūt cū romanis adduxerat nō paruā peditū & eqtū manū.Congregato itaq; in Ptolomaida omni exercitu:exinde patrē filio tradens:unum amicoꝝ suoꝝ destinat galileos expugnatū : qui super Ptolomaidā habitāt.Ille aūt galileā ingrediens:magna ui pugnare cœpit.Et primū seforin capiēs:habitatores quidē oēs captiuos abduxit:ciuitatē aūt ignibus tradidit. Varus aūt samariā cum oī manu ingredit:sed a ciuitate abstinuit:erat enī crimie seditionis imunis:sed quodā uico Ptolemeiarus noie collocat:quē uicū arabes odio Herodis hostili more cōburūt.Iter quoq; agētes:aliū uicū fasso noie:magnū atq; opulētū:idem arabes cōpræhēdētes:incēdio cōcremaerunt:

& quaqua uersum exercitus ibat:igne cūcta & cæde replebant: succendit etiā emmaus castellū: uaro iubente gratia mortuorū.Hinc itaq; ī hierosolymā tendit.Illi porro q ad obsidiones fuerāt congregati:facié ipsam non ferentes exercitus:passim cuncti diffugiunt: impfecta seditiōis opa relinquentes:qui uero in hierosolymis fuere iudei:uaro grauiter incusante:excusatiōibus diuersis semetipsos purgare nitebantur:q; multitudo illa propter festiuitatē fuerit cōgregata:bellum at nequaq; ex eorū sniam contigisse:sed temeritate aduenarū fuisse cōmotū:seipsos aūt cū rōanis obsessos potius q; obsidendi gessisse propositū.Venerunt aūt in occursū uaro ioseppus herodis regis nepos:& gratus atq; rufus omnē exercitū quē sub se habebant:secū pariter adducētes : occurrunt etiam romā:qui obsidione tenebant.Sabinus aūt non uolens in facié uari uenire:ex alia parte hierosolymis egrediens:mare uersus abscessit.Interea uarus p oēm regionē partē militiæ mittit:quesitum eos qui causa seditionis extiterāt.Depræhensis aūt qui manifestabantur:alios q causa mali extitere suppliciis cruciabat:quosdā uero dimittit:in qbus culpa leuior inuenitur.Fu ere aūt qui propter hanc cām ī crucem acti sunt:ferme duo milia hoīum. Hoc igitur mō rebus collectis:atq; cōpositis:maximā partē militiæ ad sedes proprias dimittit:grauem eā illis locis existimans:nam in plurimis excesserant:& eius iura contempserāt lucrorū ac rapinæ cupidine . Ipse uero decē milia iudeorum in unum locum fuisse congregatos audiens:festinus occurrit: ut eos compræhenderet.Illi autē anteq; cōpræhensi fuissent:semetipsos tradidere hortatu aciabi.Tunc uarus multitudini quidem ueniā contribuit:ipsos aūt ductores:qui cām secessionis excitauerant ad cæsarem mittit.Cæsar uero plerosq; ex eis p̄mittit:illos aūt qui herodis cognati fuere:suppliciis adegit:q; nullum iustitiæ gerentes respectū:contra familiares & sanguineos arma tētauerāt. Et uarus quidem ista disponens:& propter presidia unam legionem qua etiam primo dimiserat hierosolymis derelinquens in antiochiam repedare festinat.

Capitulum.XVI.

ARchelao uero apud romam cōmorante:aliorū negociorū principia: pullulabāt: quorum hæc erat causa.Venerat Romam legatio iudeorum : sup octo milia hominum: petentium ut suis legibus uiuerent:& legati quidem qui ex decreto totius gentis fuerant:missi quinquaginta fuere.Cætera uero multitudo romæ ad eos uenerat.Cæsare autem concilium faciente cum amicis:cæterisq; romanorum primatibus:& in Appollinis templum congregante:quod ab ipso fuerat magnis opibus impensisq; fundatum.Legati quidem cū uniuersa multitudine indigentium iudeorum cām acturi conueniunt.Archelaus aūt ecōtra cū amicis aderat.Quotquot uero regis fuere consanguinei:ab archelao per odium separātur:iudeis autem aduersus eum consociabantur:non tamen semetipsos publice demonstrabant : graue putantes:& ad confusionem propriā pertinere:si ante cæsarem contra consanguineum & familiarē loqui presumerent.Aderat etiam philippus de Syria ueniēs:uari concitatus hortatu:prima quidem causa ut fratri adesset. Nam ei plurimum uarus fauebat.Enimuero arbitrabatur:quia illo regno soluto per partes:posset distribui:siquidē plures essent:qui suis legibus uiuere postulabāt. Vnde uero philippum hortabatur ut pro se laboraret:quo posset etiam ipse partem aliquam regni percipere.Data igitur iudeorū legatis copia dicendi:cœperunt pro dissoluendo regno multa loqui:& primum ex iniquitatibus herodis argumenta multa sumere:dicentes eum nomine tantum fuisse regem:re autem uera tyrānidis facinora perpetrasse:& multam per eum desolationē rerum factam esse iudeorum naturaliter eū etiam ad nouitates inueniendas pronum fuisse proclamabāt: & tantos quidē iudeorum eius crudelitatibus interisse:quantos nunquam ex historia perisse cognoscerent:sed multo amplius semet qui uiuerent infœliciores existere: non solum eis quibus ostensione uultus asper:& indignatione mentis terribilis apparebat:sed etiam eisbus substantias suas arripuit:ciuitates quidē extraneas & ab alienigenis habitatas eū ornare & locupletare : cū perditione & exterminio eorū qui sub eius regno habitabāt:oēm gentē penuire & necessitati contraditā:cū paucis aūt regno deliciisq; frueretur:plurimos quoq; ex nobilibus ciuitatibus: & nobili natos genere pepimeret:nullis rationabilibus subsistentibus causis:nisi ut eorū substantias rapuisset:& quibus uitam fortasse concessisset:rerū suarū amissione damnaret.Iam uero exactionibus inquiūt functionem aliā quidē pro muneribus publicis cū augmentis annalibus exigebat:alia uero lucrorū grā post functiōes a seruis exactoribus:uel amicis eius diripi solet causabantur:nec solum ista quæ ad damnū auri & argenti ptinebant agi : sed uirgines etiā corrumpi: matronas pollui:quæ pudorē sui tacebant:sicut ab illis qui gerebāt desiderabatur qui uidelicet facinora sua timebant:ne in publicū proderentur:tantasq; sub herode se iniurias & contumelias passos fuisse quantas nec ulla bestia posset ingerere:si facultas daretur ut hoibus iperaret.Et multas quidem sepius calamitates suā gentē passam dicebant:sed nunq; se in tantam infœlicitatem:

tantāq; cladē prorsus incidisse:exemplū nāq; iniquitatis & facinoris herodē uniuersæ gēti fuisse. Et optabiliter se archelaū quidē regē denominasse firmabant: quia post herodē quēlibet malū ferendū & tolerandū utiq; decernebant qui tamen ipsis initiis se quasi mitiorē herodi conabat ostendere:uerū postea uerens:ne non ꝓprius herodis filius crederet:nihil ultra distulit:sed statī aperuit suæ mentis indicia:&cū nōdū erat regni cōsecutus integrā firmitatē:q; in cæsaris arbitrio cōsisteret:illius regni potestatē uel tribuere:uel negare:dedit tamen ingenii sui ꝓpositiq; momenta:q̄liter posset ī futuro illudregnū gerere:ex his q̄ in ipsis initiis ꝓpetrare p̄sumpsit:ut ciues in tēplo die festo uelut numini eosofferens:auderet occidere:unde iuste uniuersæ genti illū fuisse exosum:ꝓpter merita suæ crudelitatis & sceleris.Ob id quoq; & has querellas:legationem totā gentē destinasse firmabant.Petebant ergo:ut eoꝝ ꝓuintia regibus careret:& syriæ iūgeret: ut ab illis iudicibus regerent: qui illuc ex roma ad gubernādam ꝓuintiā mitterent: & tunc cognosci posse dicebant:utrum ne seditiosi essent:& tumultū cōcitatores:an subiecti & deuoti ꝓbis iudicibus:& rectoribus uteret. Talia iudeis dicentibus:nicolaus regē criminibus expurgabat:herodem quidem:quomō per omne tempus quo aduixerit nūquā fuerit accusatus:non enī uera posse dicere confirmabat eos qui cū haberent aliquid unde causarentur : illo uiuente p̄ter mittentes quando possent:in quibus lesi fuerant uindicari:illo mortuo querellas importune cō fingerent:illa uero quæ sub archelao acta essent:ad illoꝝ improbitatē iniuriasq; redigebat:q cōtra ius & contra leges talia comisisse p̄sumpserint quiq; cædis fecere principiū in eis qui se a tumultibus ꝓhibebant.Incusabat eos etiā q; seditionis libidine tenerent:& q; pernicaces essent ad obediendum uel legibus uel iustitiæ:dum cuperent in omnibus suis assumptionibus uincere. Hæc itaq; nicolao dicente;cæsar hincinde quæ dicta sunt audiens:conuentū dimisit & post paucos dies:archelaum quidem non pronunciat regē:dimidiæ uero iudeæ regionis quæ herodi tributa reddebat tetrarcham constituit:spondens ei quoq; regiam dignitatem:si laboribus & fauoribus circa semeipsum meritus appareret alteram quoq; dimidiam bifariam distribuit alteri herodis filliis:philippo uidelicet:& antipatro:qui contra fratrem archelaum de uniuerso regno certauerant.Et huic quidem regio trans iordanem galilea tributa reddebat quæ cōstabant ī talētis ducentis p singulos ānos.Philippo aūt batanea cū traconitide & auranitis: cū aliqua pte domus quæ zenodori dicebatur:reddebant talēta centū.Cæterū archelao idumea:& iudea:& Samaria. Hæc.n. leuigatæ fuerant q̄rta pte functionū ex decreto cæsaris:ꝓpter quod in seditione cætere multitudini ptícipes non fuere.Erant aūt ciuitates quæ archelao tributa reddebāt:stratonis turris:& sebasta cū ioppe:& hierosolymis: gaza uero & gadara:& ipse fuere græce ciuitates:q̄s abscidens a dispensatione syriæ:additamento iudeæ regioni coniunxerat.Accedebant ergo archelao tributa p unūquēq; annū talenta.cccc.ex oībus regionibus quas ī sua potestate susceperat. Et hæc quidē de filiis herodis ordinata sunt.Salome aūt sup illa quæ frater ī testamento reliquerat:erat aūt iannia & azotus:& faselis argenti signati miriade qnquagīta:cæsar etiā donat ei ad habitādū aulā regiā quæ fuerat in aschalone constituta.Intrabant etiā & huic reditus ex oībus suis talenta per annos singulos.lx.domus aūt eius in regionibus erant quæ sub archelai fuere potestate. Accipiunt:quoq; cōsanguinei regis quæcūq; in testō declarātur.Duabus aūt filiabus eius uirgībius præter illa quæ pater reliquerat:cæsar etiā utriq; dona largit uicenas quinas miriadas argēti signati:easq; coniunxit feroræ filiis:cuncta uero quæ illi fuerāt dimissa:p filios herodis distribuit. Erant aūt quinq̄ginta & mille talenta pauca sibi sumens uascula:quæ non tam ei magnitudine uel p̄cio:quā recordatione regis accepta constabant.

Cap.XVII.

IIs igitur a cæsare dispositis:iuuenis qdā:iudeus quidē genere:sed apud sydonios nutritus: a quodam romanoꝝ libertino:qui eū in cognitionē herodis induxerat:similitudine formæ ꝓuocatus:quæ uidebat alexādro consimilis filio herodis q fuerat interemptus:testificabantur quoq; illi cūcti:quoꝝ aspectibus occurrebat ex hoc occasionē sibimet esse reputabat quo regnum posset excipere:& assumens secū adiutorē suæ gentis hoiem scientē cūcta quæ in palacio gerebantur:& ingenio callidū ad magna negocia ꝓturbāda:eo sibi huius factionis magisterium p̄bente conscendit.Dicebat ergo se alexandrū esse herodis filiū ex morte seruatū ab his quibus ut eū ꝓimerent fuerat delegatus:occidentes quippe alios p quos imaginē cōpletæ iussionis ostenderent:& expectatores fallerent:illūq; & eius fratrem aristobolū saluauisse.His igit figmentis & ipse in supbiā extollitur:& alios quot occurrerēt eludebat.Interea cretā apulsis iudeorum omnibus qui cū illo colloquiū miscuere:psuasio facta est.Vnde illi quoq; pecuniaꝝ abundantia cœpit affluere:plurimis hincide donantibus.præter uenit ad melium:ibi quoq; cōgregat meliora.Nam ei plures offerebantur pecuniæ fide q̄ ex regio sanguine illū descēdere iudicabāt: & sepe q; posset p̄ni regni iura percipere:uicēq; p̄stantibus reportare. Ibat igitur romā plurimis

in eius obsequio uenientibus:& dicearchea appulsus:ibidē quoq; qui habitabāt:iudeos similibus fallaciis illudere deciperecq; nō desistit. Accurrebant nāq; illi ueluti regi:& alii quidē alii: maxie tamen illi qui familiaritatē & amicitiā eū herode possederant. Causa uero maxima deceptionis erat hominibus qui illū cum uoluptate a referentibus aduertebant. Ad hæc etiā accedebat fides ex formæ ultusq; similitudine:etenī etiam qui plurimū fuerāt cū alexandro conuersati:nihilominus inducti fuerant ad credendum:illum non fuisse alterū:sed alexandrum herodis filium:ita ut etiam aliis nescientibus iurare p̄sumerent. Proinde ingredienti romam:& fama sui cuncta replenti in occursum egreditur iudeorum plurima multitudo:instar miraculi salutē eius factā diuinitus admirantes:& cum gaudio illum maiore suscipiunt:maxime propter maternum genus: quod erat ualde clarissimum. Proinde cum ciuitatē intraret:per plateas & uicos i sella portabat: cuncto regali cultu cōpositus ex opibus & questibus: quas p̄ diuersa loca perceperat. Congregat itaq; ad eum maxima multitudo:uoces plurimæ:clamoresq; cū fauore reddebant: & oia fiebāt quæ solent ad gaudia mentes hominū concitare:præsertim in tali euentu:ubi præter spē salutē illius factam esse mirabantur. Sed ubi cæsari nuncius ille allatus est:non quidē credebat:propter quod sciret herodem nō facile posse in quibuslibet negociis decipi p̄serti in illis in quibus aium intenderet:tamen sperans potius se contingere:celatū:alias celā quendā suū libertū q̄ sepius fuerat cum illis infantulus collocutus mittit:ut uideret alexandrū. Ille aūt cū uidisset nulla meliori discretione usus est q̄ usa fuerat multitudo. Verū cæsar decipi oio nō potuit: quō erat quidē ille similis alexandro:sed non ita ut eos posset inducere:qui prudēter inspicere:discernereq; ualerēt. Siquidem iste falsus alexander ex labore & opere ualde constabat attritus:in illū aūt delicatudo ex deliciis: & fortitudo de frequēti exercitatione concurrerant:huic aūt durius & grossius erat corpus. Intuens igitur mendacia conspirantē iuxta discipulū atq; doctorē:& cū fiducia uerba p̄ferentes examinabat:rem etiā de aristobolo cunctā perquirens:quid de illo quoq; fuerit factū:& semetipsum obstupere simulans:rogabat:ob quā cām aristobolus quoq; nō uenisset:quo regnū etiam ipse dignitatēq; sibi deposceret. Cunq; ille respondisset:in cypro illū insula remāsisse:marinis periculis simul fatigatū:& territū:ut si forte sibi aliquid inoptabile prouēisset:saltim ille saluaretur:ne omne genus marianne pœnitus interiret:talia enī illū doctor ille respondēda docuerat: cæsar illū semotim adolescētulū a cæteris abducēs:tibi inquit mercedis gra salus a me p̄stabitur si nō tentaueris etiam me arte deceptionis inducer̄. Dic itaq; mihi qs tu sis:& quis te ad talia cōfingenda ptulerit:maior quippe est tua ætate hæc adinuēta calliditas. Tūc ille:neq; n. ultra mentiri potuit:in periculo constitutus:aperte cæsari omne figmentū:uel quali modo:uel a quo fuerit cōmentatum. Tunc cæsar falli quidē alexandrū nequaq̄ contra quod promiserat fecit:uidens autē eū aptū laboribus:in ordine constituit numeroq; nautarū:illū uero qui talia p̄sumēda persuasit:morte cōdemnat. Melien̄sibus aūt condemnatio sufficiens uisa est:ut quantoscūq; sūptus uel pecunias in falsum alexandrū erogassent:irreparabiliter amisissēt. Et circa falsum eqdē alexandrū res cum magna temeritate p̄sumptæ:finē huiusmodi pceperūt.

Cap. XVIII.

ARchelaus aūt tetrarchiā suscipiens:mox ut iudeā attigit:iozarū boethii de pōtificatu remouit: exprobrans ei:q̄ cū seditiosis una cōueniret:eleazarū aūt fratrē eius ad pontificatum subrogat. Edificat etiā in hierichunte aulā regiā:cū elegantia & decore mirabili:medietatē quoq; aquarū quæ ad irrigationē agrorū influebant: tractu ductuq; constructo diuertit in campū:quod ab ipso fuerat palmarū arboribus consitū. Victum etiā edificat:cui nomen archelaidē constituit:p̄nam quoq; legē trāsgrediens:glafirā archelai quidē filiā: alexandri uero fratris coniugē:ex qua filios quoq; susceperat:sibimet accersiit uxorē. Iudeis uero fas non erat fratrū uxores accipere. Sed neq; eleazarus in pontificatu diuturno tēpore p̄seuerat. Siquidē etiā sup ipsum constituit iesum oseæ filiū. Interea decimo anno principatus archelai:ois nobilitas iudeorū primatesq; samariæ:nō ferentes crudelitatē eius:moresq; tyrannicos:apud cæsarem accusationes ei instituunt:maxime:quia cognouerant eū cæsaris mandata transgressum: nam ei p̄ceperat: ut mansuete:dementerq; conuersaretur ad populū. Cæsar igitur ut hæc aduertit indignatione cōmotus:curatorē eiusdē archelai regis eaq; quæ romæ fuere:archelaus etiā ipse dicebatur:protinus aduocat:cæterum scribendū archelao indignū existimat:illū aūt destinat:ut archelaum celeriter exhiberet. Ille continuo sine ulla dilatiōe nauē ascendens:nauigat celeriter: & in iudeam uenit:archelaumq; occupat cum amicis epulum celebrantem:mentē ei cæsaris aperuit:atq; ut confestim egrederetur ciuitatem compellit. Cæsar autem ueniente archelao aliquibus accusatoribus astantibus:cām hincīde cognoscit:sed ubi se parum se expurgat archelaus: in exilium trudi p̄cipitur:i uiēna ciuitate galliæ habitaculo cōtributo:pecunias uero eius rōnibus

iussit sociari fiscalibus.Sed antequā romā fuisset uocatus archelaus somniū suis amicis tale recitauit,Vidisse se nāq; dicebat spicas decē numero:plenas turgentesq; frumentis uigoréq; integrū possidentes : quas uidebat a bubus cōedi.Sed hoc uidens magnis fluctibus eius animus fatigabatur:a quibus dum scisciteretur:illi per diuersas contrariasq; opiniones solutionesq; discinduntē. Tunc symon:uir esseus ueniens:mutationem rerum illo somnio significari dicebat:archelao nō sane in rebus secundis aut commodis ꝓuenturam.Boues nanq; labores & miseriā significare firmabat:ꝓpter quod soleat illud genus animalium laboribus affligi & conteri:mutationem autē rerum illo somnio demonstrari dicebat:quod terra boum laboribus & operibus exarata ī seipsa permanere pœnitus nō sinatur:perspicax autem.x.periodum decē annorū terminari manifestabat.Vnam quippe futurā ætatem & tēpus suppleri asseuerabat archelao:quo de principatu suæ potestatis exiret.Et ille quidem hoc modo somnium illud exposuit.Quinto uero die postquam illud somnium archelao fuerat demonstratum:euocator eius archelaus procurator suus ī iudeā uenit a cæsare destinatus.Similiter & glafiræ uxori eius:& regis archelai filiæ ꝓuēit. Quæ prio sicut supra ostendimus:alexandro in coniugium sociata:constabat herodis quidem filio:sed fratri archelai. Postea uero quā idem alexander a patre fuerat interemptus iobato lybiorum regi coniungit:ur.Quo defuncto:item illam uiduatam in cappadotia a patre archelaus in cōiugium suscepit:marianne excludens:quæ sibi fuerat coniugata.Tantus siquidē illum glafiræ amoris ardor incenderat.Cum uero iuncta esset archelao:tale somnium ipsa quoq; cōtuetur. Videbat q̄si alexandrū sibi astantē: & se quidē illi adgaudere:eūq; libenter & alacriter amplexari:illū uero exprobrationes ei protinus imputare dicentem. O glafira:nempe uel nunc confirmas prouerbiū quo dicitur:fidem mulieribus non habendam.Nonne mihi iureiurando constricta es?sed & iugali fœdere uirgo sociata.Postquam filios quoq; suscepimus:amores nostros oblita es secundarum cupidine nuptiarum:sed neq; hoc tibi sufficere iudicasti:quinetiam cum tertio sponso cōcumbere præsumpsisti:& sine pudore domum nostram ingrediens:thorum genialem polluisti: cum archelao ius coniugale consocians ut illum uirum haberes:quem meum fratrem esse constaret.Verum ego nunquam tui pœnitus obliuiscar:neq; beniuolentiæ qua semper circa te detē tus sum caream.Liberabo sane te uniuersis obprobriis:meam sicuti fuisti firmam stabiléq; ꝓficiens.Quæ cum illa familiaribus retulisset:post paucos dies uita defungitur.Hæc ergo haud sane importuna huic nostro operi ratus inserui:primo quidem:quia ea quæ circa ipsos reges contigisse noscuntur innotui:deinde ut exemplo uera probentur : dicere illi a quibus immortalitas disputatur animarum:aut etiam ut appereat diuina prouidentia regꝝ humanarꝝ cuncta disponi: ne incredulitate huiusmodi regꝝ homines ledantur in moribus. Enimuero qui hæc crediderit: nullo modo prohibetur per dies singulos ad uirtutis augmenta procedere.Archelai uero regio tributaria facta:syriæ dispensationi coniungitur.Interea cirinus uir consularis a cæsare destinat: censum in Syria dispositurus:& domū archelai rediturus.

Incipiunt capitula libri.xviii.

HAec cōtinent in octauodecio libro iosephi historiarꝝ ātiq̄tatis iudaicæ. Cap.i.
Qualiter cirinus a cæsare destinat:ut syriā iudeāq; censeret. Cap.ii.
Qualiter copinius ex equestri ordine missus est in iudeā:& qa cirinus uēit iudeā uniuersorꝝ dēpdaturus substantias:& archelai redditurus pecunias:& quia iudei molestе ferentes:tādē psuadēte iozaro pōtifice passi sunt descriptionē fieri substātiarꝝ suarꝝ. Cap.iii.
Qualiter iudas galonites:& quidem alter persuaserunt multitudini:ne suas describi substantias paterentur. Cap.iiii.
Qualiter populi eorꝝ consilia consecuti:seditiōes & bella ciuilia:seu latrocinia exercuerūt ue & quantæ sint hereses philosophorꝝ apud iudeos:uel q̄libus teneant legibus. Cap.v.
Qualiter herodes & philippus cītates i honorē cæsaris fabricauerūt:& q̄liter samarite ossa mortuorꝝ in tēplo iactantes cū festiuitas azimorꝝ imineret populū reddidere pollutū. Cap.vi.
Mors salome sororis herodis quōdā regis iudeorꝝ:mors etiā augusti:romāorꝝ secūdi imperatoris.
Successio tyberi cæsaris sub quo pōtius pilatus mittit ī iudeā. Cap.vii:
Qualiter pontius pilatus uoluit latenter intromittere in hierosolymam statuas cæsaris cognoscens autem populus seditionem aduersus illum commouit : donec illas ab hierosolymis in cæsaream transmitteret. Cap.viii.
De iesu christo. Cap.ix.
De facto quod contigit romæ in templo isidis:& quæ iudeis per illud tēpus romæ prouenerint:

omnibus urbe expulsis per tyberium:& de seductõne samaritici populi: uel oppressione eius per pontium pilatum. Cap.x.
Accusatio samareoꝝ aduersus pilatũ apud uitelliũ: & qualiter uitellius romã eum ad cæsarem ire compulit:ut ibi rationẽ eoꝝ quæ contigerant redderet. Cap.xi.
Vitellius ascendẽs hierosolymã:magnificus ac munificus extitit ĩ populos:& q̃liter tyberius cæsar scripsit uitellio ut amicicias cõponeret cũ artabano parthoꝝ iperatore. Cap.xii.
Mors philippi fratris herodis iunioris:& q̃liter tetrarchia eius dispẽsationi syriæ:regiminiq; cõiuncta ẽ:& de simulatione quæ cõtigit inter arethã pethreũ & herodẽ:quia eiecit herodes filiam arethe:quã duxerat uxorẽ:amoꝛ captus herodiadis:quã subitro duxit loco uxoris:& qa tyberius ꝓuocatus scriptis herodis mãdat:uitellio aduersus arethã pugnare. Cap.xiii.
De ioanne baptista ab herode passo: & uitellii præparatio in pugnã aduersus arethã secundũ q̃ scripserat ei tyberius: & quia uitellius ascendẽs hierosolymã fauorabiliter suscipit̃ a populo: descriptio quoq; succícta de uniuersa maioris herodis prosapia. Cap.xiiii.
Multiformis calamitas & infœlicitas quæ ꝓuenit agrippæ:adeo ut a ꝓprio liberto romæ accusatus:& cõuictus ĩ uincula a tyberio sit iniectus mors tyberii:successio gaii:solutio agrippæ de captiuitate:& coronæ impositio per gaium. Cap.xv.
Qualiter herodes tetrarcha ueniens romam:accusatus fuerit ab agrippa: & in exilium missus cũ herodia. Cap.xvi.
Seditio iudeoꝝ & gẽtiliũ ĩ alexãdria cõstitutoꝝ & legatio utrorũq; ad gaiũ. Cap.xvii.
Accusatio iudeoꝝ ab apiõe legato ptis alexãdrinoꝝ ꝓp qd statuã cæsaris nõ hꝛent. Cap.xviii.
Qualiter iratus gaius:mittit petroniũ ducẽ ad syriã cũ huiusmodi mãdatis: ut congregata manu pugnaret cũ iudeis:si nollent eius suscipere simulachrum. Cap.xix.
Pestis quæ contigit iudeis in babilonia constitutis per asineum & amileum fratres.

Inc pit liber.xviii.antiquitatum. Cap.I.

CIrinus aũt unus de his qui semper in consultatione congregabantur: uir per oĩum magisterioꝝ & principatuũ officia celebratus ꝓ cunctas administrationes consulatus culmen ascendẽs:& in cũctis administrationibus:& aliis dignitatibus clarus:cũ paucis uenit ad syriam censor gentis a cæsare destinatus:& appreciator uniuscuiusque substantiæ. Cap.II.
Ittitur etiã cum eo copinius ductor totius equestris agminis: potestatemq; iudeoꝝ omnium gerens. Venit etiam cirinus iudeam nam dispensationi syriæ fuerat adunata:uniuersoꝝ deprædaturus substantias:& archelai redditurus pecunias.Porro iudei licet in ipsis initiis descriptionis nomen dirũ haberent:subiiciuntur tamẽ ne amplius subsisterẽt: persuadẽte illis pontifice iozaro:boethi nanq; erat iste filius.Et illi quidẽ cuncti ratione pontificis:deprædari suas permisere substantias:nihil amplius hesitantes. Cap.III.

SEd iudas gaulonites:homo ex citate:cui nomẽ erat gamalas:saddocũ phariseũ sibi cõiungens:recessionẽ facere festinabat: nã depdationẽ & censũ nihil aliud eẽ dicebãt q̃ integrã seruitutẽ.Proinde ad defendendã suã libertatẽ:totã plebẽ diuersis exhortationibus incitabant: oẽm quoq; illis cooperaturã esse creaturã: si pro bono libertatis honorẽ suã & gloriã magnanimitate tueretur:sed etiam deum non aliter illis auxiliatorem fore: nisi talibus consiliis ad agendum procederent. Cap.IIII.

IIs itaq; diebus amplius eoꝝ animus incitatur:ut etiam ab homicidiis se nullo modo arcerent:quoniam cum magna uoluntate quicquid ab illis dicebatur auriebant: atq; hoc modo ĩ magnum malum seditio illorum & audacia prorumpebat: nihilq; fuit malorum quod per illos non pullularet uiros:& supra quam dici potest: illa gens continuationibus est repleta bellorum & clades inter eos & latrocinia:deprædationesque gerebant:obtentu quidem utilitatis defensiõisque communis:sed reuera propriorum lucrorum gratia tota seditio gerebatur. Multæ itaq; cædes ciuium sociorumq; perpetrantur:postrẽo in inuicem conuertuntur: non secus quam contra hostes infensius ageretur bellum. Itaque quotidie deprædatiões:captiuitates: cædes:ubique concurrebant:ita etiam ut templum dei ignibus cremaretur. Tantum ualuit nouitas & institutionum mutatio paternaꝝ.Siquidem iste iudas & saddocus quartam philosophiam nouiter introduxerant:cuius amatores copiam conquirentes:seditionibus ac tumultibus repleuere rempublicã. Sed etiã malorum futurorũ radices pessimas plantauere ꝓ insolẽtiã inçõsuete

lib. x8.

lib: 18.

philoſopihæ: de quā uolo pauca diſſerere. Cap.V.

IVdeis igitur philoſophiæ tres erant:etiam inde ab initio in inſtitutis patriis derelictæ eſſenorum:ſadduceoꝝ:& tertia qua philoſophantur:qui dicebantur phariſei: & quāquam de eis explanauerim in ſecūdo libro iudaici belli:tamē etiā nūc cōmemorationis gra breuiter attingam.Phariſei enī quotidianā conuerſationē exiguā habēt:& prorſus abiectā: nihil molitudini aut delicatudini pœnitus indulgentes ſe quæcūq; iudicio rationis oportere cōperta ſunt illa ſequuntur: præpoſitis nullo mō reluctantur:maiores natu cōpetenti honore uenerantur:ita ut nec contrariū quiddā alicui aliquādo reſpondeāt:fato geri oīa credūt:ſed neq; liberū arbitriū hoīs auferunt:iudiciū dei futuꝝ eſſe ſentiunt:illic cunctos hoīes ꝓpria merita recepturos:tā eos quidē qui ſecundum uirtutē uixerunt:quā illos qui nequitia deprauati ſunt.Animas aūt īmortales dicunt:ſed etiā in inferno congrua unicuiq; habitacula promerito:uel uirtutis uel iniquitatis attribui:ſicut unicuiq; uiuenti gerebatur ſtudiū & alias quidē aīas eternis trudi carceribus: alias aūt facilitatē reuiuiſcēdi ꝓcipere: & ob hæc populis quidem ſunt acceptabiles credibileſq;.Quā tacunq; item ad culturam diuinitatis pertinent orationū celebrationes:temploꝝ cōſtitutiones: expoſitionibus ſuis facienda eſſe prædicat.Nam tantū uirtutibus eoꝝ prolatū eſt teſtimoniū:ut ad eos plurime ciuitates:& maxima multitudo cū ſtudio grandi cōfluerent:opiniōe adducti: qa meliores cæteris eſtimātur. Sadducei aūt aīas mortales exiſtimāt:ſimulq; cū corporibus īterire. Nullas uero alias obſeruatōes præter legē cuſtodiūt:aduerſus doctores aūt philoſophiæ ſuæ certari & reniti glorioſū ānumerant ſed ad puos admodū doctrina eoꝝ puenit :& modus excitationis.Primates aūt apud eos dignitatibus honoribuſq; celebrant.Eſſeni āt ad deū cūcta redigunt: īmortalē aīam dicūt iuſticiā āt rē ꝓcioſam:ꝓ q̄ etiā uſq; ad mortē pugnandū eē ꝑdicant:in tēplo anathēata ꝓponenda ꝓhibent:ſacrificia uel hoſtias cū populo nō celebrāt:q; ſe plurimum ab eis putāt mūdicia uel ſanctitate differre:& merito ſe a cōi cōgregatione diſcernunt:remotim ſacrificia faciētes:cultu uero moꝝ atq; cōuerſationibus optimi ad colendā terrā & exercendā omni ſtudio intenti.Illud etiā habēt dignū:& ualde mirabile q; in aliis nō inuenias gentibus tam græcoꝝ quā etiā barbaroꝝ:q; oēs illis opes in medio ſunt:& ab eis oīa poſſidentur:nihil amplius iter eos ditōr fruitatur:nihil pauperior defraudatur:ac ſi nihil oīno poſſideat.Et illi quidē hoc modo de ſe gerūt. Sum aūt ſuper quatuor milia hoīum nūero.Vxores nō ducunt:neq; ſeruos habere feſtinant:aliud quippe iniquitatis:aliud ſeditionis oportunitatē eſtimant.Iſti ergo ſemotim apud ſemetipſos aduiuunt:mutuas ſibi uiciſſitudines miniſtrantes:ſuſceptores aūt redituū promouent: curatoreſq; conſtituunt:qui cuncta quæ terra profert in uſus:neceſſarios adminiſtrent.Sacerdotes optimos uiros eligunt:cibus illis ſimplex eſt:habitus inſumptuoſus & mundus. Quare ergo philoſophiæ iudas princeps extitit:cuius fecimus mentionē.Huius ius ſequaces in ueſtitu:in habitu:cæteriſq; aliis:phariſeis conſentiunt: circa libertatē uero īmobilem retinent atq; īmutabilem ſnīam.Nam huius rei cupido magna eoꝝ mentibus eſt infixa. Solum enim principem & dominum dicunt deum omnium:mortis aūt multas & uarias ſpecies ſuſtinere pro nihilo pendūt: uel cognatoꝝ ſupplicia:uel amiſſiones amicoꝝ oīno contemnunt:dūmodo nullum hoīem dominum dicere compellantur.Nonnulli nāq; uiderunt:qualiter ſepius aliqui eoꝝ in ſuppliciis īmutabiles permanſere.Vnde plurimi quoq; illius gentis hoc ſtultitiæ morbo inſanabiliter egrotarunt:geſſio fluuio principatum huius uanitatis obtinente.Nam ex hac quoq; ſuperbia ad ſeditiones excitandas romanis: recedendiq; ab eis:& ipſe præcipitatus eſt:& alios præcipites dedit. Et phloſophiæ quidē genera hæc atq; huiuſmodi ſunt apud iudeos.Interea cirinus opibus reſtitutis archelai: deſcriptioneq; perfecta:quæ facta eſt triceſimo ſeptimo anno: poſtquā antonius acciaco bello fuerat a cæſare ſuperatus:iozarum quoq; pontificem: ſeditionem a multitudine paſſum ſacerdotali deponit officio:ananum in pontificatu ſubſtituens.

Capitulum.VI.

HErodes autem & philippus tetrarchiam ſuam eorum unuſquiſque ſuſcipiens:herodes ſephorin muro circundedit:ad inſtar & ſimilitudinem galileæ: quam anthocratoridan appellat.Alia autem betharanta ciuitas:etiam ipſa eſt:quam muro circunſpiciens:iuliam ex nomine iuliæ uxoris cæſaris nomiat.Philippus aūt paniadam quæ eſt circa fontem iordanis fluminis conſtruens cæſaream nuncupauit.Tum etiā bethſaidā ꝓximam ſtagno geneſar edificat:& dignitatē ei ciuitatis attribuit:habitatorumq; multitudine replet: aliarumq; neceſſariaꝝ rerum copia refertam facit:& iuliam omonimam cæſaris filiæ uocat. Copinio autem iudeam illo tempore gubernante: quē ſupra docuimus cum cirino deſtinatum:huiuſmodi factum in iudea prouenit.Azimorum dies agebantur:quā feſtiuitatē paſcha uocamus:in qua mos erat:ex media nocte portas templi a ſacerdotibus aperiri.Et tūc itaq; apertis portis:uiri quidē ſamarite occulte in

hierosolymam uenientes per tẽpli cunctas porticus:& per totũ fanũ ossa iaciũt mortuoꝝ. Et ex illo cœpit in tẽplo custodia maior a sacerdotibus exerceri. Capitulum. VII.

COpinius aũt non post multum tẽporis romam reuertit: cui successor regendæ puinciæ marcus efficitur:sub quo etiã salome herodis regis soror uita defungit:iuliæ cæsaris uxori derelinquẽs iamniã & oẽm suã toparchiã: & in cãpo faselidã & archelaidã constituas quæ etiã plurimis cõsite uere palmitibus:quoꝝ fructus optimus & ualde præcipuus. Sed huic quoq; succedit annius rufus:sub quo etiam cæsar emoritur:romanoꝝ secũdus imperator.vii.&.l.imperio annos aduiuens menses.vi.dies aliquantulum super duos ex quibus.xiiii.annis simul cum eo antonius reipublicæ gubernacula rexeret. Viuens itaq; ãnos.lxxvii. uita decessit. Huic succeddit in principatu tyberius uero uxoris eius iuliæ filius qui fuit romãis iii.imperator:sub quo quitus iudeoꝝ rector ualerius gratus efficitur:annii rufi successor.Is ananum remouens sacerdotio:hismahelum filium iabi pontificem designauit.Sed & hunc nõ multo post abiiciens:& eleazarum anne pontificis filium sacerdotio surrogauit. Post annum uero etiam hunc arcet officio:& symoni cuidam camithi filio ministerium põtificatus attribuit. Sed non amplius & ipse quam unius anni spacio eodem perfunctus officio:ioseppum cui caiphas nomen fuit:habuit ordine successorem. Et gratus quidem talia gerens:romam reuertitur postquã xi.annos in iudea compleuerat. Huic successor pontius pilatus effectus est. Herodes autem tetrarcha ad magnam amiciciam tyberii peruenit:edificans ciuitatem:quam ex eius cognomento tyberiadam denominauit: menibus eam firmis fortibusq; circundans: in regione galileæ iuxta stagnum genesar:unde aquæ calidæ non longe distabant:in uico cuius nomen erat amathus. In hanc confines plurimi confluxere:atq; etiam ex tota galilea non parua multitudo concurrit. Ex omni quoq; regione quæ sub illo fuerat constituta:ab eo coacti conueniunt:ut ibidem cõmanerent.Multi etiam ex nobilitate illuc habitandi gratia transferuntur. Suscepit etiã quotquot hinde ueniebant inopes & egenos:plerosq; etiam quos liberos non esse constaret:quibus tamẽ securitatem libertatis attribuit & beneficia plura contulit :ut hoc inuitamento nollent ex illa ciuitate discedere.Priuatas etiam domos ex propriis opibus fabricabat: terras largiebatur: ut in his omnibus stabiles habitatores efficeret:maxime aũt ex paterna lege transcribens:in qua significatur ut habitatio septẽ dierũ ciuẽ loci perficiat.In illis diebus moritꝫ etiã fraates parthoꝝ:imperator:insidiis illi a fraate filio præparatis secundum hunc modum. Fraates imperator postquam legittimos filios habuit:asciuit sibi italici generis concubinam:cui nomen erat thermusa. A cæsare iulio cum aliis muneribus hæc ei fuerat condonata:& primum quidem ea sicut dixi ꝓ concubina utebatur:captus mira pulchritudine mulieris.Procedente uero tempore filioq; ex ea fraate suscepto:coniugem eam legittime designauit:quam honorabiliter tractabat in omnibus: & quicquid diceret ei obediebat.Itaq; festinans:ut parthorum principatus filio suo cõtingeret: qđ uidebat aliter fieri non posse:nisi exide legittimos filios aliquibus argumẽtis excluderet:persuadet imperatori ut illos romam obsides destinaret.Proinde illi:non enim facile fuit fraati: dispositionibus thermuse resistere:romam a patre mittuntur:& solus in regno fraatis filius enutritur. Sed postquã adoleuit graue reputans ac malitiosum: ut principatum patre tribuente susciperet: insidias præparat patri:cooperante sibi etiam matre.Nam sermo quoq; ferebatur:ꝙ ei concubitu misceretur.Itaq; pro utroq; facinore genti factus est exosus: tam parricidio quam amore matris nefando:seditionibus excitatis antequã amplior fieret:ex regni potestate depulsus emoritur. Concordantes itaq; in unũ parthoꝝ fortissimi cernentesq; sine principe se non ualere cõsistere: cœperunt inspicere:quisnam illis ex genere arsacidarum fieret imperator:nam aliunde fieri non licebat:unde quoq; usq; in hodiernum diem pollutum:dicunt:& iuriatu ex semine mulieris ita lice illud imperium.Herodem itaque per legatos asciscunt.Sed postq̃ iste quoque susciepit imperium:cœpit inuidiosus esse multitudini: atq; suspectus ꝓp imensam crudelitatẽ: erat quippe ita seuerus:& oĩbus mõis imittis.Hunc ergo cõgregati simul extinguũt.Plericq; aũt dicebãt: ꝙ eũ in sacrificiis inter altaria pemerunt:nam eis moris erat in diuinis celebrationibus cultros portare. Apud plurios tamẽ opinio illa est:ꝙ dũ uenatũ ꝓgit:occisus é.Legationẽ itaq; romã mittũt:unũ ex obsidibus ad iperiũ postulãtes: & mittit illis bonões:cæteris suis fratribus ãtelatus:ꝙ iudicabat fortunã suã:potestatẽq; nõ in soléter aut nimie tractaturus.Sed barbar multitudini celerria conuersio subort.Siquidẽ sunt etiam natura mutabiles.Mansuetudinem itaque eius cœperunt contemnere: indignum putantes: ut seruo subiicerentur alieno. Nam obsidatum seruitutem esse definiebant neq; enim iure belli datum: sed quod peius putabant in pace ad inuiriam suæ gentis & regni alieniginis esse contraditum. His ergo querelis gens uniuersa commota:illum proturbat imperio:cõfestimq; artabanũ euocant medorum regẽ arsacidarũ genere descẽdẽtem

Perſuaſus artabanus uenit cum omni militia. Cui bonones occurrit: & multitudine cõgregata parthorum:cum eo bello congreditur. Artabanus aũt uictus confugit ad montes medie: & non poſt multum tempus cõgregans etiã ipſe magnas turmas exercitus: cum bonone cõfligit:& uictus bonones cum pauco ad ſeleuciam confugit equitatu. Artabanus aũt fuſum parthoꝝ exercitum inſequens:magna ſtragem operatus eſt. Tunc barbaris grãdi metu compreſſis ad contexti fontem cum magna multitudine pergit. Illo itaq; parthis imperante bonones in armeniã uenit: & primo quidem in illa regione cœpit imperare:deinde uero ad romanos iegationẽ mittit. Sed ubi tyberius petitionẽ eius abnuit:ille item ad parthos cõuertitur & bellũ artabano denunciat: quando quidẽ nulla illi recuperandi regni machinatione ſuccurrebat. Cæterum armenii qui circa niſatẽ habitant:artabano fuere ſociati:a quibus detentus bonones ſylano ſyriæ rectori cõtraditur. Ille aũt ex uerecũdia:quõ eum romæ nouerat:cuſtodiuit:honorificeq; tractauit. Armeniã: eſt aũt orodi artabãus uni ſuoꝝ filioꝝ tradidit. Ea tempeſtate moritur etiã cõmagene rex antiochus:& plebs aduerſus nobilitatẽ ſcinditur:& mittit utraq; pars legationẽ ad romã:nobilitas quidem ſtatũ reipublicæ habitũq; mutare deſiderans: ut præſidali diſpenſatione regeretur:multitudo uero regnũ habere ꝓprio more cupiebat. Senatus aũt utraq; legatiõe ſuſcepta:ex decreto germanicum mittit:cuncta ſyriæ forte negocia correcturꝰ agente fortuna quo facilius iteriret. Nã ueniens in partibus orientis:& in melius cuncta diſponens:a piſone ueneno perimitur ſicut iam in aliis indicatum eſt.

Cap. VIII.

PIlatus aũt iudeæ rector exercitum de cæſarea ſecum aſſumens:tendit ad hieroſolymã: ut leges ſolueret iudeoꝝ. Nã ſecũ ſtatuas cæſaris:quæ ſignis militaribus inerãt ītromittit. Imagines autẽ: aut aliquid huiuſmodi facere lex noſtra prohibet & ꝓpter hoc ante illum omnes iudeæ rectores:ſine ſignis ĩgrediebãtur menia ciuitatis. Primus itaq; pilatus ignorãtibus populis ĩtrogreſſus:ſigna quæ ſecum apportabat:in ciuitate cõſtituit. Illi uero mox ut rem cognouerunt:congregati ueniunt cæſareã:diebus plurimis ſupplicantes: ut imagines de hieroſolymis auferrentur. Pilato uero abnuente:q; iniuriã cæſari facere ſi fieret eſtimabat:iudei nullo mõ diſcedunt. Tunc ille occulte inſidiis armatos milites collocat. Cunq; pro tribunali ſediſſet: qđ ei fuerat in ſtudio nam eũ locũ in inſidiis quas ꝓparauerat aptum eſſe pſpexerat: iudeiq; iterũ ſupplicarent:ſigno dato:milites ꝓceſſere:iudeis undiq; circũdatis:cœpit pilatus mortẽ cõminari:niſi quieuiſſent. At illi mortẽ ſe potius electuros:quã cõſtitutiones legis ſuæ trãſgreſſum iri firmabant. Tunc pilatus ãmirans fortitudinẽ iudeoꝝ in conſeruandis legalibus conſtitutis:confeſtim imagines de hieroſolymis auferri præcepit: cæſareãq; perduci. Voluit etiã ex opibus tẽpli aqueductum pergentẽ in hieroſolymã fabricare: ſuſcipiens initiũ torrentis quod ſtadioꝝ duũ miliũ interuallo diſtabat. Sed iudei non libenter accipiunt & circa eos qui operabanꝫ multa milia hominum congregata:clamabant ut ab illo opere ceſſaretur. Plericq; etiam maledictionibus utebãtur:contumelias quoq; iactantes:ſicut uulgaria ſolet multitudo. Ille uero milites a dorſo iudeos circunuenire præcipiens:iubebat ut decederent. Illis aũt ad contumelias iniuriaſq; conuerſis:dato ſigno militibus:iuſſit ut iudeos inuaderent. Milites porro ampliora quã iuſſi erant ppetrãtes: multitudinem magna cæde ꝓſternunt. Plures igitur ibi deficiunt:plericq; aũt ſauciati diſcedunt. Itaq; hoc modo ſeditio illa terminatur.

Cap. IX.

FVit aũt hiſdẽ tẽporibus ieſus ſapiens uir:ſi tamen uirũ eum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operum effector:& doctor oĩum eoꝝ hoĩum qui libenter audiunt quæ uera ſunt. Et multos quidem iudeorum:multos etiam ex gentibus ſibi adiunxit. Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primoꝝ noſtræ gentis uiroꝝ: cum pilatus in crucẽ agendũ decreuiſſet:non deſeruerunt hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enĩ eis tertia die iterũ uiuus: ſecundum q; diuinitus inſpirati prophetæ uel hæc:uel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerant. Sed & in hodiernum chriſtianorum qui ab ipſo nuncupati ſunt:& nomen perſeuerat & genus.

Cap. X.

IIſdem temporibus alia iudeos ſeuiora perturbant. Nam etiam in templo iſidis:qđ romæ fuerat coſtitutum factum quoddam turpitudine plenum obprobrioq; cõtigit quod primum explanabo:tum demum ad illa quæ apud iudeos euenere tranſibo. Paulina quædam mulier erat romæ:maiorum dignitate præclara ſtudio caſtitatis intenta:honeſtatis opinione perſpicua. Erat etiam opum magnitudĩe locuples: & uultus pulchritudĩe decoroſa ætate aũt quãdo maxĩe mulieres pudicicia decorantur. Hæc nupta erat ſaturnino:etiam ipſo genere:opibus:cæteroque cultu conſimili. Huius itaque amore detinetur iuuenis quidam nomine mundus:ex numero equeſtri:ſed in gradu iam emeritо conſtitutus: & dignitate magna ſublimis: idoneus etiam ad munera largienda:ſumptuſque faciendos. Nam memorate quoque mulieri

maiora dona promiserat:quæ illa contemnente maxio fuerat amore succensus:ut etiã.xx.miriadas dragmarum atticarum se daturum pro uno concubitu spopondisset: sed neq; sic illa deflexa est.Tum ille nimiam infœlicitatẽ morbi suscipiens:siquidẽ nec cibum ualebat accipere:morti se addixerat:hoc unum sibi iudicans tanti mali fore remedium. Et ille quidem tale decretum aĩo infigens:per dies singulos agebat:ut celeri morte raperetur. Erat aũt mundo liberta quædam ex parentibus noĩe ida: oĩum malorũ & iniquitatum coagulũ.Hæc grauiter ferens:q; ille iuuenis sẽ damnaret in mortẽ:nam clarebat oĩno periturus:accedens erexit eũ:& cœpit cũ eo talia fabulari:quæ aĩum eius bonæ spei facerent. Promittebat se náq; acturã apud paulinã:ut qnq; miriadas accipiẽs:cõcedeř iuueni qđ uolebat.His itaq; dictis:iuuenẽ de morte reuocãs:fũpsit ab eo pecũiæ quantũ placuerat:sed nõ eadẽ uia paulinam aggreditur: qua fuerat ante tẽtata:cernẽs aĩum mulieris nullo mõ capi pecuniis.Sciẽs uero q; admodũ eẽt illa cultura isidis occupata;tale aliqd machinatur.Accedit ad quosdã ex tẽplo isidis sacerdotes:quibus interpositione iurandi fidẽ seruare persuasit:dans etiã in præsenti duas miriadas & dimidiã:;pmittens etiã aliud tantum:si qđ uellet: habuisset effectũ. Tunc cãm aperit:amorẽ iuuenis ídicat:orat ut & mulierẽ qbus possent modis inducerent. Illi aũt pecuniarũ cupidine capti ;pmittũt quicqd ĩperaret ;ptinus ípleturos:præsertí aũt ipse maximus sacerdotum:ut paulinã conueniret:ac suis uerbis impleret pollicetur.Finxit ãt se ex egypto uenisse:ab anubio destinatum: q; is grandi circa paulinam amore teneretur:eumq; deum sibi iussisse:ut romam ueniret:mulieriq; præcepta numinis apportaret.Libẽter illa & optabiliter fuscipit atq; ad amicas gloriando denúciat:q; ab anubio tali merito digna iudicet.Hoc etiam intimauit marito:q; amborũ cœnã anubius concupiscat. Ille aũt grata concessit pudicitiã coniugis non ignorans.Illa igitur pergit ad templũ & cũ cœnasset:tempusq; quiescendi uenisset uniuersæ ianuæ a sacerdote clauduntur.Cuncta quoq; lumina subtrahuntur:mundus aũt intro latebat occultus. Qui postquã factũ silentium est ad mulierem deuenit.Illa aũt existimãs deum esse reuerenter accipit:atq; ita cum ea mundus pernoctans :circa uicinũ lucis abscessit. Illa autẽ mane facto consurgens:atq; ad suum uirum ueniens:aduentũ ad se numinis enarrauit.Similiter etiam loquitur ad amicas:magnã sibi ex hoc glorificationem reputans prouenisse:& quia uerba quoq; ad illam fecisset:anubius indicabat.Sed ex audientibus alii non credebant:naturã inspicientes rei:pars ãt credebat:quia dum uerũ ad miraculũ dicebant: pudiciciam attendentes:dignitatẽ quoq; referebant.Tertia uero die postquã factum est occurrens ei mundus:o paulina inquit:saluasti mihi .xx.miriadas:quas posses familiaribus tuis rebus adiicere:nũc aũt nec meis postulationibus defuisti:& damnificatione liberasti.Nam in tẽplo tota nox a te cum mũdo peracta est:nec mei nominis interest uoluptate percepta. Nihil enĩ ad perficiendum negociũ obfuit: q; anubius uocitatus sum. Et ille quidẽ talia locutus abscessit:illa uero in mentẽ suam rediens:tũc primum illud facinus ĩtellexit:& scissis ;ptinus uestimentis ad uirum cucurrit:factionẽq; aperuit:tam magni facinoris deprecata:ne suam iniuriam neglexisset. At ille ĩperatori cuncta denunciat.Tunc tyberius diligenter causam examinans:uniuersum sacerdotum scelus inuenit:& ipos quidẽ cum ipsa quæ causa totius iniquitatis extiterat:adegit ĩ cruces:templum autem ipsum funditus euertit:statuamq; isidis in tyberim fluuium iactari præcepit: mundum aũté exilio condemnauit: dignum eum maiore pœna non iudicans:q; amoris uehementia deliquisset. Et ea quidem quæ ĩ templo isidis prouenere:tali fine concluſa sunt. Nunc ad rem redeo:ut explicẽ quæ iudeis romæ eodẽ tẽpore contigerunt: sicut etiã ante præstrinxi. Erat quidam uir genere iudeus:de sua patria profugus: accusabatur autem legalium transgressione præceptorum:unde apud suos quoq; reus habebatur:etiam malignus in omnibus. Iste per multos dies legem se moysi exponere simulabat:& tres uiros in omnibus similes sibi consocians:seducunt uuluiam quandam unam de cetu nobilium ut legi iudaicæ animum suum dederet. Cui persuadebant:ut ostri & auri plurimum in hierosolymam mitteret:templi ornatui profuturum. Quod illi sumentes propriis usibus absumpsere:propter quod etiam argumentis & fallaciis antea cuncta peregerant.Tunc tyberius:ná & totum negocium saturninus insinuat:uir uuluiæ pariter amicus & tutator:iubet roma cũctos iudeos excedere. Consules uero quatuor milia ex iudeis militantes mittũt in sardorum insulam: plurimos autem militare nolentes propter legis paternæ custodiam afflecere tormentis:atq; hoc modo ;ppter nequitiã quatuor hoĩum uniuersa multitudo pellitur ex urbe. Sed neq; samareorũ gens turbis fuit exps:uel tumultibus aliena. Hos enĩ puertit uir qdã mẽtiri ;pculdubio iudicans caphedõ noĩe:qui oẽm plebem suasionibus artificiosis ĩduxerat ut in montẽ garizim oẽs accurrerent:q; eum sanctum haberent ac uenerabilem. Pollicebaẽ enĩ se abscendẽtibus ostensurum uniuersa uasa:quæ ibidem a moseo fuissent obruta.At illi persuasi uerbis illius armantur:& confidunt in quodã uico:cuius est nomen tirathua:atq; hincinde plurimos cõgregabãt:ut cũ maxia

multitudine montem aſcenderent. Sed hos in ipſo aſcenſu pilatus occupat:omnem equitatum præcedere iubens: & ductu uelociſſimos:atq; ibi circa memoratum uicum pugna cõmittitur:& alios obtruncant:pleroſq; in fugam uertunt:maximã partem capiunt: quoꝝ ſeditionis princeps uel eos qui in fugiendo tunc plurimum uulnerant:pilatus interfecit.

Capitulum.XI.

SEd ex hoc ſameoꝝ gente turbata cuncti priores ad uitellium ueniũt:qui p id tẽpus gerebat principatũ ſyriæ:atq; apud eũ pilatũ accuſant:q; iniuſte tantos occiderit.Non enim a rõanis diſcedẽdo:ſed iniuriã pilati declinãdo:in tirathua cõgregatos eſſe promebãt. Tũc uitellius marcelium unũ ex ſuis amicis qui curaret ĩ iudea conſtituit:pilatum autẽ romam pergere:ut de his quæ a iudeis accuſabatur: ſe in iudicio cæſaris expurgaret. Tunc pilatus poſtquã in iudea decimum compleuit annum:pergit romam uitellii iuſſione compulſus: non enim poſſet eius diſpoſitionibus reluctari.Sed antequam pilatus romam ueniret: tyberius ex humanis rebus abſceſſit.

Capitulum.XII.

VItellius aũt ueniens ĩ iudeam:aſcendit hieroſolymam:& erat forte tunc feſtiuitas a maioribus inſtituta:quæ paſcha uocatur.Vitellius itaq; magnificus ac munificus extitit in populos:nam & uenalium rerum precia leuigauit: & in aliis plurimis circa eos liberalis apparuit:ſed etiam ſtolam pontificis:uniuerſumq; eius cultum atq; ornatum in templo haberi permiſit:& ſub pontificum poteſtate ſeruari ſecundum inſtitutionem moris antiqui.Nam antequã uitellius ueniſſet:in antonia ſeruabatur.Arx enim huiuſmodi nomine cenſebatur.Vt autem ibi dem ſeruaretur:talis extiterat cauſa.Pontificum quidam hircanus nomine:unus ex multis: nam plures hoc uocabulo fuerant nuncupati:prius in loco templi uicino tabernaculum cõſtruxerat: & ibi ex maxima parte degebat:ubi etiam ſtolam põtificalem habuit. Nam cuſtos eius extabat: propter quod ea ſoli licebat inducere:quando intrabat templum. Cæterum quando in ciuitatẽ exiebat:priuatis indumentis utebatur.Hanc itaq; conſuetudinem & ipſe & filii eius:& eorũ filii: multo tempore conſeruabant.Sed poſtquã herodes acceſſit in regnum:illud tabernaculũ oportuno loco ſibi exiſtimans ſitum opulentius conſtruit:& antoniã ex nomine antonii:q; ei amicus erat appellat: ſed etiã ſtolam ſicut eam ibi reperit:ita etiam præcepit cuſtodiri exiſtimans ex hoc nihil ſeditionis aduerſus ſe populum cõmotuꝝ.Similiter etiã fecit archelaus filius eius: poſtquã herodi ſucceſſit in regnum.Et deinde archelao excluſo:a romanis ſeruabatur ſtola pontificis in illo tabernaculo:ex lapidibus fabricato:ſub ſigillo ſane pontificum & in gazofilatio habebatur: a quo & cætera templi ornamenta:& candelabrum quoq; ſeruabatur: quod tantum per dies feſtos ad uſum pontificum tradebatur.Tranſacta uero feſtiuitate: iterũ in loco proprio reponẽda reddebatur:& per tres utiq; feſtiuitates ſingulis quibuſq; annis & per ieiunia:dabatur atq; reddebatur. Vitellius autẽ tunc ſecundũ morem antiquũ ſtolã illam pontificum poteſtati contribuit neq; permiſit:ut quando uſui opus eſſet:a gazofilatio peteretur. Hoc itaq; beneficium iudeis indulgens pontificẽ ioſippũ cognomẽto caiphan ſacerdotali remouit officio:cui ionathã filiũ ãne in pontificale miniſteriũ ſubrogauit.Quæ cũ egiſſet:tũc cõfeſtim qđ in antiochiã ducit ĩgrediẽ. Mittit etiã tyberius ad uitelliũ litteras:iubẽs ei:ut amicitiã cũ artabano parthoꝝ ĩperatore cõficeret.Terrebat enĩ eũ:q; inimicus extaret:& armeniã iuaſiſſet:ne forte amplius eius cõcepta progrederetur audacia:mouetq; ut nõ aliter eius amicitiæ crederẽ:niſi ſuos filios obſides præbuiſſet.Hæc itaq; ad uitelliũ ſcribẽte tyberio:ille magnis muneribus pſuadet hibeoꝝ:& labanoꝝ regi:ut cũ artabano ſine ulla dilatiõe pugnaret.At illa a pugna quidẽ abſtinẽt:ucꝝ ſcithas cõceſſo eis tranſitu aperientes caſpias pilas:in artabani regiones immittunt:atq; ita deuaſtatur armenia: oiſq; terra parthoꝝ hoſtibus ipletur & cladibus.Nam primi eoꝝ paſſim ubiq; perimunt:turbis & lucta cuncta cõplent. Filius etiã ipſius ĩperatoris in ea pugna perimit cum exercitu numeroſo.Nam multe miriades ibi defecere parthoꝝ:ipſumq; artabanũ per munera uitellius corruptis amicis eius:& conſanguineis pœnæ pdiderat.Sed cũ dolos intelligeret artabanus:ſeq; circũuentum irremediabiliter agnouiſſet:nam erant plures qui ei inſidias parabãt:cũ paucis fidelibus ad ſuperiores ſatrapias abſceſſit:atq; ita ſe inſidiantiũ dolis eripuit.Poſtea uero magnã manũ decorarum ſaorũq; congregans: cũ reſiſtentibus ſibi pugna congrediẽ: & ſuperãs ſuũ tutatus ẽ principatũ.Hæc tyberius audiẽs:iuſſit poſtea cũ artabão amicitiã fieri: qđ etiã ille libẽter amplectitur. Hoc ãt q̃ndo gerebaẽ:circa eufratẽ fluuiũ erãt artabanus & uitellius:atq; ibi de pacis fœdere cõ locunt:in medio ſibi põte flumis occurrẽtes:paucos ſecũ uterq; qui ſibi muniméto forẽt adducens. Ibi poſtquam de pace locuti ſunt:herodes eis tetrarcha conuiuium in loco medio præparat: tabernaculum ex uelamentis precioſis exornans. Tunc artabanus dat obſidem tyberio darium ſuum filium: cum quo etiam munera magna multaq; tranſmittit.In quibus etiã hoiem

magnitudine septem cubitorꝫ:genere iudeum:nomine lazarum misit:qui propter corporis uastitatem gygas uocabatur.His itaq; peractis:uitellius an ad antiochiam artabanus aũt in babiloniam reuertitur. Herodes aũt uolens semetipsum tali nuncio cõmendare:litteras per huiusmõi destinat portitores: ĩ quibus intimat pacem factam:obsidẽq; susceptum:postremo cuncta denũciat:quæ ad negocium pertinebant:nihil pœnitus prætermittes. Postea uero cum auitellio de his rebus destinarentur epistolæ:rescribitur a cæsare: q; cuncta iam ante cognouerit: herode de omnibus edocente.Ex hoc uitellius supra quã quisquã ratus erat indignatione turbatur:non tamen suum animum aperit:sed iram mente seruabat:donec reuerteretur:gaio sumente regimen principatus.

Cap.XIII.

TVnc etiam philippus herodis huius frater uita defungitur:uicesimo quidem secũdo ãno imperãte tyberio:ipse aũt per.xxxv.annos rector aduixit:sub suo iure possidẽs traconitidis & gaulonitidis regionẽ.Ad hæc etiã uantaneorꝫ uniuersam gentẽ suo regimie gubernabat.Is moderatũ & mansuetũ se cunctis qbus ĩperabat exhibuit:nullas oppressiones aliquibus importans: nã eius ad subiectos cõuersatio talis erat.Procedebat cũ paucis:electis: sibiq; gratissimis:in causis iusta iudicia ꝓferebat:in itinere occurrantibus uel opis egentibus auxiliabat impigre:ac si forte oppressionem senserat alicuius: statim ĩ solio considens cãm audiebat:iuste pti adiutor iniuste punitor existens. Hic ergo moritꝫ inualida:unde magnis exequiis ĩ monimentũ defertur:qđ ab ipso ante fuerat constitutũ:iuxta paniadã:exequiæq; sunt illi magnificæ celebratæ. Principatum aũt eius tyberius cæsar assumens:siquidem nullũ reliquerat filiũ:dispensationẽ syriæ regiminiq; cõiunxit:functiones aũt tributarias quæcũq; colligerentꝫ in eadẽ præcepit tetrarchia seruari.His quoq; tẽporibus inter arethã petreum:& herodẽ regẽ simultatõ magna cõtigit: propter huiusmodi cãm.Herodes tetrarches uxorẽ habuit arethe filiã cum qua non paruũ tempus aduixerat.Sed cum romam euocaretur:transiens in domo herodis exceptus est. Frater eius erat etiam ipse:sed nõ ex una matre progenitus. Herodes enim ex filia symonis sacerdotis fuerat procreatus.Cunq; ibi esset:herodiadis amore captus est:uxoris alterius herodis:filia enĩ erat ista aristoboli soror aũt agrippæ maioris.Audet igitur de mulierꝫ de nuptiis in eundis miscere sermonem. Illa uero susciptente pacta firmantur:ut cum roma reuersus fuisset:illa connubii iura susciperе.Erat enim in pactis:ut filiam arethe regis excluderet. Et herodes quidem romam talibus pactis firmatis aduehitur.Sed cum reuersus fuisset:peragens romæ propter quæ fuerat euocatus uxor eius fideliter cũcta cognoscens:quæ inter eũ fuerant herodiadẽq; cõpositа:anteq; eã ille cũcta cognouisse sentiret:rogat uirꝫ:ut in macherunta ubilimes erat arethe herodisq; regionis: ab eo mitteretur: nihil suæ uolũtatis aperiẽs.Hoc herodes libenter accipiens: mittit uxorẽ: nihil eã sensisse pœnitus arbitratus.Illa uero:permiserat enĩ ante multũ tẽpus ad patrẽ:ut ei apud macherunta oĩa pararentur quæ itineris usus exposceret:a ductoribus arethe susciputur:confestiq; itrat arabiam atq; ibi ab illis ductoribus ad alios:ab illisq; rursus ad alteros transmissa cũ summa celeritate patri perducitur:cui cunctã herodis aperit uoluntatẽ.Ille uero exhic inimiciciarꝫ sumpsit initium:atq; ab utroq; exercitu congregato in regione gamalica bello confligitur:non quidẽ ipsis præsentibus: sed ductoribus ab utraq; parte trãsmissis.Pugna atq; facta: & exercitu herodis afflicto:proditione profugarꝫ:qui de philippi tetraichia ad herodẽ quasi auxiliãdi causa cõuenerant: hæc herodes scribit ad tyberium. Ille autem indignatus q; arethas talia perpetrauerit:scribit uitellio: ut ei incunctanter bellum inferret & aut uiuum eum uinctum adduceret: aut certe mortui caput auferet. Tyberius qdẽ ut hæc ageret:rectori syriæ demãdabat.

Capitulum.XIIII.

QVibusdã aũt iudeorꝫ uidebatꝫ ideo perisse herodis exercitũ q; in eũ satis iuste indignatio diuina cõmota sit:pro uindicta iohannis:qui uocabatꝫ baptista. Hunc enĩ herodes occidit:uirum ualde bonũ qui præcipiebat iudeis uirtuti operã dare:iusticiã colere:in deũ seruare pietatẽ:& p baptismũ in unũ coire:tũ demũ enĩ baptismũ acceptabile fore:si nõ solũ ad abluẽda peccata sumatꝫ:uerũetiã ad castimoniã corporis:atq; ad animæ iusticiã purificationẽq; seruetur: omniumque pariter uirtutum uelut signaculum & custodia quædam fidelis habeatur. Quæ cũ ab eo p̃cepta huiusmõi docerentꝫ:atq; ad audiẽdũ eũ per pluria multitudo cõcurreret: ueritus herodes: ne forte doctrinæ eius psuasiõe populi a suo regno discederẽt: uidebat enim: q; p̃ceptis eius ac mõitis parata eẽt plebs in oĩbus obedire melius credidit priusq; noui aliqd fieret: p̃uenire hoiem nece:quã postmodũ turbatis rebus:serã penitudinẽ gerere. Ex sola hac suspitione herodis uinctus in castellum macherunta abducitur iohannes: ibique obtruncatur. Iudeis autem sicut iam diximus uidebatur pro eius ultione interitum illius exercitui deum importasse quo herodes sumpsisset digna supplicia. Vitellius uero cœpit omnia præparare: ut bellum cum

aretha perageret.Sumens igitur duas legiones:& peditum & equitum uniuersam manū:cūctosq; auxiliarios ex regibus qui sub romanis erant simul adducens:pergebat per iudeam transitum facere.Sed uenientes in occursum eius primates iudeoꝝ:postulabant ne per eoꝝ regionē iter ageret:ne compellerentur contra legem suam imagines & signa suscipere. Quibus auditis ille pſuasus:mutata sniа quā ante consulto prouiderat:per campū magnum ire præcepit exercitum: ipse aūt cum herode tretrarcha & amicis ascendit hierosolymā de hostias imolaturus. Nam dies festus iudeoꝝ propinquus instabat.Ad quam festiuitatem occurrens:fauorabiliter ac decenter ab omni multitudine iudeoꝝ exceptus ibiq; peragens dies festos:ionathan pontificali remouit officio:qđ eo filio eius fratri cōtradidit.Quarto aūt die allatæ sunt illi litteræ: ī quibus significabaſ mors tyberii: & ut oēm multitudinem congregans:ad deuotionē gaii:iurare cōpelleret. Milites quoq; & auxilia cuncta ad loca propria dimittebat:q; bellum iam gerere non ualeret nesciēs gaii propositum:in quē potestas rerum translata constaret. Dicebatur etiā q; hoc arethas ex augurio antea cognouisset.Nam cum ad eum uitellius nuncium belli misisset:fertur uitellii militibus respondisse: impossibile esse prorsus:ut ad petreos romāos exercitus aduenerit: antea enim unum ex principibus morituꝝ:uel eū qui bellum imperauisset:uel illum qui impetrantis proposito ministraret:uel illum aduersus quē prælium pararetur. Vitellius interea in antiochiam repedauit. Agrippa uero aristoboli filius: anno antequā tyberius moreretur romā uenit:uolens apud imperatorem agere:ut sibi aliquā tribueret potestatē.Volo igitur plenius explicare:de uniuerso herodis genere:qualiter fuerit propagatū:simul enim & sermo ad hanc historiā pertinēs amplius enitescet:per quē probabiť nihil prodesse uel exercitus uim:uel corporis ualitudinem: uel alia quæ uidentur mortalibus appetenda:sine pietate qua colitur deus.Siquidem intra.c.annoꝝ spacium præter paucos:nam admodum plures erant:cuncta herodis origo cōsumpta est. Super hæc etiā ad humilitatem & modestiā humanum genus adducitur:cum illius familiæ calamitates audierit postremo etiā:omnis res agrippæ declarabitur:digna maiore miraculo:qualiter & priuatus & abiectus ad tantam magnitudinem potestatis ascendit: quod nullus scientiū eum de illo homine aut sperare posset:aut credere.Dixi quidē etiam antea de his:tamen nunc quoq; diligētius explanabo.Herodi maiori fuere ex mariāne hircani:filiæ duæ:ex quibus una:ideſt salome nupta fuerat faselo nepoti suo: filio faseli fratris herodis:hanc enim pater ipse tradiderat:altera uero: ideſt cypris antipatro:etiā ipsa nepoti quidē herodis:filio aūt sororis eius salome.Et faselo quidem ex salome procreantur filii.v.antipater:herodes:& alexander:filiæ aūt alexandra & cypris: quam in coniugium acceperat agrippas filius aristoboli. Alexandram autem honorabilis uir ciprianus ex nobilibus habebat uxorem : sed nullos suscipiens filios cypris emoritur. Verum ex agrippa quidem pueri procreantur duo : filiæ autem tres:berenice:mariamne:drusilla. Agrippa aūt & drusus pueri uocabantur : quorum drusus:antequam ad adolescentiā ueniret emoritur:agrippa aūt a patre mittebatur. Herodes aūt & aristobolus:& berenice:etiam hii quoq; filii fuerūt herodis maioris:berenice aūt custodibari fuit & salome filia sororis herodis. Hos aristobolus ifantulos dereliquerat: occisus a patre cum alexandro fratre :sicut ante iam diximus. Sed hii postquā adoleuerūt: ducūt quidē agrippæ frater mariānem filiam olimpiadis:herodis regis filiæ;& iosippi qui erat herodis regis frater aristobolum.Tertius aūt agrippæ frater aristobolus ducit iotapatam sigerammi filiam emesoꝝ regis:ex quibus nascitur puella cuius audiendi sensus fuerat:obiuratus: nomine iotapata:& isti quidem masculoꝝ filii fuere:herodiadis quoq; erathis soror progenita:quæ herodi herodis maioris filio fuerat iuncta:quē ex mariāne susceperat symonis pontificis filia.Ex istis etiā salome filia ꝓcreatur qua,ꝓcreata:herodiadis legem paternā transgrediens: herodi coniungitur:fratri uiri sui:ex uno patre progenita:uiuum deserens uirum.Hic autem qui coniuncta est:tetrarchiā habebat galileæ:filia uero eius salome philippo filio herodis nupta est: tetrarchæ traconitidis regionis.Sed isto sine filio moriēte aristobolus eam in coniugiū suscepit: filius herodis:frater agrippæ. Ex quibus filii quoq; nascūtur.iii.herodes:agrippa:aristobolus.Et salome quidem tali modo prosapia propagatur. Ei aūt ex antipatro filia procreatur cypris: quā alexas selcias sumit uxorem.Alexe uero huiusq; mulieris filia:fuit item cypris.Herodes autem & alexander:quos fratres diximus antipatri:sine filiis moriuntur.Alexandro aūt herodis regis filio qui a patre fuerat interemptus:alexander & tygranes filii generantur: ex archelaicha pradocorū regis filia & tygranes quidē cum regnaret in armenia:accusatus ī roma:sine prole defungiť.Alexandro aūt tygranes omonimus fratris eius gignitur filius. Et iste alexander qui duxit antiochi cōmagenoꝝ regis filiā iotapatā noīe:lesidi ciliciæ ciuitatis a uespasiano rex efficiť. Et alexandri quidē origo cōfestim ut pullulauit:culturā gentis suæ dereliquit:ad ritus transiens moresq; gentilium:cæteræ uero filiæ herodis:nullam prolem pœnitus habuere.Herodis aūt quā memoraui

prosapia permansit usq; ad tempus quo agrippa maior regnum accepit.

Capitulum.XV.

Is itaq; de herodis genere declaratis:nūc de agrippa narrabo:uel qualis illi aduersitas fortunæ prouenerit:uel qualiter omēs calamitates effugerit:atq; ad magnā dignitatē potestatēq; conscenderit. Ante paucū igitur tempus q̄ rex herodes de uita discederet: agrippa apud romā erat:ubi maximā familiaritatē cū druso tyberii filio cōquisierat: & cum antonia drusi maioris coniuge:propter quod hæc matrē eius in honor magno haberet: & uenerabiliter appellaret. Agrippa uero magnus & natura largus existens:& ad donandū ualde munificus uiuente quidē matre suā uoluntatem non ualebat ostendere:ueritus:ne illā in aliquo contristaret. Mortua uero matre:& proprii factus arbitrii:cœpit opes suas abundāter effundere: & alia quidem quotidiani uictus gratia opulenter erogarat:alia muneribus in diuersis expenderat plurima uero i libertis cæsaris dabat:q; p eos posset aliquid adiuuari. Proinde hoc mō semet ipsum exhibens:breui ad magnā penuriam egestatē peruenit. Accessit etiā illi aliud:unde romæ permanere prohiberetur. Contigit enī tyberii filiū mori. Quo mortuo:tyberius prohibuit oēs amicos filii sui omnesq; familiares ante facie suā accedere:ne illis uisis recordatione filii facta:dolor ei luctusq; moueretur. Ob hanc igitur cām in iudeam agrippa nauigando perrexit:uidens se apud romam miserabiliter uiuere:propter quod omnes suas opes amiserat: & nullus illi aditus esset:unde posset aliquos questus habere:nam multas etiā ibi pecunias sub fœnore acceperat: a quibus cum urgeretur;unde debitū consolueret:non habebat. Defectu igitur cōsilii & cōfusiōe q; se aliter uideret:discessit in quandā turrem:quæ in malathoes fuerat cōstituta:addicēs semetipsum:ut de hac luce defungeret. Quæ cū uxor eius cypris ita esse sentiret: cœpit oībus modis laborare:ut eū a morte prohiberet. Inuenit ergo consilium:ut ad suam sororē herodiadē scriberet:quam herodes tetrarcha uxorē acceperat intimans ei in quibus agrippa esset constitutus uel qualiter se uellet mortedamnare:oportere illā propter consanguinitatē auxilium ferre. Illi uero euocantes agrippam:habitationē illi in tyberiada cōstituunt:& aliquantū eris p singulos dies:qđ ad uictū eius subministraretur dare præcipiūt. Sed in hoc herodes non multo tēpore perseuerat licet etiā ipsa quæ darentur sufficientia non fuissent. Nam cū aliquo die p uinū hoc herodes exprobraret agrippæ:agrippa ipacies exprobrationis abscessit:atq; inde prexit ad flaccū uigz cōsularem cū quo romæ amicitiā non puam induxerat. Is enī tunc gubernationē syriæ dispensabat. Cunq; suspectus esset a flacco:apud eū interim degebat. Retinuit etiā ibi flaccus aristobolū fratrem agrippæ:sed simulate diuersum:haud sane p hoc ī aliquo præpediebātur:quo minus amicitiam consulis honorēq; mererent. Sed non tamen aristobolus aduersando cessabat: donec eū flacco quoq; reddidisset inuisum:huiusmodi cām offensionis inueniens. Damasceni cū sydoniis pro militibus certamen exercebant. Cunq; iter eos flaccus auditurus foret:illi cognoscētes agrippam:quod apud eū plurimū posset:rogabant:ut eoz ptis fautor existeret argentū ei plurimum promittentes. Et ille quidē oia studiose gerebat:q; damascenis suffragaretur auxiliū. Aristobolus autem:non enī eū latuit pecuniarū quæ fuerat facta promissio:cām deportat ad flaccū. Quæ cū fieret examinatiōe manifestior:a sua gra repellit agrippā. Ille aūt extrema penuria circūseptus ad ptolomaidā pgit:atq; ibi necessitate reisamiliaris strictus:cōsiliū capit in italiā nauigandi. Sed cū eum sumptuū prohiberet inopia:marsiū libertū suum rogabat ut ei in tanto molimine adiutor existeret:ab aliquibus pecunias mutuādo:& marsias primū quēdā berenice matris agrippæ libertum:sed iure testamenti eius:factū ditionis antoniæ:postulat:ut ei aliquas pecūias daret scriptura & fide mediante. Ille uero querebatur de agrippa pro cuiusdā fraude pecuniæ:& cōpellit marsiam:sub cautione dare miliū atticarū facereq; ut duo milia minus qngētos acciperet. Ille porro concessit:quia nō erat aliud quod egisset. Sūpta itaq; pecunia agrippa athedonā uenit & repiens nauē tunc propōitū pagebat. Hoc agnoscens erēnius capito:ianniæ curator milites mittit:ab ut eo argenti.xxx.miriadas exigerēt:quæ romæ thesauris cæsaris debebant. Quiq; uenientes:agrippam pecuniā dare cōpellunt. Ille uero factuz se qđ uidebatur assimulās:nocte alexādriā ꝓfugit: ubi alexandrū dēcatur alabarchū:ut ei.xx.miriadas mutuas largiretur. At ipse quidē sibi daturū se non promisit: cyprie aūt similia postulanti nō abnuit:obstupescens studiū dilectiōis eius erga propriū uirū:& q; eā uidebat honestatis cuncto genere decoratā. Alexāder igitur.v.illis talēta in alexandria mutuatur:promittens:ut cū inde archeā ueniret:ibi reliquū daret:timens agrippā: q; esset in expensis profusior. Et cypris quidē exinde uirū in italiā nauigatuz dimittens: ipsa cum filiis in iudeā reuertitur. Agrippa uero puteolis appulsus:epistolā ad tyberium cæsarē scribit:qui tunc capis agebat:præsentiā suā significās:ut dignus fieret uultui cæsaris apparere:quo cōtinētiā ab eo mererēt. Petebat ergo:ut ei capreas uenire cōcederet. Tyberius aūt nihil stilatiōe ꝓducēs:

elementer illi & humane reſcripſit: iter alia quoq; ſe gaudere ſignificãs illũ ad ſe ſopitẽ repedare. Cunq; ille capreas aduenisſet:nihil minus ei cæſar alacritatis exhibuit:q̃ p litteras oſtenderat.Nã & amplexatus eſt eũ:& magnifica hoſpitalitate ſuſcepit.Sed poſtero die allatis litteris ab herẽnio capitone:in quibus ſignificabaſ:q; agrippa.xxx.miriadas debens ſoluẽdo nõ adeſſet: & ob id tpe quo ſe ſpopõderat redditur⁹ ,pfugit exactores deuitãs animus cæſaris imutatus eſt.Nam cũ illã legiſſet epiſtolã:indignatione cõmotus:ingreſſum ad ſe interdixit:donec ab eo debitũ redderet. Ille autẽ nequaquã ex cæſaris indignatiõe cõmotus:ãtoniã depræcabaſ germanici matrẽ:& gaii: q̃ poſtea cæſar effectus eſt:ut ei.xxx.miriadas mutuas ipartiret:ne ab amicitia tyberii decidiſſet. Illa uero berenicæ matris agrippæ recordatiõe nã ſe hæ mulieres admodũ diligebant: ſiquidem pariter gaio lac præbuerant:pariterq; illum enutrierant:argentũ qđ poſtulat impertitur.Quod cum pro debito reddidiſſet:nullomodo poſt hæc ab amicitia tyberii prohibetur. Deinde tyberius cæſar eũ ſuo nepoti coniunxit:iubens:ut ei in omnibus proceſſionibus adheſiſſet.Agrippa uero:propter quod ab antonia cũ magna gratia fuiſſet exceptus:cœpit omni niſu agere:ut gaiũ eius filium in omnibus accuraret:qui fauore matris in magnis habebatur honoribus. Erat ibi forte quidam genere ſamareus:libertus cæſaris:ab eo mutuatur:miriadas centũ : ex quibus ãtoniæ reſtituit quod debebat:ex reliquo autẽ:gaium amplius accurabat:unde apud eũ maiorẽ adipiſcitur dignitatẽ. Per dies igitur agrippa circa gaiũ ĩ melius procedente:quodã die ſermo fit de tyberio.Cunq; agrippa ex affectu uota profunderet:ut celeriter defuncto tyberio : gaio daretur imperium:quem melioré digniorẽq; in omnibus eſſe firmabat:inter auditores hoꝝ uerborum forte fuit quidã etiã euthicus agrippæ libertus & auriga: & tũc quidem ſilentio quod audiuerat tradidit:poſtea uero cũ eũ agrippa furti argueret pro ueſtibus aliquibus:& reuera aliq̃ ueſtimẽta ſubtraxerat fugiens cõpræhenditur.Cunq; ad piſonem duceret:qui tunc cuſtos fuerat ciuitatis: cauſam fuge requiſitus:uerba quædã ſecreta cæſari ſe nũciare dicit:eius munimini ſalutiq; ,p futura.Proinde uinctum mandat ad capreas.Tyberius aũt more ſuo utens:habuit eum in uinculis cuſtoditum.Magnam enim ſollicitudiné pro ſemetipſo gerebat:ſup quẽlibet aut impatorẽ cogitans aut tyrannum.Nam neq; legationes facile ſuſcipiebat:neq; ducum ſuoꝝ:uel curatorum: uel aliorum in cæteris conſtitutorum officiis remotiones:uel profectiones celebrabat:niſi forte: cum quiſquã in aliqua deprehẽderetur offenſa.Alioquin nulli ab eo dabaſ niſi morte ſucceſſio: nam uinctorum aliquas ſecretas denũciat omnes ſuſpectas habebat. Vnde cũ amici cãm huius diſpoſitionis inquirerẽt:reſpondiſſe fertur:legationem uinctoꝝ ſe quidẽ ideo nec facile ſuſcipe: nec cito dimittere:ne cæteri uidentes alios facilius abſolutos:ex hoc plures ad ſe uenire incitarentur:& ſibi frequentia legatoꝝ moleſtiã inquietudinis apportaret:præſertim cũ neceſſe eſſet etiam eis dona largiri.Magiſtratus autẽ ſemel datos:iõ ſe iugiter permittere dicebat illis quibus fuerint conceſſi q; intelligeret conſuli p hoc & præſtari ex magna pte ſubiectis. In natura nanq; omnem adminiſtrationẽ hoc habere firmabat:ut circa opes acquirendas faceret:hoies ſtudioſe feſtinare.Cum ſibi non ſe aliquis penné in officio pmanere perſpexerit:manifeſtũ:q; omne gerat ſtudium:ut antequã arceatur officio:q̃ plurimũ poſſit acquirat.Vnde quoq; ad furta plurimi & rapinas concitantur.Si uero pſeueraturos ſe ĩ adminiſtratiõibus certo cognoſcant:licẽtia pluria conquirendi pigriores & quietiores fiunt ad furta uel fraudes aliquas faciendas. Cũ autẽ celeres ſucceſſiones dantur hoibus:nequaquã ſubiecti ſufficiũt:ducibus depredantibus:quibus largitas non eſt temporis attributa quo repleti eſſent ſtudium omne lucrãdi deponere. Exemplum etiã eis proferebat quendam uulneratum:ad cuius uulnus muſcæ congregabantur plurimæ.Quem quidã trãſeuntiũ cũ uidiſſet:miſeratus eſt eius calamitatẽ:ratuſq; q; imbecillitate nimiã muſcas illas a ſe non poſſet abiicere:& opus haberet alterius beneficio:interrogauit eũ cãm cur ſibimetipſe non auxiliaretur:moleſtiam repellendo muſcarum. Cui ille reſpondẽs amplius inquit mihi leſionis importas:ſi has præſentes fugaueris.Iſtæ quidem iam repletæ ſanguine:nõ eo mõ moleſtæ ſunt:quin etiam aliquantulum remiſſius inſiſtunt:ſi uero his amotis aliæ famelicæ congregentur:ita illud uulnus inuadunt:ut etiam ſi intereant:non ualeant effugari. Propterea igitur & ſeipſum dicebat ſubiectis per rapinas iudicum fatigatis conſulere : per hoc quod non crebro in adminiſtrationibus alios ſubſtitueret:qui more muſcarum cum naturaliter ad lucra referent tum etiam remotionis timore:amplius incitarentur ad rapiendi cupidinem. Teſtificatur autem huic meo ſermoni q; huius eſſet naturæ tyberius:ipſum eius opus inſpectum:quomodo quidẽ duobus &.xx.annis imperio actis:duos tantum diſpenſatores in iudeam miſit:quorum illa gens gubernatione regeretur:gratum atq; pilatum:qui ei ſucceſſerat:nec in ſola iudea forte talis extitit:ſed etiam in cæteris regionibus non aliter apparuit. Sed etiam uinctorum examinationes ſe differre ,pterea dicebat:quia ſi condẽnati morerẽtur liberatio per hoc hominum malignoꝝ

imminentium illis adesset:cū uero in custodia tenerentur maiorē illis sicut meriti essent iferri calamitatem.Propter has igitur & huiusmodi causas etiam euthicus auditus non fuerat : sed retinebantur in uinculis.Tempore uero procurrente:tyberius ex capreis tusculanum uenit:distātem a roma interuallo stadiorum centum.Agrippa uero rogabat antoniā:ut ageret:quo euthici aduersum se discuteretur accusatio.Honorabilis qppe apud tyberiū habebat antonia & cognationis & dignitatis gratia:nā drusi fratris eius extiterat:sed etiam uirtute pudiciciæ.Aetate náq; uiridi uiduata permansit : spernens secundi uiri coniugium:cum etiam a sebasto cuicunq; nubere iuberetur:omnemq; suam uitam liberam detractionibus gessit.Tyberio quoq; beneficium grande præstiterat:cum fuissent a seano insidie preparate:amico uiri sui:& potentiam magnam tunc habente:eo ꝙ multarum tunc miliciarum ductor existeret & ꝙ in consilium eius plures ex nobilitate concurrerent:libertorumq; se ad eum magna manus addiderit : sed & militia omnis fuerat ante corrupta.Igitur omnibus per dies augmentum accedebat insidiis:& pene seianus totum opus implerat:nisi antonia seiani malignitate prudentior suam exercuisset in hac causa fiduciā. Nam cum cognouisset :quæ de tyberio tractarentur:scribit ad eum omnia diligenter:&. per pallantem quendā seruorum suorum fidelissimum:litteras in capreas destinat ad tyberium Ille autem insinuata cognoscens seianum cum consciis uniuersis interimit: antoniam autē licet etiam ante uenerabilem haberet:uenerabiliorē tamen ex eo habuit:eiq; in omnibus obediebat. Ab hac igitur tyberius rogatus ut exanimi daret euthicum:siquidem inquit tyberius mendaciū est:aduersus agrippam quod dicitur:meritum habebit euthicus dignumq; sibi suppliciū: si uero in examine datus:quæ dicit uera claruerint:in illum qui causam examinari compellit omnis pœna reuertitur.Sed agrippa cum ei hæc ab ātonia dicerētur magis instabat:dēpcās examinationē causæ fieri. Antonia uero:non enim ualebat agrippam cōtemnere:ꝙ erat uehemens in petendo: tempus oportunum inueniens : procedente etiam agio eius filio & agrippa pro meridiano: iam quippe pranci processerant postulabat tyberium:ut uocato euthico:celebraretur examen. Tum ille:sciunt inquit antonia dii:quia non ex mea sententia:sed a te coactus geram:quicquid in hac causa fuerit gestum.Hæc dicens:iubet macronem qui seiano successerat:ut adduceret euthicum At ille sine ulla dilatione cum esset adductus:cœpit eum tyberius percontari: quid nā dicendū haberet aduersus eum:qui ei libertatis munus indulserit. Tum ille:o domine inquit:uehebatur carruca gaius & agrippa cum illo:ego autem ante pedes eorum assidebam:& cum multi sermones uerterentur:hoc etiam inter plura locutus est ad gaium agrippa. O si ueniat aliquando dies: quando isto sene defuncto:mundi tu suscipias principatum:nihil enim tyberius filius eius impediet:ꝙ a te facile ualebit occidi.Tum enim mūdus beatus erit & ego cum eo beatus efficiar.Tūc tyberius credibilia quæ acta sunt reputans:simul etiam ꝙ iram ueterem reseruaīt agrippæ: propter quod eum iusserat tyberium suum filium:nepotem drusi frequentare suis conuentibus:& curare:quam iussionem agrippa contemserat:totumq; se gaio dediderat:hunc inquit macro uinciri facito. Sed macro nō satis intelligens:de quo illud uerius imperaret: nam nec sperabat eum de agrippa tale unquam aliquid cogitare:sed interrogauit : ut certius quod iuberet agnosceret. Cunq; cæsar in yppodromio deambularet:peruenit ad agrippam:eumq; manu comprehendēs: dixit.O macro:hunc iussi uinciri.Illo etiam tum inquirenti quem nam p̄ciperet:agrippam inqt. Et agrippa subito perturbatus ad deprecationes conuertitur : commemorationem eius filii faciens:cum quo fuisset una nutritus:& tyberii:cum quo pariter fuerat educatus.Haud tamē ꝓficiebat aliquid:sed ducebatur ostro uestitus in uinculis:& erat ardor magnus: nam æstatis tpus extabat: & ex uino quo in epulis multo fuerant usi:cœpit siti uehementer incendi. Vnde quoq; anxius factus:præter decus atq; dignitatem cœpit cuncta respicere : unde posset sitis inuenire remedium:conspitiensq; quendam ex famulis gaii taumastum nomine:aquam i uase portātem: petiuit bibere.Illo autem porrigente:suscepit:atq; auide bibit:& spero inquit o puer : ꝙ in bono tibi hæc effecta fuerit ministratio.Nam cum hæc effugero uincula:nullomodo tardabo libertatem tibi a gaio promereri qui mihi etiam uincto ministeriū prebuisti:sicut etiam ante nunquā neglexisti:cum fuisset in dignitate constitutus.Neq; enim hæc dicens mentitus est:sed uicissitudinem ei meritam reddidit.Nam post modum rex effectus: taumasto libertatē a gaio ꝓmeruit: curatoremq; eum fecit suæ sustantiæ : sed etiam moriens filio suo agrippæ & berenicæ filiæ in eodem ministraturū officio dereliquit:atq; in hoc honore senio grandeuus defungitur. Et hæc quidem postea facta sunt. Agrippa uero tunc uinctus stabat ante palatium:in quadā arbore præ anxietate reclinatus cum plurimis : qui simul fuerant uincti : & quodam alite considente super arborem in qua fuerat agrippa reclinatus:quem bubonem romani uocant:quidem ex uinctis germanus nomine comtemplatus:interrogauit milites:quisnam esset ille:qui ostro uestiret:

& agnoſcens: q; agrippa uocaretur: genere autē eſſet iudeus: ex his q̄ in illa gentē primates haberentur: petiuit conligatum ſibi militem: ut ad eum copiam acciperet accedendi: q; uellet ab eo de patria eius aliquid percontari. Quod cum ei concederetur acceſſit & p interpretem: o iuuenis inquit: affligit quidem te repentina mutatio: magnam tibi fortunam calamitatis importans: ſed uerba tibi denunciabo: quæ tibi ex numine diuino fugā totius mali portendūt. Scito ergo deos tibi tam meæ patriæ quam huius loci teſtes inuoco: ex quorum prouidentia hæc nobis uincula proueneruntq; neq; cupidine fallendi neq; uanum tibi gaudium afferre deſiderans: dicam: quæ dixero. Siquidē tales prænunciationes q̄ nō ualent ipſis opibus approbari: magis faciunt meroris augmentum quam ſi nihil uerborum illorum aduertas: ideoq; iuſtum putaui hoc deorum præſagium nunciare. Impoſſibile nanq; eſt: non te confeſtim de his uinculis liberari: & ad prouectū diuturnum magnæ dignitatis & poteſtatis aſcendere: ita: ut inuidiam ab uniuerſis habeas: qui te nunc miſeranter attendunt: exitus etiam uitæ in beatitudine te reppiet conſtitutum: diuiciaſq; plurimas: omniaq; quæ prima mortales dicunt tuis filiis qui tibi nati fuerint derelinquens. Memineris autem: quomodo cum iterum hunc alitem uideris: intra quinq; dies finē uitæ tibi uenturum. Et hæc quidem tibi cuncta complentur: niſi uano hæc a numine diſponuntur: cui placuit prænunciandi cauſa illum alitem deſtinare. Ego autem iniuſtum putaui ſi talia cognoſcens: te quoq; ne cognoſceres defraudarem. Nam utile tibi fore iudicaueris paululum afflictum eſſe meroribus: cum in manus tuas cuncta mortalium bona deuenerit: & omnem infœlicitatem in qua nunc detrahimur effugeris. Et germanus quidem talia prædicens: tantum riſum excitauit agrippæ: quantum poſtea apparuit dignus miraculo. Antonia uero grauiter ſerens agrippæ calamitatem: intercedere quidem pro eo apud tyberium ſuſpectum eſſe cernebat: ad hæc etiam infructuoſum fore. Sane inuenti ſunt ei a macrone milites tales: qui eum ſine diſtrictiōe ſeruarēt. Adhibetur etiam talis centurio: qui illis præeſſet militibus: ſed etiam qui cum eo ligaretur talis inuentus eſt. Lauacra quotidiana concedebantur ſed etiam copia libertis & amicis ad eum intrā di tribuitur aliaq; omnia permittuntur: quibus ſollicite curaretur. Intrabant autem ad eum amicus ſylas & ex libertis marſias: & ſtocheus cibos afferentes quos libenter habebat: aliāq; diligentiam quæ neceſſaria ſolet eſſe in rebus talibus exercebant: indumenta quoq; deportantes: ſub oſtentu uendendi. Cum autem noctis adeſſet aduentus: ſtramina componebant: conſciis fauentibus militibus. Nam eis macro commendans autem prædixerat. Et hæc quidem agebātur per menſes ſex: quibus agrippa in his infortuniis habebatur. Tyberius autem reuerſus in capreas: febrium ardore corripitur: & primū quidē mediocriter: ſed in peius egritudine ꝓcedēte cōtrariā de eo ſpem habebat euodus amātiſſimus ei omnium libertorum. Is iuſſit ad eum filios eius adduci. Oportere nanq; dicebat: ut cum eis loqueretur: antequam terminum uitæ ſuſciperet. Erāt autem illi filii: non quidem proprii ſed adoptati: nam druſus eius filius iam fuerat mortuus: cuius filius tyberius fuerat adoptatus cognomento gemellus: & gaius germanici fratris filius: iam adoleſcentibus: & liberalibus apprime diſciplinis iſtitutus: qui etiam & populo honorabilis erat & carus propter germanici patris eius uirtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat ſublimatus: propter manſuetudinem morum: & propter affabilitatem qua cunctis gratus extabat. Et cum ipſe clarus eſſet: non ſe tamē preferebat: ſed oībus par eſſe uolebat. His igitur rebus non ſolum apud populum: ſed etiam apud ipſum ſenatum magnus habebatur. Ad hæc etiam unuſquiſq; diuerſarum gentium: alius confabulationis gratia alter fide ac manſuetudine quam in eius moribus motibuſq; cernebat: ad amorem fuerat excitatus. Cæterum eius morte luctus magnus apud uniuerſos expoſitus eſt: non ſicut aſſolet: ut principi placaretur: ficto doloꝝ monſtrato: ſed uera cuncti triſtitia merebant. Nam eius mortem unuſquiſq; propriam ſuam reputabat: ita eius mores eiuſq; colloquia cunctis hominibus grata fuerāt. Vnde ad filium quoq; ipſius amor cunctorum fauorq; peruenerat: maxime autem omnis militia eius amore tenebat: ita ut gloriam reputarent pro eo mori ſi rō poſtularet quo ipſe ſuſciperet principatum. Sed tunc tyberius euodo iuſſit: ut ſub ipſo diluculo infantulos illos adduceret. Ipſe autem diis prīs ſupplicabat: ut ei ſignum manifeſtum oſtenderent quiſnam poſt eum in imperium ſuccederet: feſtinās quidem ut nepoti ſuo principatum relinqueret maiorem tamen credens ſua ſnia: ſuoq; conſilio diuinæ diſpenſationem prouidentiæ: ideo a diis ſibimet demonſtrari deſiderabat. Supplicanti deniq; illi omen tale monſtratur: ad illum uidelicet uenturum eſſe principatum: qui ad eum ſequenti die primus ex omnibus aduenīſſet. Hæc ille cognoſcens: mittit ad nepotis ſui pedagogū: iubēs ut primo mane puerum ad ſe perduceret: putans ulla re numinis ſuperare ſententiam. Sed deus econtra de imperio decernebat. Illo igitur talia cogitāte: ecce dies illuxit: & iubēs euodo: ut quiſquis foris eſſet infantulus: eum ad ſe primitus euocaret: illeq; egreſſus: gaiū ante tabernaculū

reppit:nam tyberius necdum aderat:ciborum acceptione tardatus.Ille autem ignorans totum quid agebaſ:quicq; tyberius cuperet:ueni inquit:uocat te pater.Et hoc dicto:eum in tabernaculum introduxit.Tyberius autem ut uidit gaiū:tum primum intellexit maieſtatis ſupernæ potētiam:& q; non ſit in hominum poteſtate de imperii conſtitutione decernere.Tunc ille primum lamentatus eſt ſemetipſum quidem:q; eius conſilium fuerat infirmatum:& ei poteſtas ordinandi quem uellet ablata: tyberium autem nepotem:q; nō ſolum de imperio decidiſſet : ſed etiam ipſam ſalutem & uitam agere non illi ſine periculo fore cernebat:ad hæc etiam inuidiam illi ex cognatōne futuram eſſe. Nam timore uel odio ſuſpectum fieri gaium rebatur:tam ex eo q; principatum accipere feſtinauetit:quam ex eo q; eum inſidiaturum ſibi putaturus eſſet:credēs:quaſi feſtinaturum in ſe redigere poteſtatem.Et tunc quidem in his malis erat tyberius:ex illo euentu augurii:quod ei preſagum fuerat:eo q; eius nepos amiſiſſet imperium.Vnde multum anxius:ſe quoq; culpabat:q; illud augurium poſtulaſſet accipere:& q; cum liceret de hac uita meroribus liber abſcedere ignoratione futurorum:per ſuam īpiam imprudētiam factum eſſe:ut cum infœlicitate magna:& magno dolore diſcederet.Tunc tamē licet ualde turbatus : q; impetū ad quos nollet cernebat eſſe uenturū pugnauit cum animo ſuo:ut huiuſmodi uerba loqueretur ad gaiū. O filii inquit cum habeam propinquiorem tyberium:tamen tibi ex mea ſentētia deorumq; decreto: imperii contribuo poteſtatem. Rogo autem te:ut nihil aduerſus aliquem recorderis : qui mihi in principatu adminiſter extiterit:uel qui mihi beniuolentiam exhibuerit aut fauorem: ne aliquem ledas propter me:qui te ad tantam ſublimo magnitudinem dignitatis:neq; circa tyberium minus aliquid charitatis exhibeas:q̄ te & cognationi debere cognoſcis:& mihi:qui tibi tā torum bonorum auctor exiſto:ut dignam uiciſſitudinem meæ circa te beniuolentiæ reddas: & ſimul tyberium cures:ut etiam conſanguinitati quod debes exhibeas:& munimen tibi uel principatus uel ſalutis acquiras:cum tibi eum feceris adiunctum.Nam ſolitarius quiſq; amplius patet periculis maxime cum intanta rerum celſitudine alias mobilitate quiſquam fuerit conſtitutus:ad hæc quoq; quia nec dii impunitum quicq̄ reliquunt:quod contra fas aut ius : aut contra fœdus naturæ fuerit perpetratum.Et hæc quidem tyberius loquebatur.Gaius autem & ſi ficta locutum tyberium ſenſerat:& ipſe longe aliter in animo gerebat:tamen pro tempore benigne reſpondit:& facturum ſe omnia pollicetur.Cæterum in imperium ueniens:& tyberium extixit: & ipſe non poſt multū tēpus inſidiis interemptus eſt.Sed hæc poſtea.Tunc autem tyberius gaiū ſucceſſorem in principatu pronuncians:paucis diebus aduiuens uita defungitur.Imperauit autē dies.iii.menſes.vi.annos.ii.&.xx.Gaius autem quartus romanorū efficitur imperator.At romani audientes tyberii mortem:hilares agere cœperunt:proſpero letificati nuncio:non tamen ad credendum:uel exercendum gaudium fiduciam gerebant:non quia forte nollent:nam multis ſuis pecuniis comparare diligerent:illum nuncium uerum eſſe ſed timuere:ne ſi falſo nuncio concitati:gaudia ſua proderent:ab illo cogniti perirent:q; eius morte gauderent.Plures quippe ille nobiles romanorum extinxerat.Nam erat importabilis:in ira irreuocabilis:ad quicquid perpetrandum cupiditas impuliſſet:& ſine ratione quoq; iudeorum occiſionem inueniens:ſi omibus quæ facienda decernebat aſper agreſtiſq; conſtabat.Ob hæc illi mortem eius audiētes ſuam leticiam manifeſtare uerebantur.Interea marſias agrippæ bonum deportans nuncium:cum in balneo reperiſſet:iam egredienti noto ei ſigno dato:hæbreaq; lingua locutus:mortuus eſt inquit leo. At ille uerbum intelligens:gaudio cœpit extolli.Tibi inquit ſup oſa pro hoc etiam bono nūcio gratiæ abundantes poſitæ ſunt:tantum ut uera ſint quæ dicuntur.Tunc cēturio qui agrippæ cuſtodiendo præerat: intendens iam feſtinationem marſiæ qui aduenerat:q̄ gaudium agrippæ qđ ex eius uerbis illi contigerat:ratus nouitatem quandam ſignificatam:interrogabat eos quid uel let ille ſermo qui fuiſſet allatus.Illi tantiſper ſecretum auferre trepidabant:ſed dum urgeret:nihil heſitans indicauit agrippa.Iam enim amicitiam magnam induxerat.Ille autem gaudium magnum ille ſermone præcipiens q; etiam proſperitatē ex hoc agrippæ cernebat cōuiuium ponit. Eis epulantibus:potuq; indulgentiore procedente:uenit quidā dicens:uiuere tyberium; & intra paucos dies in ciuitatē uentuꝝ.Tunc cēturio aſpere ualde illo ſermone turbatus: propter quod cernebat morte digna quæ geſſerat:q; morte cæſaris audita:cū illo uincto gaudēs cōuiuiū celebrauerit:ex lecto ponit agrippā.Tu inquit fallere feſtinaſti:mortē imperatoris falſo denūciās:ſed ſcito hunc ſermonē pœna tui capitis expiandū.Hæc dicens:confeſtim ligari iubet agrippā:& cōſtringi arciore cuſtodia.Et nocte quidē illa agrippa in malis fuerat conſtitutus:ſequēti uero die per oēm ciuitatē de morte taberii ſermo firmatur:& iā iamq; hoīes illū ſermonē cōfidēter ac publice proferebant.A gaio quoq; deſtinanſ epiſtolæ:una quidē ad ſenatū:mortē tyberii nunciās: altera uero ad piſonē cuſtodē tūc tēporis ciuitatis:ſi q̄ iubebat agrippā ex militū auferri cuſtodia:

& ad bonū transferri in qua primitus habitabat:anteq̄ haberetur in uinculis:& ibi tūc iterī erat in remissiori custodia.Sed gaius postq̄ romā uenit:tyberii corpus secū adducens:iusta ei secundū morem patriū opulenter magnificeq; celebrauit.Agrippā uero cū ipsa die cuperet absoluere:antonia prohibuit:non odio aliquo circa uinctū:sed opinioni consulens gaii:ne putaret mortē tyberii gratanter accipere si eū tam celeriter absoluisset:q; ille duinxerat. Verūtamen non multis diebus ꝑtereuntibus:cū accersiuit i domū tōdiq; præcepit:& uestibus cultuq; mutato:dyadema capiti eius imposuit & regē cōfirma tetrarchiæ philippi:donās ei etiam lisaniæ alterā tetrarchiā. Pro catena uero ferrea quam gerebat auream ei parē pondere condonauit.Magistrum aūt equitum in iudea constitutoꝝ maxillū destinat.Verum secundo anno gaii cæsaris agrippa postulat: ut nauigare ꝑmitteretur ad propria:quo ꝑuinciam sibi cōmissam: & aliqua necessaria certo dispensans moderamine:reuertatur.Et ꝑmittēte imperatore:uenit in patriā:& præter spem omniū rex ab omnibus cernebatur cū magno miraculo & in hoc cunctis apparebat:quantā habebat in omnibus fortuna licentiā.Omnes etiā hesitabant cōparantes penuriam hominis in quam tēpoꝝ priori deuenerat:& prosperitatē præsentē qua fuerat sublimatus.Pleriq; etiā beatificabāt.hoiem: q; non fuerit defraudatus recuperatione fortunæ.Alii etiā pene incredibilia putabant: licet suis intuerentur obtutibus.Tantaq; quippe in agrippa regꝝ mutatio cernebaꝫ:ut quorundam mētes uterentur in dubium.

Cap.XVI.

HErodias aūt soror agrippæ quæ herodi cuncta fuerat:tetrarcha enī erat iste galileæ ꝑuitiæ:& trans iordanem:potestatē fratris ex inuidia non ferebat : q; eū in maiori dignitate cerneret q̄ maritū:& q; de prouintia quidē cū fuga discesserit:debitū nō ualēs absoluere: reuersus aūt esset cū amplissima dignitate.Contristabaꝫ igitur grauiterq; portabat: tantā mutationē fratris:maxime aūt quando eum intuebaꝫ cū regalibus insigniis incedentē:atq; hincinde circūferre multitudine populoꝝ:infœlicitatē suæ tolerabat inuidiæ. Sed uiri aium concitabat: exhortando:ut romā nauigaret:similēq; sibi dignitatē imploraret a cæsare:itolerabilē nāq; sibimetipsi uitam esse firmabat:si agrippa filius aristoboli:qui culpatus a patre:mori meruerit:iopia magna cōpressus:ita ut aliter non posset euadere creditores nisi nauigatione diffugeret:atq; hoc modo patria decedens:cū regali fuisset dignitate reuersus:ipse uero cū esset filius regis:& frater eius qui tetrarchiā illā ante possederat:unde magis ei cognationis iure deberēt:sederet in humilitate:priuatæ degens uitæ. Quod si antea nihil herodē contristabat:q; minorē honorē parente proprio possideret:saltē tunc excitari deberet consanguinei tam præclarissima dignitate: neq; se pati debere:supari ab eo:cui pecunia sua subuentū est:confusioniq; debere deputare:ut ille ꝑiret honoribus:qui ātериori tēpore sua sustentabaꝫ misericordia. Verū romā inquit ꝑgamus:nec labori percentes:nec sumptibus:non enī pro auro re peritura debemus ꝑhiberi:ne ad honores ualeamus ampliores ascendere:sed omne quicquid nobis est expendamus:ut regnū ualeas adipisci. Ille uero repugnabat ociū diligens & quietē:& molestiā romæ declinās:moliebaꝫ eā rōne displacare.At illa quanto uidebat eū quiescere cupientē:tanto amplius instabat:iubens ne aliquid agē dum prætermitteret:quo posset regnū a cæsare ꝑmereri.His igitur illa nullo mō cessabat donec sepius fatigando: in eū suā fecit transire sniam.Ille igitur præparans opulenter uniuersa : & nihil sumptibus parcens:nauigat romā:simul secū herodiā adducens.Agrippa uero intentionē eorum intelligens:uel qualiter prepabanꝫ attēdens:etiā ipse seipsum preparabat.Cum aūt nauigasse eos cognosceret:mittit etiā ipse romā quēdā de libertis suis noīe fortunatū:pluria cæsari munera deportantē:& epistolā aduersus herodē.Ipsum etiā instruit:quæ ore ꝑprio gaiū edoceret oportunitate reperta.Qui cū subsecutus esset herodē:epistolas cæsari reddidit.Nā simul i dicearcheā uenientes:gaiū apud baias nō inueniūt:quæ ciuitas est pua cāpaniæ,v. stadioꝝ interuallo distans a dicearchea.Habitacula quoq; ibi impialia opulenter cōstructa sunt opibus diuersoꝝ p tpa principū magnifice pornata.Lauacra calida ille locus exhibet:aquis ex terra ultro manātibus:aptis saluti corpoꝝ:quos alias quæ ibi lauari contigerit.Gaius aūt mox ut herodē suscepit & primū sermonē cū eo commiscuit: cōfestim agrippæ suscepit epistolas:quibus accusationes continebātur herodis.Accusationes aūt erāt hmōi:cōsiliū habuisse herodē cū seiano aduersus tyberiū: & cum artabano partho aduersus gaiū. Probamētū aūt huius rei dicebatur:q; haberet herodes cōstructionē imensam armoꝝ:quæ.lxx.milibus pugnatuꝝ sufficisset:hanc in armamentario herodis repositā dicebat asseruari.Quibus lectis motus gaius pcontraꝫ herodē:si uerū esset qđ de armis nunciaretur.Ille uero cū aliter dicere nō posset:ne ueritate conuinceret:respondit esse arma.Tūc cæsar uerā credēs accusationē tetrarchiā eius abstulit:& agrippæ regnū cōiūxit: sed etiā oēs eius opes similiter agrippæ cōtribuit:ipsum aūt eterno condēnauit exilio: habitaculum illi cōstituēs in lugdunēsi galliæ ciuitate.Cognoscēs uero herodiadē agrippæ eē sororē: opes & alia quæcūq;

propria esse probarentur ei restituit:arbitrans ī consilio uiri consciam non fuisse tutabatur enī eam q̄ sororē agrippæ cognouerat.At illa:tu quidē inquit impator magnifice satis sicut dignitatem tuā decebat hæc mihi largiris:uerū ego tuo uti nō possum beneficio:tuisq; mūeribus,ppter dilectionē qua marito meo constringor:cui socia in prospitatibus existens:iustū non existimo:ut eum in hac fortuna derelinquā.Tum ille magnitudinē animi eius īdigne suscipiens:statim eam cum herode misit in exiliū:eiusq;substantiā agrippæ contribuit.Et herodiadi quidē pro inuidia quā circa fratrē gerebat:& herodi ob id q̄ muliebres orationes & uanitates aduertit:tale iudiciū ex prouidentia diuinitatis illatū est.Gaius aūt primo quidē ac lequēti āno magnifice rebus utebatur & mediocrē semet exhibēs:fauor illi p dies tam apud romanos:q̄ apud cæteros subiectos amplior augebatur.Sed procedente tēpore magnitudine dignitatis:humanū perdidit intellectū: & sese uolebat diuinitate quæ uera est honorari.

Capitulum.XVII.

ILlo tempore cum ī alexandria seditio proueniret inter iudeos ibidē habitantes:atq; paganos:terni ex unaquaque pte legati mittuntur ad gaium.

Capitulum.XVIII.

IRat uero inter alexandrinos̄ legatos unus:appio noīe:qui iudeos plurimū blasphemabat:multa quidē & alia dicens:illud autē eos p̄ cæteris accusabat: quoniā cæsaris honores haberent omnino contētui.Nam cum romano impio subiectos:tēpla gaio fundare altera constituere:atq; alia sicut diis celebrare firmaret:a solis iudeis duci ,p̄clamat īglorium:debere quoq; istos simulacris honorare cæsare:nomenq; eius habere iurabile. Hæc igiiur appione:& alia huiusmodi durissima prolocuto:quibus eum in supbiam eleuari posse censebat. Philo econtra suscepit:qui præerat legationi iudeos̄ uir in omnibus utiq; magnæ gloriæ:nam alexandri alabarchæ germanus extabat philosophiæ quoq; non expers:idoneus etiā defensare causas:& perorare quæcunq; accusationibus subiacebant.Ad hunc ex secretario gaius iubet excludi:absentemq; fieri.Nam indignatiōe succensus est: ut crederetur aliquid seuissimū perpetrare. Tum philo egredius e secretario dixit ad iudeos qui forte circa illum fuerant:ut aio confidentes existerent:neq; gaii furore terrerētur:nā prope esse:ut ipsis operibus deū repugnare clarescceret.

Capitulum.XIX.

INterea gaius grauiter ferens:q̄ in tanto despectu apud iudeos solos existeret legatū ī syriā mittit petroniū:successorē uitellio:iubens ut cum numerosa manu iudeā inuaderet:& si quidem sponte susciperent eius simulacrū:erigeretur ī templo dei: si uero resistere molirentur pugnando superans:idipsum incūctanter efficeret atq; ita petronius in syriā decreta cæsaris exigens pgebat:ut mandatis cæsaris minister existeret.Cunq; auxilia plurima quanto potuit congregaret duasq; romanæ militiæ legiones assumeret: ptolomaidam uenit:ibiq; hiberna pagens:ut primo ueris tēpore pliū posse agere cū iudeis:inde quoq; consiliū suū cæsari p litteras ītimauit. Ille aūt laudabat eius sniam:iubens ut nullo mō prætermitteret:& si minus obedientes essent:præliū iudeis intentius importaret.Interea iudeos̄ multa milia uenī unt ad petroniū in ptolomaidā dēpcantes:ne ad solutionem:& ad transgressiōnē paternæ legis cogerentur. Si aūt modis oībus statuisset simulacrum in hierosolymā inferre:ibiq; constituere: semetipsos primitus si placeret īterimi postulabāt.Neq; eī possumus inquiūt quoad uiuimus rē istā admittere:quæ nobis ne fieret interdicta est:ab eo legislatore:cuius autoritatē non ualemus omnino contēnere:neq; illas cōstitutiones paruipēdere possumus:quos proaui maioresq; nostrī utq; ad suū interitū seruare.Petronius aūt respondit.Si in primis essem:ut meis uterer ad agendū qd oporteret cōsiliis:iusta uobis ad me hæc esset aratio:nūc aūt cæsare iubēte:incubuit mihi multa necessitas:eius decreta cōplendi:ne si cōtēpsero:aliud piculū maius īcurrā.Tūc iudei:quoniā inquiūt ita sapis o petroni:ut trangredi cæsaris mādata nō audeas:neq; nos legis diuinæ p̄cepta transgredimur:qui uirtute maios̄ nostros̄ & laboribus instituti:nūc utq; sine transgressiōe uiuimus:neq; in tantā ausi fuerimus nos p̄cipitare neqciā:ut quæ a deo īterdicta sunt fecerimus: uel aliqbus bonis illecti:uel metu mortis adacti:sed fixū aio tenemus.ut ,p̄ seruatione legis nīræ cūcta picula subeamus:specie gerētes.fortissimā deū nobis auxiliatus̄ in p̄sentia:& mercedē postea redditus̄:si ,p̄ eius cultura fuerīus aliq̄ mala ppessi.Si uero uoluerimus tibi obedīr:nō solū īfamiā debilitatis īcurrimus q̄ tiore trāsgressores legis efficimur:uerūetiā īmaniter offendimus deū:qui etiā te iudice multo antiqor tpe censeē esse q̄ gaius. Tunc petronius cōsiderās ex uerbis eos̄ imutabile firmūq; ,ppositū:& sine pugna nō posse gaii p̄cepta pficere ī eius erigendo simu-

lacro:nec ſine multa eæde negociũ illud euadere:aſſumens oẽs amicos: & cuncta ſua ſeruitia:in tyberiadẽ pgit uolẽs iudeoꝝ & conſtituta cognoſcẽ uel cuiuſmodi eſſent:uel q̃libet ordinibus haberent.Iudei uero magnũ quidẽ ſibi ex bello romanoꝝ cernebant iminere piculũ:ſed magis iudicabant ſubigi:q̃ ipii efficerent in deũ. Multa itaq; milia petronio in occurſum ueniunt ad tyberiadẽ undiq; confluentes:& ſupplicationibus utebant nec cogerent ad talia : neq; polluere tur ciuitas erectione ſimulacri.Ad hæc petronius:& pugnabitis inquit contra cæſarem: neq; illius potentiam neq; ueſtrã reputantes infirmitatẽ.At illi:minime nos inquiunt pugnare diſponi mus:uerũetiã ſumus mori ante parati:q̃ legis noſtræ mãdata ſoluamus.Simulq; in facie ꝓſtrati: ꝓmi ſe ꝓpatos eſſe firmabant.Et hæc quidẽ p dies.xl.gerebant:culturã quoq; terræ ngligẽtes:cũ maxime tempus exigeret.Nam iam ea pars anni uertebatur:quãdo ſolent ſemina terræ mãdari: tantus quippe eos fauor moriendi accenderat ne ſimulacrũ aliquod poneretur ĩ ciuitate.Taliter igitur ſi rebus habentibus:ariſtobolus agrippæ regis frater:& elicias maior:& alii quoq; optimi uiri ex eadẽ ipſa familia:& plures de primatibus ad petroniũ uenere deprecantes: ut bene de negocio præſenti conſuleret:neq; de tantæ multitudinis pditione cogitaret:quin potius ſcribendũ gaio decerneret;ſignificans imobilem animũ iudeoꝝ: neq; eos conſtitutionẽ ſimulacri uelle ſuſcipere: oẽm quoq; culturam terræ negligere:ſed in occurſum ſuũ ueniſſe:& pugnare quidẽ nec uelle nec poſſe:mori tamen incunctanter paratos:antequam tranſgreſſores ſuæ legis exiſterent: debere igitur conſuli:ne in aliud intenta multitudine: terra inculta remaneat:& poſtea per inopiam latrocinia ꝓpetrarentur.Fortaſſis enĩ poſſit gaius tyberius emoliri:& nihil crudele decerne re:neq; alia diſponere quibus ad ſeditionem populus excitetur.Et ariſtobolus quidẽ: aliiq; q̃ cũ illo erant:talibus petronium deprecantur. Petronius uero inſtante ariſtobolo & cæteris: uidẽs quoniam non pro rebus minimis ſupplicant:uidens etiam iudeoꝝ conſtantiã ſeuũ quoq; ratus: ut multa milia hominũ per ipſum darentur in mortẽ:ſi uellet gaii furiæ miniſtrare:ſimul etiam ſe deum offenſurũ:& cũ peſſimis poſtea ſpẽbus aduiuere:multo melius iudicat:ut ſcribeꝛ gaio: aut eius animũ mitigans:ut nihil per eũ iniquum contingeret:aut ſi forſitan indignationẽ commoueretur q̃ eius minime mandata cõpleuerit:& aduerſus eũ aliquid mali decerneret;bene cõtentum eſſe iudicabat pro meliore cauſa:& pro tanta hoĩum multitudine ſubire diſcrimen. Cõuocans igitur in tyberiadã magnam multitudinẽ iudeoꝝ:nam multa milia illuc fuerant cõgregata:& conſtituens in circuitu cũctas militias & turmas:uiſus eſt primo nõ ſuã:ſed cæſaris ꝓferre ſententiam dicens:timere ſe iracundiã gaii:proinde acceſſuꝝ ad ꝓficienda quæ ſibi præcepta ſint oportere ſe firmabat:qui tanto fuiſſet ex eius beneficiis honore ſublimatus:ut nihil cõtrarium eius uolũtati pageret.Verum non arbitror inquit iuſtum eſſe ut ſaluté honorẽq; meũ nõ pro uobis qui tam plures eſtis impendã:nec pmittam:ut p me paternæ ueſtræ legis inſtituta ſoluantur:neq; adeo dignitatem templi dei cõtẽnere: ut per poteſtates principũ:iniuriæ ueſtris religionibus ingerantur:ſed ſcribam ad gaiũ ueſtras illi uoluntates:intimans quantũ poſſum cãm adiuuans:& uĩm in bono propoſitum:& ſpero quia aderit deus:cuius poteſtas potior eſt omni humano molimine:humanaq; uirtute:potens eſt enim:& nos in conſeruatione legis ueſtræ ꝓtegere:& me tutari:ut nec ab ipſis etiã excidã humanis honoribus:q; ſi etiam exaſperet forſitan gaius:ut iram ſuã ĩ me uellet effundere:ſumã omne piculũ:oẽm miſeriã:quæcũq; corpori poſſit infligi:ne uos tantos ꝓ rebus optimis peuntes ituear.Ite igitur unuſquiſq; ueſtrũ ad opus ꝓpriũ: & terræ ueſtræ culturã impendite:ego uero romã litteras deſtinabo:& omnia pro uobis:tam p me quam per amicos;quæ rei conueniant agere non omittam.Hæc dicens:iudeoꝝ dimitti congregationẽ iubet ut culturæ terræ diligentiã exhiberent. Omnes aũt nobiles populos alloquio adhortabatur ut ſpem melioré gererent.Et ille quidẽ hoc mõ multitudinẽ letificare feſtinabat. Deus aũt ſuã manifeſtauit repente præſentiã & adiutoriũ ſuũ in oĩbus fore petronio. Simul enĩ ut finẽ loquendi fecit:confeſtim ingens deſcẽdit pluuia præter ſpẽ oĩum nã illo die ab ipſo ſolis ortu ſerenitas magna claruerat:nullũq; ſignũ pluuiæ in cælo fuerat uiſum:ſed etiã omnis annus magna fuerat ariditate ſiccatus:ita ut deſperatio fuiſſet exorta:nõ ſolum pluuiæ:ſed ét ſi unquã poſſet cælũ tectũ nubibus apparere.Tunc igitur etiã præter cõſuetudinẽ tanta inundatio uenit aquaꝝ:ut iudeis ſpes magna fecit ĩ nullo fruſtratum iri petronium pro eoꝝ negocio laborantẽ. Petronius autem amplius obſtupuerat:uidens manifeſtiſſime deum iudeorum ſe cõſolatorum oſtendere:& multũ ſuã declaraſſe ſententiã:ita ut nec illi forte cõtradicere ualerẽt:quibus religiõi noſtræ reluctari tota laborat intentio.Scribit ergo ad gaiũ poſtulans:ne tanta milia hoĩum contemneret:quæ non poſſent ſine bello & ingenti cæde a tranſgreſſione ſuæ religionis impelli : perire quoq; tanta tributa quæ ab illa gente darentur:memoriam etiam non bonam romani no minis ĩ poſteriora tẽpora relinqui:ſup hoc quoq; uirtuté diuiná iudeis ꝓbere præſidiũ.Nam

probatum esse firmabat:pro iudeis euidēter inditium.Et petronius quidem huiusmodi litteras destinauit:agrippa uero rex iam enim tunc romæ fuerat amplius in amicitia gaii gratiaque crescebat. Et forte quandam die epulum præparauerat cæsari:ubi magnam impenderat diligentiam: ut omnium in cibis elegantiam uinceret:omnesque suauitates: & delicias studiosius prouideret ita ut non solum cæteros anteiret adinuentionibus epularum: sed nec ipse gaius multū cupiens ei posset equari. Tunc gaius ad modum admiratus tam ingenium eius quam magnificentiam animi: q; super uirtutem suam sumptus expenderet ut sibi placeret: uoluit munificentiam agrippæ remunerare. Tum itaq; ex deliciis & uoluptate:ac uino hilarior effectus cum ab agrippa ad potum inuitaretur:& primum inquit quam tibi honorificentiā exhibui pro benuolentia & fauore quā circa me semp habuisti: ut etiā apud tyberiū piculū ingens incurreres: uerū quia in omnibus te uideo & uirtute præditum:& nos amore superantem: idecorū existimo tuo circa me studio superari. Volo itaq; quod antea minus feci:modo perficere:& tantas tibi munerum codias attribuere:ut magnum nomen tuis opibus:& tuis accedat honoribus. Et ille quidē hæc dicebat:existimans q; posset aliquos reditus sibi donodare:uel ciuitates exhibere. Ille autē quamuis præparatum haberet:quod petere cupiebat: timens uero: suam noluit aperire sententiam:sed confestim respondit gaio:quia neq; primo lucro:sed eius gratia delectatus:ut contra tyberii præceptum studium accurationis ei impenderet: neq; modo se aliquid agere intentione lucri:sed sola eius gratia semper fuisse contentum:nam & multa sibi ab eo & maiora fuisse donata:quæ si tua inquit uirtute tuaq; potentia minora sunt: meo tamen hoc est accipientes merito & dignitate mea:multum constat esse maiora.Gaius autem obstupescens eius continentiam magis instabat:ut diceret quod sibi cuperet donari.Ille quomodo inquit o domine magnanimitate nimia dignum me muneribus tuis existimas: postulem:nihil quidem quod ad diuitias opesque pertineat: nā me anterioribus tuis mūeribus admodum locupletem reddidisti:sed illud peto:qđ tibi & opinionem pietatis efficiat:& diuinitatis mereatur auxilium:una etiam mihi gloria fuerit apud audientes:q; nihil ate petierim: ad usus pertinens temporalium rerum. Postulo igitur:ut erectionem statue quam in templo iudeorū faciendam petronio præcepisti: ultra nolis effici.Et ille quidem licet periculosum existimaret illud exposcere:nam nisi rectum quod petebatur iudicaret cæsar:nihil aliud nisi mortem auferret illa petitō:ergo quāuis periculosum esse censeret:tamen contentis aliis sibi necessariis:& utilibus:illud a cæsare postulauit. Gaius aūt: tum ab eo q; ab agrippa taliter fuerat accuratus:quia indignum existimabat mendax coram tātis arbitris apparere:āte quos alacriter cōpellabat agrippā:quod uellet expetere:paululum sui penitēs:mox uero uirtutem agrippæ miratus:q; suum regnum non leditibus non pecuniis:non alio quocunq; munere amplificare cupiuerit:sed pro conseruanda rege culturaq; diuinitatis illibata celebrāda interuentor extiterit:concessīt:ac scribit ad petroniū: laudās quidē eū:q; exercitus istruxerit:pugnareq; cū iudeis fuerit p̄parat⁹:& omni nisu laborauerit iniūcta pficere.Verū statuā inquit:si te contigerit erexisse:ut cōstituta est pseueret:si uero necdum erecta est:nihil ultra fatigandū exercitum:& auxilia dimittenda:teipsum uero ad ea quæ missus es curanda conuenit proficisci:nā ultra iam opus non habeo ut erigatur statua.Hoc enim agrippæ gratiæ cōcessum esse uolo:uiro honorabili mihi semper:sed nūc amplius honorādo.Et gaius quidē talia scribit petronio:anteq; seditio maior oriret.Nā ita iā mentes oium tumebant:atq; talia uoluntatū:eoꝝ indicia mōstrabantur:ut si forte cōtrarius nūcius adueniret:parati eēnt apertū bellū gerere cū romāis. Sed gaii amicus erat obnoxius turpitudini:alienus bono cōsilio:& in omnibus quæ facienda decerneret: ira magis pertinax ad implendum: moderari se nullomodo sciens:sed beatitudinem iudicans: si omne quod sibi esset uoluptati perficeret. Postea scribit petronio huiusmodi uerba. Quomodo inquit dona quæ tibi iudei dedere:meliora iudicas:quam mea complere præcepta: & cuncta quæ illis libita sunt studes efficere:mea mandata contemnens:iubeo tui temetipsum iudicē fieri: & eligere qd debeas pati q me ad tantā iracūdiā cōcitasti:ut exemplū efficiare cūctis & p̄sentibus & futuris:q; nullus audeat iperatoris mādata cōtēnere. Hāc igit epistolā destinauit quidē petronio:nō tamē ipso uiuēte p̄ducit. Petronius aūt tardius eam aliquā⁹ suscepit:remoratis nauigio portitoribus:intantū ut et ante hāc epistolā alias:petronius lras accepisset i q̄bus de morte cæsaris certior redderet.Non enī obliuisci poterat deus tātoꝝ piculoꝝ:q petronius cū ālacritate magna subierat:ut iudeis i honore eius religiōis gr̄am p̄stitisset:& gaiū de medio auferens:mercedē illi dignā ꝓ illius ipietate restituit coopatus ē át petronio.Nā tāta illi dilecto cōpata ē:tā romæ: quā i uno quoq; regno:ut dei gratia super eum euidēs appareret. Romæ quoq; senatori ordinis & quotquot dignitatibus eminebant:tam uirtutis merito:quā odio gaii:quod propter eius crudelitatē iniquitatēq; conceperant:circa petronium magno fauore ferebantur. Mortuus autem

est:non post multum temporis quã fuerat epistola scripta petronio:in qua eũ morte dãnauerat. Causam autem per quã extinctus est:& totum ordinem insidiarum: narrabo procedẽte sermõe. Petronio uero primo uenit epistola:mortem iudicans gaii:post aliquantum uero temporis ea ĩ qua propria manu semetipsum interimere iubebatur. Vbi miranda est diuinæ clementiæ prouidentia quomodo sine ulla dilatione tantam illi retributionem mercedis indulserit pro honore quem exhibuit templo dei:& pro adiutorio quod iudeis præstitit:ut per eum beneficium salutis acciperent.

Capitulum.XX.

COntigit etiam per id tẽpus iudeis illis qui in mesopotamia & babilonia habitabant ualde magna calamitas:ubi quoq; multa cædes accidit:quanta nunquam ante refert in historia. De qua cuncta diligenter absoluam: ut causas ipsas ex quibus prouenit insinuem. Neerda dicitur babiloniæ ciuitas:admodũ pupulosa: habens circa se plurimam secũdamque regionem: quæ cum aliis plurimum bonis tum etiam hominibus referta est: hostibus quoq; ipsa dicitur inadibilis. Nam eam eufrates undique circunueniens:in medio cõtinet uniuersam. Ad hæc etiam menibus est munita firmissimis. Est autem alia ciuitas:cuius nisibus uocabulum est:circa eiusdem fluminis fluenta constructa:unde iudei quoq; natura confidentes locorum:censum quem solent in honore dei tribuere:ibidem custodiendum illo tempore deponebant. Sed etiam alia munera decora templorum illis ciuitatibus habuere: nam eis ueluti pœno:uel promunctorio munitissimo securius utebantur: hinc autem in hierosolymam cum tempus expeteret pecunias dirigebant. Plura quoq; inde hominum milia pascebant. Erant itaq; duo quidem homines:asineus:& anileus alias anuleus nomine neerdatienses quidem genere:& inter se germani fratres. Hos præceperat mater:nam patre orbati fuere:ut nauium operarẽtur uelamina:quia non indecorum apud eiusdem loci ciues hoc opus habebatur:ita ut etiã plures apud iudeos uirorum: eis exerceantur operibus quæ usui marino proficiant. Hos quadam die magister qui eidem operi præerat: apud quem etiam ipsam artem didicerant:de aduentu & tarditate culpauit:in eosq; uerberibus ultus est. Illi ergo grauiter hoc ferentes:arma quæcunque in eius domo seruabantur abripiunt:& pergunt in quendam uicum:qui diruptio fluminum uocabatur:ubi optima solebant pascua germinare:eaque ibi reposuerunt. Quo facto:congregantur ad eos plurimi iuuenes:quotquot egestate laborant. Hos armis instruunt:ipsi uero ueluti ductores agebant. Ibi quandam sibi extruentes arcem:demandat uniuersis:qui per illa pascua armẽta sua ductabant:ut eis censum redderent:atq; ex hoc & cum eis amicitiã haberent:& aduersum hostilem quidem populum si forte prorumperet auxilio se fore firmabant. Illi uero dicto obaudientes fuere:non enim aliter facere ualebant:& ex pecoribus mittebant quantacunq; iubebãtur. Hinc proinde manus illis & uirtus amplior accedebat:& potestatem habebant quæcũq; animus uellet efficere:alios fugare uel ledere:alios regere uel curare:non solum incolas regionis:sed etiam quos forte transire contingeret:nomenq; eorum formidolosum satis habebatur & p dies singulos de eis sermo crescebat:donec ad regem parthorum usq; peruenit auditus. Satrapa uero babiloniæ postquã iste cognouit uoluit eos in ipsis initiis reprimere antequam eis licentia crescente:malum amplius oriretur. Et congregans manum quãplurimam potuit: sed etiam ex parthis:babilonisq; quãplurimos:aduersum eos repente:tendebat:nolens eos nuncium sui antequã ueniret accepere:per occulta ductans exercitum. Et ueniens in quẽdam memorosum locum:ibi dem latuit. Et sequenti die:illucescebat nanq; sabbatum:quo iudei nihil operantur:ratus est resistere non ausuros:atq; hoc modo sine pugna uinctos posset abducere. Paulatim ergo ac pedetẽtim accedebat ad locum:ut cum proximis fieret statim in eos irrueret. Sed asineus sicut forte cũ aliis nonnullis confederat:ante quos arma fuere iacentia:o uiri inquit: hinnitus equorum meas aures allapsus est:non equarum amore: sed equorum uiros uehentium hinnitus existere nã etiã strepitum frenorum simul aduerto. Vereor itaq;:ne nos circunfusi hostes aggressi sint. Sed citius quispiã ex uobis spectatũ procurat: qui nobis quid nam istud sit manifeste denunciet. Opto autem falsa me locutum fuisse:& deceptum potius ueri similitudine sonitus:quam uera sensisse Et ille quidem huiusmodi uerba locutus est. Cum ecce:simul quidam aduenium spectaculi negocium:& celeriter accurrẽtes:neq; tu inquiũt falleris:sed integre coniectasti:quæ aduersus nos gerunttur. Ab hostibus circundati quippe sumus dolo: nihil brutorum animaliũ differẽtes. Nã plurimus eqtatus iuadit:eo pſertim tẽpore:quãdo nudi oĩbus armis extamus:obid:q; lex paterna uacare nos:& nihil agere pcipiat. Asineus porro nõ secundũ speculatoris sententiã q; deberet fieri decernebat:sed legale magis existimans:ne dimissis mãibus pereũtes leticiã hostibus exhiberent:oportet iudicabat:ut nõ sine hostiũ ultiõe oparent. Arma itaq; corripit:alios q circa illum erãt similiter adhortat:eos ĩ audaciã excitãs:ut uirtutis mẽores:hostes itiere fessos iuaderẽt: atq;

impetū facientes:multos obtruncāt:alios effugauerūt.Nam eos ſecuritas qua ſe putauerāt quaſi cuncta parata reperturos:ignauos & mollos effecerat. Parthorum autem imperator cum ei tale nuncium aduenisſet:obſtupefactus ſuper illorum fratrum audacia: deſiderauit eos uidere: & cū eis miſcere colloquium: & mittit ex armigeris fideliſſimum qui diceret: quomodo imperator. Artabanus quamuis leſus a uobis:& quamuis ſua prouincia depredata: tamen nulla circa uos indignatione quam debebat accenſus eſt:ſed conſideratione uirtutis ueſtræ magis in ueſtram gratiam factus attonitus: miſit me:dextram uobis fidemque præbiturum:ut ad eū ueniatis:& eius habeatis amiciciā:nullum dolum:aut inſidias formidantes:dona etiam ſe daturum promittit:& honoribus ſublimare:ex quibus potentia uobis maior acreſcat. Tunc aſineus ipſe quidem diſtulit: ſed fratrem ſuum anileum alias anuleum cum muneribus mittit quæ præparare potuerunt. Et ille quidem ita perrexit: atque perueniens:ad imperatorem ingreditur. Artabanus autem audiēs anileum alias anuleū ueniſſe:iterrogabat cauſam:cur etiā aſineus nō ſimul aduenire. Cunque audiſſet q̄ timore ſuum aduentum ſubtraxerit:tunc per deos cœpit patrios conteſtari:nihil ſe mali facturum in eos:ſi ſe eius committerēt fidei. Inter illos bārbaros eſſe ſolet indicium:ut nunquam quiſquam inter eos poſtquam dextram præbuerit mentiatur: nec quiſq̄ de fide dextram dantis dubitauerit. Et artabanus quidem iſta gerens: mittit anileum alias anuleum perſuaſurum fratri:ut ad eum etiam ipſe pariter aduenire. Agebat autem hæc imperator: opus habens illis fratribus:protutamine illius ſatrapiæ:ꝓpter quod in illa regione facile poſſent ab eius imperio decedere:ut antequam tale aliquid contingeret:ipſe illos per amiciciam occuparet. Timebat etiam:ne in babilonia plurimi ſe aſineo coniungerent:& ille manu ualida congregata præſertim in illis locis tam munitiſſimis:facile ſe a perſarum imperio defenſaret. Et ille quidem talia reputans:dimittebat anileum. Anileus alias anuleus autem perſuaſit fratri: intimans ei munificentiam & alacritatem imperatoris: tum etiam iuſiurandum quod ei præbuerat:ꝓinde ad artabanum cum alacritate pergebant. Ille autem cum gratia magna eos ſuſcipiens:admiraba tur aſineum:q̄ ita magnanimus extitiſſet: cum corpus poſſideret ad uidendum breue: & quod contentui ab intuentibus haberetur:eiuſque prudentiam ſtrēnuitatemq̄ conſiderans:fertur ad amicos dixiſſe:quod maior eſſet anima corpore tam minore. Oſtendenſq̄ aſineum uni ductoꝝ ſuorum abdagati nomine:atq̄ eius nomen indicans: omnemq̄ uirtutem & ſtrenuitatem eius timans:qualis extitiſſet in bello:abdagates poſtulabat permiſſum ſibi contribui:ut eum occideret:atq̄ iniurias eius & depopulationes quas in prouincias commiſerat:ultum iſſet. Non permittam inquit imperator hæc fieri in eum uirum qui mea fide præſumens:dexteram a me:iuratione mēmq̄ deoꝝ accipiens:uenire properauit. Tu quia uir bonus extas in bello:nihil periuriis meis opus eſt:ut parthorum iniurias ulciſcaris:deſcendentē uero ſi cupis inſequere:eum ſi poteris iubelli ſupato. Mane itaq̄ facto:accerſiri iubet aſineum. Tempus tibi eſt inquit:o iuuenis ad ꝓpria deſcendendi: ne forte plurimos ad te ductorum irrites: & ſine mea conſcientia pereas. Commendo autem tibi babiloniæ regionem:ut eam ledi a latronibus non permittas: ſed tua uirtute a malis omnibus defendatur. Dignus nanque ſum a te optimo homine hanc reciprocationem accipere:qui tibi fideles amicos omnino ſeruauerim:neq̄ ad eos attēdi:qui fuerant ad tuum interitum irritati:ſed ad ſalutem tuam tutandam ſedulo feſtinaui. Hæc dicens:eum donatum muneribus competētibus: in propriam deſtinat regionem. Ille autem domum reuerſus:opida conſtituit & caſtella:quæ primo fuere reſtaurando confirmat: atq̄ ita ex breui magnus effectus eſt: tantaq̄ per eum negocia gerebantur:quanta nunquā ab alio ante ipſum geri potueruut. Tantus ergo fuerat factus:ut etiam ab ipſis parthorum ductoribus honoraretur:qui ad illam regionem per tempora mittebantur. Nam ſolam babiloniorum honorificentiam habere minorem ducebat:quam ſuæ uirtutis merito debeř iubebat exolui. Omnia igitur negocia quæ i meſopotamia gerebantur:ex eius poteſtate pendebat:& amplius eius fœlicitas per ānos.xv.ꝯplificata creſcebat: & bonoꝝ omniū uigore ac flore pollebat. Sed dum tali ꝓſperitate fruerētur ſubito malorū illos occupauere principia: quæ hmōi de cauſis acciderunt. Poſtquā enī ſtrenuitate ac uirtute ad magnam peruenere potentiam:conuertuntur ad iniurias perpetrandas: & trāſgreſſiones paternarū legum: cupiditatibus in tranſuerſum agentibus. Deniq̄ parthoꝝ quendam ductorem inuadunt qui ad gubernandam illam miſſus fuerat regionem. Quem etiam propria uxor fuerat comitata. Hæc cum in aliis pluribus rebus laudabilis extitiſſet:tunc pulcherrime cunctas fœminas anteibat: ita:ut magnum decoris miraculum ſpectantibus apportaret. Hanc anileus alias anuleus ſiue pulchritudinem eius auditu cognoſcens: ſiue proprio uiſu proſpiciens: adamauit. Deinde cœpit inſidias eius uiro præparare:eumque hoſtiliter inuadens interimit: illam autem abripens ſibi coniunxit. Quæ mulier haud equidem ſine magnis calamitatibus anilei alias

anulei domum ingressa est sed tam ipsi quã asineo fratri: magnoꝝ maloꝝ deportauit aggerem per huiusmodi cãm. Cum enĩ illa post mortẽ uiri deoꝝ suoꝝ simulacra sũpsisset: quæ more paterno tam ab ipsa quã uiro eius religione colebãtur: cœpit ea domi habere: & simili ea cultu uenerari: sed etiam cum alicubi forte pergebant in exteras regiões: secum illa simulacra portabat. Et primo quidem latenter hunc ritum religionis exercebat: postea uero cœpit etiã marito monstrare: quali modo uel lege deós illos cum primi sui coniuge coleret. Tum socii eorum: qui ab eis inter primos honorabantur: primum quidem inter ipũm anileum alias anuleũ locuti sunt: quia non deceret hæbraicoꝝ cõtento: & neglectis suis legibus eam mulierem accipere: quæ cõtrario ritu aliam religionẽ habens: interdicta sibi sacrificia diis extraneis exhiberet: debere illũ aiebant rebus suis bene consulere: ne forte amore mulieris & uoluptate corporis captus: illa celebrari permitteret quæ se regnũq; suũ pessundaret. Sed cum nihil pficerent talia cõmonentes: uirum etiã quendã illoꝝ quæ maxime inter eos honore fungeretur: quõ amplior fiducia locutus sit: interemit. Ille uero moriens: male dixit ipsi anileo alias anuleo: fratriq; ipsius asineo: cunctisq; sociis: ut similiter ab hostibus interirent: ipsi quidẽ: q; tale in se facinus ppetraret: illis aũt q; nõ prohibuerit: neq; ullum auxiliũ tulerint homini pro legibus paternis: & p tota gente ploquẽti. Cuius mortẽ oẽs quidẽ grauiter ferebant: tolerabãt tamẽ nõ ob aliud: nisi quia illoꝝ potẽtia ad ifœlicitatem ducebaꝫ. Cum aũt culturã etiã deoꝝ parthoꝝ audissent: ultra tolerandũ nõ eẽ iudicabant opus anilei alias anulei: q; in legẽ patriã iniuriæ gerebanꝫ. Itaq; plurimi cõgregati ad asineũ accesserunt: & cum magnis uocibus increpabant dicentes. Bene quidẽ esset: si neq; primũ tale aliquid fieret. Sed quia iam factũ est: saltem nunc correctio consequatur: antequã illud peccatũ tam illi: quam cæteris oĩbus adducat interitum: eiq; exprobrabant propter nuptias cũ alienigena muliere confectas: cõtra cõsuetudinẽ legis ipsoꝝ & superstitionẽ mulieris quæ ad iniuriã dei sui fuisset iducta. Ille aũt: quãuis peccatum fratris agnosceret magnoꝝ maloꝝ fuisse cãm & fore: ueꝝ tamẽ uictus consanguinitatis fauore colerabat: ueniãq; fratri dabat: q; fortiore malo libidinis uincebaꝫ. Sed cũ plures ad eũ per dies accusationes a pluribus aduenirẽt: tũ de his anileo alias anuleo loqui cõpulsus est: increpans eũ & quiescere de cætero iubẽs ab illis operibus: & ut mulierẽ ad sua propria: parentesq; reuocaret. Sed nihil eoꝝ uerboꝝ præcipiebat effectum. Mulier aũt sentiens tumulum qui propter se populos obtineret: uenenũ inter cibos dedit asineo. Quo ille accepto: defunctus est. At illa sine ullo timore postea degere cœpit: solum sui iudicẽ habens: quẽ sentiebat suo amore constrictum. Porro anileus alias anuleus solus regni moderamina excipiens: exercitũque sumẽs: uicos mitridatis inuadit uiri apud parthos in primo loco constituti: & regis artibani filiam in coniugio possidentis. Vbi cum irrũperet: omnia prædæ dedit: & multas pecunias ĩde: multosq; captiuos abripuit: & numerosum pecus abduxit: & alia plurima quæ ad diuitias opulẽtiamq; pertineret noscuntur. Sed cum hæc mitridates audisset: q; talis ĩ suis uicis præda & captiuitas fuisset effecta: grauiter ferens: q; ipse ante nihil lesisset anileum alias anuleum: anileus alias anuleus uero q; exordium tãtæ sumpsisset iniuriæ: tanta in se dignitate contenta: congregans q̃ plurimum potuit equitatum: sed etiam ætate feruentium non minimam manum: aduersus anileum uenit: & contendebat: ut cum eo bello decertaret. Sed antequã ad eum uenisset: quodam uico occulte castra disposuit: ut inde proxima die ĩ hostes irrumperet alias irrueret: quõ sabbatum illucescebat quoniã a iudeis ociũ & uacuitatu exercetur. Anileus alias anuleus autem ista cognoscens a quodam homine syro: alienigena ex alio uico qui cum alia integre nunciaret: tum etiam uicum timabat: ubi nutridatus mansionem fecerat milites itaq; paratos faciens: castris egressus est: cunctis ignorantibus q; aduersus parthos tenderet. Et circa noctis fere quartam custodiam hostes inuadit: alios dormientes obtruncat: pleroſque in fugam conuertit. Mitridatem autem uiuum tenens: secum ducebat super asinum nudum imponens: quod ualde ignominiosissimum apud parthos habetur. Cunq; ad locum proprium peruenit hortabantur amici ut mitridatem extingueret. Sed contra ipsum consilium ille aliud dicebat: non rectum esse dicens: ut mitridatem extingueret: uirum primo genere apud parthos ortum: & necessitudine connubii apud regem artabanum magnifice honorabilem: nunc autem ut cunq; tolerabile cẽseatur esse quod factum est: quoniam ac si iniuriatus est mitridates: uerumtamen beneficio salutis: erit se liberanti bus gratiam debiturus: si uero quicquam patiatur: nequaquam regem artabanum patienter laturum: sed magnam cladem iudeis importaturũ babilonia constitutis. Parcere itaq; illi melius uidetur: & propter consanguinitatem qua regi coniunctus est: & pro tanta dignitate qua inter suos honorabilis ac magnus habetur. Et ille quidem talia incontione loquens: omnibus persuasit. Dimittitur igitur mitridates. Sed ei reuertenti: eius mulier exprobrat: nisi festinaret ut pote regis gener in tanta dignitate constitutus: supplicia sumere de his qui contumeliam ingeſ

fiſſent. Turpe nanque illi eſſe dicebat:ut ſalutem eligeret poſtquã captiuus in manus hominis uenit:& nunc aut ultum ire ſuam iniuriam intenderet: aut ſe per deos iurare coniugi federa ſoluturam.Has ille exprobratiões per dies ſingulos minie ferens magnanimitatẽ etiã mulieris metuens:ne inter eos coniugiũ ſolueret: nõ ſpõte quidẽ neq; uolens congregás manũ quã plurimã potuit aduerſus iudeos tendebat in tollénam:ſalutẽ eſtimans:ſi parthus ſpaune fuiſſet a iudeis repulſus belli certamine. Anileus alias anuleus aũt ut cognouit ad ſe tendentẽ cũ multa manu mitridatem:ingloriũ iudicauit ſi in locis ſuis maneret:& nõ magis anteueniẽs hoſtes occurreret:ex proſperitate prima cõfidens:iterũ ſe pugnatuꝝ credẽs:audentibus uirtutis etiã robur acreſcere. Multi itaq; ſe illi ſuperioꝝ exercitus cõiunxere:ſperãtes prædam ſe ſicut antea relaturos: & ipſa prima facie horroré hoſtibus illaturos.Pergunt itaque illo die ſtadia.xc.per loca uaſta & iaquoſa iter faciẽtes:ſed medio die ardore ſolis ingẽs ſitis iudeos occupat.Mitridates aũt apparẽs cõtinuo:feſſos itinere:ac ſiti fatigatos inuadit.Illi nec eſtum:nec arma ferre ualẽtes ꝓfugiunt.Parthi uero inſequentes:magnã cædem faciunt:iudeoꝝ multe miriades alias plebes occũbunt. Anileus alias anuleus aũt:& quotquot circa eum erant:in ſilua ſe recipiunt.Mitridates itaq; magnam uictoriam ſumens:magno gaudio cœpit exultare.Congregatur aũt ad anileum alias anuleum infinita multitudo hominũ peſſimoꝝ:& ſuam ſalutem ꝓpendẽtium quos anileus alias anuleus ſuſcipiebat:uolens ex his recompenſationem efficere multitudinis quæ bello perierat: ſed haud ſane ſimiles illis:qui bello perierant.Nam erat uulgus inexercitũ.Sed tamen cum hac multitudine irrupit in uicos babilonioꝝ:eoſq; paſſim depopulatur. Tum babilonii quãuis ad bellum parati:mittunt tam in neerdam:ad iudeos qui ibidem habitabant: tradi ſibi anileum alias anuleũ expetentes.Illi uero nequaquã illorum ſermonem accipientes:prouocabant eos ad prælium. Verumtamen aditũ legatis babilonioꝝ permiſere:ut ad anileum alias anuleum peruenirẽt:& cũ eo quicquid uellent protinus loquerentur. Babilonii locũ integre ſpeculantes:quo ſe conſtituerat anileus alias anuleus:& cũcta diligenter inſpicientes occulti nocte ſomno depreſſos inuadũt:necant quantoſcunq; reperiunt:ipſumq; anileum alias anuleum obtruncant: atq; hoc modo babilonii iniuriis anilei alias anulei:& grauedine liberati ſunt. Impreſſio nanq; eis illa magna conſtabat: odio quo circa eos detinebatur.Nã pœnæ tẽp inimicicias exercebãt.Cauſa uero huius ire fuit lex eoꝝ paterna:quã ille oppugnabat:& ꝓpterea ſibi ſemp inuicẽ emulabãtur:unde ſuorum quiſq; oportunitatẽ inuenerat:ab iniuriis non parcebat. Tunc itaq; hoc modo pereunte anileo alias a nuleo cœpere babilonii iudeis inſtare. Illi uero & grauiter ferentes impreſſionẽ babiloniorum:& repugnare pœnitus non ualentes:in ſeleuciam cum ſuis omnibus emigrarunt.Seleucia ciuitas eſt ad modum opulens & decora:quam ſeleucus nicanor fabricatus eſt. Habitant autem eam macedoniorum plurimi:& græcorum abundatiſſimi. Eſt ibi etiam ſyriorum non minima multitudo.In hanc igitur iudei refugiunt:& per.v.quidem annos illeſi:& inexperti maloꝝ fuere Sexto uero anno:nam babiloniæ corruptio eoꝝ magna contigit & ruina: & ob hoc plurimi in ſeleuciam magis magiſq; confugiunt:eos amplior ibi clades ſuſcepit:ꝓpter cauſam quã breuiter enarrabo.Græcis in ſeleucia habitantibus aduerſus ſyros ex maxima parte inimiciciæ uitæ gerebantur:ſed græci ſemper ſuperiores extabant.Tunc itaq; cohabitabãt eis & iudei qui aduenerãt. Syri autem ſeditionem mouentes:cœperunt ſuperiores exiſtere ex cõſenſu & auxilio iudeorum: hominum conſiderate ſe in periculo præcipitantium:& intentionem ſolam ad bellum gerendũ habentium. Tunc iudei hac ſeditione ſuperant.Illi uero nullam aliam rationem cernebãt: qua poſſent ſtatum ſuum priſtinum & dignitatem reformare:niſi ſyros a iudeis ſeperarẽt.Vnuſquiſque igitur eorum uerba faciunt ad ſyros cum quo quiſq; ſe familiaritatem habere cernebat:atque hoc modo pacem inter ſe: amiciciãq; componunt. Primates itaq; uiri ex utraq; parte pacta quibus & pax & concordia ſeruaretur inſtituunt:atq; hoc modo inuicem exhortantur:ut cũ iudeis bellum gerant. Quos ex conſtituto repente inuadunt: interimuntq; ſuper quinquaginta milia hominũ.Pereunt igitur omnes præter admodũ paucos:qui forte aut amicoꝝ aut uicinoꝝ miſericordiam conſeruati ſunt.Et cũ iam ibidẽ uiuere nõ poterant:diſcedũt exinde in theliſontem ciuitatẽ uicinã ſeleucie: ubi cõſuetus eſt parthoꝝ rex per ſingulos annos hiberna peragere: ubi etiã plurime eius opes:& plurimus regni cultus aſſeruatur. Nulla tamẽ iam eis ſpes uiuendi fuerat derelicta:nã etiã ibi oĩs gens iudeoꝝ terrore regis præmebaẽ.Non enĩ tam babilonios ꝙ ſeleucos formidoloſos habebant:ſed etiam oĩs multitudo ſyroꝝ:quæ in illis locis habitabat ad ipſum cũ ſeleucis loquebantur:ut bellum gererent cum iudeis.Ob hoc ergo diſcedunt etiã inde in neerdam:& in niſibis: & propter munimentum illarum ciuitatum tutos ſe eſſe poſſe cẽſebãt. Super hæc etiam habitabãtur ille ciuitates ab hoĩbus bellicoſis. Et ea quidem quæ circa iudeos babiloniæ conſtitutos:acta ſunt huiuſmodi fuere.

Lib: 19.

HAec ſunt capitula in.xix.librũ hiſtoriarũ:atiquitatis iudaicæ. Cap.i.
Qualiter gaius cæſar inſidiis a caſſio cherea extinctus eſt. Cap.ii.
Qualiter claudius patruelis eius coactus a militibus ſuſcepit imperium: & ſeditio ſenatus & populi adinuicem:& utriuſq; partis. Cap.iii.
Legatio regis agrippæ ad ſenatũ:& q̃liter cõſequẽtes milites q erãt cũ ſenatu : ad claudiũ trãſire: & de morte chereæ ſeu aliorũ gaii iterfectorũ:ipſi quoq; claudio repugnantiũ. Cap.iiii.
Qualiter claudius cæſar reddit agrippæ omne regnũ paternũ: adiicies etiã illi liſanie retrarchiã: & libertas iudeorum:quæ prouenit eis ſub claudio:cum prius amiſiſſent eã ſub gaio: nauigatio quoq; regis agrippæ in iudeam. Cap.v.
Epiſtola publii petronii rectoris ſyriæ ad doritas pro iudeis:& qualiter rex agrippa hieroſolymorum muros locupletius conſtruẽs:ſtudium ſuum imperfectum dereliquit:prohibente cæſare: q opus ipſum ſuſpectum habuit. Cap.vi.
De honore quo beritho honorauit:& de aduẽtu regũ ad ipſũ í citate tiberiada. Cap.vii.
Qualiter proceſſit de ciuitate cum regibus í occurſum marſi:præſidis ſyriæ uel quali modo uitam finierit:cum non dediſſet honorem deo:populo ſibiattribuente honores diuinos & nõ humanos in theatro:quare confeſtim ſenſit plagam dei. Cap.viii.
Mortuo rege agrippa: cæſarienſes uel ſebaſteni indecenter blaſphemabant defunctum: ſtaſtuas quoq; filiarum eius diripentes:cõtumelioſe tractauerunt. Cap.ix.
Poſt mortem agrippæ:claudius cæſar cuſpium fadum mittit præfectũ in iudeã:cui etiã iniungitur ulcio exercenda in cæſarienſis:& ſebaſtonos pro defuncti agrippæ contumeliis.

Incipit liber decimuſnonus antiquitatis iudaicæ.

CAius non in ſolos iudeos:qui in hieroſolymis fuere: & eos qui in his regionibus habitabãt:iniuſticiæ ſuæ demõſtrabat inſaniã:ſed p oẽm terram & p omẽ mare ſuper eos præcepta deſtinabat: q̃qua uerſum imperiũ romanũ,ptendit:& pluribus cũcta calamitatibus adipleuit: quales ante nunquã hiſtoriæ,pdiderũt.Maxime aũt oĩum roma cladẽ ppetiebatur:quã in nullo honorabiliorẽ cæteris ciuitatibus eſtiabat.Nam cũ oẽs cæteros libẽter tractaret:haud alias non ita ſe natũ: & omnes quanticũq; ex nobilibus uel generoſis clariſſimi cõſtabãt. Multa ẽt crimina ppetrabat aduerſus equites rõanos. Quidã hoc dignitatis noĩe cenſebanẽ: opibus aũt pœnæ pares ſenatoribus exiſtebant:pp quod etiã in cõuentu ſenatus intereſſe ſolebãt:quos ualde inhonoros habuit: pluriſq; ex eis morte dãnabat:quorũ etiã pecunias auferebat. Nam multas etiã cædes nõ ob aliud:niſi ut eorum auferret pecunias perpetrabat. Diuinũ uero ſibi cultũ & honores uolebat nõ cũ hoĩbus exhiberi:ſed etiã in tẽplũ iouis ueniens:quod capitoliũ quidẽ uocant:magis uenerabile autẽ illis eſt oĩum templorũ:fratrẽ ſe iouis eſt auſus appellare.Sed etiã alia quæ gerebat:non erant furoris aliena.Nam etiã ex dicearchia ciuitate qui in cãpania cõſtituta eſt:ad meſanã quæ alia quoq; eſt martuma ciuitas:graue putans ut remis tranſitũ faceret:putãſq; ſubiicere ſibi etiã hoc clementũ poſſe: uelut domino maris exiſtente:talia etiã uolebat fluctibus gerere:qualia ſolet terræ natura ſuſtinere.Voluit ergo & a litore ad litus ſtadia ſerme.ccc.in medio mari:& ĩtra tam uaſtũ ſinum ponẽ conſtruere:ſup quẽ carrucis & diuerſis uehiculis itinera ualeret efficere.Sed etiam templorum paganorum nullum deſpoliatum reliquit.Quæcunque enim pictura aut ſculptura uenuſta fuere:uel alio quolibet opificio pulchra ſimulare:atq; omnimodo anathematizata: deferri iuſſit ad ſe.Nõ enĩ alibi pulchras res eẽ dicebat oportere:niſi í pulchriorẽ loco.Hũc aũt romã eẽ firmabat.Nõ ſolũ aũt ſuã domũ:ſed ẽt hortos aliaq; ſua habitacula ubicũq; terrarũ italiæ conſtabãt:ex talibus repleuerat ornamẽtis.Nam etiã iouem olimpium qui maxime apud gentiles uenerabilis habetur:quẽ fideas ataneus fecerat auſus eſt in romanã trãſferre ciuitatẽ:nec tamẽ ad effectũ res perducta eſt:arcitectis dicẽtibus ad meminiũ regulũ:cui res illa fuerat ĩperata:eo q; ſi illud moueretur ſimulacrũ: aliq̃d malũ poſſet accidere.Fertur aũt meminius etiã prodigiis ,pter hoc multis acceptis diſtuliſſe negociũ.Verũtamen eiuſmodi uerba ſcribit ad gaium:unde periculũ mortis illi protinus imminebat:euaſit tamen:quomodo gaius morte præuentus eſt.Intantum etiam proruperat eius inſania: ut cum ei filia fuiſſet exorta: eam perducens in capitolium ſuper genua ſimulacri conſtitueret: cõmunẽ ſibi natam:iouiq; cõfirmãs:duos patres uni proli conſtituens. Et hæc illũ talia perpetrantem: proh nefas homines tolerabant. Molitus eſt etiam ſeruos ad

accusationem excitare dominoꝝ:quæcunq; uellent impublicum crimina deportare. Illi autem quæcunq; illis pessima oriebant in aio:nulla ꝓhibebantur dicere rõne.cernentes gratũ illi fore: quicquid mali dixissent:ita:ut etiã claudiũ auderet polideuces seruus eius accusare:& ille patieba tur aduersus patruũ suũ geri capitale iudiciũ:sperans etiã ipsum quo facilioꝛ potentiã aduersus cæteros adipisceꝛ extiguere:nõ tamẽ assecutus est qđ uolebat.Repleta igit uniuersa republica diuersis malis:diuersisq; calũniis exaudacia seruoꝝ aduersus domios ubiq; insidiæ gerebant:ab aliis quidẽ ut suas iniurias ꝓ his quæ passi sunt defensarẽt:ab aliis aũt ꝓuenire hoes cupientibus cũ sibi ab eis pro culpis suis aliquod suppliciũ iminere sentirẽt. Proide quõ corruptis legibus & hoibus in afflictione cõstitutis:nõ paruũ beatitudinis momẽtũ:illius mors hois apportauit: sed etiã gẽti nostræ:quæ breui iam oĩs iteriret:nisi mors illũ celeriter occupasset: uolo supeo cũcta differere.Nã alias de deo quoq; magnã fidelitatẽ cõfert hoibus:& solaciũ in calamitatibus cõstitutis:at ẽt correctionẽ his:qui putãt ꝓsperitatẽ esse ꝓpetuã docetq;:ne rebus secundis q̃sq; pessime cõmuteꝛ:sed uirtute studiũ esse ꝓcolendũ.Vias equidẽ tres mors illa ꝓauerat:& haꝝ unusq̃q; que uiri bõi primatũ in cõsiliis habebãt.Emilius enĩ regulus ex corripe hiberiæ ciuitatẽ originẽ ducens:cõgregauerat pluriꝰos:ut sine ꝓ illos:siue ꝓ semetipsũ alacriter gaiũ iterimeret:alterius ãt pricipatũ gerebat cassius chereas tribunus: sed etiã minutianus nõ paruã partem hoium ad hoc opus cõgregauerat.Causa aũt erat illis odiũ:quo circa gaiũ uniuersi tenebant. Et regulus quidẽ iracundiã eius & iiusticiã qua in cũctos utebant horrebat. Gerit quippe idignationis aliqd aius liber ut iniquitatẽ ferre non ualeat.Hic ergo cũ multis aduersus gaiũ consiliũ capit:cũ aicis & cũ aliis:qui efficaces ei uidebant ad cãm minutianus aũt:ut lepidũ ulciscereꝛ amicũ suum : hũc enĩ cũ aliquibus suis cõciuibus gaius extinxerat.Super hoc quoq; sibi timebat:ne a gaio similiter pa teretur.Nam uidens ex aliis exẽplis sibi mortẽ iminere:festinabat suũ præuenire periculũ. Chereas uero confusionẽ suã & gaii obprobria nõ ferebat:quibus eũ arguebat: ꝙ quasi nihil in se for titudinis gereret:insup etiã plurimũ sibi ꝓ singulos dies iminere cernebat. Mortẽ quoq; gaii oẽs honestũ opus & liberũ:libenter excipere reputabant:cæteri uero cupiebãt super hoc habere cõmune consiliũ uidẽtes tantas iniurias:& exẽplũ paruũ dari cupiẽtibus pricipatũ.Omnes ergo ut tãtis claudibus liberareꝛ: desiderabãt aduersus gaiũ aliquid geri:decerenãq; ad talia negocia bo nos uiros accedere:ꝓ salute pietatis:& iperii macula auferenda:aiebant cũ suo discrimine. Super omnia aũt chereã ad opus gerendũ excitabat melioris fame cupiditas:& quia cernebat facilẽ sibi aditum fore ad gaiũ:tribunus nanq; erat:& per hoc se oportunitatẽ repertuꝝ putabat:qua perimeret gaiũ. Interea ludi curules agebant:circa quæ spectacula:magnũ geritur a romanis studiũ. Concurrunt enĩ alacriter ad circũ & pro quibuscúq; rebus opus habuerit:ab iperatoribus cõgregatione facta deposcũt.Illi uero ꝙ multitudini nõ iudicant resistendũ:cõfestim grate petita concedũt.Rogabãt itaq; tũc gaiũ:cum omni itentione postulationibus utentes:ut censuũ releuationes efficeret: & grauedines cunctas auferret.Ille uero nolebat ista cõcedere. At illi uoces amplius eleuabant. Tum ille diuersos per diuersa loca mittens:iubet clamantes abripi:& sine ulla dilatio ne confesti interimi.Et ille quidẽ talia iusserat:quibus aũt præceptum erat:iussa cõplebant.Plurimis itaq; pro hac causa morientibus:populus spectans:clamare cessauit. Tũc omnibus suæ facultates in contentu fuere uidentibus alios pro suis opibus ad interitũ peruenire. Hæc & huiusmodi cheream excitabant:ut magnanimiter ingrediretur cãm:& insidias quas parauerat gaio ꝓficeret:ut eũ tam nequirit aduersus hoies exasperatum reprimeret.Et sepius conuiuio gaii:uolebat rem aggredi:& tamẽ consideratione reuocabatur:nõ secernens inuenire oportunitatẽ:qualẽ negociatã esse iudicabat:uerens:ne frustra ad tantũ opus accederet:sed ita rem moderabatur: ut consilium sui animi cõsequereꝛ effectũ.In hoc igitur multo tẽpore militabat:nõ libenter cõuersationẽ sustinẽs gaii.Cum aũt eũ cõstituissẽt gaius super oẽs publicas functiones:& cætera alia q̃ cæsaris erant:inferenda thesauris:per illud omne opus a rato negocio priuabatur.In quo tamen maiorem sibi uirtutem iplẽdi operis aggregabat:ꝙ more suo magis rebus utebaꝛ quã gaii obediebat imperio:parcebat enĩ humilibus:atq; depressis.Vnde ad iracũdiã quoq; ꝓuocauit gaium: ita ut eum de mollicie prius: & de socordia criminaretur: non ualentem sicut ipse uellet pecunias congregare. Contumelias igitur illi plurimas ingerebat:& muliebria oppigebat nomina: omni confusione plenissima.Et hæc quidem:cum in aliis increparet ipse magis gerebat:in quibusdã celebrationibus ministeriorum:quas ipse constituerat. Stolas nanq; muliebres induebatur: & circumpositõnem complicatorum crinium adhibens:aliaq; quæ ad ornamentum cultumq; muliebrem pertinent:ipse sustinens : huius confusionẽ criminis audebat aliis exprobare. Chereas aũt:quando hæc uestimenta cæsar sumebat indignatione ferebatur:maxime cum illa uestimenta indignatione ferebatur:maxime cum illa uestimẽta ministris irridentibus redderet:ita ut etiã

tribuni in derisionem eum haberent & obprobriū. Nam cum sumpturi essent ministri a cæsare muliebria uestimēta prædicabāt:aliqs ut cōsueti erant ad lusum illū ꝓferre facetias.Propter hoc etiā ei fiducia maior accessit:ut socios quosdā acciperet:quibus se ostenderet nō pro causis minoribus indignari.Nam erat etiā pōpidius senatorius:qui pœnæ per oēs ordines & gradus administrationis trāsierat.Epicureus aūt erat:& pp hoc:ocii & quietis studiosus. Hunc dimidius inimicus eius accusauit eo q̄ posset gaium male loquiis turpibus infamare & eo assumens quintiliam mulierē: quæ in rebus scenicis erat ꝓpter pulchritudinē clara:& pulchritudie plurimo⁹ amorē habebat & studiū:nam etiā ab ipso pōpidio diligebatur:accusatio aūt fuerat falsa.Illa uero graue iudicante testimoniū in causa mortis aduersus amatorē ꝓferre:puniri eā dixit debere dimidius. Tum gaius excitatus iubet chereā sine ulla dilatione continuo tormētis examinare q̄stiliā. Nā & in rebus capitalibus:& ubicūq; tormētis opus esset:eodē cherea utebatur:ꝓpter quod eū crudelius arbitrabatur ministeriū exhibere:timentē:ne ab eodē mollicie & socordie culparet. Quintilia itaq; dum ad torméta ducerē:consocio⁹ cuiusdā pedē calce deprimens:signauit eos deberē confidere:& nihil detormentis eius pœnitus timere.Chereas tamē eā ac si nolens adegit:timens propter illā ipse subire periculū.Et nihil differens:eam incōspectū gaii deducit:fedatā tormentis atq; deformatā ut etiā ab amatoribus suis sine ulla uoluptate uideretur.Tunc gaius illā speciem non sustinens:sed admodū cōpassus quintiliæ:eo q̄ grauiter tormētis fuisset affecta:liberā crimine:absolutāq; ꝓnunciat:& cum ea simul pompidiū.Ipsam etiā pecuniā⁹ dono muneratur:unde illi solatiū esse:ꝓpter quod grauiter erat debilitata tormētis.Nam non solum sanitas eius corporis suppliciis corrupta erat:sed etiā pulchritudo defedata.Hæc igitur grauiter chereā cōmouerūt q̄ per eum hoies torquerentur. Vnde quoq; suā iracundiam non sustinēs dixit ad clementē: atq; papinium:quo⁹ clemens quidem super militiā constitutus erat.Papinius super eos qui gaii fuere custodes.O clemens inquit minus fecimus in agendo quæ pro imperatore constabant. Nam etiam eos qui aduersus eius principatum coniurationē fecerant multa prouidentia uigilantes:& laboribus desudantes:alios quidem extinximus:alios aūt tormentis affecimus:intantum:ut etiā ipsi gaio miserabiles uiderentur.Ita nostrā militiam cum nimia seueritate tractamus. Tacēte aūt clemente:grauiter quidem se ferre quæ iperabantur:tam oculis erat quā uultu:& colore manifestus:uerbis aūt insaniam iperatoris aperire iniustū esse iudicauit. Chereas aūt clementem prouidenter præparans:cœpit fiducialibus uti sermonibus & ad eum enarrabat mala: quæ ciuitatem: & illud obtineret imperiū:& q̄ uerbo quidē gaius illo⁹ esse causa malo⁹ diceretur:si uero quisquā rem inquit cum ueritate discutiat:inueniet o clemens q̄ ego sim totius mali causa:& hic papinius:& tu:qui romanis & uniuersæ humanitati pro bonis omia tormenta:& oēs clades ingerimus:non imperiis compulsi gaii:sed nostra in hoc uoluntate progressi. Festinemus igitur cōprimere tantū iniuriatorē in ciues socios:oēsq; subiectos:cui nos ministerium exhibeamus:& uelut satellites atq; carnifices ad eius crudelitates implendas extamus: & arma quæ aduersus hostes proferre debemus:in nros ciues cōuertimus:nō pro libertate:nō pro iperio rōano:sed pro salute eius; qui suæ iniquitati festinat cuncta subiicere. Nam simul & nostra corpora & nostras cōscias per singulos dies polluimus tormentis & sanguine miseroꝝ: donec etiā alter aliquis inueniatur: qui in nos quoq; tale gaio ministerium exequatur.Non enī propter hæc quæ gerit cū fauore circa nos cōuersabit:magis aūt cū suspitione.Ad hæc etiā cū pereuntiū multā stragē effecerit:nō ei poterit gaii unquā seuicia terminari: quō nō iudicio in talibus causis intēdit:sed sola libidine ad hoium cædem impellit:tum demū etiā nos cunctis pereuntibus cōiunget.Ad hæc clemens cōsilium chereæ manifestius approbabat:taceri aūt iubebat:ne ī plures sermo ferret:& difiusis passim rebus quæ gererent:antequā res cōsequatur effectū:secreto prodito:& insidiis ꝓpalatis: ipsī ducerentur ad pœnam sed tempore ꝓcedēte rem spei cōmittere:ut oportunitatē fortuna tribuēte opus nouiter adíplerent:se tamē dicebat per senectutem non posse audaciā gerere; ad tantum negocium inchoandū.His uero quæ a te o cherea tractata dictaq; sunt:cautius aliquid fortassis inueniā:decētius aūt quis poterit iuenire. Et clemēs quidē cōtinuo mutare sententiā:omia quæ audierat; quæq; ipse dixerat:cœpit efferre ꝑ plurios.Chereas aūt formidās:prexit ad sabinū:extātem uirum dignū:quē etiā libertatis cognouerat amatorē: & ꝓpterea dispositiones illo⁹ tēporū hostiliter adhorrentē.Opus itaq; putās ut celeriter quæ cogitabat inciperet:oportunū est ratus: ut cū eo⁹ cōicaret maxio duce timore:ne a clemente secreta ꝓderentur.Sup hæc etiā dilationes tempo⁹ aliqd cōtrarii reputabat allaturas.Cum aūt libēter sabinus ad talē cogitationē talemq; uoluntatē cōsentiret:tūc quidē tacere se dixit:& ad nullū de tali re suā ꝓferre uoluntatē:nec manifestatu⁹ eē firmabat:sed si aliqd inquit uirilíter uolumus efficere:nihil dilationis pœnitus detur.His igit dictis;exide cōuertunt ad minutianū:ipsis quidē studiis & uirtute parē:& similia ex

animi magnitudine cupientē:consanguineū tamen gaii:sed suspectum propter mortem lepidi. Multā nanq; inter se amicitiā minutianus lepiduscq; possidebāt:& propterea etiā ipse timore pi-clitabatur:ne similiter eū perimi contingeret. Erat quippe gaius omni nobilitati terribilis:ut pu taretur aduersus unūquēq; singulari insania prorupturus. Propter hoc enī alterutri sibimet erāt pro rerum necessitate formidini:& uoluntatē quā circa odiū gaii gerebant indicare nō poterāt. Ob cuius utiq; suspitionē:nec deuotionē sibimet aperte impendere presumebant. dum igit cō-uenissent: & minutiano honorē sicuti prius exhibuissent:erat enī dignitate p̄clarus ciuiū & cū-ctorum ore laudatus:inter principia sermonū p̄cedens ille uerba fecit ad chereā:requirens quod signum illa die perceperit. Per totā nanq; ciuitatē grata chereæ uidebat iniuria:quā pro signo-rū datione ipse portabat. Et ille iter uerba iocanda nihil motus:minutiano respondit:eiq; sermonē de rebus talibus faciendū esse cōmisit:& tu mihi inquit da libertatis signū. Gratias ago tibi:qui me amplius acuisti:q̄ ego per memet implere consueui. Neq; mihi sermōibus iā pluribus opus erit:sed hoc sufficere iudico:si etiā tibi idem placeat quod & mihi: quando etiā priusq̄ cōuenire mus:eius noscimur fuisse cōmunionis. Vno itaq; gladio sum accinctus:q sufficere possit ābobus: in quo consenti fortiter:& accedamus ad opus. Princeps aūt si uis ipse consisto:iubens operibus imminere. Quod si cepero tui cooperationē solatii:prosequar grassatōe ferri cōcessa mihi te cō-firmante fiducia:per hoc enī ipsum quoq; ferrū efficacius solet existere. Impellor enī ad actū: nō pro his quæ patior ego:dum spe ipse circūferar. Non utiq; hæc lenitas mea pericula tantummō me considerare permitit:dū & liberæ patriæ:atq; legibus:& ademptæ uirtuti:& tantæ condoleā pesti:quæ cunctos simul ꝓpter gaiū appræhēdit. Dignus enī sum apud te iudicē fide reꝝ hmōi: quando etiam tu sapere talia cōprobaris. Tunc minutianus considerans ardorē sermonū eius: libenter amplexatus est:& eius audaciam approbauit atq; laudauit:& ualedicto cū uotis eū præ-cibusq; dimisit. Quidā enī asseruabāt ea quæ cogitabantur quodā auspicio fuisse firmata. Nam dum chereas ingrederetur curiā uox cuiusdā de populo fertur emissa:quæ q̄si admoneret dicēs. Perfice quod agendū est:opitulante diuinitate. Quo facto:primū quidē chereas expauit:ne quis coniuratoꝝ uideretur prodidisse secretum:nouissime uero considerans: quia hæc ꝓ inuitatiōe dicerentur:siue cōmonēte aliquo conscioꝝ:seu certe deo:qui cuncta humana respicit cōsulēte: omnibus ad confortationē insidiaꝝ causa patuisset:uniuersi simul armati sunt:alii quidē ex or-dine senatorio:alii uero romanoꝝ & equitū qui conscii esse uidebantur. Neq; enī erat uir nobi-litate seu fœlicitate prædītus:qui gaii transitum non ardenter appeteret. Quapropter omēs quo possent studio ut uita priuaretur:totaq; confidentia atq; uirtute ad tyranni cædē erāt & sermo-nibus & operibus præparati. Nam & calistinus libertinus gaii:uir unus potētia summi culminis eleuatus:qui nihil aliud potestate sua q̄ tyranno equus esse putaretur timore cunctorū & magni tudine pecuniarum quæ ei nimis accesserant eo ꝙ esset in muneribus accipiendis: & iniuriis ex-ercendis accerrimus:& uigorē ultra modū haberet:cum naturā gaii stabilē esse sciret:& in qbus declinasset nequaquā posse reuocari:& multas quidē alias p̄culi causas:necnon & magnitudinē pecuniaꝝ haberet:accedit latenter ad claudiū sperans quia si ei cæderet principatus deficiente gaio:honorem similē ei præberet:eo ꝙ illi gratiā & uerba clementiæ impendisset primitus. Ait ergo quia iussus a gaio claudiū ueneno perimere crebras huius rei dilationes exquisisset:ne talia perpetraret. Sed mihi uidetur:quia fingebat hæc calistinus uolens capere claudiū. Nā neq; gaius studēs interfici claudiū: honestas poterat occasiones exquirere:neq; calistinus iussus optabilem rem gaio perpetrare si distulisset mandata domini sui picula potuit declinare. Sed claudiū diuini tas quidē a gaii uesania liberauit. Calistinus aūt pro cōmendatione sui finxit hanc gr̄am: quæ ei nequaq̄ probabatur iniuncta. Hii quidē qui circa chereā erant:differebant quotidie dū multos segnicies detineret:chereas aūt nullā morā gerebat:sed oē tēpus ad agendū oportunissimū iudi-cabat. Nam dū gaius in capitoliū ascendisset:ut pro filia sacrificaret:uenit frequenter ad eū:& in impialis loci culmine stantē uidens ac populo auri & argenti pecunias dispergentē: dum hæc in ministeria gererentur:præcipitē ex eminenti loco cogitauit ꝑpellere:cū se a nullo uideri putaret. nec insidias feciisse crederetur:& licet nō optata mors euenisset:ipsi tamen accessisset audacia ut etiā præter ferrū p̄imeret gaiū. Tantū habuit cū cōiuratis chereas ardorē:metuēs ne tpa oportūa diffluerent. Illi uero uidebāt quidē eū ꝓ sua libertate sollicitū:poscebāt aūt:ut patū tpus:usq; ad solēnitatem spectaculoꝝ differret:ne dū conamen nequiuerit implere alias impleri turba fieret ciuitati dū cōscii requirerētur a gaio:& insidiaꝝ nō ualeret utilitas in futuro:sed hoc utile fore; ut in celebratione spectaculoꝝ res potius tentaretur agi. Hæc spectacula ī palacio ob honorem cæsaris ī puo eius rotundo tēplo aguntur: qui primus ptātem populi conuertit in seipsum:quæ scilicet romani nobiles cum filiis simul & cōiugibus libēter spectare noscūtur. Tūc enī gaius ne-

gligens:ad oēs ita facilis erat incursus quādo multa milia hoīum puulo cōcurrērāt: ut potuisset quilibet ad eius necē audacter accedere:absentibus quoq; custodibus:qui licet uellēt: non tamē ei presidiū facile deportarēt.Spectabat ergo chereas:& ueniētibus spectaculis:prima die nitebat: ut quod fuerat præcogitatū:sine dilatione fortunæ solaciis adimpleret:qui tamen tribus diebus ludoꝝ transactis:uix die nouissimo opus ualebat terminare.Itaq; chereas aduocans coniuratos: satis inq;t:o etiā præteritū tēpus nostrā pater obiurare segnicē;p his quæ cū tāta uirtute tractata sunt & neglecta noscuntur.Et melius est:ne proditiōe facta pereat cā:& potius gaius nos afficiat: cunctorūq; auferat libertatē his diebus quos nos tyrānidi eius adiicimus:cū & nos decætero debeamus eē liberi:& aliis cām p̄bere fœlicitatis:p̄teritiq; seculi honorē & miracula repare.Illis uero nequaq̄ contradicentibus:q̄si nō bene fuisset hortatus neq; actū hunc aduerse suscipiētibus: sed potius conticescētibus:cur inquit o fortissimi segnes estis.An nō uidetis hodie spectaculoꝝ diem esse nouissimū:& gaium ferri ad alexandriā nauigatuꝝ:ut egyptū contēpletur. Bonū ergo uobis est:ut uris manibus romanæ gloriæ auferatis obprobriū: & hoc terra mariq; diuulgetur. Nam quō non iuste erimus confusionis obnoxii:siquis eū egyptius uideat pimere:iniuriā nō ferens libertatis oppresse.Ego siquidē nequaquā cogitationes uestras differre potero:sed hodie ad pericula simul accedo:grate ferens:quicq;d ex eis euenerit:aio scilicet cōsistēs ad picula oīa præparato:quā ut mihi huius laudis possit euenire priuatio.Hæc ille dicēs:& ipse audaciis armatus ē: & reliquis fiduciā preparauit:cunctisq; iā erat desideriū:ut conamen attingeret nihilq; differens diluculo ad palatiū multitudo equestriū armata cōuenit.Mos erat tribunis ensæ cīctis petere ab imperatore signū qđ ei cōpetebat:ut signū acciperet.Concurrebant ergo ad palatiū omnes: ut p spectaculo loca sibimet occuparēt.Cunq; multa plebe atq; cōpressisse gaius exultaret:ita ut præ multitudine:neq; ipso senatui:nec romanis equitibus locus esset: sed omnes pmixti sederent:cū uiris piter mulieres:& liberi una cū seruis:gaius ꝓcessu sibimet facto:pio cæsari soleniter īmolabat:cuius etiā spectacula celebrabat.Et dū de sacrificiis aliquid sanguinis cecidisset cōtigit:ut ex eo cruore cuiusdā senatoris asprene noīe uestis adimpleret:qđ factū gaio quidē p̄buit risum:asp̄ne uero auguriū fuit aptū:qui scilicet una cū gaio pemptus est.Fertur itaq; gaiū ultra suā naturā illa die mitissimū:ita ut oībus eius humilis salutatio mira uideret. Qui post sacrificia ad spectacula ueniēs presidebat & circa eū primi procerū. Est aūt ipsum spectaculū:ubi annis singulis exhibetur in duabus cellis quaꝝ altera quidē ducit ad atriū:altera uero ad porticū : ingressibus & egressibus apta:q̄tenus non turbent q interius esse noscunt.Est enī illic & alia cella:in qua luso res exerceri solēt atq; cantores:Residente itaq; populo:& cherea cū tribunis nō ꝓcul a gaio:dextrū nāq; cornu cæsar tenebat:quidā batibius ex ordine senatoꝝ:uir militaris cluditū cōsularem uirū iuxta se residentē nullo audiente requirebat:siquis ei aliquid dixerit nouitatis.Quo dicēte: nihil sibi ea die nūciatū:o cludite inquit hodie tyrānicidii certamen agitur.Tunc cluditis:o fortissime inquit tace:& mox uersus subiunxit homeri dicens in græco qđ est ī latino:ne quis alius maliuolus sermonē exaudiat.Cunq; multa poma in theatro spectātibus spargerēt:& piter aues innumere:& quæ pro raritate sua sūt cōparātibus precioſe:gaius lites & rapinas ꝓpter hæc actas libenter inspiciebat.In illo siquidē spectaculo duo ei auguria ꝓuenerūt.Midus nāq; est introductus quo actū ē:ut iudex depræhensus crucifigeret; & pātho mimus fabulā saltauit cyrinæ ī qua & ipsa occisa:& eius filia mirra uidebatur:atq; sanguis inimica arte diffusus:& circa iudicem crucifixum:& circa cyrinā:atq; mirrā.Constat aūt:quoniā & dies ipse fuit:quo philippū aminthe filium:macedonū regē ī spectaculū ingrediēte unus socioꝝ sustinet in spectaculo usq; ad finē: eo q; nouissimus erat dies:an certe usus balneis:atq; cibis illic deinde remearet sicut & prius.Minutianus iuxta gaiū sedens:ac metuens:ne in uacuū tps effluere:surgēs cū etiā cherā uideret egressum:pgebat ut consortaret eū.Tunc egredientē tenuit gaius a uestē:& q̄si p amicitiā:quo inquit pgis o beatissime.At ille reueritus cæsarē cū tiore sedit.& paululū qescēs:dēuo surrexit & abiit. Cui egredienti nō ipediuit iter gaius:credens eū ad necessaria ꝓgredi.Asprenas quoq; cū esset & ipse ptiçeps opis admonebat gaiū sicut & prius ut ingressus ad balnea atq; prandiū ad spectacula remearet:q̄rens:ut ad finem sua tractata ꝓducerēt. Illi siquidē qui circa cheream erāt exacuebāt alterutros:q̄si tps esset singulos prepari:ne ad opus abeuntes inuenirent:& negligentes oportunū tps amitte rent.Erat nanq; etiā dies iā circa horā nonā.Chereas itaq; tardante gaio erat patus ut ingrederetur ad sedē eius:prescius tamē:quia illic necē principis cū multo sanguine senatoꝝ & simul equestriū adimpleret licetq; arderet:melius tamen esse iudicauit:oīum tutamē libertatemq; seruare.Cunq; essent oēs ad spectaculoꝝ uota cōuersi:gaius signū surgendi fecit: turbaq; repente facta:conuersi sunt coniurati:& populos impellabant:ut q̄si gaio secreti officiū p̄berent opere uero uolētes habere licētiā:ut eū in silētio trucidarent.Precedebat itaq; claudius patruus

eius:& marcus minutianus sororis coniunx:necnon & ualerius asyaticus quos etiã si uoluissent repellere:propter dignitatis reuerentiã nõ ualebãt.Gaius uero sequebaꝫ cũ paulo aruntio.Cunq; iam esset intra regalia:rectũ dimisit iter:ubi constituti erant famuli:qui ei gratifice ministrabãt. claudio scilicet præcedente:& conuersus est ad locũ quẽdã angustũ:atq; silẽter iturus ad balnea: simul & pueros qui uenerant ex asya contemplaturus qui eorum forent utiles ad hin:nos ministeriorum quæ erat celebrare cõsuetus:aut qui ad pyrricã in theatris apti esse uiderentur.Tũc itaq; occurrit ei chereas:ut signũ peteret.Quo quasi ad eius illusionẽ signũ dante languentium nihil ille moratus: iniuriis utebatur aduersus gaiũ:& euaginato gladio ei intulit plagã uehemẽtem:non tamẽ oĩno mortalẽ.Sunt qui dicunt:hoc prouidentia chereæ factũ ne gaius unius plagæ uulnere moreretur:sed plagarũ multitudine sauciatus:maiori dolore cremareꝫ.Sed mihi nõ uidetur hic sermo credibilis:eo q; in huiusmodi actibus timor talẽ nõ exigit rationẽ. Nã si chereas ita cogitauit oĩum stulticiã pcessisse credendus est:uoluptatẽ magis fauori præbens : quã p celeritatẽ sibi & coniuratis periculoꝝ euasionẽ acquirens:dum possent multæ machinatiões auxiliorum gaio conferri:anteq; potuisset mori.Vnde certũ est quia chereas nõ circa supplicia gaii restitit:sed de se & amicis ut potuit cogitauit: quãdo etiã acta causa silentio magis est:ut iudiciũ fugeret ac iracundiã:& quatenus res gesta celaretur:sermonibus usus:& p se pderet:simul & tps. Et hæc quidẽ licet ut uoluerit unicuiq; tractare.Gaius itaq; uulneris dolore ferebatur: inter humerum enĩ & collũ ensis illatus iuguli ẽ ossibus retẽtus:ne ulterius posset accedere. Quo facto: neq; clamauit:nec uocauit quẽlibet amicoꝝ:seu incredulitate:siue imprudentia:sed doloré fortiter ferens:anterius fugiebat.Quẽ suscipiens cornelius sabinus:& ipse iam sua mente pstructus impulit.Tũ genu flexo cadentẽ multi circũstantes:singuli adinuicẽ gladiis & quasi ad certamina discerpserunt.Constat autẽ:quia ultimus aquilas ei mortis intulit plagã. Omnis itaq; causa chereæ indubitanter attribuenda est.Nam licet cũ multis hoc opus effecerit:tamen primus cogitauit quẽadmodũ gereretur & primus cæteris hoc ausus fuit edicere:quibus suscipiẽtibus in illius necẽ uerbo:subinde alios congregauit & sapienter cuncta disponens:ubi erat sniaꝝ adhibenda professio:etiã sermonibus locutus est utilibus:non necessitatẽ suæ psumptionis iponẽs ut dum tẽpus exigeret:manibus uteréꝫ.Is quoq; rẽ prior aggressus ẽ:& uirtutẽ illius necis adipleuit:atq; uisum facilẽ gaio iã moriente concessit.Quapropter iustũ est ut etiã q̃cunq; cæteri gesserũt:chereæ cogitationi & labori manuũ:ac uirtutibus applicenꝫ.Gaius itaq; hoc mõ multis uulneribus iacebat extinctus.Chereas uero & cæteri pimentes gaiũ:p eadẽ itinera reuertentes:euadere se im possibile iudicabant propter hæc utiq; quæ fuerant gesta.Non enĩ paruũ erat piculum pemisse principẽ stulticia populi sepius honoratũ cũ & a militibus nõ sine sanguĩe de morte eius esset faciẽda seditio.Ita dũ essent angustæ uiæ:in quibus hoc opus effectũ ẽ:& maxia turba repleret eas militũ.qui illo die pro custodia principis aderant:p uias alias discedẽtes ad donũ uenere germanici patris gaii:q̃ tũc etiã pemerũt.Erat enĩ hæc domus cõiũcta regalibus:eo q; hii q in eminẽtia constituti sunt diebus suæ potẽtiæ i talibus habitare noscũt:& declinãtes multitudinis inuasionem:esse iã debebaꝫ in requie.Cũ itaq; lateret adhuc pestis illato gaio:primũ a germãis ẽ agnita. Erant enĩ armigeri equiuocũ gentis suæ celtice habẽtes tacina:quoꝝ patriæ mos est iportabili uti furore sicut hispãis:aut cæteris barbaris:eo q; oẽs hmõi hoies rõe miores sint:corpis robusti: & impetu primo quibuscũq; congressi hostibus pualẽtes: cũ nõ haberẽt uirtutibus discretionẽ pro utilitate cũctoꝝ:sed tantũ sibi prospicerẽt:quibus gaius carissimus ob hoc erat:q; pecuniaꝝ muneribus eos sibi placauerat alias placauerit.Euaginatis ergo gladiis igressi sũt domũ pscrutãtes cæsaris pemptores quoꝝ tribunus sabinus erat:qui nõ tantũ uirtute & fortitudine maioꝝ: quantũ suo robore cũ monomachus esset hanc obtinuerat dignitatẽ.His itaq; requirẽtibus:aſp nas primus occurrens exoluit pœnas:cuius uestẽ sanguis sacrificioꝝ sicut diximus cruentauerat & non ei bonũ fecisse auguriũ uidebatur.Post hunc occurrit eis barbarus norbanus: fortissimus ciuiũ:& de cuius maioribus imperatores multi processerant cuius etiã ciues eminentiã nõ ignorabant.Is cũ esset ualitudine robustus:primo sibimet occurrentiũ abripiẽs gladiũ:pmixtus aliis cõtẽdebat:ne sine alioꝝ interitu moreréꝫ.Qui multoꝝ agmine cõstipatus:frequentiũ uulnerũ illatione defunctus est.Tertius aũt anteius ex ordine senatorio:germanis sicuti priores occurrit.Is ut uideret gaiũ iacentẽ & letareꝫ aduenerat:qa patrẽ illius eiusdẽ nõis effugauerat:eũq; ne sic saciatus:militibus destinatis occiderat. Aderat ergo anteius ut gaii uideret funus turbataq; subito domo:dũ se uellet occulere:furentes germanos & tunc subtiliter inquirentes:q gaiũ occiderãt etiã inoxios una pimentes latere nõ potuit.Et illi quidẽ ita sunt mortui. Dum igitur ĩ theatro de gaii morte ueniſſet sermo:admiratio & incredulitas facta ẽ.Alii náq; ualde delectabantur in eius morte:& licet dudũ scirent sibimet utilẽ fore hoc nõ sinebanꝫ credere p timorẽ.

Quibuſdã uero hoc in deſpatione erat: cũ neq; uellent circa gaiũ hmõi aliquid ꝑuẽire: nec uere hoc crederẽt: q̃ſi nõ poſſet aliqs hoim opus huius uirtutis iplere. Erant enĩ quibus nõ erat grata mors gaii: mulieres: & infantes & quidã militũ: alii ꝓpter mercedẽ: & nihil aliud quã tyrãno cõue niẽte ad iniurias potentiſſimoꝝ ciuiũ illius miniſterio preparati: mulieres aũt ac iuuenes ꝓpter ſpectaculoꝝ: & monomarchoꝝ munera: in quibus ſolet uulgo delectatio miſtrari: & ꝓpter carnium dilacerationes q̃s in ludis agebat gaius: ut q̃ſi populo uoluptatẽ exhiberet: ꝑ ueritate ãt ad faciendã ſuæ crudelitatis inſaniã. Serui itaq; dominos cõtẽnebãt: & ad iniuriãdũ eos: eius ſulcie bant auxilio. Facile náq; eis mẽtiẽtibus cõtra dominos credebaẽ: eorũq; pecunias oſtẽdẽtibus & libertas & diuitiæ ſuccedebãt: nec accuſatiõe metuebãt pœnã: q̃bus erãt ꝓpoſita premia: octaua ps ſubſtãtiæ ſenatoꝝ. Igitur uel ſi aliquibus in theatro credibilis uidebaẽ de gaii pẽptiõe ſermo: eo q̃ aut preſciſſent iſidias: aut optaſſent de his quæ nũciabãt: nõ ſolũ gaudia retinebãt: ſed etiã audire hoc aut dicere fugiebant: metuentes: ne cũ ueꝝ nõ appareret: pene ſuccũberent: q̃ſi nota ſuæ uoluntatis apientes. Illi uero qui iſidias preſciebant: ãplius ſe celabãt formidãtes: ne dũ alicui amatori tyrãnidis hoc panderẽt: ꝑdentes uiuẽte gaio puniréẽ. Nã & alius ſermo fuerat diſpſus ĩ populo: quia res quidẽ a cõiuratis fuiſſet tẽtata: nõ tamen gaius extinctus ſed ablatus a medicis: ductus fuiſſet ad curã: nulluſq; uerax cui ſe quicũq; cõmitteret: aut ſuã pãderet uolũtaẽ. Nam & ſiquis amicus erat: ꝓpter fauorẽ tyrãni uidebaẽ eſſe ſuſpectus & multomagis odioſis nõ poterat credi. Dicebaẽ ut ſenatoribus a quibuſdã eoꝝ aĩos pturbantibus: eo q̃ inter ipſa picula atq; uulnera ut erat ſanguine cruentatus ueniſſet in foꝝ: & cõtionẽ habuiſſet ad populũ: quæ reficiebãt eoꝝ mentes: neq; loca ſuæ cuſtodiæ relinquebãt: formidantes ne illis quelibet impigereẽ culpa: quando nõ q̃ uoluntate diſcederent accuſari poterant: aut dãnari: ſed quẽadmodũ uellent accuſatores aut iudices. Cũ itaq; turba germanoꝝ euaginatis gladiis ſpectaculũ circũdediſſet: cũctis ſpectantibus metus ſuæ pditionis acceſſit: & ex oĩbus aditibus terror erat: q̃ſi repente ingredientium gladiis caperẽ & neq; diſcedendi ſecuritatẽ habebant: nec ĩ theatro poterant morari ſine periculo. Illis igiẽ irruentibus in theatro fragor eruprus eſt ſupplicantiũ atq; dicentiũ quia & q̃ cogitata fuiſſent: ſi tamen aliquid ꝓueniſſet: & quæ dicebaẽ geſta neſcirent: & deberent ꝑcere: nec alienã preſumptionẽ eis qui nõ eſſent culpabiles irrogarẽt: ſed exquirerent cõmiſſores: ſi tamen aliquod ſcelus ꝓbareẽ eſſe cõmiſſum. Et illi quidẽ hæc & his potiora cũ lachrymis & ꝓſecutione uultus ſepius clamitabant: facientes ea quæ piculi & mortis uicinitas exigebat. Ad hæc militũ ira ceſſauit: & præſentia ducti ſunt ĩ ſpectaculo cõſtituros occidere. Erat enĩ crudele etiã illis: licet uideréẽ exaſpati: portabant enĩ capita aſprene: & eoꝝ quos una pemerũt. Quæ cũ uiderent in ſpectaculo poſiti: amplius ſunt cõcuſſi ꝑ dignitate uiroꝝ: & miſericordia hmõi caſuũ. Quapropter & ſemetipſos a talibus erumnis euadere nõ credebant: & incertũ ſibi fore: ſi tãta picula poſſent declinare. Ideoq; licet aliqui apte & iuſte odiũ circa gaiũ habuiſſent: eius alacritatis munus expulere: cũ ad tanta picula pueniſſent: & ſpe totius cecidẽt uitæ. Fuit igiẽ arrũtius quidã gratus homo inter ꝑcones regꝝ uenaliũ: & ꝓpterea magnitudine uocis utebaẽ: indutus ueſtibus diuerſi coloris: ad inſtar nobiliũ romanoꝝ: habebatq; potentiã agendi quæ uellet ĩ ciuitate in his quæ tunc & poſtea gerebanẽ. Is aptauit ſemetipſum ueluti dolentẽ. licet & ipſe odio gaiũ haberet: eratq; timore ſuperior eius contio atq; militia: qua nitebaẽ ſaluté in rebus præſentibus apparere: & oẽm apparatũ & ornatũ q̃ſi de cariſſimi principis morte amiſiſſẽ cõſingẽs ꝓgreſſus eſt in theatrũ: ut morté gaii denũciaret. Quo facto: quies hoim affuit: ne poſſent ulterius ignorãtiam fluctuari. Deide etiã ſtatuas arruntius & loca ſingula circuibat: reuocãs germanos: & cũ eo tribuni iubentes recondi ferrũ: atq; manifeſtantes: gaiũ fuiſſe defunctũ. Hoc ergo factũ apte in theatro collectos eripuit: & uniuerſos qui furorẽ incurrerãt germãoꝝ a morte ſeruauit: nã prius ſpẽ habentes uiuere gaiũ: a nulla factione pœnitus abſtinebant. Tantã enĩ deuotionẽ circa eũ habuerãt: ut ẽt poſt amiſſionẽ animæ eius fauorabiles eſſent. Quæ dũ apte mortuũ cognouiſſent: ab iracũdia diuerſoꝝ: & ſupplitio quieuerũt: eo q̃ uindicta illis utilis iam nõ eſſet: nec foret qui eis ꝑ talibus repenſaret. deide timentes ad potiorẽ iniuriã ꝓrũpere: ne ſenatũ cõtra ſe ꝓuocaréẽ: ſi ad eos ĩperii ſũmitas deueniret. Igiẽ germani a ſua rabie quæ eos inuaſerat ꝑ gaii morte quieuerunt. Chereas aũt: dũ nimis eſſet deminutiano ſollicitus: ne germanoꝝ ĩſania fuiſſet extictus: ſingulos militũ de eius ſalute requirebat. Et minutianũ quidẽ clemens adduxit in mediũ: ad cherea uero cõuerſus cũ multis aliis ſenatoribus: iuſtitiæ & uirtuti atteſtabaẽ eius laudãs cogitationẽ & actũ ſine formidíe cõpletũ tyrãnidẽ dicẽs ad nihilũ fuiſſe ꝓductã: eo q̃ iniuriaꝝ uoluptate fuerit eleuata: quippe cũ non poſſet fœlix uita illi præberi: qui uirtuti ꝓbareẽ odibilis: ſed cũ tali calamitate deficere q̃li gaius: qui etiã ante coniuratoꝝ cõſenſum ꝓpriũ facinus ſibi cõſtituit inimicũ: agẽdo iniurias diuerſoꝝ: & ꝓuidẽtiã legis exterminãdo: ut quos habebat caros: ſibi hoſtes

efficeret:& sermone quidē alios eius esse pemptores:ope uero semetipsum sine dubio pdidisset. Iam ergo surgebant de theatro custodiæ:quæ principio pnitiose fuerant:quando oēs abscedere festīabāt. Cuius mali tūc cā fuit altiō medicus abreptus qdē q̄si ad curā aliquoꝝ uulneratoꝝ: & mittens qui cū eo erat:ut q̄si ad medicinā necessaria deportarent:quos exinde ꝑueritate diri-gebat:ut picula declinarent. Interea conuentus agitur senatoꝝ & plebis ī foro. Et populus quidē inquisitionē de gaii pemptoribus uehementius faciebat. Aderat & senatus: inter quos asyaticus ualerius:uir cōsularis:stās ī populo:tumultuantibus illis & dirū esse clamantibus:eo ꝙ impator eis ignorantibus uideretur occisus:dū & cūcti requirerēt:qui sunt q gaiū interemerunt:utinā ī-quit ego. Ad hæc aūt & consules edicta ꝓposuerunt accusantes gaiū atq; iubentes populo simul & militibus:ut ad propria remearent:populo quidē multā requiē ꝓmittentes:militibus aūt ho-nores:si tamen cū solita disciplina consisterēt. & nulli quodlibet cōtumeliæ genus inferrēt. Erat enī metus ne forsan exasperati mala ciuitati facerēt:& ad rapinas:aut ad tēploꝝ spolia uerterēt. Cōuenerat itaq; omnis multitudo senatorū:& maxime consentiētes aduersus gaiū: fiducia iam utentes:& in contentu maximo constituti:quasi in eis respublica resideret.

Capitulum.II.

INterea subito de domo raptus est claudius. Milites enī facto concilio:alterutri de rebus agendis dedere sermonē. Videbant enī impossibile fore:ut tantis rebus existētibus quis rēpublicā gubernaret:nec sibi utile siquis illoꝝ qui cooperatores in nece gaii fuerunt:ad imperiū ꝓueniret:sed bonū esse:si nō dū ꝓfectis rebus:claudiū principē facerēt:defuncti patruū: & oīm senatoria dignitate ꝑcipuū:uirtute maioꝝ fultū:militari disciplina ꝑiter eruditū. Hunc deliberauerūt in medio statuētes impatorē facere:digniscq; solēnitatibus honorare. Sentius itaq; saturnius licet claudiū cognouisset raptū:& quia idē uidebat ad hoc inuitus accedere:nō tamen declinabat integra uoluntate:stans in medio senatus:nihilq; metuēs: apud liberos ferteſq; uiros porauit hæc dicens. Licet incredibile sit o romani libertatis nos acquisisse dignitatē: eo ꝙ lōgo tēpore nobis abfuerit:uerūtamen tenemus eā incertā quidē:quātū ad magnitudinē pristinæ ser-uitutis sed tamen alacritatē ferre possibilē:si eius fœlicitatē nequiuerimus amittere. Satis est enī & una hora sensum uirtutis habentibus cum secura uoluntate in patria libera degere:& legibus florentibus aliquādo cōicare. Ego siquidē iā prioris libertatis oblitus:quā olim quidē amisimus: nunc aūt magna btitudine retinemus:reuerentiā exhibendā his qui gnieti in ea atq; nutriti sūt: & nō minorē a diis honorē his uiris ꝑbendū esse decerno:qui licet sero & in hac ætate nos eam gustare fecerunt ita ut etiā in futuro secula eius premia teneamus. Sufficiet itaq; etiā hæc dies & iuuenibus nostris & quicunq; senuimus quidē:quando eius cōspicientes libertatē: cū dulcedine moriemur:iunioribus aūt eo ꝙ sit eis doctrina uirtutis. Vnde cōstat:uiros esse istos: quoꝝ labo re consistimus propter hæc quæ nup gesta noscunt:quia nihil q̄ cū uirtute degere maius est:de qua consueuit libertas humana solummō cogitare. Ego siquidē antiq̄ noui:auditu cognoscens: quæ uero uisu conspexi:ualde sunt grauia. Malis enī in gentibus inuaserunt rēpublicā principes tyrannide prohibentes utiq; oēm uirtutis modū:& magnanimitatis officiū libertati derogātes: docentes blandimenta ꝑiter & timorē:eo ꝙ nō principibus cuncta subiiciant. Ex quo enī iulius cæsar potestatē populi soluit:& ornamenta legū cōprimēs rēpublicā cōturbauit: iustitiā ꝓuari-catus & sua delectatione uictus: nihil est mali qđ nō irruit ciuitatis successoribus adinuicē ipiū sibi detrahentibus:ad destructionē scilicet patriæ libertatis:& ut præcipue in defectū robur ciui um deueniret:arbitrati suā eē minutionē:si uiciosis uterent hoibus. & uirtute precelsos:nō solū gloriæ imanitate priuarent:sed etiā ad mortē usq; ꝓducerēt. Singuli nāq; regnātiū queq; grauia cōmiserūt. Quoꝝ gaius qui hodie mortuus est amplius extitit seuior uniuersis q nō solū ī ciues sed etiā in cognatos ꝑiter & amicos effrenatā intulit suæ ferocitatis insaniā iniuste pœnas exigēs: & ueluti furiosus in hoies atq; deos ferus existens. Nil etenī tyrānus suauitatis habere pōt. Nōne cū iniuria uobis abusus ē. Nonne ī pecuniis uos & in cōiugibus contristauit. Nonne omne uotū ufm præcibus angebat insistentibus inimicis. Aduersa siquidē tyrannis cūcta libertas est:nec eis unq̄ fauere pōt:sed nec ipsi:q consentiūt eis patiunt turpia sustinere. Sentientes nāq; tyrāni qui-bus malis insignes uiros affligant:& eos uidentes impacienter talia sustinere:nec tamen ignorat quod geritur:sed solatiū expectare:hoc solummō suā credunt cōpare securitatē:si eos potuerint pœnitus amputare. His igitur erepti malis:& sub alterutra uestri ditione cōstituti qđ reipublicæ maxime prodest & ad præsentē respicit deuotionē:insidiis amputatis:& restituta ciuilitate:iustū est cōi utilitati prouideatis:& ꝙ placet nō iminēte piculo cēseatis:quādo nō erit dominus q rē-publicā gubernaturus eligit ut ciuitatē ledere:& impiali iure cuilibet loquēti pœnaꝝ multa ge nera possit inferre. Sub tyrāno siqdē ꝙ illi displiceat dici pōt:nec diuersa inia reluctari. Hactenus

igitur amittẽtes delectationẽ pacis:& consueti degere mõ seruili:importabiles ĩcurrẽtes erũnas: etiã ꝓximis malo⁹ uidebamur auctores:fugientesq; cũ uirtute mori:nouissima cõfusione piui-mus.Quapropter primitus tyrãnicidis decernite honores egregios:& maxime cassiũ chereã prí-cipé fortiũ uiro⁹ annũciate:qui cũ aliis uir unus & cõsilio & ope acquisitor nr̃æ libertatis appa-ruit:cuius nunq̃ dignũ est obliuiscí:qui cõtra tyrannidẽ nostra ꝓ libertate primus cõsiliũ sũpsit: & semetipsũ piculo ꝓ salute nr̃a ante cũctos ingessit.Opus est enĩ optimũ:& uiris liberis opor-tunum:beneficiũ præstantibus aliquid repensare dignũ.Qualis scilicet uir iste circa nos extitit. Non simul cassio & bruto:qui gaiũ iuliũ pemerunt.Illi náq; principia seditionis bello⁹ ciuiliũ: subuersionẽq; ciuitatis excitauerunt:hic aũt cũ tyrãnicidii grassatiõe etiã malis eius priuauit ur-bem.Sentius itaq; hĩs sermonibus usus est:senatu delectabiliter audiente & equitibus romãis q̃ ꝑsentes erant.Quo facto:quidã trebellius maximus insiliens:anulũ de digito traxit: habentẽ la-pidem inclusum:in quo forma gaii celata uidebaẽ:quẽ ille sibi studio dicendi quæ suadebat ple-ri fuerat oblitus detrahere. Et celatura quidem est agnita nox autem continuo subsecuta est. Chereas uero cum signũ a consulibus petisset:& illi libertatẽ ei dedissent:miraculũ fuit cunctis: & uelut incredulitas:quia reuersa uideretur ad consules hæc potestas. Hii siquidé anteq̃ tyrãnus inuaderet ciuitatẽ:rebus ciuilibus & militaribus præsidebãt:qui senatui consentiebant.Erant ãt cohortes quatuor:quibus uiuere sine principe magisquã sub tyránide cõplacebat.Milites itaq; cũ tribunis abibant.& populi discedebant leti hanc spẽ habentes atq; cogitationẽ:q̃si ipsi guberna-tionẽ;reipublicæ rursus acquirerẽt:& nequaquã alii subiacerẽt:inter quos chereas precipuus exi-stebat.Igitur chereas piculũ credens si gaii uxor & filia supessent:& nõ omnis domus eius piter depiret:quando siquis ex eis derelinqueret:nõ hoc sine peste ciuitatis letoq; cõstaret: insup & ꝓ-positũ suũ pficere:& odiũ qđ circa gaiũ habebat explere festinans:misit lupum unũ tributo⁹ q uxorẽ gaii filiãq; pimeret.Erat enĩ is lupus cognatus clemẽtis cui hoc officiũ tradiderũt:q̃tenus uel hoc ope uirtutis tyránicidii particeps esset:& q̃si in oĩbus uideret insidiis prioribus consen-sisse.Quibusdã uero cõiurato⁹ crudele uidebaẽ:ut cõtra mulierẽ taliter uteret:dicentibus gaiũ sua magis natura malis usum:quã uxoris cõsilio facinora molitũ:quibus & ciuitas uexata esset: & flos ciuiũ deperisset.Et illi quidẽ his assertionibus eã defendere nitebãt.oĩm aũt malo⁹ quæ gesta fuerant a gaio:hæc erat caput.Gaio náq; dederat poculũ:ut eius mentẽ suo potuisset sub-iugare seruitio & amori:incantationibusq; ad uesaniã trásformatũ ita sibi deuixerat:q̃tenus for-tunæ oĩum romano⁹ & totius urbis cui presidebat ei subdite uiderenẽ nihilq; defensores eius ualere potuerũt.Missus itaq; lupus:in nullo moratus est ministeriũ eo mométo differre: ne cul-pabilis esset in his quæ pro utilitate publica uidebãtur iniuncta:uenienseq; ad palatiũ:inuenit cõ soniã gaii coniugẽ iuxta uiri corpus humi ꝓstratã & oẽs ĩ luctu positos sicuti moris est mortuis exhiberi corporibus:eratq; sanguine uulnerũ eius plena:& maxia calamitate circũdata: necnõ & filia iacebat simul:nihilq; aliud illic audiebatur:nisi culpa gaii:tanquam non bene gubernãtis:& quia uxor eius frequenter uentura talia ꝑdixisset. Hæc enĩ ratio &,tunc & nunc simul estimaẽ: & in oĩm mentes ita est circa eos qui cõpatiunẽ.Alii náq; dicebant quia suasisset gaio:ut recedẽs a seuicia & crudelitate ciuiũ:humiliter & cũ uirtute rẽpublicã gubernaret:q cũ in sua seueritate uiueret:,ꝓterea taliter depisset:alii uero:quia cũ sermo de coniuratis pueniisset ad gaiũ suasisset illa:ut sine ulla dilatione uelociter cũctos placaret:quia licet nihil iniuste tẽtasse aliqui ,puarenẽ: tamẽ hoc agens cuncta picula declinaret.Quæ uero a cesonia dicta sunt:& quæ de ea hoĩes dice bant: hæc sunt.At illa cũ uidisset uenientẽ lupũ corpus gaii monstrabat:& ut ad ,pximũ ueniret eũ cum lachrymis exorabat.Cunq; eũ uidisset mente attonitũ:& nulla cõpassione motũ:cogno-scens ad qđ uenerat:ei suũ iugulũ ꝑparabat:& lugens:,pmptius ea faciebat:quæ agere soliti sũt: qui in uitæ despatione constituuntur.Tum inuitauit eũ:ut quæ decreta fuerant: non moraret implere.Et illa quidẽ magnanimiter a lupo hoc modo pempta est:& sup eã filia piter extincta ẽ. Hæc dũ egisset lupus:se uertens:chereæ & eius sociis indicauit. Gaius igitur.iiii.impii sui anno: minus.iiii.menses:ita defunctus est:uir & ante regnũ nequitia summus:libidinibus subiugatus: derogationibus amicus:in rebus terribilibus timidus:& semp auidus potestatis:in quibus non oportebat nimie largus:acquirens diuitias occidendo:& contra leges agendo:& diuinitate ac le-gibus maiorem se esse studens:atq; uideri uolens.Is fauore populi sepe deceptus:quæcunq; leges tanquam turpia sapiunt:sua credidit esse ornaméta:uirtutis & amiciciarum immeor:quãdo cõ-tra hæc cum illatione supplicii frequenter exorsus est:inimicum sibi estimans quicquid uirtuti esset aptissimum:& in his quæ concupiscerat nullo contradicente cedens. Vnde etiam propriæ sorori permixtus:odium ciuium maxime cœpit habere:eo ꝙ simile aliquid longo tempore mi-nime factum esse constaret.Opus autem magnum aut regium nihil ab eo ad utilitatem præsen-

tium temporum:aut futurorū reperitur geſtum:niſi q̄ circa regium & ſyriam propter aduentū nauium frumenta ex egypto deferentium horrea decenter inſtituit:hoc enim conſtat maximū & nauigantibus ultimum:quod tamen nō uenit ad effectum:ſed ſemiplenū ab eo dum ſegnius conſtruitur derelictum eſt.Cuius more hæc cauſa fuit:eo q̄ rebus inutilibus ſibiq; placitis uolū tatibus ſtudens:& illic expenſas efficiens:melioris operis dereliquit utilitatem.Inſuper & fuit rethor optimus:græca lingua pariter & latina ad dicendum uelociſſimus:& ad intellígenda aliena opera præparatus:ita ut maiori oratione dictis contradiceret alienis:& acerrimo ingenio:meditationiſq; labore ſuum magis opus excellere dictionis fortitudine comprobaret.Hunc nanq; tyberius tanquam fratris nepotem:quem etiam habuit ſucceſſoré:magna neceſſitate ſtuduit eruditi:cum ipſe eiſdé ānis primo floruerit.Gaius itaq; puer colebat hæc quaſi cognatus:& imago principis.Ob quā rem ciuibus meruit præſidere : qđ nō tamen obtinere p̄ualuit:neq; ex eruditionis opere bona congregata ſeruare:ſed abuſus poteſtate:peruenit ad mortem.Difficile nāq; eſt:ut illis poſſit acquiri uirtus:quibus facile uidetur agere quo trahuntur.Initio ſiquidé:faciéte eruditionis cauſa amicis ſtudebat dignis:zelo meliorum rerum poſtea perductus ad iniuriam: onus & odium quod circa eum homines omiſſa priori deuotione gerebant ad id uſq; deſcédit: ut ab eiſdem inſidias paſſus extingueretur.Claudius igitur ſicut dixi ſuperius: interruptione facta uiarum:egrediebatur de theatro.Qui gaio mortuo:& domo cæſaris nece turbata:i anguſtia pro ſua ſalute conſiſtens:& in quodam artiſſimo loco deueniés ſe celabat:nullam periculorum cauſam:niſi ruborum formidans.Is enim cum priuatus eſſet:mediocriter ſe tractabat inter omnes:ſufficienter doctus:& diſciplina maxime græca compoſitus:qui etiam ſe ab omni turbarum inquietudine ſubtrahebat.Tunc itaq; dum trepidatio populos obtineret:& omne palatium ferocitate militum plenum eſſet:& terror atq; indiſciplinatio cunctos priuatos apprehendiſſet:ſūmi duces in curia de his quæ forent agenda tractabant. Et gaii quidem interitum peruipendentes:eo q̄ iuſte uideretur extinctus:quæ ſibi eſſent utilia potius cogitabāt:quemadmodum bene cuncta diſponerentur.Cunq; germani ad necem peremptores gaii requirentes:ſuæ magiſquam cunctorum utilitati conſulerent:claudius turbatus:& nequaquam de ſalute ſua ſecurus: maxie: quia capita ferri uiderat aſprene:& quos cum eo conſtabat occiſos:ſtabat in quodam loco ſuper paucos gradus:obſcuritate celatos.Tunc gratus quidam militum in palatio uidēs eum: nec perfecte præ obſcuritate cognoſcens:credens hominem eſſe:qui magis in eo loco inſidias faceret:p xime ueniens eumq; appræhendens agnouit:ſeq; ſequentibus ait.Iſte germanus eſt: eum conſtituamus imperatorem.Claudius uidens eos in ſuo raptu præparatos:& metuens:ne propter gaiū ipſe quoq; moreretur:parcendum ſibi eſſe poſcebat:eiſq; ſua facta commemorabat. Tūc gratus ſubridens dexteram ei porrexit:& noli inquit de tua ſalute puſillanimis eſſe:cum te magis oportet magnanimiter de imperio cogitare:quod dii auferentes gaio:mundoq; p̄ſpicientes:tuæ cō ceſſere uirtuti.Perge nunc:& maiorum tuorum recipe ſolium.Supportabatq; eum:nequaquam ualentem ambulare pedibus:propter timorem ſcilicet:gaudiumq; dictorum.Concurrebant aūt circa gratum etiam multi militum:& uidentes claudium duci quaſi ad ſupplicium rerum geſtarum tanquam pro uiro ſua uita quieto:& multa pericula in principatu gaii perpeſſo dolebant. Pluribus autem militibus aggregatis:factiſq; turba:fuge totius plebis exortæ ſūt.Tunc claudio propter corporis debilitatem fugere non ualente:eum in uehiculo rapientes pro eius incolomitate ſolliciti:cum fuga ad palatium uenerunt.Qui locus ut ſermo tradit primus in ciuitate romana habitaculum dedit hominibus. Cunq; iam rempublicam tenere uideretur:multomagis militum concurſus procedebat:cunctis utiq; aſpectum claudii libenter inſpicientibus : eumq; principem ſtatuere feſtinantibus:pro fauore germanici eius fratris:qui magnā gloriam ſuæ uitæ reliquerat uniuerſis:inſuper etiam cogitātibus de auiditate ſenatoriæ poteſtatis:& quæ pridem ſuo principatu deliquerant.Inter hæc etiam rurſus cogitabant:quia imperium deductū ad unū periculo non careret:quando quodcunq; uellet ſolus efficere pro fauore ſenatui gratiam propéſaret ſufficienter inter alterutros cogitabant:& quæ ſolent prouenire quotidie loquebant. Erāt ergo diuiſæ hæ ſentētiæ populi atq; ſenatus. Hi dignitatem priſtinam appetebant:& oneroſum ſeruitium pro tyrannorum iniuria declinabant:populus autem inuidiam circa ſenatum habēs: & auaritiam eius effugiens in raptu claudii pro imperatoris ordinatione gaudebat . Tunc itaq; pene belſum iam ciuile ſub pompeio flagrabat:quod tamen imperatore conſtituto ſedatum eſt. Inter hæc ſenatus agnoſcēs claudium a militibus abreptum:miſit ad eum uiros de ſuo cetu uirtute claros:qui eum admonerent:ut pro adeptione regni nullam uim faceret:ſed magis ut ſenatui tantorum uirorum unus cæderet : & cōmunem utilitatem proſpicientibus legibus ſubiaceret:utq; memor eſſet:quorum malorū priſci tyranni occaſio fuerint ciuitati:& qui ſub gaio etiā

ipse cum eis pericula pertulerit neq; imitaretur tyrannidis onus: & iniuriam ab aliis grauiter irrogatam: sponte ad subuersionem patriæ coarmaret: sed ut magis priorem uirtutē suæ quietis ostenderet: quatenus ei honore liberiorum ciuium: & legum decreta succederent: quo fcō fauorem impantium: & quibus impatur acquireret: quia si neq; mortem temperare uellet: nec cederet auctoritati senatoriæ: grandem manum ad resistendum haberent: & armatorū copiā & multitudinem famulorum: quibus aduersus eum fortiter uterentur maximum uero sibimet esse remedium spei atq; fortunæ: sed etiam deos non aliis præbituros esse solatia: nisi eis qui cū uirtute & bono principio ad congressionem certaminis aduenirent: cum ipsi. s. pro patriæ libertate pugnarent. Et legati quidē uenarius & braccus ambo tribuni his utebātur uerbis: & prostrati claudium suppliciter exorabāt: ne bellorum ac subuersionis foret occasio ciuitati: uidētes utiq; eum militum multitudine circūseptum: & in compatione illius exercitus consules nihil esse: suadebantq; simul: ut si appeteret principatum: a senatu magis sibi datum acciperet: quod esset prosperius atq; felicius: si non cum iniuria: sed cum fauore decernentium potius imperaret. Claudius igitur sciebat quidem cum qua senatus arrogantia uerba hæc direxisset: & ad præsens mitti sententia mediocriter se tractabat: sed tam propter metum & instantiam militum: quam regis agrippæ præceptum cogebatur tantum principatum qui sponte uenerat cædere non debere.

Capitulum. III.

Sic ergo agrippa complet is solennibus circa mortem gaii a quo fuerat honoratus & eius lectum lugubriter prosecutus: agnoscens claudium a militibus raptum festinabat ad eum. Quem turbatū inueniens & paratū ut senatui cæderet: exacuit monens: ut imperium sibi defenderet. Cunq; talia dixisset abscessit. Quē cū senatus euocasset ad curiam: unguens caput unguentis quasi ab scorio remearet: senatū interrogabat: quid de claudio gereretur. Illis autem quæ gesta fuerant dicentibus & consulentibus quam ipse sententiam possideret: paratum se quidem mori pro gloria curiæ sermone professus est: & tractandum suasit de utilitate cunctorum: opus esse dicens: si resistere claudio uellent armis atq; militibus: quibus eum uiriliter expugnarent: ne forsitan impati incidere uiderent̄ in malis. Respondente uero senatu armorum copiam & pecunias abundare: sed etiam militum aliquam partem cōgregāda: quatenus libertas seruis emergeret: opto inquit agrippa & curiam peragere: & uos quæ desiderii uestri sunt: dicendum tamē est indubitanter: q̄ credo fore pro uestra salute. Scitis militiam: quæ pro claudio pugnat: longo tempore armis imbutam: nostra uero pars hominum est incerta: fluctatio & turba multorum: & seruitute inopinabiliter liberata retineri difficilis. Nos ergo aduersus expertos bella suscipimus: producentes uiros: neq; gladios sciētes educere. Quapropter mihi uidetur esse mittendum ad claudium: qui suadeant componendam esse huiusmodi causam. Si censetis etiam me legatione fungi: paratus sum. Hæc cū dixisset: cunctis consentientibus: missus cum aliis: claudio tumultum senatus exposuit: eumq; magis latenter exacuit imperialiter & dignitatis potestate respondere. Tunc Claudius ait non esse mirabile: si imperatorem nō libenter exciperet curia: quæ crudelitate priorum principum fuerat uulnerata. Sed dum eius mansuetudinem progustaret: cum nomine tantū ipse princeps foret: opere uero cōmunitas imparet: eo q̄ multaꝝ uariarūq; reꝝ uideret̄ exptus: ꝓspere uero īpiū sibimet obuenisse gauderēt. Et legati quidē hæc audientes uerba reuersi sunt ad senatū. Claudius āt cōgregato exercitu loq̄bat̄: ab eis iusiurandū secū ꝑmanēdi accipiēs: dōauitq; singulos custodes corpoꝝ qnq; milibus dragmis: & ducibus numeꝝ promeritā portionē largitus est: sed & militibus absentibus similia cōpromisit. Consules itaq; cōuocare senatū ad tēplū triūphatoris adhuc nocte existēte: quoꝝ alii q̄dē semetipsos in ciuitate celarūt: cōsultationē refugientes eoꝝ: alii uero in agros proprios sunt egressi: ꝓspicientes: quō sires ad effectum ueniret: in libertatis despatione cōsisterent p̄stantius iudicantes sine ꝑiculo seruiendi cū segnicie uiuere: q̄ possidētes dignitate patrum sub salute dubia commanere. Verumtamen nisi amplius. c. collecti sunt: quibus in cōmune de præsenti statu tractātibus repente clamor congregati exercitus est emissus: petentiū ut militaris impator eligeretur: & nequaquam principatus romanus a multis solueretur. Et hoc quidem milites apud semetipsos decreuerant ne cunctis simul: sed uni traderetur imperium: hoc tantū senatui cōcedentes ut ipsis q̄ dignus uideretur eligerent. Ob quā rem cōtraria erant uota senatus & populi: multo magis autē tam ꝓ amissione gloriæ libertatis: quā ꝓ formidine claudi. Erant uero qui eligerent aliquos ex genere nobilium: dignitatibus & coniunctione coniugū p̄pollentes. Minutianus nāq; marcum fortitudine dignum qui iuliam gaii sororem habebat uxorem studebat eligere: ut rerum culmīe potiretur. Consules uero diuersis occasionibus differebant. Sed etiam ualerium asyaticum minutianus anteponebat: & pene homicidia fcā sunt desiderantium principatum: ut claudio quoquo

modo repugnaretur. Monomarchoꝝ uero turba non parua militū per noctem ad ciuitatis cu-
stodiam positoꝝ cōcurrebat ad claudiū. Quapropter alii nō ante urbis libertatē: alii quoq; clau-
dium metuētes a cōsulibus abscesserūt. Diluculo aūt chereas cū sociis ad mediū trāseuntes uer-
ba facere nitebātur ad milites. Quos cū multitudo uidisset: silentiū postulantes: & dicēdi initia
facientes cōtinuo disturbauit: nō acquiescens eis ut aliquid allegarent: eo q; ipsi ad monōarchiā
pariter conspirassent. Tum regnaturo fauebant: tanquā non patiētes senatui cedere potestatem:
qui etiam si imperare niterentur: milites non sinerent interfectores gaii regnare. Inter hæc igi-
tur chereas iram nō ferens: imperatore poscētium populoꝝ datuꝝ repromisit ducē: qui ei signū
abeunti deportaret. Erat enim hæc ethicus: agitator pisani: gario & militibus circa solennitates
circentium: & seditiones: atq; opera inhonesta deuotus: multaq; chereas obprobria sibi reluctan
tibus inferebat: sed & caput claudii se dicebat ablaturum. Pessima nanq; est insipientia cū furore
Milites ergo non reuertentes uerba chereæ: sed euaginantes gladios: & signa tollētes ad claudiū
deuenerunt: cōmunicaturi illis qui etiam præbuerant iusiurandum. Senatus aūt & consules i de-
solatione relicti sunt: non differentes aliquid a priuatis: eratq; eis formido piter & angustia: igno
rantibus quid passuri forent: dū claudius prævaleret: & semetipsis adinuicē derogabāt: & pniam
facti gerebant. Sabinus aūt unus interfectoꝝ gaii transiens ad mediū: primitus semetipsum iter
ficere minatus est: quā claudiū principē constituere: & seruitutem damnari uidere. Sed & chereas
hāc magnanimitatē assequi cōpulit. Qui dum contēsisset gaiū: & primus auctor bonæ fuisset ui
tæ: neq; sic patriæ uindicare potuit libertatē. Chereas aūt de morte quod in nullo dicebat ee du-
bitandum: uel tamē mentē claudii trutinare: & illi quidē in his erant. Ad milites aūt ois undique
populus concurrebat. Interea quintus pompeius dum accusaret milites: & pro libertate senatui
supplicaret: ipetu facto euaginatis gladiis nisi mitis claudius ꝓhibuisset opus in eū necis ipleue-
rant. Tunc claudius ereptū consulē a periculo: fecit sibimet assidere. Senatores aūt qui cū quinto
fuerant: non simili honore susceptit. Nam quidā eoꝝ etiā plagis affecti sunt: & ad eū uenire cō-
pulsi. Antonius aūt uulneratus effugit: eratq; periculū uniuersis. Tunc rex agrippa accedens ad
claudium: postulauit ut circa senatū mitis existeret: dicens: quia siquid crudelitatis exerceretur i
curia: nō eēt super quos eius consisteret iam potestas. Claudius aūt his flexus. senatū ad curiā cō-
uocauit. Cunq; de palatio per ciuitatē ipse ꝓcederet: obsequētibus in eius ꝓcessu militibus: cum
multo nimis ipetuq; a ridiculo gaii iterfectores in publicū ꝓruperunt: chereas & sabinus ꝓhibē
tes eū mādato pollionis: quā ante paululū claudius ducē custodū corporis istituerat. Claudius ita
que dū ad palatiū denuo uenisset: cōgregans alios ꝓtulit sniam in chereā: cuius opus quidē uide
batur esse ꝑclaꝝ. Sed pollioni præcipue cām mortis applicabant: qui tantū opus fieri ꝑsuaserat
& ut ipse piter pro metu futuri tēporis deperiret: iustū esse clamabant. Ducebaē itaq; chereas ad
morte: & cū eo lupus: sequebantur q̄ multi romanoꝝ. Dicitur autē quia chereas magnanimiter
hanc cladē excepit: nō solū uultu nequaq̄ deposito: sed etiā lupū reprorutū in lachrymas obiurgā
do. Cunq; turba ad uidendū prosequeretur: dum uenisset ad locum: requirebat militem: si inter-
ficiendi meditationē haberet: rogauitq; ut gladiū ad necem suam deferret: quo gaiū ipse uideba
tur occidisse. Et feliciter ergo mortuus est chereas: unius uulneris percussiōe finitus: lupus autē
crudeliter est extinctus plurimarum ictu plagarum: eo q; ceruicem mollius præparasset ad necē.
Post paucos uero dies iminente festiuitate: romani honorauerunt facta chereæ: petentes expiati-
onem fieri: eo q; eius memoriæ fuissent ingrati. Hoc itaq; modo chereas uita priuatus est. Sabi-
nus aūt dum eum claudius nō solum absoluisset a culpa: sed etiam dignitatem quam habuerat
remisisset: iustū credens ut relinqueret coniuratos: semetipsum occidit gladio: sic incūbens: do-
nec eum usq; ad capulū uulnus absorberet.

Capitulum.IIII.

CLaudius itaq; susceptos milites dispergēs: edicta ꝓposuit: & principatū agrippæ: quē gaius
ei ꝓstiterat ipse cōfirmans: regē quoq; collaudās: adiecit ei omnē herodis: qđ ad usus eius
super iudeos & samaritas habuerat. Et hæc quidem debitum proprii generis ei restituit.
Abelan uero lisaniæ: & quæcūq; in libano monte sunt: ei de suo pariter adiecit iperio: & publice
in media ciuitate romana cū agrippa fœdera celebrauit. Antiocho quoq; regnū auferēs qđ habe
bat: ciliciā & cōmagenē dōauit ei. Distinxit āt lisimachū āte sibi aīciaꝝ iure cōiunctū: q etiā an
toniæ mris eius tutor extiterat: & circa gaiū deuictus erat: cuius filius berenice agrippæ filiā du-
xit uxorē. Quam dum marcus alexādri filius fuisset mortuus resumēs uirginē fratri suo herodi
agrippa coniunxit: petens ei regnum chalcidis a claudio. Hoc itaque tempore seditio inter iu-
deos atq; paganos in alexandrina ciuitate surrexit. Moriente nanque gaio sub cuius principatu
ab alexandrinis uidebatur afflicta iudeorum gens recepta fiducia repente ueniunt ad prælia.

Claudius aũt egypti præfecto mandauit ut ſeditionẽ amoueret. Et ſupplicantibus ſibi regibus agrippa pariter & herode:edictum miſit in alexandriam atq; ſyriã:hmõi oratione conſcrip tum. Tyberius:claudius:cæſar:pius:germanicus:tribunitiæ ptãtis dicit.Notũ eſt iudeos in alexandria cõſtitutos:qui ẽt alexandrini uocanť:cohabitaſſe tẽporibus priſcis alexãdrinis:& patria ciuitatis iura a prícipibus ípetraſſe.Quod palã é ex reſcriptis eoꝝ piter & dictis.Sed poſtq̃ nro ſperio ale xandria per ſebaſtũ noſcíť ſubiugata:ſeruata eis ſunt iura ſua a p̃fectis p diuerſa tẽpora deſtinatis & nulla de legibus eoꝝ mutatio facta eſt tẽpore quo aliquas in alexãdria fuit.Moriente uero ſe baſto principe gentis eoꝝ:ſic fuerunt ut ſinguli eoꝝ in ſuis ſolẽnitatibus ꝓmanerẽt: neq; coacti ſunt religionis paternæ iura tráſcendere.Quapropter alexãdrinos eleuatos cõtra iudeos ibidem conſtitutos: qui tẽporibus gaii cæſaris pro uehemẽti eius ſuperbia ſimul & ípudentia:alias íprudentia:q; nollet gens iudeoꝝ patriã religionẽ tráſcendere:& illũ deũ appellare:humiliari ſũt:p̃cipio:ut neq̃quã pp íprudentiã gaii de iure iudeoꝝ aliquid auferri nitať:ſed ſeruata eis iura priora maneant utiq; in ſuis ſolẽnitatibus:quãobrẽ parte utranq; p̃cipio magnã habere curã:& poſtquã hæc dicta fuerint ꝓpoſita nulla decætero turba fiat. Edictũ ſiquidẽ in alexandria ꝓ iudeis miſ ſum homo eſſe dinoſcíť.Quod uero í omni orbe directũ eſt:his cõtineť eloquis.Tyberius clau dius:pius germanicus tribunitiæ ptãtis conſul ordinarius ſecundo dicit. Petentibus me regibus agrippa & herode cariſſimis:quatenus eadẽ iudeis iura concederẽ í omni ſperio rõanoꝝ:potiuſ que in alexãdria cõſtitutis:libenter hoc præbui:nõ ſolũ petẽtibus hoc cõcedẽs:ſed etiã ipſos pro quibus rogatus ſum dignos exiſtimãs propter fidẽ & amiciciam roãnis ípenſam; præcipue iuſtũ eſſe decernens:ut neq; græcoꝝ ulla ciuitas eoꝝ iure priuareť:quõ ad dei culturã hæc ſeruare na ſcuntur. Optimũ ergo iudico iudeos in omni mundo ſub nobis conſtituto paternas ſolẽnitates ſine ꝓhibitõe celebrare:quibus iam nunc præcipio:ut meã hanc manſuete cuſtodiãt:& ipſi alia rum gentium religionẽ nequaquã adnihilare ꝓtentem:ſed ſuas leges obſeruent.Hoc igiť edictũ meum iudices ciuitatũ atq; coloniaꝝ:& municipioꝝ intra italiã & extra eam:regeſq; piter & po tentes per ꝓprios legaros tranſcribere uelint:ꝓpoſitũ nõ minus.xxx.diebus eſſe in loco:unde ex humili ab oíbus legi poſſit.His igiť edictis in alexandriã & oẽm terraꝝ orbẽ directis:oſtẽdit cæ ſar claudius quã uoluntaté circa iudeos habuerit. Mox aũt etiã agrippã reddito ei regno maxis cumulatũ donis remiſit ad ꝓpria principibus ꝓuinciaꝝ atq; prælidibus litteris ſuis ſcribens: ut ei honoré debitũ exhiberent.Ille uero dũ meliori fuiſſet fortuna ꝓuectus: cũ celeritate reuerſus eſt:uenienſq; ad hieruſalẽ:gratificans hoſtias celebrauit:nihil qđ erat legitimũ derelinquẽs:unde & multos nazarenos tondi præcepit.Aureã uero catenã quã ei dederat gaius:factã ad inſtar pon deris ferreæ catenæ:í qua manus regiæ fuerãt obligatæ:ut triſtis fortunæ memoriã reuocaret:& teſtimoniũ de rebus meliorib⁹ phiberet:in tẽplo ſuſpendit ſupra gazophilatiũ ut & maximum eius indicaret caſũ:& ſimul oſtenderet:poſſe eũ qui corruerit denuo ſuſcitari. Hoc eni illius ca tenæ oblatio oíbus ídicabat:quã rex agrippa ex parua cã antequam dignitaté fuerat alligatus:& poſt paululũ cõpedibus abſolutus:ad regnũ præcũ ꝓbať clarius euectus.Propter hæc ergo opor tet intelligi:quia res hoíum & lapſũ facienté corruũt:& inclinata ad culmis faſtigiũ ſepius redu cuntur. Perfecto igiť agrippa cultu exhibito deo:ſeophilũ quidẽ ione filiũ pontificatu ſ mouit: & boetho ſymõis:cui cognomentũ erat canthera:honoré eius atribuit. Duo eteni erant fratres ſymoni:& boethus pater:cuius filiã habuit rex herodes uxorẽ:ſicut ſupius declaratũ eſt.Cum fra tribus ergo ſacerdotiũ habuit.Symonis aũt oniæ tres filii í macedoniaꝝ pricipatu fuerũt: ſicut in priori ſcriptura cõtradidi.Rex igiť agrippa hoc mõ ſacerdotes cõſtituens hieroſolymitis cõpẽ ſationem eoꝝ deuotioni reſtituit:& uniuſcuiuſq; modũ bene diſponẽs:affectuoſam ꝓbuit largi tatem.Præfectũ uero militiæ totius fecit ſylã:uirum qui multis laboribus ei ſepe cõicauerat.Igiť tempore paruo prætereũte dorite iuuenes ꝓponentes uenerationi ꝓſumptionẽ:cũ natura uicerẽ tur audaces:tollentes cæſaris ſimulacrum in ſynagoga ſtatuere iudeoꝝ.Quod opus agrippã ue hemẽter exaggerauit.Videbať nãq; ad deſtructionẽ paternaꝝ legũ eſſe celebratũ. Pro qua re ad publiũ petroniũ præſidẽ ſyriæ feſtinãter aduenit:& cõtra doritas cõqueſtus eſt:qui nõ minus in dignatus cũ utiq; & ipſe tranſgreſſionẽ legũ factã nimiã eſſe iudicaret ípietate idiſciplinatorum doritaꝝ hæc cũ magna idignatione ſcripta direxit.

Capitulum.V.

PVblius petronius legatus tyberii:claudii cæſaris:pii germãici:primatibus doritẽſiũ dicit. Audiuimus:quoniã quidã ueſtrũ tantæ ſupbiæ ꝓſumptiõe abuſi ſũt: ut nec dictis cæſa ris claudii:pii germãici ſubderenť:qbus ſanctitũ é:iudeos obſeruatiõe pr̃naꝝ legũ eſſe di mittendos:uoſq; omnia contraria feciſſe cognouimus:ſynagogam prohibentes conſiſtere iude orum cum in ea poſueritis cæſaris ſimulacrum: præuaricationem ſcilicet agentes non ſolum

contra iudeos: sed contra ipsum imperatorē:cuius simulacrum melius ponerēt in omni iudeorum tēplo:quā in debito loco:cum utiq; decreto cæsaris sit sanctitū: unumquēq; habere in locis propriis potestatē. Verūtamen cum edictū iperatoris precipientis: ut iure solēnitatibus suis utātur:& cū græcis pariter cōuersentur:contēpseritis:risibile est si dicā cur mei iudicii fueritis imemores. Quapropter eos qui contra dictū cæsaris talia cōmiserunt:cū etiā eoꝝ iudices idignētur quando nō propria uoluntate asserunt:sed impetu plebis impletū a centurione ꝑclo uitellio ad me duci præcipio:quatenus possint gestoꝝ reddere ratioē. Primates uero seu principes moneo: ut si nolint uideri hanc querelā sua uoluntate celebratā:culpabiles personas centurioni demonstrent:nullā seditionis aut litis relinquētes occasionē:quā scilicet maliuoli uenerari his operibus demonstrant. Mihi nanq; & carissimo meo regi agrippæ nulla potior cura est:quā ne gens iudeorum occasionē sumat uindictæ gratia:ut ad tumultū seditionis accedat. Vt autē apertius sciatis quid & cæsar ex huiusmōi causa præcepit:dicta eius alexandriæ destinata:huic scripturæ præposui quæ licet omnibus nota esse uideant:tunc etiā apud tribunal meū carissimus mihi rex agrippa hæc legit:allegans:ut non oporteat eis dona iperatoris auferri. Agite itaq; me ꝓnunciante ut decætero nulla seditionis aut turbæ queratur occasio: sed unusquisq; suæ religiōis iura sectetur. Petronius igitur hoc modo quæ fuerant cōmissa correxit:ut denuo nihil posset huiusmodi perpetrari. Rex aūt agrippa symonē cantheꝝ pontificatu priuauit:& denuo ionam anne constituit: eum scilicet existimans digniorē:cui tamē gratū non fuit tantā recipere dignitatē:pro qua resupplicabat:hæc dicens. Tu quidem o rex meo honori congaudens:hanc mihi constituis ꝓprio cōsilio dignitatem:licet me ad pontificatū nunquā dignum iudicauerit deus:semel tamen cū indutus sim stola sacerdotii sufficit mihi:prius enī sū dignus idutus:quā nūc denuo recepturus. Tu uero si mō uis: ut accipiat:dignior hunc honorē:agnosce:qa omni peccato mūdior est apud deum: & apud te rex frater mihi:qui posset ad hūc honorē dignus accedere. In his ergo sermonibus rex agrippa collaudās ione uoluntatē:præbuit mathiæ eius fratri pontificatū:& non multo post tpe petronio successit marsus qui syriam gubernabat. Sylas igit præfectus regis agrippæ:quoniā in omni fortuna ei fidelis extiterat:& nec in periculoꝝ eius cōione recesserat:sed cū eo in māifestis laboribus atq; necessitatibus succubuerat:circa eū magnā habebat fiduciam cōcedere sibi petiit apud eū parē honorē pro amiciciaꝝ pristinafirmitate: & neq̄quā patiebat ei legaliter obedire: ita ut maxia ab eo beneficia postulando:honerosus esse uideret: cū semetipsum imensa arrogatione glorificaret:& regi sepius ad memoriā cās tristiciæ ꝓduceret ut studiū quo tunc circa eum gerebat ostenderet. Quod cū crebro faceret ut mihi uidet iproperare beneficia noscebat. Cuius rex apertā fiduciā tolerare nō potuit. Non est enī tēpoꝝ ignobilium grata memoria:neq; suauis agnoscit:qui frequēter ea quæ præstat:iproperat. Quid plura dum frequenter sylas regis ꝓuocaret irā:& ille plus indignatiōi quā rationi tribueret:non enī remouit a præfectura solūmodo:sed etiā tradendū uinculis in patriā destinauit. Cunq; eius ira longo fuisset tēpore mitigata & perspecta ratione in memoriā reuocasset:quātos pro eo labores ille ptulerat:eius remisit culpā. Die siquidem festiuo natiuitatis suæ:dū cuncti quibus iperabat in leticia magna cōsisterent:sylā reuocari iussit:secū scilicet cōmensuꝝ. Ille uero modū libertatis quē iustū eē credebat: uenientibus ad se nō tacuit dicens. En ad quē me honorē euocat rex:quē denuo post paululū ablaturus ē. Quippe nec primos honores deuotionis exhibite custodiuit:qui iniuriis me afficere nō quieuit. Cum qua ergo fiducia:aut qua conscientia ad eum ueniam. Quantis eum malis eripui:pericula quanta sustinui ut illi salus acquireretur & honor:pro quibus omnibus retributionem merui:uincula & carcerem tenebrosum. Nunquam ergo horum obliuiscar malorum:mihi enim pro bonis actionibus:etiam post solutōnem carnis & animæ hæc memoria reseruatur. Hæc loquens poscebat ut regi dicerentur agrippæ. Qui dum eum cognouisset:animo non posset mitigari:dimisit eum in carcere custodiri. Hierosolymorum uero muros:qui circa nouam respiciunt ciuitatem: publicis sumptibus munitissimos latitudine & altitudine fabricatus est. & omni humano reddi derat tutamie fortiores:nisi marsus syriæ pses claudio cæsari:qđ agebat suis lris indicasset. Quā obrē claudius rebellādi causa suspicatus hoc fieri agrippæ mādauit:ut a muroꝝ edificatione cesaret. Qui mox ut iussum agnouit:reluctandum ei non censuit. Fuit etenim rex iste natura bonus:& ab beneficia munifica præparatus:& ciuitatē propriis sumptibus exornare non tardus:ita ut sua claritate: muneribusq; gauderet:& fauorabiliter suæ uitæ iura dispōeret:ī nullo similis herodi regi. Illi nāq; erat mēs callida ad supplicia ꝑparata:& aduersus odiosos sine retētatiōe ꝓniciosa:græcis magisq̄ iudeis familiaris existēs:& alienigenaꝝ citates sepe nobilitās:impēsa magna pecuniarum balnea:theatra:& templa:porticusq; cōstituens:iudeorum uero ciuitatem nulla fabrica reperauit:nec aliquā eis præbuit ipensam: unde potuissent habere eius memoriā. Mores autē

agrippæ erant mansueti circa omnes beneficia similia cõferebat. Alienigenis quoq; erat clemẽs etiã ĩ illis dona suæ uoluntatis ostẽdens circa suam gentẽ pro mõ benignus: & potius cõpassiõe pronus. Grata siquidem ei cõmoratio:atq; frequẽs in hierosolymis erat:seq; in paterna solẽnita te seu puritate seruabat:nullaq; dies præteribat:ostiis uiduta solẽnibus. Quidã igiẽ in hierosoly mis uir noĩe symon qui putabaẽ mandata legitia perfecte discernere multitudie in ecclesia con gregata:cũ rex cæsareã prexisset:eũ accusare præsũpsit: quasi nõ sanctũ: & iustũ:suadens: uti rex prohibereẽ a tẽpli limie:quo nisi dignis ingredi nõ liceret.Hæc ergo regi lris ĩdicata sunt a præ fecto:quia symõ talia cõcionatus eẽt.Quẽ rex euocatũ dũ tunc eẽt in theatro:sedere iuxta se fe cit:& sub silentio mitissime requisiuit. Dic mihi qd hoꝝ quæ hæc agunẽ cõtra legẽ esse censeẽ. Ille uero nihil habẽs qd respõderet:ueniã postulabat. Tunc rex circa eũ magis:placatus q̃ ab ali quo credereẽ: iudicans etiã mansuetudinẽ conuenire regi potius quã furorẽ muneribus hono ratum remisit ad propria.

Capitulum.VI.

AT cum multis multa cõcesserit:præcipue bericios honorauit. Instruxit enĩ theatrũ ãpli tudine & pulchritudine præcipua decoratũ:& amphiteatrũ copiosa ĩpensa cõstructũ:sed & balneas & porticus celsis opibus exaltauit:nullaq; tenacitate sumptuũ:aut pulchritudi ne fedauit:aut magnitudinẽ quãlibet iminuit:quoꝝ oĩum dedicationẽ largissime ac magnifice ministrauit. Cum igiẽ ĩ theatro spectacula celebraret: musica quæq; illic instrumenta ꝓduxit:& uaria delectationũ opa affluenter exhibuit.In amphiteatro aũt multitudini monomarchoꝝ suã largitatẽ cuncte ostendit. Vbi uolẽs numerositate cõcertantiũ delectationẽ spectãtibus exhibeẽ: alios septingẽtos pugnaturos emisit:quoscũq; malignos habuit:in hac actione distribuens:ut & illic hoc mõ pugnaret:& opus belli uolũtas pacis existeret. Hos itaq; passim hoc mõ cũctos exti xit. Quibus spectaculis celebratis:ĩ tyberiadã urbẽ galileæ migrauit:eratq; ĩter alios reges ualde cõspicuus:ad quẽ uenit cõmagenẽsis rex antiochus:& damascenoꝝ si gerãmus:& cõtis minoris armeniæ qui ẽt in põto polemõiaco regnabat: piter & herodes frater eius qui & ipse calcidis ha bebat ĩperiũ:habuitq; colloquiũ apud eos susceptione & amiciciis ualde dignissimũ ita ut osten deret suæ sapiẽtiæ culmẽ:& in præsenti eos uideretur regaliter honoraẽ.Sed his apud agrippam ita degentibus:marsus syriæ præses aduenit.

Cap.VII.

pactione discessit. Alexander autem pella capta geras petiuit: rursus opum theodori cupidus triplici ambitu circundatis defensoribus locum pugnando cœpit. necnon & Gaulenem & Seleutiã quæ antiochi pheranex dicitur sub iugum mittit. Ad hæc aũt capto gamala castello ualidissimo eiusq; rectore demetrio multis criminibus inuoluto in iudeam regreditur: expleto in militia triennio. Letusq; a gentilibus ob res ꝓspere gestas excipitur. Belli autẽ requiem secutum est morbi principiũ. Et quoniã quartanis febrium circuitionibus fatigabaẽ: depulsum iri ualitudinem credens si rursus animum negotiis occupasset in tẽpestiuis militiæ laboribus sese dedit: & ultra uirium efficaciam corpus impellẽs inter ipsos tumultus trigesimo & septimo post regni anno moritur: idq; alexander coniugi suæ reliquit: iudeos eius uel maxime dicto obedientes fore nõ dubitans: quod longe ab eius crudelitate discrepãs & iniquitati resistens beniuolentiã sibi populi cõparasset. Nec spes eum fefellit. Nanq; opinione pietatis obtinuit mulierculaprincipatũ. Quippe morẽ gentis probe norat patrium: & qui sacras leges temerassent ab initio detestabatur: Hyrcanum Alexandra mater regem constituit: cum aũt duos filios Alexandrõ generatos haberet natu quidẽ maximum Hyrcanum & propter ætatem declarat pontificẽ: & quod præterea segnior esset quã ut potestate regia molestus cuiquã uideretur regẽ constituit. Minorem aũt Aristobolũ priuatum uiuere maluit: q; feruẽtioris esset ingenii. Iungit aũt se eiusdẽ mulieris ditioni quoddã iudeorum collegium. Pharisei qui præter alios pietatem colere putarentur: & peritas leges exponere. ob eam causam propius eos aspiciebat. Alexandrã diuinæ religioni superstitioseꝫ deseruiẽs. Illi autem paulatim fœminæ simplicitate decepti: omnes pro sua libidine summouẽdo: deponẽdo: itẽq; uinciendo ac soluendo quos uellent iam procuratores habebantur: Prorsus ut ipsi quidem regiis commodis fruerentur expensas uero ac difficultates Alexandra perferret. Sed eadem mire callebat res administrare maiores: itaq; augendis copiis semper intenta duplicem conflauit exercitum neq; pauca peregrinorum parauit auxilia quibus non modo statum suæ gentis roborauit: sed etiam metum reddidit externæ potentiæ. Imperabat autem aliis uerum pharisei ipsa ultro parebat. Denique Diogenem quendam insignem uirum qui Alexãdro fuerat amicissimus interficiunt eius factum consilio criminati: ut octingenti quos supra memorauí regis iussu tollerentur in crucem. Nihilominus autem Alexandræ suadebant ut & alios quibus auctoribus Alexander in eos fuisset excitatus occideret: Cunq; his nimia superstitione nihil abnuendum putaret: quos sibi libuisset ea spẽ trucidabant: donec optimatum quisq; ad aristobolum confugerit: quorum periculum agebatur. Atque ille matri persuasit: ut his propter dignitatẽ parceret: ciuitate aũt pellebat quos nocentes existimaret. Illi quidẽ data sibi copia per agros dispersi sunt. Alexãdra uero in Damasco cõmisso exercitu quoniã Ptholomeus sine ítermissione ciuitatẽ premebat illam quidẽ nulla re memorabili gesta suscepit. Regẽ aũt armenioꝝ Tygranẽ qui admoto Ptholomaiden milite cleopatrã circũsedebat pactionibus donisq; sollicitabat. Sed illũ domesticarum turbarꝫ metus ingresso in Armeniã Luculo iandudum inde traxerat. Inter hæc. Alexandra morbo laborante: minor eius filius Aristobolus cũ seruis suis quos multos habebat: omẽsq; pro ætatis feruore fidissimos uniuersa castella obtinuit: & pecunia quam ibi reperit cõductis auxiliis regem se declarauit. Ob hoc miserata querelas Hyrcani mater coniugem Aristoboli cum filiis includit apud castellum quod a septentrione fano adiacens baris antea uocabatur ut diximus postea uero Antonia cognominata est ímperante Antonio quemadmodum Augusti & Agrippæ nomine Sebaste: & Agrippias aliæ ciuitates appellatæ sunt. Ante tamen Alexandra moritur: quã in Aristobolum fratris eius Hyrcani contumelias uindicaret: quẽ deiici regno curauerat: qđ ipsa nouem annos administrauit: & heres quidem omnium fit Hyrcanus cui regnum etiam uiua commiserat. Verum Aristobolus uiribus atq; auctoritate præstabat. Habito autem inter eos circa hiericunta de rerum summa conflictu: plericq; hyrcano relicto transeunt ad Aristobolum. hyrcanus autem cum reliquis fugiens peruenit castellum antoniam: ibiq; salutis obsides nactus: erat autem coniunx aristoboli cum filiis: priusquam graue quid fieret ea lege in concordiam rediit: ut regnum quidẽ aristobolus haberet. hyrcanus uero excederet quasi frater regis aliis honoribus contentus. Hoc modo in fano reconciliati cum in conspectu circũstantis populi benignissime alter alterum ualere iussissent. Domus permutãt: & aristobolus quidem recedit in regiam: Hyrcanus autem in aristoboli domo. Metus uero & alios eius inimicos præter spem dominationis occupat: & maxime antipatrũ iandudum aristobolo inuisum. Erat autem genere idumeus & nobilitate ac diuitiis aliarũq; rerũ copia gentis suæ princeps. Cap. XII.

IS igitur & hyrcanum ut ad aretam regem arabce confugerem eiusq; auxilio regnum repeteret hortabatur: & ipse Arete ut hyrcanum susciperet atque in regnum deduceret suadebat: multa detrahens Aristoboli moribus multisque hyrcanum laudibus

prædicans. Simulque admonebat quod eum decet regno clarissimo præsidentem iniquitate oppressis manū porrigere. Hyrcanum autem iniuriam pati qui principatu iure successionis sibi debito caruisset.Sic instructis & præparatis ambobus nocte cum Hyrcano ex ciuitate ꝓfugit: citatoq; cursu i oppidū quod petra dicitur saulus euasit.quod regni sedes esset Arabiæ.Ibi postq̄ Hyrcanum i manu regis arete tradidit multis dictis multisq; muneribus ut auxilium præberet quo in regnum deduceretur efficit.Erant aūt peditum equitūq; milia.cl.quibus nequaq; restitit Aristobolus. Sed primo impetu superatus in Hierusalem fugere cogitur atq; oino captus esset: nisi dux Romanoꝝ scaurus aduersis horum temporibus iminens soluisset obsidione. Nanq; is ex armenia quidem i Syriam missus erat a Pompeio magno q cū Tygrāe bellū gerebat.Sed ubi Damascum uenit recens a Metello & Lolio captam reperit: his inde summotis cognitoq; in iudea quid ageretur illuc uelut ad quæstū cucurrit. Deniq; mox ut fines igressus est legati ad eum ueniūt a fratribus utroq; sibi ut potius adiumēto esset orantibus. Sed trecētis talentis quæ Aristobolus ei miserat iustitia posthabita est.Tot enī acceptis scaurus ad Hyrcanū & Arabs legatos dirigit.Romanoꝝ eius & Pompeii nomē intentans:nisi obsidione desisterent. Itaq; & Aretas ex iudea in philadelphiam recedit metu perculsus & scaurus damascū rediit.

Capitulum.XIII.

ARistobolus autem quod captus non esset:satis sibi esse non credidit: sed oībus quas haberet copiis congregatis ꝑsequebatur hostes:& circa locū quē pāpirioma uocant ꝑlio cōmisso supra sex eoꝝ milia cedit in quibus erat Phallion frater Antipatri Hyrcanus uero & Antipater Arabum priuati auxilio spem in aduersarios cōtulerunt.Et cum Pompeius Syriam transgressus Damascū pueniisset ad ipsū confugiunt.Multisq; muneribus ei datis illa tantū qbus apud Aretam usi fuerant allegantes magnopere predicabantur ut Aristoboli uiolentiā odio dignam putaret:regnoq; Hyrcanū restitueret:cui tam ætate quā moribus deberet:sed nec Aristobolus sibi defuit corruptione scauri fretus. Venerat aūt quantū poterat ornatus cultu regio:deinde offensus obsequiis:neq; ferēdū existimās abiectius quā regē deceret:utilitati deseruire a dio spoli segregatur.Ob hoc iratus Pompeius etiam Hyrcano eiusq; sociis hoc precantibus post Aristobolum petiit & Romano simul exercitu & Syriorum instructus auxiliis.Cum uero pellam & scitopolim prætergressus coratas uenisset unde iudeorum fines incipiunt per mediterranea loca subeuntibus Cognito Aristobolum in Alexandrum confugisse. Id autem castellum est in monte præcelso positum satisque liberaliter accuratum mittit per quos eum iuberet inde descendere. Ille autem decreuerat:quia pro imperio uocaretur periclitari potius quā parere Sed populum uidebat phorrescere:& amici monebāt ut Romanā uim cogitaret quā sustinere nō posset. Itaq; hoꝝ consiliis obediens descendit ad pompeium quodq; iuste regnaret multis prosecutis i castellum rediit.Et cum iterum descēdisset prouocatus a fratre ac de suis iustitiis cum eo cōcertasset denuo regreditur non prohibente pompeio.Erat autem inter spem timoremq; medius:& ueniebat quidā uelut exoraturus pompeium ut sibi cuncta permitteret:ad montē uero reuertebatur ne quid regiæ dignitati derogare uideretur. Quia tamē castellis eum pompeio cedere placebat. Iscq; præpositos monere litteris ut absisterent quibus præceperat ut nō nisi manu sua scriptis epistolis obtemperarent: iussus quidem facit.sed in Hierosolymam cum indignatione discessit:bellocq; iam congredi cum Pompeio cogitabat.Ille aūt nec enī tempus aptarat: nec initiandum putauit statim consequitur: Multum quippe alacritati eius adiderat circa hiericuntam mitridatis mors nuntiata. Vbi pinguissima hydumea regio & palmarum plurimū ac balsamum nutrit: cuius inciso lapidibus acutis robore stillantem lachrymam ex uulneribus colligunt. Cunq; illic pnoctasset mane in hierosolymam properabat.Itaq; hoc eius impetu perterritus Aristobolus supplex occurrit:pecunia pollicitus quodq; semetipsum ei cum ciuitate permitteret. Pompeium mitigat seuientem. Nec tamen quicquā eoꝝ quæ promisit effectum est.Gabiniū ei qui ad susciptiēdam pecuniam missus fuerat:nec in oppidum quidem Aristoboli sotii receperunt.His commotus Pompeius Aristobolum in custodiam collocat:ad ciuitatem uero profectus explorabat qua facilior esset accessus. Nam & murorum eius firmitatem oppugnari posse facile non uidebat. Vallemq; pro menibus horribilem fauumq; illic cernebat proximum:a deo tutissima munitione circundatum:ut etiam si ciuitas caperetur:secundum esset hostibus profugium.

Capitulum.XIIII.

HOc autem diu quid faceret hesitante:seditio intra ciuitatem orta est. Aristoboli quidem sotiis belligeri potius regemq; liberare dignum esse firmātibus: qui uero cum Hyrcano

sentirent Pompeio portas aperire: Metus autem hos plures faciebat romanorum constantiam respicientes. Deniq; uicta pars Aristoboli cōcessit in templum: & ponte qui ab eo ciuitati iunge batur abscisso ut ad ultimum usq; resisteret instruebatur. Cum autem alii romanos recepissent in ciuitatem his q̄ domum regiam tradidissent: ad hæc optinenda Pompeius unum ex ducibus sibi obedientibus pisonem cum militibus intromittit. His q̄ præsidiis in ciuitate dispositis: quia nemini eorum qui in templum confugerāt pacem persuadere potuit. Omnia quæ circumerant expugnare parabat: hyrcano eiusque amicis ad consilia conferenda: & ad efficienda quæ iuberet alacriter animatis. Ipse uero partes septētrionales fossamq; uallemq; replebat omni genēr materie per milites comportato: cum per se opus esset difficillimum propter imensam altitudinē: & præterea iudei modis omnibus desuper obsisterent. Mansissetq; opus imperfectū nisi Pompeius obseruatis diebus septimis quibus religio iudeos ab omni opere manus abstinere compellit per eos aggerē cumulare præcepisset inhibitis a prælio militibus. Pro solo enim corpore iudeos ēt per sabbata pugnare licet.

Cap. XV.

IGitur iam ualle repleta: & ipositis aggere turribus admotisq; machinis cito portatis moliri tentabat. Desuper obstantes lapidibus repellebant. Cum diu turres obsidentium magnitudine simul & pulchritudine præstantes uim repugnantium sustinerent. Verumtamē romanis tunc plurimum defatigatis Pompeius iudeorum tolerantiam & in aliis admiratus est: & præcipue q̄ nihil desuperstitionis suæ ritu intermedia tela pereūtes derogati passi sunt: sed ue lut in alta pace ciuitas ageret & quotidie sacrificia & uictimas oēmq; dei cultū diligentissime celebrarunt: nec uel in ipso excidio cum ad aram in dies singulos trucidarentur: legitimis religionis suæ muneribus abstinuerunt. Mense nanque obsidionis tertio uix una turre deiecta fanum irruptum est.

Cap. XVI.

PRimus aūt murum transcendere ausus est cum suis agminibus sylle filius faustus cornelius & post eum centuriones duo Furius & Fabius cū suis agminibus. Et circūsepto undiq; fano alios alio confugientes uel etiā paulisper repugnantes interficiunt. Vbi plurimi sacerdotum quāquā hostes strictis gladiis irruentes uidebant intrepidi tamen in pagendis rebus diuinis perseuerabant & in ipso libandi templū adolendi ministerio mactabantur salutī quoque præferentes religionis obsequiū. Multos aūt sui gentiles aduersæ ptis studiose trucidabant plurimi semetipsos in rupes præcipitabant. Nonnulli furibundi cunctis quæ circa mur erant in desperatione & succensis pariter conflagrabant. Itaq; iudeor quidem milia .xii. occubuerunt romanorum uero pauci sed plures sauciati sunt. Nihil aūt grauius i illa clade iudeor genti uisum est: quā sanctum illud arcanum neq; cuiquā prius uisum alienis esse directum. Denique Pompeius una cum suis comitibus templum ingressus ubi neminem præter pōtificem adesse fas erat: quæ intus erant candelabra cum lychnis & mensas & in quibus libare atq; adolere moris erat uascula ex auro cuncta prospexit: congestamq; pigmentor molem sacræq; pecuniæ prope ad duo milia talentorum. Nec tamen uel hæc uel aliud quicquā de sacrosanctis opibus siue instrumentis attigit. Sed postero die post excidium curare templum ne quid habere sordidum edituos iussit: & solennia sacra celebrare. Ipse autem hyrcano pontifice declarato. q̄ se & in aliis rebus alacrem obsidionis tempore præbuisset: promptamq; ad bellum agrestium multitudinem ab aristobolo reuocasset: per quæ sicut imperatorem bonum decuit beniuolentia potius quā timore plebē sibi reconciliauit. Inter captiuos etiam comprehensus aristoboli socer idemq; patruus tenebatur: & illos quidem qui maxime belli causa fuisset securi percussit faustū uero & qui una fortiter fecerant præclaris præmiis donat: & in hierosolymis tributū indicit ablatas aūt genti etiā quas in syria cœperat ciuitates romanor qui tunc erant militū ducibus parere iussit: ppriisq; tantū terminis circūclausit. Instaurat aūt in gratiā cuiusdā ex libertis suis Demetrii gadereūs etiā gadara quā iudei subuerterant. Mediterraneas præterea ciuitates eor de potestate liberauit quas præuēti non exciderant hypison & scitopoliū & pellā: & samariā & mariſſam itēq; azotū & iamniā: maretusam: necnō & maritimas garā & iopā & doram & pridē stratonis pyrgus uocabat. Post aūt ab herode clarissimis edificiis trāsformata cæsarea nominata est easq; oēs indigenis ciuibus redditas uiri ,puinciæ syriæ nō iunxit. Huius aūt & iudeæ cunctorūq; administratione ad egyptios fines & flumē euphraten cū duabus cohortibus scauro permissa Romam ipse per ciliciam properauit captiuum ducens aristobolum cum familia. Erant autem filiæ duæ totidemq; filii quorū unus alexander ex itinere fugit: minor autem antigonus cum sororibus romā uectus est.

Capitulum. XVII.

INterea scaurus in arabiam ingressus ad petrā quidem regionum asperitate prohibebatur accedere: quæ aūt circumerant omnia uastabat: multis & in hac malis afflictus. Nam

exercitum fames cõprimebat.Cui tamen hyrcanus per antipatrũ uictui ſuppeditabat neceſſaria Quem uelut arete familiarem etiam ſcaurus ad eum allegauit:ut bellum pactione deponeret. Itaq; perſuaſum eſt arabis.ccc.talentis decedere:atq; ita ſcaurus ex arabia tranſduxit exercitum. Alexander aũt ariſtoboli filius qui pompeiũ fugerat:magna manu dilapſo interea tempore con gregata hyrcão grauius iminebat iudeamq; populabatur. Quam quidẽ mature debellare poſſe credebat:quoniã diſturbatũ quoq; a pompeio murũ hieroſolymis renouatũ eſſe confidebat niſi gabinius in ſyriam miſſus qui ſcauro ſuccederet:cum in aliis fortẽ ſe præbuiſſet tunc etiã in ale xandrum mouiſſet exercitũ. Huius aũt ille impetum ueritus:& ampliorem militum manũ con gregabat:donec facta ſunt decẽ milia peditum & mille quingẽti equites: uillaſq; oportunas mu tis hoc eſt alexandrũ & hyrcanũ & macherunta nõ longe arabiæ mõtibus muniebat.Igitur gabi nius cũ parte militum præmiſſo Marcoantonio ipſe cũ toto exercitu ſequebatur.Lecti aũt anti patri comites:aliaq; iudeoꝝ multitudo quoꝝ malichus & pytholaus principes erant:iunctis cũ Marcoantonio uiribus ſuis alexandro obuiã ꝓceſſerunt:neq; ita multopoſt aderat cũ ſuis copiis gabinius. Alexander aũt cum quidem in unum confertam hoſtium multitudinem ſuſtinere nõ poterat abſceſſit.Cunq; hieroſolymis propinquaſſet coactus prælium ſuſcepit.Amiſſiſq; ſex mi libus quoꝝ tria uiua capta ſunt tria uero proſtrata cum reliquis effugit.Gabinius aũt ubi alexã drium uẽit quia multos deſeruiſſe caſtra cognouit promiſſa delictoꝝ uenia conabatur ſibi eos ante plurimum coniungere.Cum aũt illi nihil mediocre cogitarent:pleriſq; interfectis:reliquos in caſtellum concludit.In hoc bello dux marcuſantonius multa præclare geſſit:& quãuis ſemper & ubiq; uir fortis apparuiſſet:tamen tunc etiam ſuum uicit exemplum.Gabinius aũt relictis qui caſtellum expugnarent ipſi ciuitati ſubuenire:& intactas quidẽ confirmare:ſubuerſas aũt erigẽ curabat.Deniq; iuſſu eius ſcitopolis habitare cœpit:& Samaria & Antedon:& Appollias:& lam nia:& Arabia:& mariſſa:& Dora:& Gadara:& Azotus:aliæq; multæ lectis ciuibus atq; icolis ad eas concurrẽtibus.Is aũt recte diſpoſitis regreſſus ad Alexandriũ uehementius urgebat obſidiũ. Quare territus Alexander oĩbus deſperatis legatos ad eũ miſit: & ignoſci delictis orans & quæ ſibi parerẽt caſtella macherunta & Hyrcaniũ tradere non dubitans:qui etiã Alexandriũ eius po tanti permiſit.Quæ quidẽ Gabinius oĩa cõſilio matris Alexandri funditus eruit:ne rurſus belli alterius receptaculũ fierẽt. Aderat tamẽ quo ſuis Gabiniũ palparet obſequiis uiro ſuo cæteriſq; captiuis metuẽs qui Romam fuerant adducti.

Capitulum.XVIII.

POſt hæc uero Gabinius Hyrcano Hieroſolymam deducto eiq; ſani cura mandata cæte ris reip.partibus optimates præfecit. Omnemq; iudeorum gentem in conuentus quin que diuiſit:uno Hieroſolymis:altero Doris:itemque tertio ut apud Amathunta reſpon deat:deſtinatis quarto hierico & quinto ſephoris. Galileæ ciuitas attributa eſt. Singulari autem unius dominatione liberati:libenter ab optimatibus regebantur.Verumtamen non multo poſt euenit:ut turbatum his qui fieret initium elapſus Roma Ariſtobolus qui magna iterum iudeo rum manu conflata partim cupida mutationis partim quibus olim dilectus erat: primum oc cupat Alexandrium:idq; recingere muro tẽtabat.Deinde cognito q; Gabinius Siſennam & An toniũ & ſeruilium duces contra ſe cum exercitu miſit in macherũta concedit.uulgique in bellis onere depoſito ſolus armatus prope ad octo milia militum ſecum duxit inter quos erat Pitho laus ſecundaꝝ partium rector cum mille uiris & Hieroſolymis profugus.Romani aũt ſequebã tur:habitoq; conflictu aliquamdiu cum ſuis Ariſtobolus fortiter dimicando perſeuerabat: do nec ui Romanorum ſubacti:cæſa ſunt uiroꝝ quinq; milia.Prope uero ad duo milia in quendã tumulum confugerunt.Cæteriq; mille cum Ariſtobolo perrupta Romanoꝝ acie in macherun ta coacti ſunt.Vbi rex cum in ruinis prima ueſpera tetẽdiſſet:ſperabat quidẽ aliam ſe manũ p in dutias belli poſſe contrahere:caſtellumque bene munire. Impetum autem Romanorum ſupra quam poterat per biduum remoratus poſtremo capitur:& cum Antigono filio qui Romæ ſecũ fuerat uinctus ad Gabiniũ atq; inde Romã perductus.Sed illũ quidẽ ſenatus cuſtodia coercuit. Filios uero eius in iudeã remiſit quia Gabinius ſcripſerat per Epiſtolas id ꝓ traditione caſtelloꝝ cõiugi Ariſtoboli ſpoſpõdiſſe.Parato ãt Gabinio bellũ pthis iferre Ptholomeus ipediméto fuit. Qui reuerſus ab Euphrate petebat egyptũ Hyrcão & Antipatro amicis uſus ad oĩa quæ militæ neceſſitas exigebat.Nã & pecũiis & armis eũ & frumẽto Antipr auxiliis adiuuit. Et iudeis in ea pte uias q̃ peluſiũ ducerẽt obſeruãtibus trãſmittere Gabiniũ pſuaſit.Alia uero Syria diſceſſu Ga binii cõmota & iudeos iteꝝ Alexander Ariſtoboli filius ad diſceſſionẽ reduxit: & maxĩa multi tũdie cõflata Rõanos oẽs q ꝓ oẽm terrã degerẽt obtrũcar decreuerat.Quã rẽ Gabinius metuẽs

iam enim ex Egypto redierat. Hoc tumultu instante nonnullis dissidentiũ præmisso Antipatro concordiã persuasit. Cum Alexãdro aũt milia. xxx. remãserant: & ille ad bellũ ꝓmptus erat. Itaq; ad pugnã egredit. Occurrunt aũt iudei & circa mentẽ itabiriũ congressi: decẽ milia sternuntur: cæterã uero multitudinẽ fugus dispersit. Et gabinius ĩ hierosolymã regressus. id enĩ antipr̃ uoluit rẽp. eius cõposuit. deĩde hic ꝓfectus Nabatheos pugna supat: & mitridatẽ & orphanẽ a parthis per fugas clã dimittit: eosq; militibus aufugisse firmauit.

Capitulum. XIX.

INterea crassus ei successor datus syriã suscepit. is in pthice militiæ sumptũ & omẽ aliud auꝝ tẽpli qđ Hierosolymis erat abstulit: & a quibus Põpeius tẽperauerat duo milia talẽtorum Euphratẽ uero trãsgressus & ipe periit & exercitus eius: de quo nõ est huius tẽporis cõmemorare. Post crassum aũt parthos in syriã ꝓperantes cassius inhibuit receptus. Prouintia aũt fauore eius quesita in iudeã festinabat: captisq; taricheis prope ad tria milia iudeoꝝ adducit in seruitium. Occidit aũt etiam pisilaum seditiosos aristoboli colligentem: cuius necis suasor erat antipater.

Cap. XX.

HVic aũt nupta fuit ex arabia nobilis fœmina noĩe Cypris: unde filios q̃tuor: phaselum & regem herodẽ & iosephũ & pheroram & Salome filiã habebat. Cum aũt oĩum qui ubiq; potentes eẽnt amicicia hospitiis familiaritates cõquireret: præcipue regẽ arabũ per affinitatẽ sibi sociauit: eiusq; fidei cõmendans filios suos ad eũ misit. quoniã bellũ cũ aristobolo gerẽdum susceperat. Cassius aũt cõpulso ad otium per cõditiones alexandro ad euphratẽ reuersus est parthos transitu ꝓhibiturus de quibus alio loco referemus. Cæsar aũt post senatus & põpeii fugam trans mare ioniũ rebus oĩbus romaq; potitus solutũ uinculis aristobolũ cũ duabus cohortibus uelociter in syriã misit: & hanc facillime & cũcta iudeæ ꝓxima per illũ subiici posse ratus. Veꝝ & spem cæsaris & aristoboli alacritatẽ præcessit inuidia. Nam ueneno perẽptus a pompeii studiosis aliquãdiu etiam sepultura in solo patrio carebat: corpusq; mortui seruabat melle cõditum. Donec ab antonio iudeis iussum est in monumentis regalibus sepeliendũ. Occiditur autẽ alexander quoq; filius eius a scipione securi ꝑcussus antiochiæ secundũ pompeiũ litteras accusatione pro tribunali prius habita super his quæ in romanos admiserat. Ptholomeus aũt manei filius qui apud calchida sub libano morabatur captis eius fratribus filiũ suũ philippionẽ qui eos accerseret: mittit ascalonẽ atq; ille abstractũ ab aristoboli coniuge antigonũ eiusq; sorores adducit ad patrem. Amore aũt minorẽ eaꝝ coniugio suo copulat: ob eãq; postea cãm a patre occiditur. Accepit enĩ ptholomeus in matrimoniũ alexandrã perempto filio: huiusq; affinitatis gr̃a fratris eius propensiore cura tuebatur. Antipater autem pompeio iam mortuo in clientelam cæsaris sese contulit: & quia mitridates pargamenus ab accessu pelusii prohibitus cum exercitu quẽ ducebat in egyptum apud ascalonem morabatur. Non solum arabas quamuis hospes esset auxilium ferre persuasit. Verum & ipse armata iudeorum tria circiter milia secum mouit. Excitauit autem præsidio syriæ quoq; potentes & incolam libani ptholomeum etiã plicum & ptholomeum quorum gratia ciuitates illius regionis alacri animo bellũ pariter inchoarunt. Iamq; fretus mitridates auctis propter antipatrum copiis pelusium proficiscitur. Et quia transire uetaretur ciuitatẽ obsidebat. Antipater uero & in hac oppugnatione clarus enituit. Effracto enĩ ex parte sua muro primus in ciuitatẽ cũ suis comitibus insiluit. & pelusiũ quidẽ capta est: ulterius aũt ꝓgredi non sinebãt: iudei & egyptii terraꝝ incole qui appellantur oniũ. Quibus tamẽ antipater nõ mõne obstarent uerũetiã ut uictui necessaria præberent militi ꝑsuasit. Vnde factũ est ut nec memphite in manus uenirent: ultroq; sese traderẽt mitridati atq; ille delato ꝑagrato pugnã cũ cæteris cõmisit egyptiis in loco cui nomen est iudeon straton pedon: eũq; in acie omni dextro cornu periculo liberauit ãntipater circũgressus fluminis ripã. Leuũ enĩ cornu cõtra se positũ superabat Facto aũt in eos ĩpetu qui mitridatẽ ꝓsequerẽtur multos occidit: tãdiu quæ reliquos fugiẽtes angebat: donec etiã castris eoꝝ potitus est. lxxx. tantũ de suoꝝ nũero amissis. Octingentos aũt fere mitridates cũ fugerat perdidit. Præter spẽ uero seruatus ex p̃lio uacuus inuidia testis reꝝ ab antipatro gestaꝝ fuit apud cæsarẽ. Vnde ille tunc quidẽ antipatrũ petit laudibus incitatũ ad subeunda pro se ꝑicula reddidit ꝓmptiorẽ. In quibus oĩbus bellator audacissimus cõprobatus: multaq; perpessus uulnera toto corpore gerebat: signa uirtutis disertæ. Postq̃ aũt rebus in egypto cõpositis ad Syriam rediit & Romana cũ ciuitate simul & ĩmunitate donauit: aliisq; rebus honorando amicissimeque tractando dignum emulatione constituit: eiusdemq; gratia etiam pontificatum confirmauit hyrcano.

Cap. XXI.

EOdẽq; tp̃e Antigonus quoq; Aristoboli filius cũ uẽisset ad cæsarẽ maioris p̃ter opinionẽ

fœlicitatis causam præbuit Antipatro. nã qui dẽ patris morte queri deberet propter inimicicias pompei:ueneno quantũ putabatur perempti: & crudelitatis in fratrẽ accusare scipionẽ: nullũq; inuidie dolorem admiscere miseriis. Vltro hoc Hyrcano & Antipatro criminabatur ueluti se patrio loco cum fratribus iniquissime pellerent:multisq; gentẽ iniuriis afficerent:dummodo socia rentur q; in egyptũ auxilia ipi cæsari non beniuolentia:sed timore ueteris discordiæ miserint: & ut amorem pompei deprecarentur. Ad hæc Antipater ueste protecta multitudiné uulnerũ demonstrabat:& qua fide quidem cæsarem coluisset uerbis non esse opus dixit. Nam corpus etiã se tacente clamare:antigoni autẽ mirari audaciam:qui cũ hostis Romanorũ sit filius & fugitiui Romanorũ nouarũq; regẽ studiũ uotũq; seditiosum patris habeat apud Romanorũ principem alios accusare conetur:bonicq; aliquid adipisci tẽtaret quẽ hoc solũ oporteret amplecti: quod uiueret. Nanq; eum tam nunc propter inopiam desiderare facultates:sed ut in eos qui se dedissent iudeorũ seditiones accenderet. Quæ ubi cæsar audiuit Hyrcanũ quidem põtificatu digniorem esse pronunciauit Antipatro aũt cuius uelit potestatis detulit optionẽ. Qui permissa dignitatis mẽsura ipsi qui daret iudeæ procurator declaratus est. Et præter hoc impetrauit subuersa patriæ menia renouare sibi licere. hos quidem honores cæsar incidẽdos in capitolium misit: ut iusticiæ suæ uirtutisq; signum Antipatri memoriæ traderetur. Antipater uero ubi de Syria cæsarem prosecutus est in iudeam reuersus ante omnia patriæ muros a pompeio dirutos reparabat:omniaq; lustrando ne quid in illis regionibus turbarẽ esset:nunc in terminãdo: nunc etiã suadendo curabat unũquẽq; admonens:q; si cum Hyrcano sentirent in otio atq; opulentia uicturi essent fortunis suis & omni pace potituri sin spe uana ducerentur: eorũ qui priuati questus gratia res nouas optarent. Se quidem non procuratorem sed dominum oĩum Hyrcanum uero tyrannum pro rege:itemq; romanos & cæsarem hostes pro amicis & rectoribus habituri:neq; enĩ passuros huius potestatem labefactari:quẽ ipsi regem constituissent. Sed quãuis hoc diceret tamen etiã per se quoniam Hyrcanum segniorem uideret:nec tam efficacẽ sicut regni poscret sollicitudo: statim prouintiæ componebat. Et sic phaselum quidem natu maximum filiorum suorũ militi præpositum Hierosolymis eiusq; territorio præfecit. Herodem uero ætate posteriorem nimisq; adolescentem galileæ destinat similia curaturum: qui cum natura strẽnuus esset cito materiã ubi ai magnitudinem exerceret inuenit:captumq; latronum principem Ezechiam quẽ præclari maximo agmine continentia Syriæ depræhendit:ipsumq; alios q; latrones multos interfecit. Eaq; res adeo grata fuit Syris:ut per uicos & opida caneretur herodes ueluti per eum pace reddita & possessionibus restitutis. Ex huius denicq; operis gloria sexto etiam cæsari propinquo magni cæsaris & Syriam tunc administrãti est cognitus.

Cap. XXII.

QVin & phaselus fratris idolem contentione bona superare certabat augendo erga se beniuolentiam hierosolymis habitantiũ atq; illam quidẽ ciuitatem possidens nihil aũt cõtumeliose per ĩsolentiã potestatis admittens. hinc antipater & obsequiis regalibus ab ea gente colebatur:& honores ei tanquam regẽ domino omnes habebantur. Nec tamen ipse ꝓpterea minus fidelis aut beniuolus hyrcano fuit. Vergẽ fieri non potest ut liuorẽ quisquã in secundis rebus effugiat. Nanque hyrcanus quãuis & antea tacite sua sponte mordebatur adolescentium gloria maxime rebus ab Herode bene gestis & crebris nuntiis laudes eius per singula facta prædicantibus augebatur. A multis tamen inuidis qui regnis adherere solent: quibusq; antipatri eiusq; filiorum probitas officiebat instigabatur:dicentibus q; Antipatro & filiis eius rebus traditis solo contentus & hac potestate uacuo regis nomine sederet. Et quãdiu sic errabit ut in se reges producat. Nec enim eos uel simulare iam procuratiõem:sed certe esse dominos ipso reiecto: cuius nec mandatis nec epistolis præter iudeorum legem tantam multitudinem peremisset Herodes: illũq; nisi regnet:sed adhuc priuatus ita ad iudiciũ uenire debeẽ rationẽ tam ipsi regi quã patriis legibus redditurẽ:quæ indẽnatos occidi nõ sinerẽt. His paulati accendebaẽ hyrcanus. Ad extremum aũt ad iracundiam prouocatus causam dicturum herodem iubet accersiri: atque ille & pfiis mõitis: & q; ei fiduciã res gestæ darẽt munita prius galilea pfidiis ad regẽ, pficiscit. Ibat tamẽ cũ forti caterua ne uel derogare uideret hyrcão: si plures duceret uel inuidie nudus pateret. Sextus aũt cæsar adolescẽti metuẽs ne qd apud inimicos depheso mali fieret ad hyrcanũ mittit: qui ei mãifeste denũciarẽt: ut homicidii crimie liberaret herodẽ. Hyrcanus aũt qui eũ diligeret: per se quoq; id cupiens absolutionẽ decernit. Atq; is iuito rege fugisse ratus damascũ recessit ad sextũ: nequaquã paratus obedire si denuo fuisset accitus. Rursũq; a nequissimis irritabatur hyrcanus firmatũ herodem abiisse firmãtibus: & ut se contra eũ instrueret properasse. Hæc autem

rex uera esse existimans quid ageret nesciebat:quoniam potentiorem inimicum uidebat. Cum uero a sexto cæsare dux militum per Syriam itemq; samariam declaratus esset herodes:neq; solū propter gentis fauorem:sed etiam uiribus suis terribilis putaretur: ad timorem ultimū decedit: iamiamq; illum contra se credēs cū exercitu esse uenturū.Neq; opinione deceptus est.Namq; herodes intentate sibi occisionis iracundia: conflatā militū multitudinē hierosolymā ducebat: ut hyrcanum regno deponeret.Idq; fecisset nisi pariter egressi pater & frater fregissent eius impetū deprecātes ut & ipse ad uindictā ministrandā:solaq; indignatiōe mitigaret: regi aūt parceret sub quo ad hoc potentiæ processisset:ac si propterea q; in iudicium uocatus esset indignaretur quia tamen absolutus est gratias ageret:neq; tristibus quidem paria referret saluti uero esset ingratus. Quod si etiā momenta bellorū reputanda uiderentur iniquitatē militiæ cōsideraret: neq; oīno de uictoria bene speraret qui cū rege cōgressus esset una secum educato: & sepe quidē benemerito:seuo aūt nunquā:nisi q; maliuolorū consiliis ipulsus umbrā ei tantū iniquitatis admouisset Paruit his herodes qui speratis putauerat posse sufficere:suasq; uires demōstrare nationi.

Capitulum.XXIII.

IN inter hæc discordia Romanorū circa appamiā bellumq; domesticū oritur:quoniā cecilius bassus fauore Pompeii sextum cæsarē dolo necauerat:eiusq; militem occupauerat.illi uero cæsaris duces mortis eius ulciscende gratia cunctis uiribus bassum petebant.Quibus cum tam interempti quā superstitis cæsaris causa ambobus esset amicus antipater per filios suos misit auxilia.Cum aūt bellū traheret ex italia quidē successor antedicti sexti uenit Marcus

Cap.XXIIII.

EOdem tempore bellū inter romanos cōflato:dolo bruti & cassii cæsare interfecto.Postq̄ triennium septēq; menses tenuit principatū.maximo aūt motu cædis eius gratia cōcitato: & optimatibus inter se dissidētibus propria spe quisq; ducebatur ad id quod existimabat esse cōmodius.itaq; cassius syriam petit occupaturus militem qui appamiam circunsedebat: ubi & marcum & dissidentes cohortes basso conciliauit:simulq; obsidione liberauit appamiam ipse uero exercitum ducens stipendiū ciuitatibus indicebat:nec modus erat exactionū.Cum aūt iudeos quoq; septingēta talēta iussisset inferre:minas eius ueritus antipater filiis suis & aliis amicis maturæ pecuniæ cogendæ curam distribuit.& inter eos malicho cuidā ex inimicis necessitas adeo urgebat.Primus aūt herodes cassii fauorem promeruit:qui ex galilea parte sua centū talenta portauit:propterea q; inter eximios amicos numerabatur. At uero cæteros tarditatis arguens cassius ipsis ciuitatibus irascebatur.Eoq; regusnā & tamaū & duas alias ex uilioribus depopulatus:ibat quidē quasi malichū interfecturus:q; remissior in exigendo fuisset.Verū & huius & cæterarum ciuitatum interitum repressit antipater centum illico talentis cassio delinito. Neq̄quā tamen malichus post obitum cassii beneficiorū antipatri memor fuit.Sed illi ipsi quē sepe numero seruatorem fuisse sui nouerat periculū moliebatur iniquitatis suæ impedimentū abolere festinans itaq; antipater & uires eius & calliditatē metuens:flumē trans iordanē abiit ad ulciscendas insidias cōgregaturus exercitū.Depræhensos aūt malicheus antipatri filios iprudentia superat.Nam & phaselū apud hierosolymā præsidiis appositū :& herodem qui custodias curabat ad murum multis excusationibus & sacramentis circūuentos ipellit:ut ipsis intercedētibus recōciliaretur antipatro.atq; ita denuo per antipatrū exorato Marco tunc in Syriā militē regēte seruatus est:qui malichū statuerat occidere. quod nouis rebus studuisset. Cæsare uero adolescente:& Antonio cū bruto & Cassio bellū gerentibus:Marcus & Cassius exercitu de syria cōflato:q; magna pars ubi usus poscit Herodes fuisset:ipsum quidē totius Syriæ procuratorē præficiunt equitum illi manu peditūq; attributa.Si aūt bellū dedisset:regnum quoq; iudeæ Cassius se eidem declaraturum esse pollicitus est:euenit aūt ut antipatro & spes & fortitudo & filii causa mortis fieret. Horū enī metu Malichus ministro quodā regio pecunia corrupto mixtū ei ueneno poculū dari psuadet.Atq; ille qdē iustitiæ Malichi palma fuit:post conuiuiū mortuus uir ad alia strenuus rebusq; administrādus idoneus:& q regnū recuperatū cōseruasset Hyrcano & Malichus infensum pp suspitionē ueneni populū pnegādo placabat:simulq; ut ualidior eēt:armatorū sibi copias cōquirebat.Nec enī Herodē cessaturū arbitrabat:qn etiā mox cū exercitu necis paternæ ultor aduenirēt.Sed Phaseli fratris cōsilio qui eū palā minie persequendū eē dicebat:ne uulgi seditio cōcitaret:& purgantē se tūc Malichū patiēter admisit:& suspitiōe liberū eē concedēs clarissimas paterno funeri celebrauit exequias.Conuersus autem in Samariam & ciuitatem conposuit seditione turbatam:per quæ dies festos in hierosolymā remeabat præmissis comitibus armatis: nam timēs ipetum cōpellebat Hyrcanus. Malichus auté alienigenas introduci super indigenas

quod dies festos agerent prohibebat.Herodes autem & ipso quiq; præcepit causisq; cõtẽptis nocte ingressus est.Iterumq; Malichus ad eum ueniens antipatrum flebat. Contra quod ille se falli cum uix dolorem premeret simulabat & tamen de nece patris apud Cassium per epistolas quæstus est.Cui præterea Malichus inuisus erat.Itaq; non mõ ut mortẽ patris ulciscereturei scripsit: sed etiam chiliarchis quibus præceperat ut in causa iusta herodi opem ferent occulte p̃cepit. Et quoniã capta leodicia undiq; ad herodẽ conuenerant optimates cum mulieribus & coronis ipse quidem hoc ultioni tempus destinauerat. Malichus autẽ id tyri fore suspicabatur: & filiũ suum tunc apud Tyrios obsidione statuit subducere:& in iudeam fugam patabat.Salutis aũt desperatõ stimulabat:ut etiã maiora cogitaret nam & iudeoꝝ genteꝫ cõtra romanos excitatuꝝ se credidit: dum bello aduersus Antonium cassius occupabatur deiectoq; hyrcano facillime regnatuꝝ. Sed profecto irridebat eius spem fatale decretum.Etenim quo intenderet animum suspicatus:herodes & ipsum hyrcanum prope astantẽ ad cænam uocat. Deinde seruoꝝ quendã instruendi conuiuii specie intromittit.Sed res erat ut chiliarchis prædiceret ad insidias aggredi:atq; illi præceptorum cassii memores ad litus ciuitati proximũ armati gladiis exierunt. Ibiq; circunseptũ malichum multis uulneribus interficiunt.Hyrcanus aũt statim concidit stupore dissolutus:uixq; aĩa recepta herodem percũctabatur:quis malichum occidisset.Et cum ex chiliarchis unus respõdisset cassii præceptũ:plane inquit & me & patriã meam cassius seruabit incolumẽ:qui amboꝝ insidiatorem peremit. Vtrum aũt id inuidia dixerit:an q; timore factum ꝓbaret:incertũ est. Sed enĩ in malichum hoc est modo ultus herodes.Postquã uero cassius excessit e syria iterum hierosolymis orta seditio est. Cum fœlix in phasellũ mouisset exercitum & in herodẽ fratris pœna uellet necem malichi uindicare.Casu autem herodes cum fabio romano duce apud damaschũ habitabat.Et ne cupiens auxilio foret morbo impediebatur.Interea tamen phasellus etiã sine cuiusquã præsidio superauit fœlicem probrũq; ingrati obiiciebat hyrcano:qui & fœlici studuisset fratréque malichi castella occupantẽ coniurauerat.Iam enim multa tenuerat oĩumq; tutissimum masadam. Nec tamen ei quicquã contra uim herodis potuisset sufficere:qui mox ut conualuit alia recepit.Et illum ex masada supplicẽ dimisit & marionẽ tyrioꝝ tyrannũ ex galilea pepulit.Trien nium castella possederat:tyriisq; quos cœperat uitam concessit omnibus nõnullos etiã donatos abire permisit:una & sibi ciuitatis beniuolentiã & tyranno comparans odium.Marion aũt a cassio quidem meruerat tyrannidẽ qui tot syriæ tyrannos præfecerat.Sed ob herodis inimicicias ẽt antigonum & aristobolum secum ducebat & ptholomeum propter fabianũ quẽ antigonus pecunia sibi sociatum adiutorem incepti habebat.Cũcta uero socer ptholomeus antigono subministrabat.Contra quos herodes instructus in aditu iudeæ cõmisso prælio uictoria potiẽ. Fugatoq; antigono redit in hierosolymã:pro merito geste rei omnibus carus:ut etiã quibus antea despectus erat:tunc in eius familiaritatẽ sese dederint propter hyrcani affinitatẽ. Nanq; is herodes iam pridem ex indigenis habebat uxorẽ non ignobilẽ quæ dosis uocabatur:& antipatrũ ex ea susceperat filium.Tunc aũt dux erat alexandri cuius pater fuit aristobolus:filiam mariãnem hyrcani neptem ex filia atq; inde regi familiaris erat. Sed ubi cassio circa philippos interfecto cæsar in yraliam & antonius in syriam discesserunt:& legatis ab aliis ciuitatibus ad antoniũ missis in bithyniam etiã iudeoꝝ optimates accusatum ueniũt phasellum & herodem q; illis regꝝ summã ui possidentibus nomen tantum honorabile supereſſet hyrcano. Atq; herodes qui præsto erat magna pecunia placatum sic antoniũ affecit:ut ne uerbum quidẽ inimicoꝝ eius pateretur audire.& tunc quidem ita digressi sunt.Cum aũt denuo iudeoꝝ principes centum uiri antiochiæ p̃xima daphniem ad antoniũ uenissent iam amori cleopatræ seruientem:delecti a cæteris qui eloquentia & dignitate præstabãt aduersus fratres accusationẽ proponunt.Respondebat aũt messala causæ defensor astante etiã propter affinitatẽ hyrcano.Auditis deinde utrisq; partibus antonius pcontabatur hyrcanum:quinam essent regendis rebus aptissimi.Cunq; is herodem eiusq; fratres aliis prætulisset uoluptate repletus. Nam & hospes eoꝝ paternus erat:humanissimeq; ab antipatro susceptus eo tempore quo in iudeã cum gabinio uenerat tetrarchos ambos declarat:totius eius iudeæ procuratione permissa. Legatis aũt id egre ferentibus.xv.eoꝝ correptos carceri tradidit: quos etiam pœnæ occidit. Cæteros aũt reiecit cum iniuria:unde maior tumultus hierosolymis excitatus est.Deinde mille legati iterum tyrum missi sunt ubi cõmorabatur antonius in hierosolymam paratus irruere. Et contra eos uociferantes magistratus tyrioꝝ directus; data ei licentia ut quos compræhendisset occideret: præceptoq; ut eorum potestatem confirmare curaret: qui tetrarchæ ipsius essent antonii suffragio constituti. Ante hoc aũt herodes usq; ad litus cum hyrcano progressus multis eos admonebat:ne & sibi interitus & patriæ belli causa fierent: dum inconsiderate contendunt. Illis autem tanto magis id indigne ferentibus:antonius missis armatis

multos occidit:multos etiã uulnerauit.Quoꝝ & saucios cura & mortuos sepultura hyrcãus dignatus est.Non tamen ideo qui effugerant quiescebant:pturbãdo enĩ ciuitatẽ antontũ irritabãt: ut etiã quos in uinculis haberet occideret.Brazaphanes autẽ parthoꝝ satrapa Syriã biẽnio post tamen cum regis filio pacoro detinenti lysanias:patris sui mortui successor Ptolomei manei filii mille satrapæ talenta pollicitus & mulieres quingentas : ei persuadet ut antigonũ in regnũ iduceret hyrcanũq; deponeret.Impulsus igitur ab eo pacorus:ipse quidem p maritima loca prexit. Baratranem aũt itinere mediterraneo iussit irrũpere.Sed maritimoꝝ tyri pacoꝝ excluserũt.Cũ ptolomeus eũ & sidonii receperunt.Ille aũt quendã regiũ ministrum cognomine suũ; equitatus ei parte attributa ad iudeos iussit accedere:& exploraturũ hostium consilia:& ubi usus exegisset presidio futuꝝ antigono.Plurimi aũt eoꝝ qui carmelum populabant iudei: ultro ad antigonũ currunt ad irruendum acriter animati.Ille aũt ad locũ qui drimas dicitur occupandũ eos pmittit:ubi cõmissa pugna depulsisq; hostibus & fugatis:hierosolymã cursu petebãt:auctiq; multitudine usq; ad regiã processerunt.Excepti aũt ab hyrcano & phaselo:forti acie in foro confligunt. Ibiq; hostes in fugã uersos:pars herodis in fanũ concludit:custodesq; his sexagita uiros apponit: per ædes proximas collocatos. Sed hos quidẽ ifensor fratribus populus igni cõsumit. Herodes autẽ iracundia peremptoꝝ:cõgressus cũ populo multos obtrũcat:inq; dies singulos inuicẽ sese per insidias in cursantibus assidue cædes erant.Instante uero die festo qui pentecoste uocat:oia circa templum totaq; ciuitas plebe rustica repleta ẽ:& pleraq; armata.Et phaselus quidẽ muros: herodes quidem cum paucis domũ regiam custodiebat.Inuasisq; de improuiso hostibus in suburbano cõplures quidem peremit: omnes autem in fugam conuertit. Et hos in ciuitate:alios in fanum:alios in extremum uallum concludit.

Capitulum.XXV.

INterea pacis arbitrum pacoꝝ Antigonus & petit & admittit.Exoratus aũt phaselus & ciuitate & hospitio eum equitibus quingentis parthum recepit:sed ante quidẽ specie concordiæ uenientẽ.Re aũt uera ut adiuuaret antigonũ. Deniq; phaselũ dolo pepulit ad Brazaphanem legatos de cõpositione mittere:quãuis multa dissuadente herode:atq; ut insidiatorẽ occideret.Ne ue se eius fallaciis dederet:admonẽre enĩ natura barbaros fidem negligere.Exiit etiã pacorus cum hyrcano quo minus suspectus esset:nonnullisq; relictis equitibus apud herodem:quos eleuitheros uocant:cum cæteris phaselũ persequebatur. Sed ubi ad galyleam uenerunt:indigenas quidẽ dissidentem atq; armatos offendunt.Satrapam uero cõuentunt satis callide:& officiis amiciciæ dolos tegentẽ.Deniq; postq̃ dona eis dedit redeuntibus insidias posuit.Illi aũt in maritimum quendam locum deducti cui nomen est edipon : fraudem intelligunt.Ibi enim de promissis mille talentis audierunt:& q; Antigonus plæraq; mulieres ex his quas ipsi haberẽt inter quingẽtas partes deuouisset:quodq; sibi semper a barbaris pstruerẽt insidiæ.Olim enim capti essent nisi mora fuisset:dũ hierosolymis caperet herodes:ne sibi præsciens quæ de his agerentur caueret.Hæc iam non uerba erant solum:nã & custodes haud ꝓcul abesse conspiciebat.Et tamẽ phaselus hyrcanũ deserere nõ passus est:quãq̃ eũ sepius moneret ut fugeret:cui Saramalla syrioꝝ tũc ditissimus dixerat:quẽadmodũ essent oia de insidiis cõstituta. Sed conuenire satrapã maluit atq; mox exprobrare:q; se insidiis appetiisset:ac maxime quia pecuniæ causa talis extitisset:cũ plus ipse pro salute daturus esset:q̃ pro regno promisisset antigonus. Ad hoc parthus subdola satisfactione:iurisq; iurandi suspitionẽ deprecatus perrexit; ad pacorũ. statimq; a parthis qui remanserant:quibus iussum erat phaselus atq; hyrcanus cõpræhederent: per iniuriam simul ac per inuidã execrantes.Et interim minister ad hoc missus herodem capere moliebatur.Eumq; fallere ut extra murum procederet: sicut sibi mandatum fuerat conabatur. Ille aũt suspectos habere solitus ab initio barbaros:& tunc minĩe dubitans ĩ hostes incidisse litteras:quæ insidias proderent indicare nolebat: quãquã satis idoneã cãm pacorus prætenderet: epistolas portantibus obuiã ire debere:nec enĩ aut ab hostibus esse captos: aut quicquã de insidiis:sed quæ phaselus gessisset his contineri.Iãdudum aũt ab aliis audierat herodes fratrẽ suum phaselum esse corruptũ:& hyrcanũ filia Mariãne prudẽtissima fœminaꝝ:multis cũ precibus ne proderet orabat:ne ue se crederet manifestis iam conatibus barbaroꝝ.Adhuc aũt pacoro cum sociis deliberante : quonã modo clam pararet insidias:nec enĩ fieri posset ut tantæ sapientiæ uir ex aperto circũueniretur.Nocte herodes cum propinquissimis sibi psonis ad idumeã ignaris hostibus proficiscitur.Eo cognito parthi eũ persequebantur.Et ille matrẽ quidẽ fratresq; suos:desponsataq; puellã cum matre:minimosq; fratres ptendere iter iussit.Ipse aũt caute cũ famulis suis barbaros retentabat:multisq; per oẽs conflictus iteremptis:ad castellũ Masada properabat. Grauiores aũt in fuga parthis iudeos expertus est.Qui cum semp molesti fuissent:a sexagesimo

tamen ciuitatis stadio aliquãdiu etiã acie decertauerũt. Vbi herodes uictoria potitus cũ multos interfecisset: ipsumq; locũ in memoriã clari facinoris ædificatũ locupletissima exornauit regia: arcẽq; in eo munitissimã condidit: ac de suo noie herodion uocauit. Et tunc quidẽ cum fugeret multi se applicabant. Postea uero quã de idumea uenit occurrit ei frater iosippus: turbãq; sequentium diminui persuadet: nec enĩ capacẽ esse multitudinis Masadam. Erat autẽ supra quã nouem miliũ multitudo. Itaq; paruit herodes eius consilio: & impares quidẽ necessitati per idumeã dimisit cum uiatico: lectissimos aũt maximeq; necessarios tenuit: atq; ita in castellũ receptus. Deinde octingentos qui mulieres defenderent: itẽq; cõmeatu qui satis esset obsessis ipse in petrã ciuitatẽ arabiæ prexit. Parthi aũt apud hierosolymã in prædã uersi: in fugientium domos ac regiã irruebant: solis hyrcani pecuniis abstinentes: quæ. ccc. talenta superabant: alioꝛ uero spe minores inueniebant. Quoniã herodes iam pridẽ barbaroꝛ perfidiã suspicans: quicquid erat ĩ opibus ꝓcio sum in idumeã multo ãte cõportauerat: eiusq; socioꝛ itidem quisq; fecerat. Verũtamẽ postquã præda potiti sũt parthi ad hoc iniuriæ processerũt: ut oẽm terrã illam bello implicato replerẽt. Marisacum quoq; ciuitate uastata: nec solum Antigonũ regem constituerent: uerũ etiã phaselũ & hyrcanũ uinctos ei traderent uerberandos. At ille hyrcani quidẽ auriculas dẽtibus truncat: ne solutus quidẽ mutatis rebus unquã pontificatũ recipiat: ab integris enĩ celebrari sacra oportet. Phaselli uero uirtute preuentus est. Qui cũ nec ferri copiã: nec manus liberas haberet: ad saxum fracto capite interiit: atq; ita probato'q; uerus herodis frater esset: hyrcanusq; degenerasset uiriliter uita functus: dignum operibus humanis obitum assecutus. Fertur tamen & aliud: ꝙ ex illa quidem plaga resipuerit: sed ueluti curandi eius cã missus ab Antigono medicus uenenis malis uulnus expleuerit: eoq; illum pacto peremerit. Vtrũuis aũt uerius sit: preclaꝛ habet initium. Deniq; aiunt eũ priusquã efflaret animã: cognito ex quadã muliercula ꝙ herodes euasisset dixisse. Nunc bono animo decedam: qui ultorem inimicoꝛ uiuũ reliquerim. Ille quidẽ sic moritur. Parthi aũt quamquã mulieribus caruerunt quas maxime cupiebant: rebus tamen Antigono apud hierosolymam cõpositis: uinctũ in parthiam hyrcanũ ducunt. Herodes aũt obstinatus in arabiam uelut adhuc uiuo fratre suo festinabat: ut pecunias ab rege acciperet quibus solis exoratam iri ꝑ phaselo sperabat auaritiam barbarorũ. Etenĩ reputabat si arabs minus memor fuisset paternæ amicitiæ: animoq; liberali parcior: uel mutuum ab eo sumere quod redemptiõis cã præberet: pignori oppositio ipsius filio quẽ redimeret. Secum enĩ habens fratris filium septẽ annis natũ. ccc. quæ taléta dare decreuerat interpositis precatiõe tyriis. Sed ꝑfecto studiũ fortuna ꝓuenerat: & phaselo mortuo ne quicquã fratrẽ diligebat herodes. Non tamen uel apud arabas saluam esse amicitiã repperit. Deniq; Malichus rex eoꝛ præmissis qui hæc admonerent quãprimũ reuerti eũ a finibus suis iubet: simulatione quidẽ parthos per legatos petisse: ut herodẽ arabia pelleret. Certa uero causa fuit ꝙ uicem Antipatro debitã negare proposuerat. Neq; beneficiis ab eo ꝓceptis aliqd eius filiis gratiæ rependeret consolatione egentibus. Impudentiæ uero suasores habebat qui anti patri uellent obiurare. Deposita erant autẽ circa eũ potentissima. Proinde herodes quidem ubi arabas ex ea causa hostes esse deprehendit: unde amicissimos existimabat: eaq; respondit nuntiis quæ dolor impabat: ægiptũ uersus recedit. Et prima quidẽ uespera in quodam agresti fano dum post uenientes recipiebat tendit. Postero aũt die cũ rinocurura ꝓuenisset: fratris ei mors nũciat'. Acceptoq; tãto luctu quanto curaꝛ deposuit: ibat ulterius. Itaq; arabã sero facti penituit: & qui reuocarent eũ quẽ contumeliose tractauerat uelociter misit. Herodes aũt etiã hoc in pelusiũ per uenerat: ibiq; transitu ꝓhibitus: ab eius rei speculatoribus rectores adit: & illi eũ famã uiri dignitatẽq; reueriti: alexandriã ꝓsequunt'. Transgressus aũt ad ciuitatẽ a Cleopatra honorifice susceptus est: ducẽ sibi militũ fore: eũ ad ea quæ parabat existimante. Deceptus aũt reginæ precibus: neq; hiemis asperitatẽ: neq; marina discrimina: quominus nauigaret romã extimuit. Circa pamphiliam uero ꝑclitatus maiore oneris parte relicta: uix ĩ rhodũ uehemẽter bello cassii sollicitãte saluus euadit. Amicoꝛ aũt suorum ptolomei & Saphini receptus hospitio: licet rei pecuniariæ pmeret' iopia: maximã tamẽ ædificat nauẽ triremẽ: eaq; cũ aícis delatus brũdusiũ: atq; ide cõtinuo romam profectus: familiaritatis paternæ gratia primũ conuenit Antoniũ: eiq; tam suas quã totius generis clades exponit: quodq; affectibus suis in castello atq; obsidione derelictis ad eũ hieme supplex nauigasset. Itaq; tantæ miserationis casũ miseratus Antonius: & memoria quidẽ iũctæ cum antipatro dexteræ: tunc uero ipsius qui erat contemplatione uirtutis: etiam tunc regẽ constituere proposuit iudeoꝛ: quoniam ipse tetrarcham ante fecerat. Non minus autem quam fauore herodis odio ducebatur antigoni. Hunc enim & seditiosum & romanis inimicum esse arbitrabatur. Cæsarem quidem habebat multo quam ipse paratius renouãtem Antipatri expeditiones quas in ægypto cum eius patre pertulerat: & hospitium & ĩ rebus cũctis beniuolentiã:

cum præter hæc ipſius quoq; herodis efficatiã cerneret. Verumtamẽ & ſenatum cõuocabat: ubi Meſſala:& poſt eum Attratinus aſtante herode patris eius merita:& ipſius circa populum roma num fidem perſequebantur:quo ſimul & hoſtem antigonum demonſtrarent:non ſolum q; ĩtra breue tempus bis diſſidere cœpiſſet:uerum etiã q; ãtea quoq; populo romano deſpecto pthoꝝ ſuffragio regnum curauiſſet accipere. His autem commoto ſenatu cum Antonius bello contra parthos gerendo:utile eſſe dicebat herodem regem creari omnes aſſentiunt. Dimiſſo conſilio Antonius quidem & Cæſar egrediebantur medium ſtipantes herodem. Conſules autem cũ aliis magiſtratibus antecedebant cæſuri hoſtias:decretumq; ſenatus in capitolio depoſituri. Primo autem die regni herodis apud Antonium cœnatum eſt.

Capitulum. XXVI.

EOdem uero tempore Antigonus apud maſſala ícluſos obſidebat: aliis quidem uictu neceſſariis abundantes:aquæ aũt inopes. Vnde Ioſephus quoq; frater regis cum ducentis familiaribus ſuis ad arabas confugere cogitabat: audito q; eorum quæ in herodem commiſerat malichum peniteret:caſtellũq; reliquiſſet:niſi circa noctem qua egreſſurus erat plurimum imbrium contigiſſet effundi. Aqua enim repletis puteis fugiendi cã non erat:ut iam ultro in antigoni militem eruptionis auderent:multoſq; nunc aperto p̃lio:nũc inſidiis neci darent:non tamen illis omnia pro uoto cedebant:ſed ipſi quoq; interdũ cũ aduerſo caſu reuertebãtur. Interea dux romani militis uentidius prohibitum miſſus parthos a ſyria poſt illos in iudeam uenit:uerbo quidem ut ioſepho:& qui una obſidebantur ferret auxilium:re aũt uera ut pecunias auferret antigono. Itaq; cum non longe ab hieroſolymis retendiſſet queſtu expletus: ipſe quidẽ cũ plurima exercitus parte diſcedit. Siloné uero cũ paucis ne furto deprehẽderetur ſi omnes abduxiſſet reliquit. Antigonus aũt ſperans iterum parthos ſibi adiumẽto:ſilonem interim placabat:ut pendente ſpe nihil inquietaret. Iam uero naui ex italia in ptolomaidam deuectus herodes:non parua manu coacta extraneoꝝ atq; gentilium per galyleam aduerſus antigonum properabat uentidii & ſilonis fultus auxilio:quibus dellius ab antonio miſſus ut herodem in regnum adducerent perſuaſit. Horum autem uentidius quibuſdam turbas í ciuitatibus quæ propter parthos euenerant componebat. Silonem uero antigonus in iudea mercede corruperat. Non tamen herodes opis egebat. In dies enim ſingulos quo magis iter promouebat:augebantur eius copiæ. Præter paucos enim omnis ei galylea conſenſit:& propoſitũ habebat primũ neceſſarium maſadam ut primum affectus ſuos liberaret:ſed impedimento fuit ioppe. Hæc enĩ prius q; hoſtilis eſſet eximenda uidebatur:ne dum ipſe peteret hieroſolymam tutamen a tergo aliquod inimicis relinqueretur. Etiam filio iungit agmina inueniſſe gaudens reſiſtendi occaſionem:q; eum perſecutio premeret iudeorum. Hos autem herodes paruæ manus excuſſione pterritos mature ĩ fugam uertit:& ſilonem male repugnantem periculo eripit. Deinde capta ioppe ſuos deliberaturus ad maſadam feſtinabat:cum ídigenarum alios amicitia paterna ſibi ſociaret: alios ipſius gloria:nonnullos utriuſq; uiciſſitudo debita beneficiis:plurimos tamen ſpes ut a rege certiſſimo. Iamq; ualidiſſimas quæſierat militum copias:& antigonus iter eius impediebat: loca inſidiis oportuna p̃ueniens:unde nullũ aut minimũ afferebat hoſtibus detrimẽtũ. Herodes autẽ facile receptis ex maſada pignoribus ſuis & rebus:a caſtello in hieroſolymã perrexit. Cui ſe tam ſilonis milites:q̃ cæteri de ciuitate iunxerunt:uiriũ eius timore pculſi. Caſtris aũt poſitis in occidua regione oppidi:cuſtodes eius partis ipſum ſagittis & iaculis impetebant. Ab aliis uero p cuneos excurrentibus primæ frontis acies tentabant. Herodes aũt primo circa muros p̃conaria uoce declarari iuſſit:populi ſe bono & ciuitatis adueniſſe:pœnaſq; ab nullo q̃ manifeſto inimico repetiturum:ſed diſcordiſſimis etiam offenſarum obliuionẽ daturum. Deíde cum allocutiõibus contrariis pars antigoni obſtaret:quominus aut p̃cones exaudiret:aut uoluntatem mutare quiſpiam poſſet:quod reliquum erat ſuis imperat murorum defenſores adulciſci:atq; illi ſtatim ſagittis cunctos ex turribus in fugam uerterunt. Ibiq; tũc ſilonis detecta corruptio eſt. Multis enim militum ſubornatis qui rebus egere ſe neceſſariis acclamarent:pecuniamq; alimentis poſcerent. atq; hiemandi gratia in loca oportuna dimitti. Nam ciuitati proxima deſerta erant. Ita omnibus ab antigono ante prouiſis & incitabat exercitum:& ipſe recedere conabatur. Herodes autem nõ ſolum rectores qui ſiloni parerent:ſed etiam milites ubi eſſent plurimi cõueniendo rogabat: ne ſe deſtituerent quem ſcirent a cæſare & Antonio & ſenatu deductũ í uno die pollicitus eos penuria ſoluere. Deinde hoc p̃catus ipſe in agros abiit:tantamq; his copiam commeatus exhibuit: ut ſilonis omnes cauſationes perimeret:ſimulq; proſpiciens ne uel in poſterum miniſtrare deſinerent:accolas ſamariæ per epiſtolas admonebat. Nam ciuitas eius ſe clientelæ dederat:ut alimẽta & uinum & oleum & pecora in hiericunta deferrent. Hæc ubi audiuit antigonus ſtatim qui

frumento hostes prohiberēt atq; insidias quibus opprimerentur per agros dimittit. Illiq; iussis obediunt:& magna iam manus armatoꝝ sup hiericunta fuerat congregata.Discreti autem mōtibus insidebāt:si qui exportarent uictui necessaria speculantes. Nō tamē herodes ociosus erat: sed decē cohortibus comitatus:quinq; romanoꝝ & quinq; iudeoꝝ:quibus permixti erant etiā mercede conducti:ac præterea paucis equitibus hiericunta puenit:& ciuitatē quidē uacuam habitatoribus repperit:quingentos uero cum mulieribus ac familiis montium occupasse cacumia: & hos quidē captos dimittit.Romani autē in reliquā ciuitatē irruunt eamq; diripuere:cū plenas domos offendissent omnigenum conditionū. Rex aūt apud hiericunta præsidio collocato reuersus est romāq; militē in his quæ sibi cesserant ciuitatibus hoc est idumea & galylea & samaria hiematurū dimisit.Antigonus quoq; silonis corruptione meruit:ut exercitus partē loddis susciperet in antigoni gratiam. Et romani quidē armoꝝ cura soluti rebus oībus abundabant.Herodes non quiescebat:sed idumeā duobus milibus peditū & quadringentis equitibus:missō etiam fratre suo iosepho cōmouit:ne quid noui cū antigono fieret.Ipse aūt matre cū aliis quos ex masada liberauerat affectibus suis in samariā translata:ibiq; tutissime collocata:ut cæteræ Galylæ subueniret atq; Antigoni præsidiū expelleret proficiscitur.Cunq; semphorim licet uehementissime ningeret peruenisset:facillime ciuitatē capit:custodibus eius ante eggressionē fuga dilapsis: ibiq; suis militibus quos hiems fatigauerat recreatis.Erat enim magna copia cōmeatus aduersus latrones in speluncis agentes direxit animū:qui plæraq; illius regionis incursantes:nō mioribus quā belli cladibus afficiebant.Præmissis aūt tribus peditum cohortibus unaq; ala equitū ī uicū arbella:ipse diebus quadraginta post cum reliqua manu supuenit. Nec tamen incursum hostes extimuere:sed armati obuiā procedebant peritia bellatoris fisi & ferocitate latronis.Deniq; plio commisso:dextro ipsorum cornu sinistrū herodis ī fugā pellitur.Ille autem de suo dextro circūgressus uelociter subuenit:& suos quidē a fuga retrahit.Irruendo autem in hostes impetum persequentium refrenabat:donec a fronte pugnantis uiolentiæ concesserunt:qui tamen eos usq; ad iordanem cædēdo persequebatur:& magna fugientiū parte perempta:cæteri trans fluuiū dissecti sunt:& galylea metu est purgata:nisi q; in speluncis latitantes reliquerāt:eorūq; causa diutius ibi morandum fuit.Quāobrem primū laboris fructū militibus repēdebat.cl.nūmorum drachmas singulis diuidendo:eorūq; rectoribus multiplicatam summā ad hiberna mittendo.Pherori autem fratri minimo scripsit:ut & foro uenaliū cōsuleret:muroq; castellū alexaudriū cingeret: quæ ab illo curata sunt.Itaq; circū athenas uersabatur antonius. Ventidius aūt ad bellū contra parthos silonem atq; herodem accersit:mandato eis per epistolas:ut iudeæ statū ante cōponerēt. Sed herodes libenter ad uentidiū silone dimisso:ipse aduersum latrones in speluncis habitantes mouet exercitum.Istæ aūt speluncæ in ꝓruptis montibus erant undiq; inaccessæ:trāsuersoq; tātum ac per angustos ascensus habebāt:saxumq; ab earū frōte usq; ad fauces altissimas ptinebat: rectum uallibus imminens:ut aliqnādiu quidā rex incertus esset ꝓ loci difficultate quid ageret. Postremo aūt munimine uteretur satis incauto.Etenim ualentissimus quisq; dimissis arculis exponebatur in hostia speluncarū.Hiq; cū familiis eos mactabant:ignēq; repugnātibus iniiciebāt. Cunq; aliquos ex his conseruare uellet herodes:ut ad se accederent uoce ꝑconis edixit.Sed illoꝝ neq; uoluntariū se quisq; ei tradidit.Sed quos uis coegerat:multi eoꝝ morte captiuitati prætulerunt. Vbi etiā senior quidā septē filioꝝ pater orantes cū matre pueros ut egredi sibi ad fœdera permitteret occidit hoc mō iussit singulis exire:ipse ad hostiū stabat:& prodeuntē quēq; filioꝝ trucidabat. Herodes autē e specula hæc prospiciens:& dolore conficiebatur:& ut filiis parceret: seni dexterā cum ꝑcibus porrigebat.Ille aūt dictis eius nequaquā mitior factus:insuper uelut humilis animi cōtempsit herodem.Et post filios occidit uxorem:deiectisq; desup mortuis:postrēo semetipsum precipitem misit.Speluncis & qui in his erant ita subactis.Herodes relicta exercitus parte quantum ne quis rebellare tentaret satis esse arbitrabatur:eiq; ptolemæo præposito in samariam rediit:armatoꝝ quidē tria milia:sexcētos uero equites ī Antigonum ducentes.Tuncq; propter eius abscessum nacti licentiā quibus galyleam turbare mos erat.Ptolomeū uero militū rectorem aggressi nec opinantem interficiunt.Agros autem uastabant in paludes atq; in abditissima loca refugientes.Quibus cognitis herodes mature succurrit:& magnam quidem multitudinem morte cōsumit. Omnibus autem castellis obsidione liberatis huius mutationis causa mulctam exigit a ciuitatibus centum talenta.Iam uero parthis expulsis occiso etiā pacoro Ventidius Antonii litteris monitus equitum mille auxilia duarumq; cohortum aduersus Antigonū mittit herodi.Eorum autem ducē Macheram ut se adiutū ueniret per epistolas rogauit Antigonus & de uita herodis multa conquestus:& pecuniam dare pollicitus.Sed uentidius nec enim a quo missus erat negligendum putabat cum præsertim plura dare therodes proditione quidē

ei nō paruit ſimulata uero amicitia res Antigoni exploratū perrexit nō admiſſo herodis cōſilio diſſuadentis id fieri. Antigonus autem quia præſenſit quid cogitaret ciuitatem ei clauſit:& tanquam hoſtem ex mœnibus ulciſcebatur. Donec macheram incepti puduit & in Amathuntam ad herodem receſſit.Iratus autem q; res aliter ceſſerat quoſcunq; iudeos offendiſſet interficiebat: nec uel herodianis parceret:ſed Antigonianis omnibus abutebatur. Hæc cum agere ferret herodes in macheram quidem uindicare uoluit:tanquam in hoſtem iracundiam uero repreſſit: & ad Antonium approperabat:apud eum acculaturus macheræ iniquitatem. Ille autē delicta ſua reputans uelociter regem conſequitur:utq; in gratiam ſecum redeat multis precibus efficit.Neque tamen herodes a propoſito reuocatus quominus ad Antonium pergeret.Sed cum audiſſet eum magnis uiribus oppugnare Samoſatam iuxta Euphraten ualidiſſimam ciuitatem acrius feſtinabat:Opportunum hoc tempus eſſe proſpiciēs demonſtrandæ uirtutis:& ut magis magiſq; placeret antonio. Deniq; mox ut ad eum uenit finem detulit obſidioni multis barbaris interfectis.Magnaq; prædæ parte deſtinata: ut Antonius quidem quanquam eius uirtutem antemirabatur:tamen etiam tunc magis eandem opinionem haberet:multūq; ad honores eius ſpēque regni adderet Antiochus uero tradere Samoſata cogeretur. Dum hæc agerentur:res herodis in iudæa fractæ ſunt. Reliquerat enim ioſephum fratrem qui omnia procuraret cum mādatis huiuſmodi:ut ne quid ante reuerſionem ſuam aduerſus Antigonum commoueret: quia non firmum eſſet auxilium Macheſæ quantum delictis ſuperioribus probaretur. Verum ioſephus ubi fratrem procul abeſſe cognouit immemor præceptorum hiericuntha cum quinq; cohortibus a Machera ſecum miſſis petit:ut maturo meſſium tempore frumenta diripiat.Incurſu autem hoſtium per montana atq; aſpera loca oppreſſus & ipſe cadit magnam uiri fortis in ea pugna gloriam conſecutus:& omnes romani milites pereunt. Decem enim lectæ de ſyria cohortes erant:nec ueterum militum quenquam permixtum habebant:qui belli poſſet ex operibus opitulari.Antigonus autem uictoria minime contentus:ſed eo proceſſit iracundiæ ut mortuum quoq; ioſephum uerberaret. Denique nactus corpora mortuorum etiam caput eius ante abſcidit:quam. l. talenta pheroras frater eius pretium redemptionis offerret:tanta uero nouitas poſt Antigoni uictoriam galyleæ res occupauit:ut qui partibus eius magis fauerent productos optimates herodis ſtudioſos lacu ſummergerent multaq; in idumea mutarentur: ubi macheras caſtelli cuiuſdam inſtaurabat menia cuius nomen eſt tongitha nec horum quidem quicquam herodes audierat:captis enim ſomoſatis Antonius & præpoſito ſyriæ ſoſſio iuſſo quoq; ut herodem aduerſus Antigonum adiuuaret diſceſſit in ægyptum. Soſſius autem duabus cohortibus in iudeam præmiſſis quarum herodes uteretur auxilio ipſe cum cætera manu militū ſequebatur.Herodi autem prope degenti apud Daphnen antiochiæ mortem fratris ſomnia manifeſta ſignificant. Cunq; turbatus proſiluiſſet ſtratis ecce nuntii cladis intrabant: quare pro dolore paululum queſtus maxima parte luctus delata i hoſtes properabat ultra uires iter accelerans. Et ubi ad libanum uenit octingentos montis accolas aſſumit auxilio:nanq; his iungit romanorum cohortem.Cum quibus non expectata luce in galyleam ingreſſus eſt:hoſteſq; obuios in eum quem reliquerant locum auertit:& aſſidue quidem caſtellum oppugnare tentabat. Sed priuſquam id caperet: aſperrima hieme coactus in uicos proximos recepit exercitum.Paucis autem diebus poſt auctus etiam alterius præſidio cohortis:quam Antonius miſerat: tanto hoſtibus terrori fuit:ut caſtellum nocte deſererent.Iamq; per hiericuntha properās ibat:ut quā primum interfectores fratri ſui poſſet ulciſci. Vbi etiam mirabilis ei monſtroq; ſimilis caſus euenit. Vnde præter ſpem liberatus:& opinionem q; deo carus eſſet adeptus eſt. Nam cum multi honorati ueſpera illa cenauiſſent: poſtquam dimiſſo conuiuio omnes egreſſi ſunt:cōfeſtim cœnaculum concidit. Id autem commune ſibi tam periculorum quam ſalutis indicium quantum ad futurum bellum pertineret eſſe coniiciens:mane primo caſtra commouet: hoſtiūque ſex milia circiter de montibus decurrentes prima tentabant agmina:& manum quidem cū romanis conſerere non ſatis fidebant.Lapidibus autem ac telis eos dummodo plurimos ſautiarent eminus appetebant. Vbi herodes quoq; ipſe præteriens:latus iaculo uulneratur. Antigonus autem ſe non ſolum audacia ſuorum:ſed etiam multitudine ſuperiorem uideri cupiens pappum quendam ex contubernalibus ſuis:cum manu militum in ſamariam mittit. Quibus quidem Macheras erat palma uictoriæ. Herodes uero terram peruagatur hoſtilem:& municipia capit. Duoq; habitatorum milia conſumit.Exuſtiſq; domibus ad exercitum redit circa uicum qui appellatur Camacome tendentem.In dies autem ſingulos magna ei multitudo iudeorum: uel ex ipſa hiericuntha:uel ex aliis regionibus accedebat.Cum hos odium moueret Antigoni: alios ipſius herodis preclara facinora. Enimuero multos ratione carentes mutatiōis cupiditas

impellebat.Hoc autem cõgredi festinante pappi milites neq; multitudiné hostium neq; impetu perterriti:acriter ad pugnam ex altera parte procedunt.Sed ubi agmina conflixerunt:cæteri quidem paulisper restiterunt.Herodes autem fraternæ cædis recordatione periculosius dimicans: dummodo ulcisceretur auctores:aduersam aciem facillime superat. Deinde semper ítegros aggrediendo uniuersos in fugam uertit. Erat enim plurima occubentium strages: cum alii quidem in uicum unde uenerant compellerentur. Nouissimus autẽ ipse instaret: atq; infinitos occideret. Postremo ruens inter fugientes hostes:in ciuitatem incidit:cum omnes quidem armatorum domus essent refertæ:plenaq; propugnatorum desuper tecta; & quoniam foris deprehensos facillime superabat:disturbando ædes intus abditos extrahebat:alios conuulsis obrutos fastigiis multos simul necabat.Si quis autem subterfugisset ruinam cum gladiis armati milites excipiebant. Tantaq; cadauerum per omnes uias multitudo congregata est: ut etiam uictoribus ipsis transitus obstrueretur. Hanc plagam hostes adeo non tulerunt:ut confluentium turba conspectis q; in uico periissent:fuga discederent.Statimq; successu fretus herodes ad hierosolymam perrexisset:nisi eum hiemis asperitas prohibuisset. Hæc enim perficiendæ uictoriæ fuit impedimentum.Et ne penitus opprimeretur Antigonus obstitit:qui ciuitatem iam desereꝝ cogitabat.Herodes autem ad uesperam cum lassos amicos reficiendi corporis gratia dimisisset: ipse adhuc ab armis callidus:more militis lauatum ibat. Siquidem unus tantum puer eum sequebatur.Et priusquam in balneum perueniret:obuius ei quidam ex hostibus gladio armatus excurrit.Deinde alter & tertius & plures. Hi confugerant armati ex acie in balneum:sed pulsi etiam tum metu:ac latitantes ut regem uiderunt:illum quidem stupore debilitati ac trementes: cum inermis esset prætereunt. Exitus uero qua fugerant cursu petebant.Itaq; cum alius casu q eos compræhenderet nullus adesset.Herodi autem nihil pati satis fuisset:omnes effugiunt. Postero autem die pappum quidem Antigoni militũ ducẽ abscisso capite obtrũcat. Id pherore magistro exercitus fratri suo mittit:in perempti fratris ultionem.Nanq; pappus erat qui iosephum interfecerat.Vbi autem rigor hiemis cessit in hierosolymam profectus est:murisq; admoto milite annus aũt tertius agebaꝫ ex quo romæ rex fuerat declaratus:pro tẽplo castra posuit:qua facilior erat expugnatio & antea pompeius cœperat ciuitatem.Exercitu autem ĩ opera distributo suburbanis diuisis tres quidem leuare aggeres:& super eos turres ædificare iubet. Relictis autẽ qui operibus instarent efficacissimis amicorum:ipse ĩ samariam uadit uxorem accepturus alexãdri filii Aristoboli filiam sibi desponsatam:ut diximus:& domum obsidet qui subciuia opera nuptias curaturus quippe iam hostem despiciebat.Igitur ubi eam duxit ad hierosolymam rediit auctus militum copiis:eiq; sossius cum magna manu equitum peditumq; sotiatur:quæ mediterraneo itinere p̃missa per phœnicem ipse remeauit.Vniuerso autem exercitu congregato ad peditum legiones undecim equitũq; sex milia præter auxilia syriorum non pro minima parte ducẽda:prope a septemtrionali muro castra collocarunt. Ipse quidem herodes senatusconsulto fretus:quibus rex fuerat declaratus.Sossius uero Antonio a quo milites quibus præerat sciret missos herodis auxilio. Iudeorum autem intra ciuitatem agentium populus uarie turbatus erat. Nam circa templum ifirmior multitudo cõueniẽs furore agebatur: multaq; ueluti diuinitus de temporibus dictitabat:& qui audaciores essent ĩ collegio conglobati multis modis latrocinabãtur:maxime & locis oppido proximis uictui necessaria diripientes; neq; aut equis aut uiris alimenta relinquebant. Bellatorum autem constantiores obsidentibus oppositi e muris opus aggerum prohibebant.& contra instrumenta oppugnantium semper nouum aliquod obstaculũ moliebantur. In nulla autem re sicut in cuniculis superabant. Rex autem aduersus latrocinia quidem occultas excogitauit militum insidias quibus eorum reprimerentur excursus:inopiam uero alimentorum longinquis transuectionibus adiuuare disposuit:ac pugnæ intenti quamuis omnem modum audaciæ supergrederentur:romanorum tamen peritia uicebantur. Nihilominus aperte cum his certa morte proposita confligebant.Ex improuiso autem romanis per medios emergentibus in cuniculis priusquam muri aliqua pars dirueretur:alteram eius uicem muniebant.Prorsus neq; manibus neq; machinis deficiebant:quoniam usq; ad ultimum repugnare decreuerant. Deniq; tanto exercitu circũsedente per quinque menses obsidium toleraverunt:donec quidam ex his quos lectos habebat herodes ausi murum transgredi ciuitatem irrupere:& post eos sossii centuriones.Igitur ante omnia fano proxima capiebantur: & infuso exercitu plurima ubiq; mox capta erant:romanis quidem propter obsidionis moras iratis. Herodes uero manu iudaica summo intenta studio:ne quis penitus ex aduersariis resideret. Mactabanꝫ autem quamplurimi:& per angustiores uicos oppidi:& ĩ domos compulsi:uel si ad templũ etiã confugissent: nec ulla erat aut senectutis aut muliebris infirmitatis miseratio. Deniq; licet rex

ubiq; dimicans rogaret ut parcerent:nemo tamen dexteram continuit:sed ueluti furentes omnē persequebantur ætatem.Ibi tunc etiam Antigonus:neq; priorem neq; præsentem fortunam cogitans domo descendit:& ad pedes fossii prosternitur.Ille autem nihil eum tantæ mutationis cā miseratus:& intemperanter derisit & Antigonam appellauit.neq; tamen etiam custodia liberū dimisit ut femineam.Itaq; ille quidem uinctus æsseruabatur.Herodes autem quoniā hostes uicisset: ut externa quoq; auxilia sub iugum mitteret prouidebat. Visendi enim templi sanctorū que eius studio omnis multitudo peregrina fuerat incitata.Ob eamq; rem hos minis alios precibus non nullos armis etiam refrenabat:acerbiorem q̄ si uictus fuisset existimans fore uictoriā si quod uideri nephas esset:culpa sua usum fuisset.Mox autem etiam rapinas in ciuitate prohibuit:multa inuectus i fossium:si uacuefacto uiris & pecuniis oppido romani regem solitudinis reliquissent:qui pro tanta ciuium cæde totius orbis terræ imperium uile precium iudicaret.Illo autem iustum esse dicente:ut pro labore obsidionis p̄claram licentiam milites haberent:ipse de suis facultatibus mercedem singulis distributurum esse firmauit.Atq; ita redemptis patriæ reliquiis promissa compleuit.nanq; militum queque liberaliter & pro merito duces: ipsumq; fossium regia largitate donauit:ut nemo egens pecuniis abiret. Post hæc fossius aurea corona deo dedicata ex hierosolymis remeauit:ātonio uinctum antigonum ducens.Et illum quidem uana spe cupidum usq; ad ultimum diem ignauia digna securis excepit. Rex autem herodes discreta multitudine ciuitatis:suarum quidem partiū studiosos quo magis beniuolos faceret sibi honorifice tractabat.Antigonianos autem neci tradebat.Et cum pecuniæ defecissent:quicquid ornamētorum haberet:diuisum Antonio eiusq; comitibus misit. Non tamen omnino nequid pateretur ademit.Iam enī antonius Cleopatræ amore corruptus:in omni re cupidini cesserat.

Capitulum.XXVII.

ETenim cleopatra ubi totam cognationem suam sæuitia persecuta est:ut neq; propinquus ei sanguis superesset:cædis rabiem contulit i extraneos:syriorumq; optimates apud Antonium criminando suadebat interfici:ut eo modo cuiusq; possessiones dominio suo facile quereret.Postea uero q̄ in iudæos atq; arabas usq; extendit auaritiā: ut reges eorum herodes & Malichus interirent occulte moliebatur. Deniq; cum uel i parte preceptorum resipuisset antonius occidere quidem bonos uiros tantosq; reges iniustum esse dixit: q; autem his morte propius erat:inter amicos ultra non habuit : sed multa terra & horum p̄cisa finibus:& quod erat in hiericuntha palmetū quo balsamū gignitur: ciuitates præter Tyrum & sidonem cunctas intra flumen eleutrū ipsi dedit.Quorum potita dominio ad eufraten usq; parthis bellum inferentem:secuta antonium per Appamiā & damascum i iudæā uenit.Atq; hic herodes licet magnis muneribus infensum eius animum mitigasset:tamen ducentis talentis ānuis abscissas regno suo possessiones impetrat sibi locari. Ipsamq; omnibus obsequiis placans: in peluſium usq; duxit.Nec multum interea tempus & antigonus ex parthis aderat : captiuumq; Artabazen tigrāis filium dono cleopatræ ducebat.Nam cū pecuniis omiq; præda parthus illi stati condonatus est. Concitato autem bello actiaco herodes quidem cum Antonio proficisci parabatus erat.Et aliis p iudæā turbis liberatus:& hyrcania potitus quē uicū Antigoni soror tenebat. Verumtamen cleopatra callide ne periculoꝝ antigoni pticeps fieret:itercluſus est.Regibus enī ut diximus insidias tendens: bellum i arabas ut herodi committeret persuadet ātonio. Quos si uicisset:arabiæ domina:sin autem uictus esset:iudeæ domina constitueretur:alterumq; potētatum per alterum persuaderet.Sed hæc eius uoluntas ad herodis cessit arbitrium. Nāq; primum pignoribus hostium captis maximum quem conflauerat equitatum:circa dioſpolim in eos immittit:& quamuis fortiter resistentes supauit. Cum autem iam uicti essent maiore motu arabes suscitantur:& infinita manus in uicum syriæ celesyanthan congregata expectabat iudæos. Vbi rex eos herodes cum exercitu aggressus:bellum cōsultius administrare tentabat: castraq; muro cingi p̄cipiebat.Non tamen ei paruit multitudo:sed priore uictoria freti arabas impetunt, Et prima cohortione i fugam uersos urgebant.In persecutione uero insidiis periclitatur herodes:uici Nanathan indigenis ab Athenione dimissis:qui ex Cleopatræ ducibus semp ei fuerat inimicus. Nāq; horū ícursu recreati arabes pugnā repetunt:iunctisq; agminibus circa saxosa loca & deuia herodis militem fugāt:plurimis cæde prostratis.Qui uero ex prælio seruati sunt:in uicū Ormizam confugiunt.Vbi etiam castra eorum cum hominibus circungressi arabes sicut erant plena cœperunt. Neq; multo post accepta clade herodes aderat cum auxiliis serius q̄ usus poposcit. Huius ei uulneris causa fuit præpositorum militibus contumacia : q; iussis obedire noluerint, Non enim repentino commisso prælio ullum Athenon insidiandi tempus habuisset. Rursus

tamen ultus est arabas:assiduis eorum fines incursionibus inquietans: quodq; semel uictus est: sæpe reuocauit.Sed dum inimicos persequitur: incurrit ei diuinitus alia calamitas: septimo regni anno & actiaco bello feruente. Nanq; ueris initio terremota infinita quidem pecorum: triginta uero hominum milia peremit: cum exercitus mansisset incolumis:quoniam sub diuo tendebat:ibiq; tamen arabas in maiorem ferociam fama sustulit: tristibus nuntiis grauius semp aliquid affigens.Vnde uelut omni subuersa iudea terræ obtinendæ spe: quia neminem superesse credebant:in eam ruunt legatis prius in interfectis qui ad se uenerant a iudeis.Herodes aũt aduẽtu hostium perterritam suorum multitudinem tamq; magnitudine quam assiduitate calamitatum fractam ad repugnandum in ciuitate tentabat. Hæc dicens rationem habere non uidetur: cur non præsens formido pertulerit.Nam diuinæ quidẽ indignationis plagas merori uobis esse nõ miror.Ignauum est autem perpeti enim idem:cum incursus hominum impellẽdi sunt. Ego autem tãtũ estimo ut hostes post terremotum pertimescam quod magis putauerim deum hanc illis illecebram dimisisse ut pœnas redderent.Non enim tantum manu armisq; freti quantum nostris calamitatibus ueniunt.Fallax autem spes est quæ non suis uiribus nititur:sed alienis aduersis. Neque uero uel secundæ res uel contrariæ apud homines certæ sunt:sed in utranq; partem uideas fortunam mutare uicissim:& exempla uobis propria demonstrabunt.Nam p prælia superiora uictores:post ab hostibus uicti sumus & nũc ergo quantum existimare licet illi capiẽtur uictores se fore credentes. Nimis enim confidens incautus est:metus autem prouidentiam docet.Itaq; mihi quidem hoc ipsum quod timetis fiduciam suggerit. Nam cum ferociores quã opus erat fuistis:& præter uoluntatem meam in hostes egressi estis. Athemion insidiandi tẽpus inuenit.Nunc autem uestra cuntatio & minus alacer animus:ut uidetur:certam mihi uictoriam spondet.Cõuenit autem ante prælium sic esse affectos in ipso autem opere uirtutem erigere:cõsceleratisq; hostibus planum facere q; neq; humanum aliquod malum: neq; ira cælestis unquã deprimit fortitudinem iudeorum:donec spiritum uitæ ducant:uel eorum quisquam in bonis suis arabas dominari patietur:quos aliquotiẽs pœne captiuos abduxit.Nihil autem uos terreat rerum anima carentium metus:neq; arbitremini terræ concussionem alicuius fortunæ esse uel cladis portentum.Naturalia nanq; sunt elementorum quoq; uitia: nullumq; damnum inferũt nisi quod ex ipsis euenerit. Nam pestilentiæ quidem uel famis uel terremotus signum aliquod tardius fortasse præcesserit. Ipsa uero cum extiterint sui magnitudie finiuntur. Cæterum quod nobis amplius quam terræ concussio bellum nocere poterit etiam uictis? immo eniuero maximum imminentis exitii monstrum non sponte sua neq; alienis manibus inimicis accedit: qui legatos nostros præter omnium hominum legis crudeliter immolauerunt.talesq; deo ,p belli euẽtu hostias cæciderunt. Non enim effugient maximum eius lumen inuictamq; dexteram: sed continuo pœnas dabunt:si primo repleti spiritu ĩ uindictam uiolati fœderis animos excitemus. Pergite quisque non pro coniugibus neq; pro liberis aut pro patriæ periculis pugnaturi: sed legatorum cædis ultores.Illi melius quam nos qui uiuimus exercitum regent: uobisq; mihi obediẽtibus periclitabor ipse præ cæteris. Pro certo enim sciatis fortitudinem uestram sustineri nõ posse nisi temeritate lædatur.His adhortatus milites ubi eos alacres uidit sacra deo celebrauit. Deinde cum exercitu iordanem fluuium transgressus est. Castris autem philadelphiæ positis: haud procul ab hostibus q̃si de interiacente castello cõtenderet:pugnam eminus irritabat:quã primum cupiens congredi.Nam & hostes permiserant qui castellum occuparent. Sed illos quidem regii facile repulerunt:collemq; tenuerunt.Ipse uero quotidie producto ad prælium milite:instructaque acie arabas lacessebat.Cum autem nemo contra procederet: quædam enim eos uehemens formido tenebat:& ante multitudinem dux Alchini us timore obriguerat: uallum eorum disturbat ipse aggressus: eoq; modo coacti ad pugnam confusis ordinibus:mixteq; cum peditibus equites egrediuntur: & si multitudine superiores a iudæis tamen alacritate impares: quasi audaciores eos faceret uictoriæ desperatio. Et quamdiu quidem steterint:non magna eorum cædes facta est. Vbi uero terga nudauerunt multi a iudeis:multi a semetipsis conculcati perierunt. Deniq; milia quinq; in fuga ceciderunt:cæteraq; multitudo in uallum compulsa est. eosq; statim circunseptos obsidebat herodes.Et licet armis prope adesset excidium:tamẽ aquæ penuria uehementer urgebat. Cum rex arrogantius eorũ legatos despiceret:& talenta quingẽta ,p redemptione offerẽtibus magis istaret.Deniq; ardescẽte siti:cateruati exeũtes ultro se iudæis tradebãt adeo ut quinq; debius quatuor milia uincirent: sexto reliqua multitudo ad pugnam despata salute ,pcederet.Quibus congressus herodes itez septẽ milia circiter sternit:tam magna plaga ultus arabiam extícto uirorum eius spiritu tantum ,pfecit:ut etiam patronus ab ea gente

optaretur. Mox autem illum excepit præsumpta rerum sollicitudo:propter amiciciam Antonii post uictoriam cæsaris apud actium. Verumtamen plus timoris habebat quam ipse patiebatur. Nec enim cæsar uictum iudicabat Antonium:donec herodes cũ eo supereſſet. Itaq; rex periculis decreuit occurrere:rhodumq; transmiſſus ubi cæsar eo tempore morebatur: adit eum ſine diademate: ueſte quidem cultuque priuato:ſed faſtu regio:neq; diſſimulata ueritate coram hæc dixit. Ego cæsar rex factus ab Antonio:fateor utilem me fuiſſe regem Antõio.Neq; dubitauerim dicere q; omnimodo armis quoq; me gratum expertus eſſes:niſi arabes prohibuiſſent. Verumtamen & auxilia ei pro uiribus meis miſi:& multa frumenti milia:ſed nec accepta apud actium plaga:bene de me meritum deſerui.Nam cum auxilii minus commodarem:optimum ei conſilium unam eſſe dicens cleopatræ mortem aduerſorum correptionem.Quam ſi occidiſſet:& pecunias ei & muros ad tuitionem: & exercitum & me metipſum belli contra te ſocium pollicebar. Sed profecto eius aures Cleopatræ amores :& deus qui tibi uictoriam donaret obſtruxit. Vna ergo cum Antonio uictus ſum:& regni coronam cum eius fortuna depoſui. Ad te autem ueni:ſpem ſalutis de uirtute præſumens: & ne in examen adducerer properans:qualis amicus alicuius fuerim. Ad hæc cæſar:immo uero ſaluus eſto inquit:& nũc regnato certius.Nam meritus es qui plurimos regas:cum amiciciam tanta fide tuearis. Experire autem ut etiam fœlicioribus fidus permaneas.Siquidẽ ego præclariſſimam ſpem de tua magnanimitate mihi promitto. Recte tamẽ fecit antonius: qui magis Cleopatræ quam tibi paruit. Te nanque lucrati ſumus propter eius dementiam. Prior ab officiis autem cœpiſti quantum appareat:cum ad eorum gladiatores idonea auxilia miſiſſe perſcribit. Quare interim tibi decreto firmitatem regni præbeo.Experiar autem ipſe quoque bene tibi aliquid facere:ut non queras Antonium:huius ſermonis humanitate regẽ ne quid penitus de amicicia ſua dubitaret hortatus:& diadema illi impoſuit:& indulgentiam decreto conſignat. In quo multa honorifice in eius laudem locutus eſt.Ille autem prius eum mulieribus delinitum rogabat:ut Alexandrum quendam ſupplicem ex amicis antonii iuberet abſolui. Sed uicit iracundia cæſaris multa illum & grauia pro quo rogabatur admiſiſſe dicentis: quibus repulit deprecantem.Poſtea uero ad ægyptum euntem per ſyriam cæſarem herodes cunctis acceptis regni diuitiis:tũcque primum cum eo militem inſpiciente:circa ptholomaida equo uectus eſt:cœnamq; illi cum omnibus amicis exhibuit:atque inſuper exercitui epulis cuncta diſtribuit. Proſpexit enim ut per arida loca proficiſcentibus ad peluſium atque inde redeuntibus aquarum copia non deeſſet.Nec defuit cuiquam utenſilium quod deſideraret exercitus. Pro his denique meritis paruum eſſe herodis regnum tam cæſar quam milites æſtimabant.Ideoq; poſtquam uenit in ægyptum:iam Cleopatra & Antonio mortuis: non ſolum cæteros eius honores auxit:uerum etiam regno partem finium addidit:quam Cleopatra dempſerit. Et præterea gadaran hippon ſammariam:maritimarumq; inſuper ciuitatum gazam & Archedonam:& ioppen & pirgon ſtratonis:& ad hæc ſatellites quadringentos galathas ei donauit:quos antea Cleopatra ſtipatores habebat. Nulla res autem magis liberalitatem cæſaris incitauit quam magnus animus accipientis. Poſt primam uero atiadam etiam regionem quæ tracon uocatur eius ditioni ſubdidit:eique cõtinentem Bataniam:itemque aurantem. Ex huiuſmodi cauſa Zenodorus qui domus liſariæ conductor erat non ceſſauit unquam ex regione quæ tracon dicitur:latrones damaſcenis immittere. Illi autem ad uarronem tunc rectorem ſyriæ confugerunt:eumque deprecati ſunt:quo ſuas miſerias cæſari declararet. Cæſar autem his cognitis ei reſcripſerat: ut latrocinium pœnitus curaret extinguere. Varro autem cum milite aggreſſus loca ſuſpecta expurgauit latronibus terram ipſam zenodoro abſtulit.Quam cæſar ne latronum denuo contra damaſcum receptaculum fieret.herodi dedit:eumque præterea totius ſyriæ procuratorem conſtituit Et decimo anno reuerſus iterum in prouinciam:ne quid eo in conſulto procuratoribus liceret adminiſtrare præcepit:ac zenodoro mortuo terram omnem quæ iter draconem & galileam erat eidem attribuit. Quod autem maius his omnibus exiſtimabat herodes a cæſare quidem poſt aggrippam amabatur:ab aggrippa autem poſt cæſarem Hinc ad ſummum felicitatis euectus: & ad maiorẽ ſubleuatus animum:maximam prouidẽtiæ partem obſequio pietatis impendit.Itaq; anno regni ſui quintodecimo & templum inſtaurauit:& duplum terræ ſpatium quam fuerat circa templum muro amplexus eſt:ingenti ſumptu & munificentia ſingulari. Augumento erant in ambitu fani magne porticus:eiq; uictũ a ſeptẽtrione caſtellũ.Et illas quidẽ a fundamẽtis erexit. Hoc autem nulla re minus:quã regni ſedes eẽt largis opibus renouatũ. Antoniã uocauit i honore Antonii. Qui etiam domo ſibi regia i ſuperiori parte ciuitatis extructa duas ædes in ea maxias atq; pulcherrimas: quibus ne templũ quidẽ uſquã cõferri poſſet ædificauit:eaſq; aico

uocabulis unam Cæsariam Agrippium alteram nomiauit. Nec uero solis tectis memoriã eoꝝ & cognomina circunscripsit: sed in totas etiam ciuitates studium liberalitatis extendit. Nam in samaratica regione oppidum muro pulcherrimo per uiginti stadia circundatum sebasten appellauit:deductis eo sex milibus colonorum terraque fœcundissima his attributa. Vbi templũ quoque maximum inter ædificia collocauit:& circum id aream trium semis stadiorum cæsari dedicauit:eiusque oppidi habitatoribus præcipua legum beneficia præstitit.Insuper his alterius terræ adiectione donatus a Cæsare aliud templum circa iordanis fontem candido marmore posuit:qui locus appellatur panium. Vbi montis quidam uertex in præcelsum æditus propter subiecti lateris uallem specus aperit umbrosum: qua profundæ altitudinis rupes ad immensum liquentis gutte receptaculum concauatur & stagnantis aquæ copia dimittentibus aliquid donec terram inueniat longitudo nulla sufficiat. Foris autem de speluncæ radicibus oriuntur fontes. & ut quidam putant:hoc est iordanis principium.Sed ueri fidem imposterioribus indicabimus.Quin & apud hiericunta inter castellum cyprum & priores domos regias:meliores alias:& quæ cõmodiorem usum præberẽt aduenientibus fabricatas eorundem amicorum nominibus uocitauit. Prorsus non est idoneus regni locus:quem honore cæsaris nudum reliquerit. Postea uero quam fines suos templis repleuit in prouicia quoque honores suos effudit & multis ciuitatibus templaque cæsaria uocantur instituit. Cum autem inter maritimas ciuitates uidisset unam uetustate sessam quæ stratonis pyrgus uocabatur:& pro loci natura munificentiæ suæ capacem Totam eam candidissimo saxo reparatam clarissima regia decorauit.& in ea maximam in natura sui animi magnitudinem demonstrauit. Nam inter doram & ioppen.quarum media ciuitas sita est.Omnis ora maritima adeo fuit importuosa:ut omnes qui ad Egyptum ex Phœnice nauigarent in salo fluctuare cogerẽtur minas Aphrici metuentes. Cuius etiam mediocris aura tantas undarum moles ad scopulos erigit.Vt remeante æstu gurgitis per aliquãtum spatium maris feritas augeatur. Sed rex liberalitate ac sumptibus deuicta natura pyreo maiorem portum fabricauit:& in eius penetralibus alias nauibus stationes fecit altissimas. Et quãquam omnis ei locus aduersabatur:tamen ita cum difficultate certauit:ut firmitas quædam structuræ nequaquam mari cederet. Pulchritudo uero tanta esset:quam nulla res ardua perpedisset ornatũ Metitus enim quantum diximus portui spacium per uiginti ulnas in profundum saxa demisit. Quorum plæraque pedum quinquaginta longitudinis: & altitudinis nouem:& latitudinis decem.Nonnulla uero etiam maiora fuerunt. Expleto autem spacio quod unda celabat:in ducẽtorum pedum inuerum dilatauit. Ex quibus centum repellendis erant fluctibus ante cõstructi: unde etiam procymia dicebatur. Cæteri autem saxeo quo portus cingitur muro subiecti sunt magis turribus interpositis:quarum maxima atque pulcherrima ex parente Cæsaris drusum cognominata est.Crebri autem fornices adducenda quæ portus haberet proque fornicibus: & circum eos pila saxea & lata quæ naues egredientes exciperet ambulatu. Aditus autem a septentrionali erat .Ventorum enim pro situ loci placidissimus est boreas. Ad hostium uero statuæ suæ colossi tres utrinq; fulti columnis:quarum a leua quidem intrantibus stantis solida turris sustinet.Dextra uero duo proceri lapides iuncti:& parthis aduersæ turris magnitudinem superantes.Domus autem portui connexe candido itidem lapide: parique mensura spatiorum ciuitatis uice tendentis in portum. Contra hostium uero portus in colle cæsaris templum magnitudine simul & pulchritudine præcipuum:statuaque in eo cæsaris siue colossus non minor quam iouis apud olympia:cuius ad exemplar factus. Romano autem par & iunoni quæ argis est. Oppidũ autem prouinciæ dedicauit:rebusq; aduectitiis portum. Cæsaris uero cõditoris honorem:unde ciuitati cæsariæ nomen imposuit.Quin etiam & cætera opera forum theatrum amphiteatrum digna uocabulo collocauit: & quinquennali certamine instituto nomen ei cæsaris donauit. Primusque ipse in centesima nonagesima & secunda olympiade maxima præmia proposuit:ut nõ solum uictores:sed & proximi & tertii successores eorum regalibus diuitiis potirentur. Anthedona quoque reparatam:quam bella subuerterant agrippium uocauit:nimiaq; beniuolentia nomen amici etiam portæ inscripsit: quam ipsi in templo ædificauit.Sed nec parentes suos ita quisquam dilexit:nam & patris monumento optimo regni campo ciuitatem condidit:fluminum arborumque ditissimam:eamq; antipatridam nuncupauit. Et super hiericunta castellum natura tutum & pulchritudine præcipuũ muro cinxit:atq; in honorẽ matris Cyprum uocauit.Fratriq; phasselo turrim cognomie hierosolymis dedicauit:cuius habitus & i magnitudie claritas postea declarabit.Aliãq; ciuitatẽ in regione qua de hiericũta in boreã itur Phaselũ noiauit.Cognatis ãt & amicis æternæ gloriæ traditis:nec sui qdẽ fuit imemor:sed castellum contra montem arabici lateris pro pugnaculo permunitum de suo nomine herodiũ uocauit: tumulumq; ãsta idem qui

manu factus stadiorum sexaginta spatio ab hierosolymis aberat: similiter nominatum munificentius accurauit. Etenī rotūdis quidem turribus cacumen eius amplexus est. Ambitum autem compleuit ædibus regiis liberalissime exornatis: ut non solum interna membrorum facies clarior esset: uerum etiam foris parietes ac materiæ tectaque largis ifusa diuitiis elucerent. Aquam enim plurimam ingenti sumptu ac labore ex longo interuallo induxit: perq; ducēta gradus marmoris candidissimi fabricauit ascensum. Erat autem totus collis manufactus & clementer excelsus. Qui & aliam circum radices eius regiam ac diuersoria quæ sarcinas & amicos recipere possent ædificauit: ut pro rerum quidem omnium copia ciuitas esse uideretur. Castellum uero domus regalis circunscriptione: tantis autem constructis ædificiis animi sui magnitudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demonstrauit. Nanq; apud tripolim & Damascum & ptholomaida publicas balneas quæ gymnasia dicūt. bibli autem murum: exedras uero & porticus fora: quæ & templa briti ac tyri: necnon & sidonem apud & Damascum theatra condidit. Maritimis autem laodicensibus aque ductum: apud ascalon uero nymphea siue lacus ornatissimos & balneas. Itemque peristilla tam opere quam magnitudine miranda constituit. Sunt quibus etiā lucos portusque præbuit. Multæ ciuitates ab eo tanquam regni sociæ agris quoq; donatæ sunt. Ad exhibitiōem uero thermarum aliis redditus ānuos ac perpetuos delegauit: quemadmodum comis ne quando beneficii gratia deficeret. Ad hæc frumenta cunctis ministrauit egentibus: & insulis rhodiorum ad instruendam classem pecunias sepe: multisque in locis præbuit: incensumque pythium in meliorem formam reparauit sumptibus suis. Quid dicam eius in lichios aut Samos libertatem: per quæ omnem ioniam eorum quæ desiderasset quisque largitiones. Nonne Athenienses & lacedemonii & Nicopolitani: & in Misia pergamus herodis sunt plena donariis. Nonne antiochensium syriæ platheam cum plena cœni esset ab omnibus uitaretur per uiginti stadia prolixam statuit: polito marmore declinandisque imbribus quam longa esset ornauit Sed hæc quidem propria quis dixerit illorum quibus ea detulit populorum. Quod autem elidensibus præstitit: non solum Achaiæ commune: sed etiam totius orbis terræ munus esse uidetur: per quem Olympiaci certaminis gloria diffunditur. Nam cum hos deficere sumptuum uideret inopia: quodque solum ex ueteri græcia restabat effluere: non solum agonitheta ipse factus est: eo lustro q; cum romā nauigaret offendit: sed perpetuos pecuniarum questus īstituit: ut nunquam eius memoria agonithetæ munere fungi desineret: inextricabile opus erit debitorum remissiones exponere: sicut phaselitas & balaonetas. Alia quæ circa Ciliciam municipia leuauit annuis pensionibus: licet multum eius animi magnitudinem timor fregerit: ne quam pateretur inuidiam ueluti maius aliquid aucuparetur: si beneficiis amplioribus afficeret ciuitates: quā qui eas haberent. Quin & corpore usus est quod animo cōueniret. Cunque summus uenator esset: in hoc tamen ipso equitandi peritia quæ cuperet assequebatur. Denique uno die quondam quadraginta feras subegit. Est autem aprorum altrix illa regio: sed magis ceruis & onagris frequentatur. Bellator autem erat qui sustineri non posset. Itaque multos etiam in exercitatione terrebat: quibus & torquendo iaculo directissimus: & sagittarum librator uidebatur egregius. Præter animi autem corporisque uirtutem: fortuna quoque secunda usus est. Rarō autem contra uotum eius belli cessit euentus. Et si quando id accidit: non ipsius culpa: sed aut proditione quorundam: aut temeritate militum factum est. Vt uero publicam ei felicitatem memores inuidere domestici: & aduersi casus ex muliere cœperunt: quam maxime diligebat. Nam quia regis meruit potestatem: repudiata quam priuatus acceperat uxore ex hierosolymis genus ducente quæ dosis uocabatur. Mariānem sibi coniunxit Alexandri filiam Aristoboli filii: unde domus eius in discordiam uenit. Et ante quidem maxime uero postquam roma egressus est. Nam primum Antipatrum ex doside filiorum causa: quos de marianne susceperat expulit ciuitate: solis festis diebus eo commeādi facultate concessa. Deinde auum coniugis hyrcanum ex parthis ad se reuersum propter insidiarum suspitionem peremit. Quem captum quidē occupata syria Barzaphranes adduxerat: miserati uero gentiles liberauerunt: qui ultra euphraten colebant. Et si monitis eorum paruisset ne ad herodem transiret: non interiisset. Verum mortis eius fuit illecebra neptis matrimonium. Hoc enim fretus multoque amplius patriam desiderans uenit. Herodem autem commouit non q; regnum affectaret: sed q; ipsi iure deberetur. Quinque aūt filios; quos ex Mariāne suscepat: duæ fœminæ cæteri mares erāt. Horūq; minimo romæ ī studiis mortuo: duos maiores & ꝑpter matris nobilitatē: & q; iam regnāti sibi fuissent geniti regie producebat. Sed enī fortior amor his Mariānes suffragabatur: quæ ī dies singulos ꝑficiēs succēdebat adeo herodē: ut eos; nihil sentiret: quæ pp dilectā sibi dolerēt. Tantū nāq; in eū Mariānes erat odiū: q̄tū ipse illā amabat. Habens igitur ex rebus quidem ipsis inimiciciaq; probabiles causas: ex amore ue

ro fiduciam meo ei quæ hyrcano auo suo feciſſet obiiciebat:quæq; ī fratrē ionathē egiſſet. Nec enim uel huic quicquā qui puer erat parcebat:quē pontificem in decimoſexto ætatis anno creatum:poſt honorē ſtatim occidit. Atq; ille quidē cum ſacra ueſte amictus ad aram acceſſiſſet feſto die populus omnis illachrymauit:& tamē noctu miſſus in hiericunta:ibi ſicut mādatum fuerat lacu ſubmerſus a galathis interiit. Hæc igitur herodi Mariāne,pbro dabat:ſororēq; eius & fratrē maledictis atrocioribus dehoneſtabat. Sed ille quidē amore mutus erat. Graui autē indignatiōe mulier ſeuiebat:& quo maxime cōmoueretur herodes inſimulabat eum adulterum. Præter alia multa quæ ueriſimilia fingerentur hæc accuſantis: q; ī ægyptum imaginē ſuā miſiſſet Antonio: proque imoderata libidine abſentem ſe properaſſet oſtendere uiro mulierum cupidine inſanienti:& qui uim poſſet afferre. Id ueluti fulmen aliquod emiſſum perturbauit herodem:maxime quidem amoris cauſa æmulatione ſuccenſum. Deinde etiam cogitante Cleopatræ ſæuitiā:cuius gratia & liſanias rex:& Malichus arabs erant perempti. Non enī coniugis amiſſionem:ſed morte ſua periculum metiebatur. Itaq; profecturus romam Ioſippo ſalome ſororis ſuæ uiro quē fidum habebat:& pro affinitate beniuolum cōmendabat uxorē:mandato ei clam ut eam interficeret: ſi etiam ſe occidiſſet Antonius. Verum ioſippus non maligne:ſed regis amorem mulieri cupiēs demonſtrare:q; ab ea neq; mortuus pateretur diuelli:ſecretum ei ſermonē aperit. Et illa reuerſo herode multaq; inter fabulas de affectu iurante: quodq; nunquā eſſet alterius mulieris amore captus:ualde inquit amor nos tuus mandatis ioſippo cōprobatus eſt; quibus ut me occideret præcepiſti. His auditis quæ occulta credebat amens erat herodes ilico: nec unquā ioſippum mādata ſua proditurꝫ fuiſſe ratus:niſi eam corrupiſſet præ dolore iſaniebat. Cunq; ſtratis exiluiſſet in regia ſpaciatur:ibiq; tunc Salome ſoror eius accepto tempore criminandi ſuſpitionem de ioſippo confirmauit. Vnde herodes immoderato æmuli dolore furens confeſtim utrunq; iuſſit interfici. Deinde pœnitudo ſequebatur inſaniam: & poſtquā iracundia concidit: amor iterum caleſcebat. Tanta uis autem cupidinis erat:ut ne mortuam quidem putaret eam:ſed ægritudie quaſi uiuam alloqueretur. Donec proceſſu temporis funere cognito mœroris magnitudine quam ſuperſtitem dilexerat æquauit affectum. Maternæ autem iracundiæ ſuccedunt filii: & immanitatem ſceleris reputantes:non aliter ſuſpectum patrem quā ſi hoſtis eſſet habebant. Idq; & antea quam diu romæ in ſtudiis erant:& multo magis poſtquam in iudeam reuerſi ſunt. Siquidem cum ætatibus eorum mentium quoque roborabatur affectio. Iam uero maturi cōiugio unus amitæ ſuæ Salonies quæ matrem amborum accuſauerat filiam duxit:alter Archelai cappadocum regis. Vnde acceſſit etiam libertas odio:& occaſiones ex eorum confidentia delatoribus datæ ſunt. Itaq; apertius quidam cum rege loquebatur:q; ei per utrunque filium inſtruerentur inſidiæ. Alter quidem ultrices materni exitii ſimul cum fratre armaret manus. Alter uero hoc eſt Archelai gener ſocero fretus etiam fugam pararet:ipſum apud cæſarem accuſaturus heroden. His igitur criminationibus repletus herodes ueluti propugnaculo ſibi futurum aduerſus filios adducit Antipatrum ex doſide ſuſceptum. Hiſq; illum proponere modis omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationem tolerabilem non putarent:ac priuata matre æditum proficientem uiderent: indignationem cohibere pro ſua nobilitate non poterant:ſed in ſingulis quibus offenderentur iram prodebant. Et illi quidem in dies ſingulos magis magiſque negligebantur. Antipater autem ſui cauſa fauorabilis erat:nam & patri blandiri callide nouerat:& uarias inter fratres ſuos calumnias cōferebat:quædam ipſe dictans:amicos uero ſuos ad alia uulganda ſubmittens:donec omnino ſpem regni abſcidit fratribus ſuis. In teſtamento enim ipſe quoq; aperte iam ſucceſſor fuerat declaratus. Dehiq; tanquam rex etiam ad cæſarem miſſus eſt: cultuq; regio & cæteris obſequiis præter diadema utebat. Tempore aūt ſequenti ualuit ſuā matrē in cubile Mariānes inducere: duobuſque armorum generibus in fratres uſus:blanditiis & opinationibus regi obrepſit:ut etiam de filiorum morte cogitaret. Quapropter alexandrum quidem ſecum romam pater abſtractum: ueneni ſibi dati reum apud cæſarem poſtulauit. Ille autem uix deplorandi copiam nactus: & licet imperitiſſimum iudicem:tamē herode & Antipatro prudentiorem:delicta quidē patris uerecunde repreſſit:in ſe uero delata crimina diluit:periculorumq; ſocio fratre purgato:mox de Antipatri calliditate & de ſuis iniuriis queſtus eſt:cū præter innocentiæ conſtantiam eloquentia iuuaretur. Erat autem acerrimus in dicendo. Poſtremo prolocutus q; eos pater libenter occideret: auxit facinus & lachrymas quidem cūctis excuſſit. Verum cæſarē ſic afficit:ut eoꝝ accuſationibus ſpretis herodē ſtatim reuocauit in gratiā. Hac aūt lege recōciliatio facta eſt:ut adoleſcentes quidem patri in oībus obedirent:ille aūt relinqueret regnum cui uellet. Poſtea rex roma reuerſus:licet ſoluiſſe criminibus filios uideretur:nondum tamen erat ſuſpitiōibus liberatus: quoniā argumentum odii ſequebatur antipater:& ſi uerecundia reconciliat oris palam proferre inimici-

cias non auderet. Cum uero ſiciliam præternauigans eleuſinam ueniſſet: ſuſcepit eum benigniſ ſime Archelaus: pro ſalute generi gratiam referens: & reintegrate concordiæ cauſa lætus: quippe nihil moratus amicis romæ ſcriperat: ut in cauſa dicenda ſuffragarentur Alexandro: & uſque ad zeſirium deduxit talentis. xxx. donatum. Poſtea uero quã hieroſolymam peruenit herodes: popu lo conuocato tribuſq; filiis prope ſe ſtantibus cauſam reddit profectionis: multaſq; deo gratias agit: multas etiam cæſari qui domus ſuæ perturbationem ſedaſſet: quod regno maius eſſet: con cordiam filiis præſtitiſſet: quam ego inquit arctius compilabo. Nam ille quidem me regni domi num & ſucceſſoris iudicem conſtituit. Ego autem cum mea cõmoditate gratias refero: treſq; fi lios meos reges deſigno: huiuſq; ſententiæ me ſocium primum dominũ fieri precor: deinde uos. Nanq; huic ætas: illis nobilitas ſucceſſionem regni conciliat quidem magnitudo eius etiam plu ribus ſufficit. Quos autem cæſar uinxit: & pater conſtituit obſeruare. Non iiuſtis eos neq; diſpa ribus: ſed meritis colentes honoribus. Nec enim tanta quis reficiet cum lætitia qui præter ætatẽ obſequitur: quantũ ei quem deſpiciet doloris infliget. Quos autem ſimiles cõiunctos eſſe opor teat: propinquos atq; amicos ego diſtribuam: & concordiæ ſponſores illos conſtituam: pro certo ſciens ſeditionum contentionumq; cauſas ex contubernalium naſci malicia. Hoſq; ſi boni fue rint affectiones tueri. Rogo autem ut non ſolum iſti: ſed etiam primates ordinum exercitus ĩ me ſolum ſpem habeant in præſentia. Non enim regnum: ſed regni honorem filiis meis trado: & io cunditatem quidem quaſi rectores patientur: pondus autem regẽ tametſi nolim meum eſt. Con ſideret autem quiſquis ueſtrum ætatem meam: uitæq; inſtitutum necnon etiam pietatem. Nam neq; ſenex adeo ſum ut de me cito deſperetur: neq; uoluptatibus aſſuetus: quæ adoleſcentiũ quo que uitam ſpacio breuiter concludunt. Diuinitatem uero ita colimus: ut in longũ nos æuũ pro greſſuros eſſe credamus. Quod ſi quis in contemptum meum filiis meis placeſ maluerit: etiam pro illis mihi ſupplicium dabit. Ego enim non q; inuidiam de me genitis honorifice eos haberi uero: ſed quia noui hæc adoleſcentibus ſtudia ferociæ nutrimenta ſuggerere. Itaq; ſic cogitent qui ad eos ſe applicant: bonis quidem apud me paratum eſſe præmium: ſeditioſis uero apud ip ſos quibus lenocinabuntur: infructuoſam fore malignitatem. Omnes profecto mecum hoc eſt cum filiis meis ſentient. Nanq; his expedit me regnante neq; his eſſe concordem. Vos autẽ o bo ni filii ſacram primum retinentes mente figuram: cuius affectiones inter feras beſtias ſaluæ ſunt Deinde cæſarem qui nos reduxit ĩ gratiam meq; tertium qui ea quæ iubere liceat rogem fratres permanete. Iam nunc autem uobis: & ueſtimenta & obſequia dabo regalia. Deumq; oro cõſer uare iudicium meum ſi concordes eritis. Hæc locutus ſingulos benigne conſalutauit: populũq; dimiſit alia conuenientia dictis eius optantes qui uero mutationis erant cupidi nec audiſſe qui dem ſe quicquã ſimulantes: fratres autẽ diſſenſio non reliquit: ſed peiora ſuſpicãtes alius de alio digreſſi ſunt. Nanq; alexander & ariſtobolus ægre ferebant confirmatum eſſe antipatro meritũ. Antipater autem ſuccenſebat uel ſecundo loco fratres haberi. Sed tamen ille pro uarietate moꝛe & reticere ſecreta nouerat: & quanto ſibi eſſent odio multa fraude celabat. His autem pro nobi litate in lingua erat quicquid ueniſſet in mentem. Et multi quidem his inſtigandis operam da bant: plures autem amicorum ſeſe explorandi cauſa inſinuabant. Itaq; omne quod dictum eſſet apud alexandrum ſtatim apud antipatrum erat: & ab antipatro ad herodem cum adiectione de ferebatur. Nec uel ſimiliter aliquid prolocutus: adoleſcens innoxius habebatur: ſed cuncta eius uerba in crimina uertebantur: maximaque minimis affingebantur: ſic ubi liberior paulo fuiſſet. Semp aũt qui eũ irritarent ſubmittebat antipater: ut mẽdacia ſua ueras occaſiones haberẽt: mul tiſq; falſo uulgatis unũ quid cõprobatum fidem oĩbus faceret. Sed huius quidẽ amicoꝛ quiſq; aut natura taciturnus erat: aut muneribus parabaſ: ne quid occultũ expromeret negaſſet aliquis ſi antipatri uitam malitiæ dixiſſet arcanum: alexandri uero familiares aut pecunia corruptos aut impulſos blanditiis quibus expugnauit omnia: proditores ac fures eorum quæ contra ſe dicerẽ tur: ſiue agerentur effecerat. Cum caute uniuerſa cõmitteret: aſtutis etiam criminationibus adi tus ad herodem moliebatur: fratriſq; perſonam gerens aliis delatoribus utebatur. Si quid ĩ alexã drum nunciaſſent fauore ſimulato id quidem primo repræhendiſſet: mox otioſe adſtruendo re gis iracundiam prouocabat: omniaq; ad inſidias referebat: & ut necem patris alexãder optare ui deretur. Nihil enim maiorem fidem calumniis ſuggerebat quã ſi eum purgaret antipater his ac cenſus herodes quantum in dies ſingulos de affectu adoleſcentium detrahebat: tantum adiicie bat antipatro. In eandem uero partem inclinati ſunt etiam qui regno parebant: hi uolentes alii pro imperio ſicut ptholomeus amicorum cariſſimus: regiſq; fratres ac tota progenies: oĩa nanq; in antipatro ſita erant: & qđ alexandro fuit acerbiſſimũ cuncta in eoꝛ pnicie mris antipatri cõſi lio gerebãtur. Nouerca enĩ ſeuior erat: multoq; plus q̃ priuignos oderat: quos regia mr̃ ædiderat

Sed quanquam omnes ut antipatro magis obsequerentur spes inducebat:non minus tamē præcepta regis quēquā ab adolescentibus seperabant: qui carissimis dixerat:ne quis ad aristobolum uel eius fratrē accederet: aut se ad eos applicaret:non solis enī regalibus erat formidini:uerūetiā externis.Nulli enim regum tantum potestatis cæsar dederat:ut fugitiuos suos quāuis ex ciuitatibus non subiectis ei liceret educere Adolescentes autē delata in se facinora nesciebant:hisq; propterea capiebantur incautius.Nullus enī palam incausabaṫ a patre: sed affectu refrigescēte paulatim intelligentes dolorē asperius excitabanṫ. Eodem aūt modo etiā pherorā patruū & Salomen amitam contra illos cōmouit antipater assidue:uelut cū uxore sermocinando:quibus in eos instigaretur.Huius aūt inimiciciis conspirabat alexandri quoq; uxor glaphira multa de sua nobilitate cōmemorans:cunctarūq; se quæ ī regno uiuerent dominam esse dictitans:paternum enim genus a temeco: maternum ab dario histaspis filio ducere:multumq; ignobilitatē despiciens sororis & uxoris herodis:quaꝫ quæq; propter formam nō propter nobilitatem esset electa. Nam multas ei fuisse diximus uxores:quod licet & iudeis more prio plures habere: quodq; rex pluribus oblectaretur.Omnibus igitur propter superbiā & contumelias glaphiræ iuisus erat.Alexander.Salomen autem aristobolus:& si socrus eius erat:ipse inimicam sibi reddidit:& ante quidem propter maledicta glaphiræ sæuiētem: & frequenter ei humilitatem generis obiiciebat uxori q; ipse plebeiam: reginam uero frater suus duxisset alexander:hoc salomes filia cum fletu matri nunciauit. Addebat aūt q; aliorum quoq; fratrum matres idem alexander & aristobolus si regnum obtinuissent: textrices cum ancillis facere minitarentur ipsos quoq; uicorum scribas scilicet irridentes q; litterarum studiis operam darent. His commota salomes q; iracundiam cohibere non posset herodi cuncta indicauit.Satis autem idonea uidebantur contra generum dicēs. Et præter hæc alia quædam criminatio diuulgata est:quæ succendit animum regis.Audiuit enī alexandrum & aristobolum crebro matrem implorare:casumq; eius cum gemitu atq; imprecatiōibus conqueri:ac sepe illū quædam ex mariannes uestimentis posterioribus diuidentem coniugibus minitari solitos esse q; cito pro regalibus delitiis eas factis uestibus induerēt.His de causis herodes licet præstantem animum adolescentium formidaret: tamen ne spem correptionis eis abscinderet:ad se eos uocauit.Romam enim nauigaturus erat: & quasi rex paucainterminatus pluribus quasi pater monuit: rogauitq; ut fratres diligerent promissa priorum peccatorum uenia si post hæc meliores fierent.Illi autem criminationum inuidiam deprecando fictas eas eē dicebant:purgationisque suæ fidem rebus ipsis posse constare:uerum quoq; ipsum debere omissa facilitate credendi aditum maledictis obstruere.Nunquam enim calumniatores defore : dum cui persuadeatur extabit. Cum his eum mature placuissent:qui ut patrem præsenti metu reiecto:de post futuris mœrere cœperunt.Etenim cognouere Salomen sibi esse infensam:& patruū pheroram:utriq; autem seui & graues erant:sed amplius pheroras qui totius quidem regni præter diadema socius erat: proprios autem redditus habuit.c.talēta totiusq; trans iordanē fructus ipse caperet a fratre sibi donodata. Quin etiam tetrarcham eum fieri beneficio cæsaris idem herodes impetrauerat: regaliq; cuniugio dignatus erat:sorore uxoris suæ nuptū ei collocata. Et post illius mortem desponderat ei filiarum suarum maximam.ccc.talentis in dotem datis. Sed regale coniugium pheroras ancillæ amore captus refugerat.Quāobrem iratus herodes filiā quidem nuptum dedit fratris filio: qui post a parthis occisus est.Mox autem morbo pherore uenia data indignationem remisit.De hoc etiam erat opinio q; uiua regina herodem opprimere uoluisset ueneno.Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat:ut quamuis amantissimus frater eēt herodis:fide tamen eorum quæ audisset adduceretur ad metum.Itaq; de multis qui suspecti erant habita questione postremo ad pherore amicos uenit:quoꝫ nulla quidem fuit de maleficiis aperta confessio:sed q; amica suspecta in parthos cogitasset effugere prodiderunt. Huius aūt consilii & fuge conscium esse aristobolum salomes maritum cui rex eam tradidit. Postquā superior adulterii causa peremptus est:sed nec salome criminatione libera manserat.Nam & hanc pheroras accusabat q; cum sillaeo procuratore obedire regi arabum de nuptiis constituisset quem inimicissimum herodes habet: conuicta autem & in hoc & in omnibus:quæ pheroras detulerat indulgentiam meruit:atque ipsum etiam pheroram criminibus soluit.Domus uero tempestas in alexandrum transiit:totaque capiti eius incubuit .Tres erant eunuchi regi carissimi: & ex genere famulatus neminem id latebat. Vni enim uinum ministrare fuit cura:alteri cœnam apponere: tertius autem dormitum eū collocabat:& cū ipso cubabat hos mūeribus maximis alexāder cupiditati suæ subiecerat. Itaq; postquā regi hæc sūt īdicata ui tormentoꝫ coacti & stuprū cōfessi sunt:& q;bus essent ad hoc ꝓmissis inducti aperuerūt:quomō eos fefellisset alexander nullam in herode spē habendam esse:improbo sene commemoras: & qui capillos ficeret:nisi ob hoc solū

eum etiam adoleſcentem putarent:uerum ſe coli oportere: qui etiam inuito eo regni eſſet futurus ſucceſſor. Neq; multo poſt ab inimicis pœnas repeteret:fortunatoſq; amicos ſuos beatoſq; faceret ac præ cæteris ipſos. Quin & obſequia potentiũ alexandro clam parare:militúq; rectores Itemq; ordinũ principes occulte ad eum cõuenire dixerunt. Hæc herodes adeo pertimuit:ut nõ auderet ſtatim delata ꝓferre:ſed exploratores die noctuq; ſubmittẽs dicta factaq; ſingula ſcrutabatur:& de quibus ſuſpitio eſſet illico trucidabat. Itaq; regnũ eius acerbiſſima iniquitate repletũ eſt. Nam pro ſuo quiſq; odio uel inimiciciis calũnias fingere:multiq; regis iracundia cædis cupida cõtra aduerſarios abutebantur:& mendacio quidẽ confeſtim fides habebatur. Erant autẽ criminationibus ipſis uelociora ſupplicia. Deniq; accuſabatur qui modo accuſauerat: & cũ eo qui ante iuſtus eſſet ducebatur ad pœnã. De uita nanq; periculũ regis quæſtiones breuiore cõpendio terminabat. Ad hoc aũt ſæuitia proceſſerat:ut nec eoꝝ quãquã humanitus aſpiceret:qui accuſati non eẽnt:uerũ etiã amicis imitiſſimũ ſeſe præberet. Itaq; multis etiã regno interdixit: & ĩ quos poteſtatẽ non haberet in eos dictis aſperis ſæuiebat. Acceſſit malis antipater collectaq; amicoꝝ caterua nullum criminationis genus omiſit. Tantus etiam ineptia ſua regem cõmentiſq; delatorum timor inuaſit:ut ſtricto inſtare ſibi gladio uideret Alexandrum. Deniq; ſubito & ipſum correptum in uincula coniecit:& in amicorum eius tormenta perrexit:multi autem taciti moriebãtur:nulla uitæ ſupra conſcientiam proditi. Alii uero quibus mendatium impatientia doloris extorſit:de patris eum inſidiis cum fratre Ariſtobolo cogitaſſe dixerunt tempuſq; obſeruaſſe: ut illo dum uenaretur occiſo romam profugerẽt. His tametſi ueriſimila non erant:ſed neceſſitate cruciatus ex tempore fingebantur:libenti tamen animo rex credebat pro conſolatione accipiẽs uincti filii ne id feciſſe uideretur iniuſte. Verum alexander ſuſpicionem patris nullo modo aboleri poſſe arbitrabatur:ultro malis aſſentiendum putauit ac digeſtis aduerſus inimicos.iiii.libris fatetur inſidias:eorumq; ſe plurimos ſocios habere proſcribit: ante omnes autem pheroram & ſalomen. Hanc enim etiam ſtupro ſibi quondam eſſe mixtam:cum uim noctu adhibuiſſet inuito. Iamq; libri in manibus erant herodis:multa & grauia de optimatibus fere clamantes cum mature in iudeam archelaus uenit metuens genero ſimul ac filiæ quibus etiã prouidentiſſimo cõſilio ſuccurrit:regiſq; minas arte diſſoluit. Mox enim cum eo congreſſus ubi nam eſt:clamat exitialis gener meus:aut ubi parricidiale caput aſpiciam:quod meis manibus ipſe lacerabo: addãq; filiam meam bono marito nouo. Nam & ſi conſilii particeps non eſt:quia tamen eiuſmodi uiri coniunx fuit inquinata eſt. Miror autem patientiam tuam cuius periculum agitur ꝙ adhuc uiuit alexander: ego nanq; ita ex cappadocia properans ueniebant:ut qui & illum olim reperirem dediſſe ſupplicium:& de filia quæſtionem tecum haberem:quam uitæ atq; contemplationis dignitate illi deſponderam. At nunc de utroq; nobis conſulendum eſt:licet nimium pater ſis:& adpuniendum inſidiatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras: & alter alterius iracundiæ uicariæ ſuccedamus. Talibus increpans quãuis pertinacem fallit herodem. Itaq; quos alexander perſcripſerat libros legendos ei præbet ſinguliſq; capitulis inſiſtens cum eo deliberabat. Vnde occaſionem ſui conſilii nactus archelaus paulatim cauſas in eos qui ſcriptis continebantur:& in pheroram contulit. Cum autem ſibi credere regem uideret: conſiderandum eſt inquit ne forte adoleſcentulus tot nequiſſimoꝝ inſidiis circũueniatur:non tu ab adoleſcẽtulo: nec enim apparere cãm cur in tantum ruerit ſcelus: qui & nũc regno potiretur: & ſucceſſionem regni ſperaret niſi aliquos haberet huius perſuaſionis auctores:qui ad ſiniſtram partẽ lubricum ætatis impellerent. Ab eiuſmodi nanq; hoĩbus non ſolum adoleſcentulos falli:uerum etiã ſenes domoſq; clariſſimas totaq; regna ſolere ſubuerti. Conſentiebat dictis herodes:iramq; paulatim remittebat in alexandro:& in pherorã excitabatur. Nanq; hoc erat librorꝝ quatuor argumentũ:qui ubi propenſiorem eſſe regis animum ſenſit:& in omnibus apud eum amiciciam archelai præualere:quã honeſte non poſſit ex impudentia ſalutem quæſiuit. Relictoq; alexandro confugit ad archelaũ. Et ille non inquit uidet quo ſe pacto eximat tantis criminibus inuolutum:quibus manifeſte cõuinceretur regem inſidiis uoluiſſe decipere oĩumq; maloꝝ præſentiũ adoleſcẽti cauſa fuiſſe:niſi malit omiſſis artibus callidis & negãdi pertinacia quibus inſimularetur oĩa confiteri:& a frare ꝑſertim cũ dilectus eſſet ueniam petere. Nanq; ad hoc ei modis omnibus ſe quoq; opem laturũ paruit archelao pheroras:atraque ueſte cum lachrymis: ut quam miſerabilis appareret iſtructus ad pedes herodis acceſſit:ſicque meruit ueniam poſtulans:& ſe quidem ſceleratum eſſe fatebat. Nanque omnia que ſibi obiicerentur feciſſe. Horum autem cauſam eſſe dicebat diminutionem mentis atq; inſaniam ex mulieris amore conceptam. Itaq; poſtq̃ ſtetit pheroras ſemetipſe accuſator ac teſtis tunc eum iam archelaus excuſando herodis iracũdiã mitigabat propriis uſus exẽptis Etenim ſe quoq; a fratre multo grauiora perpeſſum. Naturale ius dicebat antepoſuiſſe uindictæ

quippe in regnis uelut in magnis corporibus semper aliquã partem pondere ipso tumescere:quã recidi quidem non oportet:leui uero curari.Multa in hũc modum locutus archelaus.Herodem quidem pherore placidum reddidit:ipse autẽ alexandro tamdiu manebat iratus: si liãq; ab eo distractam secum abductuq; esse firmabat:donec herodem compulit ultro pro adolescentulo deprecari:ut iterum ei filiam desponderet.Satis autem cum grauitate archelaus cui uellet eam præter Alexandro collocari promisit:maxime enim impendere quæ iura inter se affinitatis inuiolata permaneant:regem autem sibi filium ab eo donatum infirmante nisi matrimoniũ diremisset:q; & liberos iam haberent:uxor quoq; ab adolescente diligeretur:quæ si remaneret:peccatorum foret obliuio: si uero discederet causa de oĩbus desperandi molliorem nanq; fieri audaciã: si domesticis affectionibus distrahatur. Vix tandem cessit:unaq; & ipse rediit cum adolescente in gratiam & patrẽ eius reduxit.Proculdubio tamen eum Romam mitti debere:ait cum cæsare collocutuq;:de oĩbus enim sese litteras ad eum fecisse.Consilium quidem Archelai quo genq; periculo liberauit peractum erat:& reintegrata gratia in epulis & humanitate conuictus familiariter uersabantur.Abeuntem autem muneribus talentoq; septuaginta:solio quoq; aureo gẽmis ornato.Et eunuchis & concubina donat herodes quæ panichis uocabatur.Itemq; amicoq; eius quiq; pro merito: quin & cognati regis omnes iussu eius Archelao dono dederunt: eumq; tam ipse quã optimates eius Antiochiam usq; prosecuti sunt. Non multo aũt post quidam in iudeã uenit Archilai consiliis multo potentior:qui non solũ reconciliationẽ gratiæ Alexandro quæsitam fecit irritam:uerũetiam causa fuit ut periret.Laco erat genere nomine Ericles ad regni desiderium amore pecuniæ corruptus.Iam enĩ luxum eius regia tolerare non poterat. His amplissimis donis herodi oblatis:uelut eoq; quæ aucuparetur illecebra:cum statim multiplicata recepisset imaculatam liberalitatẽ nihil esse ducebat:nisi regnum sanguine cõparasset. Itaq; regem adulatiõe falsisq; de ipso laudibus:& sermonis calliditate circũuenit:matureq; prospecto eius ingenio dictis simul & factis ne illi placerent inter primos eius amicos habetur. Nam & rex & omẽs eius comites libenter ciuem sparthæ patriæ causa præcipuo dignum honore ducebant. Ille autẽ postquã fragilitatem domus animaduertit: fratrũq; inimicicias & quẽadmodũ pater in singulos esset aĩatus: Antipatri quæ quidẽ hospitio præuentus erat. Simulata uero amicicia fallebat Alexandrum olim se & Archelai sociũ esse mentitus:quo etiã citius quasi probatus obrepsit. Moxq; ab eo fratri quoq; Aristobolo cõmendatus est.Pertentatis aũt personis omnibus aliã alio modo subibat:ac primum fit antipatri mercenarius & alexandri proditor:illum exprobrando castigans q; cum fratrum sit maximus spei suæ negligit insidiatores.Alexandrum uero q; regina creatus & regiæ coniugis uir filium priuatæ mulieris pateretur regno succedere. Præsertim cum habebat magnam occasionẽ Archelaum:quæ quidem adolescenti uera fide suadere uidebatur q; amiciciam simulasset archelai. Vnde nec alexander quicquã metuens: & de antipatro quæ se mouerẽt apud eum querebatur: & q; nihil mirum faceret herodes si cum matrẽ illorum interemerit:ipsis quoq; regnum auferret:quoq; causæ Euricles & misereris eos & dolere piter simulans etiã aristobolum ad ea dicenda pellexit:atq; ita querelis in patrẽ utroq; deuicto referens ad antipatrum secreto discedit:afflicto insidiaq; quoq; mendacio quas ei fratres firmasse parabat: ac pene iam strictis gladiis in eum irruere. Ob hoc aũt multa pecunia donatus ab antipatro laudator eius erat apud patrem:& ad extremum necis alexandri:& aristoboli redempta opera ipse accusatoris partibus fungebatur.Cunq; adiisset herodem uitam ei se repẽdere beneficiis sibi pro delatis: & lumẽ referre dixit hospitio.Nanq; olim alexandrum exacuisse gladium & confirmasse dexteram: uerũ sceleri tanto fuisse impedimento q; societatem facinoris assimulasset. Alexandrum enĩ diceẽ nõ bene secum herodem actum putare:q; regnum obtinuisset alienum & post matris eoq; necem principatum eius dilacerasset:nisi eam degenerem coaptaret herodẽ:auitumq; ipsoq; regnũ antipatro spurio propinaret.Proinde semet hyrcani manes & Mariannes ultum iri.Nec enim decere successionem regni ab huiusmodi patre sine cæde suscipere:multis ei rebus ad hoc excitari quotidie: quia nihil oĩno loqui sine calũnia liceret.Nam si de nobilitate alioq; fiat mentio sine ratione se contumeliis affici patre dicente solus generosus alexander: & cui pater sit pro ignobilitate decori inuentionibus quoq; offendere si taceat.Si uero laudet cauillatorẽ appellari prorsus ubiq; immitem sibi patrem offendere:soliq; antipatro indulgentem:ob quæ uelle mori non recusare: nisi ex uoto isidiæ successissent:sin eum occidisset: primum salutis occasionem fore archelaum socerum suum ad quẽ facile possit effugere.Deinde cæsarem qui nunc usq; ignoraret mores herodis:nec enim sic ei astaturum ut antea patris præsentiam formidando:nec de suis tantum criminibus locuturum: sed primum totius gentis erũnas:& quos ad necẽ usq; tributis opprimeret uulgaturum. Deinde in quibus delitiis quibusq; actibus parte sanguine pecuniæ cõsumptæ sint

& qui uel quales ex illis fuerint locupletati: qua causa ciuitates plagatæ: ibi aũt quæsiturũ: & aui & matris necem: & omia scelera regis retexturum: q̃bus cognitis nemo se iudicauerit parricidã. His Euricles in alexandrum falso delatis antipatri laudes prosequebatur illum solum qui patrẽ diligeret esse confirmans: quicq; adhuc insidias retardasset. Rex aũt nondũ præterite suspitionis dolore cõpresso intolerabilis iracundiæ feritate turbatur: in hoc tempus nactus antipater alios accusatores fratribus subornauit: qui eos diceret cum iocundo & tyrãno clã colloqui solitos eẽ equitum regis olim principibus: tunc uero propter quasdam offensiones ordinibus motas. Hac denique prædignatione succensus: confestim eos tormentis herodes subdidit. Illi autẽ nihil eoꝝ se quæ crimini darentur scire confessi sunt: sed oblata est quædam uelut ad propositum castelli alexandri ab alexandro scripta epistola deprecante: ut cum aristobolo fratre se in castellum reciperet: si patrem interfecissent: tam armis q̃ aliis subsidiis eos uti permitteret: hanc alexander diophanti cõmentũ esse dicebat: qui regis erat notarius homo audacissimus: & cuiuslibet mãus litteras imitari percallidus. Itaq; multis sæpe falso cõscriptis ad hoc postremo occisus est. Torto ãt castelli quoq; præposito: nec eius iudicio quicq̃ herodes eoꝝ: quæ delata erãt uera esse cognouit. Sed quamuis nullum documentũ ualidum proferret filios: tamẽ interi absolutos asseruari præcepit. Euriclea uero domus suæ pestem ac totius sceleris fabricatorem bene de se meritum dato remq; salutis appellans: talentis quinquaginta donauit. Ille autem priusq̃ certũ fama nũciaret ad archelaum properat: aususq; dicere: q̃ herodẽ reconciliasset elexandro: ab illo quoq; pecunias capit. Deinde ĩ achaiam transgressus ad similia facinora male quæsitis abusus est. Postremo apud cæsarem accusatus q̃ dissensiõibus repleuisset achaiã & ciuitates spoliaret: inde fugat: atq; hoc eum mõ pene Alexandri & aristoboli p̃secutæ sunt: hoc loco dignũ est Coumeuaristũ huic spartiatæ conferre. Náq; is cũ amicissimus esset alexandro: eodẽq; tempore quo Euricles ibidẽ erat aduenisset percõtanti regi sup his quæ ille insimularet: iuratus nihil se ab adolescentibus audisse firmauit. Nec tamen id quicq̃ miseris profuit apud herodẽ solis maledictis aures paratissimas apeti entẽ eumq; gratiosissimũ sibi iudicantẽ: qui secum eadem crederet: hisdemq; moueretur. Incitabat præterea Salome crudelitatẽ eius in filios. Nanq; hác aristobolus quo periculis inuolueret: quam & socrum habebat: & amitã monitum miserat: ut saluti suæ consuleret: quasi rex eã decreuisset occidere iterum insimulatã quorum ante fuerat accusata: q̃ enĩ Silleo arabi nubere cupiens: quem sciret eius inimicum: occulta illi secreta regis nũtiaret. Et hoc fuit extremũ quo tanq̃ tempestate oppressi adolescentes: non secus ac turbine pessundati sunt. Salome enĩ ꝑtinus cotendit ad regem eiq; monita aristoboli prodit: atq; ille ulterius durare non passus: utrũq; filiũ uinxit: & separatos asseruari præcepit. Deide uolumũ militiæ magistrũ: & ex amicis suis olipũ descripta ferentes indicia proficisci iussit ad cæsarem: qui postq̃ Romã naui delati sunt: regisq; litteras reddiderunt: uehementer quidẽ cæsar in adolescentes exarsit: uerũ etiã potestatẽ in filios a patre auferendam esse non duxit. Deniq; rescribit ei ut ipse sui dominus esset arbitrii: melius tamen facturum dicens: si in cõmuni consensu propinquoꝝ suorum prouinciæq; rectorum de insidiis quæreret: eosq; si delato crimini reperiret astrictos occideret. Si uero fugã tantũ esse meditatos mediocri supplicio cõtentus esset. Parit scriptis herodes: cunq; beritũ quo cæsar iusserat peruenisset cogit iudicium. Præsederunt aũt iudicio rectores: quibus a cæsare scriptum fuerat: saturninus & penaius legati: & cũ his uolumnius procurator. Itéq; propinqui regis & amici: necnon & Salome & pheroras: & post hos optimates Syriæ præter archelaum regẽ. Nanq; hũc herodes q̃ alexandri socer esset suspectũ habebat. Sed filios quidẽ satis ꝑuido consilio in iudiciũ non produxit: sciebat enĩ q̃ si tãtũ uisi fuissent omni mõ ad misericordiã cũctos impellerent: si uero etiam dicendi copiã nacti essent facillime alexãdrũ obiecta diluere. Igitur illi quoq; custodiebãt in platene uico sidonioꝝ. Exorsus aũt rex ueluti cũ ꝑsentibus ageret cõmouebat: & insidias qdẽ timide obiiciebat. Nam probatiõibus deficiebat maledicta uero & probra & iniurias: & peccata plurima in se admissa prosequebat: eaq; morte grauiora esse confessoribus demonstrabat. Postremo cũ nemo cõtradiceret semetipsum argui miserabiliter questus: acerbãq; uictoriã uincere singulos sniam rogat ĩ filios: & primus saturninus cõdẽnãdos esse adolescentulos: sed nõ morte ꝑnunciauit: nec enĩ fas esse cũ tres ipse astantes habet filios mortẽ alienis decernere. Idem etiam duobus legatis uisum est: eosq; nõnulli alii secuti sũt. Tristẽ uero sententiã primus uolũnius dixit cunctiq; post eũ herodis æmulatione uel odio: neq; indignatione quisquã necãdos esse adolescẽtes iudicauit. Tunc aũt uniuersa iudæa & Syria suspensa quidẽ opperiebat huius tragœdiæ finẽ: sed nemo æstimabat herodis crudelitatẽ ad parricidiũ usq; processurã. Ille tãtũ filios tyrũ traxit: atq; inde naui cæsareã deuectos: quo mortis genere perimeret cogitabat. Interea uetus quidam regis miles Tyro noie: qui & filium habebat alexandro assuetum atq; amicum: & ipse diligebat

adolescentulos: præ nimia indignatione mētis in postremo hos circūiens clamitabat cōculcatā esse iustitiā ueritatē periisse;naturam esse confusam;uitāq; hominū iniquitatis esse plenā:& oīa quæ dolor contēptori uitæ dictasset:deinde ipsum etiā regē ausus adire:mihi uero inquit oīum uideris esse infelicissimus:qui contra carissimos nequissimis credas.Siquidē pheroras & Salome fidem apud te aduersus filios habent;quos sæpe ipse mortis supplicio dignos esse iudicasti:neq; aduersus hoc eos agere:ut iustis successoribus destitutus cum solo remaneas antipatro capi facile regem optantes.Verūtamen cogita ne ille quoq; militibus odiosus sit propter cædē oīum fratrum. Nullus enim est qui non adolescentiū misereatur.Principū autē plurimi etiā palā grauiter ferunt.Hæc dicens simul eos:quibus res indigna uidereť noīabat.Rex aūt statī illos & ipsum cū filio cōpræhendi iubet.Ibiq; cū aliis quidā regalis tonsor noīe tripho:nescio qua exagitatus insania semetipsum indicans ꝓsilit:ac mihi quoq; tyro inquit iste persuasit ut occasione tondēdi nouacula te occiderē:magnaq; alexādrū daturū munera pollicebať.His auditis herodes: & tyronē eiusq; filium:& tonsorē subdidit quæstioni.Cunq; illi pnegarent:tonsor aūt amplius nihil diceret tyronē uehementius torqueri iussit:tū quæ filius eius prīs miseratiōe cōmotus cūcta se regi: si eū sibi cōdemnasset indicaturū promisit.Eoq; relaxato ipsius occidendi patrē suum habuisse uolūtatem:dixit impulsum ab alexandro.Hoc autē quibusdā factū ab adolescente uidebať: quo tormentis eriperet patrem.Nonnulli ueꝝ esse firmabant.Herodes tamen & militū prīcipibus & tyrone pro contione accusatis:ita in eos armauit populū:ut ibidē cū tonsore lignoꝝ & lapidum ictibus interirent.Filios uero in sebasten missos:quos non longo a cæsario interuallo distaret:ofocari præcepit ea quæ re mature perfecta in castellum alexādriū mortuos asportari cū alexādro materno auo sepeliendos.Hic finis quidē aristobolo & alexandro uitæ fuit.Antipatro cū iā sine controuersia successorem regni sperareť:intolerabile gentis excepit odiū cunctis scientibus illū omnes fratribus suis conseruisse calumnias:nihiloq; minus timor eū nō mediocris sollicitabat crescente sobole peremptoꝝ.Erant enī alexandro ex Claphira filii duo Tygranes & alexander: itemq; aristobolo ex beronice salomes filia herodes & agrippa & aristobolus: filiæq; herodias & marianne.Sed glaphirā qnidē herodes cū dote sua in Cappadociam dimisit postquā alexandrum interfecit.Beronicem aūt aristoboli coniugē auunculo antipatri nuptū dedit: qui ut salomen q̄ offensam habebant sibi reconciliare istas nuptias excogitauit.Idē uero etiam pheroré mūeribus aliisq; obsequiis atq; amicos præterea cæsaris ambiebat:magnas romā mittendo pecunias.Saturninum enim cū aliis omnibus apud Syriā donis expleuerat:hoc aūt magis inuisus erat cunctis q̄ plura donabat:uelut ope tantas non munificentia largiretur:sed metu consumeret.Itaq; eueniebat ut nec accipiendum beniuolentia quicquā profecerit:quibusque nihil dedisset acerbiores inimicos haberet.Indistributionibus munerū quottidie largior erat:cū præter spem uideret orbos pueros ab herode curari quantūq; illum peremptoꝝ cædis pœniteret prolis eoꝝ miseratiōe significari.Conuocatis enī propinquis ac amicis suis:& pupillis astantibus cū lachrymis oppleſſet oculos dixit:hoꝝ qdē mihi patres fortūa quædā tristis eripuit:ipsos āt orbitatis misericordia cū natura cōmendat.Experiar itaq; ut si pater infortunatissimus fui:auus tamen sim prouidentior: & a quibus post me regantur amantissimos mihi relinquā. Despondeo igitur filiā tuā pherora maximo filiorum alexandri ut ei curator sis necessarius.Tuo uero ātipater filio aristoboli filiā: eris enī hoc mō pater orbatæ.Sororē uero eius meus herodes accipiet:& pontifice auo materno pronatus.Et de his quidē sit iudiciū meū:neq; quisquā dirimet quin me amabit. Precor aūt deū etiam bono regni mei:meorūq; nepotamē copulare nuptias:atq; hos pueros placidioribus:quā patres eorum oculis aspicere.Postquā hæc locutus effleuit & puerorū dexteras iunxit:benignissīme consalutatis singulis dimisit consiliū:statī diriguit antipater quantūq; dolore affectus eēt neminē latuit pupillorū.Nanq; honorē apud patrē quoq; sibi derogatū existiabat:iterūq; de rebus cunctis periculū fore:si alexandri filius præter archelaū etiā pherorā adiutorem haberet:ad hoc reputabat odiū suum:& orbitatis miserationē qua tota gens flectebať quanto uiuentiū puerorū studio:& quanta memoria mortuorū scelere tenerenť iudæi.Itaq; omnimodo dirimere spōsalia studuit:& callide quidē patri surripere timuit sæuiēti:acriterq; uigilanti ad suspicandū.Palā uero eū supplex adire ausus ē corāq; deposcere:ne se honore priuari quo dignū eēt iudicasset:nudūq; regis nomē habere uellet:regni aūt substantiā penes alios esse:nec enī posse reꝝ obtinere dominatum:si præter auū Archelaū etiā Pheroras Alexandri filio socer esset adiunctus. Instantissīme uero precabatur:quia numerosa esset regia progenies nuptias ꝑmutari.Nouē nanq; regi uxores erant:sed harum septem unde filios susceperat ipsum antipatrum ex doside herodem autem ex Marianne pontificis filia:itemq; antipan & Archelaū ex Martha cesamaritide filiāq; Olympiadē: quā frater eius Iosephus habuerat:ex hierosolomytide uero Cleopatra heroden & Philippū:nec-

non ex Pallade Phaſellũ. Habebat autẽ filias quoq; alias Boſamen & Salomen:unã ex Phedera: & alteram ex Iopide:duaſq; uxores ſine filiis conſobrinam & ſororẽ ac præter has Alexandri & ariſtoboli ſorores duas ex marianne.Cum igitur tanta prolis copia ſupereſſet aliter nuptias iũgi poſtulabat antipater.Rex aũt perſpecto eius animo quid de pupillis cogitaret uehemẽter iratus eſt:quippe filioꝝ quos interfecerat caſum reputans formidabat:ne etiã hi quandoq; criminatiõ antipatri præmiũ fierent:ſed tunc quidẽ ſeuioribus dictis protelat.Poſtea uero blãditiis eius abductus ſponſalia reformauit:ac primum ipſi antipatro Ariſtoboli filiam collocat:filium uero eius iungit filiæ Pherore.Hinc licebit aduertere quantũ anti parri ualuerit adulatio: q; ipſi in ſimili cauſa impetrare ſalome non potuit.Hanc enĩ quãuis ſoror eſſet:atq; hoc ſæpe intercedẽte. Iulia uxore cæſaris poſtulaſſet arabum regi nubere non paſſus eſt; ſed inimiciſſimã ſibi fore iurauit:niſi ab hoc ſtudio deſtitiſſet.Poſteaq; inuitam Alexe cuidam ex amicis ſuis ĩ matrimoniũ dedit:eiuſq; filiarum unam alexandri filio:alteram antipatri auunculo tradidit.Natarum autem Mariannes una ſororis filium habebat Antipatrum.Altera fratris Phaſelum. Sic interrupta pupillorum ſpe antipater & pro ſua cõmoditate affinitatibus iunctis expectatione certa nitebatur: adiectaq; malignitati fiducia nequaq̃ erat tolerabilis:nã quia ſingulorũ odium uitare nõ potuit: ſecuritatem ſibi extorquere querebat.Cum præterea pheroras ei ueluti iam cõfirmato regi obſecundaret:qui & mulierum cõflata in aula cõflatio nouas turbas excitabat.Etenĩ pherore uxor cum matre ac ſorore ſua:necnon & matre antipatri multa in regno inſolenter agebat: auſa etiã duas regis filias contũelioſe tractare:cui rei maxime ab antipatro erat abiecta. Itaq; cũ illi iuiſæ eſſent:alis quidẽ morigeras habebãt:ſola uero ſalome aduerſabaꝰ eoꝝ concordiæ q; nõ bono regis coirent apud ipſũ inſimulabat.Cognita uero eius delatiõe mulieres quodq; herodes ægre tuliſſet:aperto quidẽ cõuentu & fãiliaritate abſtinuerũt:cõtra uero etiã diſcordare inter ſe rege audiente ſimulabant.Cũ his colluderet antipater:ut palã pherore minĩe dubitaret offendere:occultos ãt cœtus & nocturnas cõmeſſationes habebant:earũq; cõfeſſionẽ fecit obſeruatio firmiorem:cum horum nihil ignoraret Salome:ſed herodi cuncta nunciaret.Ille aũt ardens iracundia maximeq; contra Pherore coniugẽ q; eã præ cæteris accuſaret ſalome conuocato cognatorum amicoꝝ conſilio : & talia multa mulieris & filiaꝝ contumelias crimini dedit:quodq; phariſæis mercedẽ cõtra præbuiſſet:fratréq; ſibi hoſtẽ reddidiſſet expugnatũ uenenis.Poſtremo cõuerſus ad pheroram: utrum ait ſe fratrem an uxorem uellet optare.Cunq; ille ſe citius uita dixiſſet quã coniuge cariturum incertus quid ageret ad antipatrũ ſermonẽ cõtulit:ac ne cũ pherora:uel eius coniuge.aut quouis alio quĩ ad eã pertineret unquã colloqueretur edixit.Verum ille palã præcepta cuſtodiens in occulto cũ his pernoctabat.Metuẽſq; obſeruationẽ ſalomes p amicos in italia degentes ut romã proficiſceretur effecit:ipſorum datis litteris ubi antipatrum aliquanto poſt tempore ad cæſarẽ mitti oportere perſcriberent.Igitur Herodes nihil moratus eũ miſit cunctis quæ uſui forent magnaq; pecunia liberaliter inſtructum. Teſtamẽtũq; una portãdũ ei dedit in quo Rex ipſe Antipater inſcriptus erat.Et Antipatri ſucceſſor Herodes ex Marianne pontificis filia procreatus.Qui & ſilleus arabs itidem Romam negleto cæſaris præcepto nauigauit.De his cum Antipatro certaturus:de quibus cum Nicolao cãm antedixerat.Non leue aũt cũ areta rege ſuo certamen habebat:cuius & alios amicos interfecerat:& ſeniũ in petra oppido potentiſſimũ: redemptoq; phabato diſpenſatore cæſaris fautore utebatur etiã in heroden.Sed maiore pecunia data herodes phabatum a ſilleo remouit:ac per ſemetipſum quæ cæſar iuſſerat exigebat.Ille aũt cum nihil dediſſet:accuſabat apud cæſarẽ phabatum diſpenſatorẽ eſſe dicens:non quæ ipſi : ſed quæ herodi expedirent.Quibus cõmotus ad iracundiam phabatus adhuc aũt apud heroden maximus habebaꝰ: ſecretorum ſillei proditor factus eſt regiq; indicauit q; Silleus corinthũ eius ſatellitem pecunia corrupiſſet:eũq; aſſeruari oporteret:neq; rex id facere dubitauit:quoniã corinthus iſte licet in aula regis eſſet educatus ex Arabia tamẽ fuerat oriundus. Igitur mox non illum ſolum corripi:ſed etiã duos alios Arabas iuſſit eum apud repertos unũ ſillei amicum: alterũ philarchum.Qui ſubditi quæſtiõe magna pecunia corintho:ut heroden occideret pſuaſiſſe cõfeſſi ſunt.Illi quidem etiã a Saturnino rectore ſyriæ interogati Romam tranſmiſſi ſunt.Herodes aũt pherore uehementius imminebat:ut repudiaret uxorẽ.Aliquid enĩ quod mulierẽ plecteret excogitabat quia multas ĩ eam odii cauſas haberet:donec ipſum etiã fratrem cũ ea ſupra modum indignatus eiecit.Pheroras autem æquo animo accepta iniuria in tetrachiam ſuam receſſit:iuratus unum ſui exilii finem ſibi fore mortem herodis.Neq; ſe ad eum reuerſurum eſſe dum uixerit.Deniq; nec ægrotum quamuis ſæpe accitus fratrem uiſere uoluit cum quibuſdam mandatis eum quaſi moriturus uellet inſtruere.Sed ille quidem præter ſpem conualuit. Poſtmodum autem pheroras in morbum incidit:tumq; herodis patientia demõſtrata eſt.Nam & uenit ad eũ

& humanissime curatū uoluit.Sed morbū superare nō quiuit:in diebus enim paucis ē mortuus. Quem licet ad ultimum uitæ diem dilexisset Herodes:tamen ꝙ illum quoꝙ ueneno peremerit fama uulgatum est.Verum eius corpore in hierosolymā portato luctum maximū cunctæ gēti denūtiauit:clarissimaꝙ funus sepultura dignatus é.Vnus qdē interfector Alexādri & Aristoboli hunc exitum uitæ sortitus est.Transiit aūt in Antipatrum auctorem pœna sceleris ex interitu pherore nacta principium.Quidam enī ex eius libertis cū regem tristes adiissent fratrem ipsius pheroram ueneno interemptum esse dicebant.Nam quendā ei cibū obtulisse coniugē suam nō eo quo solebat modo conditum:eoꝙ sumpto illū morbo protinus esse corruptum uenisse autē ante biduum matris ac sororis eius accitu quādā ueneficā mulierculā ex Arabia:ut uenenū pherore cōficeret amatoriū & ꝑ amatorio dedisse mortiferū fillei consilio.Nanꝙ illi notum fuisse: perculsus igitur plurimis suspitiōibus rex:ancillas & nōnullas libertinas quæstioni subiicit.Ibiꝙ tum exclamat aliqua doloris impatiens.Deus cæli tærræꝙ rector in matrē Antipatri quæ horū nobis maloꝝ cā est uindicet.Hoc rex indicium nactus persequebat ulterius īdaginem ueritatis Mulier uero & matris antipatri familiaritatē cū pherora eiusꝙ uxoribus & occultos eoꝝ cōuētus:aperuit quoꝙ pheroras & Antipater redeūtes a rege:tota cum illis nocte potare soliti essent seruis omnibus exclusis & ancillis.Vna quidē libertinaꝝ hoc indicauit.Cum aūt ancillæ separatim:singulæ torquerentur:patuit omnium dicta congruere:qua de cā romam quidē Antipater ex composito pheroras aūt trans flumen recedere curauisset. Nam sæpe illos in sermone dixisse ꝙ post alexandrum & Aristobolū ad ipsos eorūꝙ coniuges transiturus esset herodes.Nec alicui posse parcere:qui marianne eiusꝙ filiis minime peperciset:ideoꝙ melius esse ab hac bestia:quā longissime fugere.Sæpe autem dixisse matri antipatrum conquerentem ꝙ cū ipse iam canus eēt pater in dies singulos iuuenesceret seꝙ fortasse priusquā regnare incipiat morituꝝ:aut nunquā ille decesserit quando autem istud fiet:uoluptatē sibi successionis omnino fore breuissimā.Pullulare præterea hydræ capita hoc est Alexandri & aristoboli filios:sibi autem filiorum quoꝙ spē ademptam esse patris iniuria:qui non eoꝝ quenquā post mortem suā regni successorē:sed Mariannes filium scripsisset heroden.Qua quidē in re prorsus eum senectute delirare:si testamētū suum standum arbitraretur.Te nāꝙ ut ex eius progenie nemo supereſſet:curaturum.qui etiā cū omnes patres quibus inuisum quā filii fuerunt nomen odio uindicat.Plus tamen eum etiā fratres odisse.Deniꝙ nuper sibi ne cum pherora colloquereť.c.talenta donasse atꝙ cum pheroras diceret quid enim per nos lædabatur:respondisse Antipatrū utinā cunctis ablatis nudos se dūmodo uiuos relinqueret.uerum hoc nequaquā fieri potest ut tā pestiferā bestiam quisquā effugiat:sub qua nec amicis esse palam liceret.Deniꝙ nunc occulte inquit conuenimus: licebit autē aperte si uiroꝝ spiritum manusꝙ habeamus.Hæc in tormentis ancillæ prodiderunt:& ꝙ pheroras cum illis petram fugere cogitasset:ut omnibus aūt dictis herodes crederet.c.talentis effectū est.De his enī soli antipatro dixerat.Igitur ante alios ī dosiden antipatri matrē furor eius erūpit: eamꝙ omni ornatu quē illi donauerat spoliatā multis comparato talētis expellit.Deinde ita depositā pherore mulieres a tormentis recreabat.Timore aūt pauidus erat & ad omnes suspitiōes excitabatur multosꝙ innocentes metu ne quē nocētiū prætermitteret in torméta ducebat. Hīc ad samaritam se cōuertit antipatrum qui procurator erat antipatri: & ex illius cōmentis cōperit necandi sui causa ex ægypto antipatrum uenenū malū petiisse ꝑ aliquē antiphili collegā:idoꝙ ab eo antipatri auunculū accepisse hesdionē ac pherore tradidisse.cui mandasset Antipater:ut Heroden occideret:dum ipse romæ abesset:ac suspitiōe careret: pheroram uero uenenū uxori suæ dedisse seruandum.Itaꝙ hanc euocatā statim rex quod acceperat afferre iubet.Illa uero quasi allatura egressa de tecto se præcipitē dedit:ut eo modo exprobrationis & regis uerbera p̄ueniret, sed dei prouidentia sicut apparet quæ ab Antipatro pœnas repeteret non in caput:sed ī alteram delata partem periculum mortis euasit.Portataꝙ ad regem ubi resipiscere potuit.Nam casus eā perturbauerat:& quamobrem se præcipitasset interogata iurante rege :ꝙ uera dicēti remitteret omne supplicium:sin falsa promere maluisset:corpus eius tormētis absumeret. Neꝙ sepulturæ quicquam relinqueret:paulisper tacuit.Deinde quid inquit secreta custodio cō pheroras obierit antipatro qui nos omnes perdidit seruatura? Audi rex & tecum deus testis ueritatis qui falli nō potest.Cum pherore morituro lachrymās assiderem:tunc ille me ad se uocauit:& multū inquit mulier de fratris erga me animo sum deceptus.Nam qui sic me diligeret inuisum habui:& necare cogitaui:qui tanto nunc mei:licet nec dum mortui:dolore cōfunditur.Sed ego quidem ob impietatem pretium fero:tu uero quod in eum seruas relictum nobis ab Antipatro uenenum huc affer propere:meꝙ uidente consume:ne ad inferos quoꝙ ultricē huius sceleris conscientiā deferam.Ita ut iussit attuli:& magnam quidem uenēi partem sub obtutibus eius ī ignē effudi:

modicum uero mihi per dubios casus & quæ te metuere reseruaui. His dictis illa quidē omino paululum quiddam ueneni habentem pixidem profert. Rex quidē i matrem fratrēq; Antiphili contulit quæstionē. Verum hic quoq; antiphilum ex ægypto attulisse pixidem fatebatur: illūq; uenenum a fratre apud Alexandriam exercente medicinam accepisse dicebant. Totum autem regnum circueuntes Alexandri & Aristoboli manes ipsi erant incertarum rerum exploratores atq; iudices: & a suspitionibus remotissima approbationes trahebāt. Deniq; etiā pontificis filiā mariannem cōsciam esse maleficiorum patuit. Hoc enim tortis eius fratrbus demonstratū est. Rex autem matris audaciam filii quoq; penuria coercuit. Nam quem illa pepeat herodem Antipatri successorem scriptum ex testamento deleuit. Post hæc etiam batillus nouissima cōsiliog; Antipatri fides documentis accessit. Nanq; is erat quidam libertus eius: aliud autem uenenum ferens: hoc est aspidum uirus aduenerat: aliorumq; serpentum sucos: ut si prius fuisset inualidū: hoc se pheroras cum coniuge in regem armaret. Idem uero præter susceptam contra salutē pris audaciam uelut operā subsiciuam habebat epistolas aduersum fratres compositas ab Antipro. Erant autem romæ in studiis archelaus & philippus iam adolescentuli magniq; animi regis filii quos Antipater uelut imminentes spei suæ remouere festinās: quasdam in eos litteras ipse finxit amicorum nomine romæ degentium. Nonnullis autem corruptis scribere persuasit. q; multis patrem maledictis carperent: Ac de Alexandri & Aristoboli nece manifeste quererentur: seq; accitos esse grauiter: iam enim pater eos redire præceperat: idq; maxime sollicitabat Antipatrum. Quin etiam priusquā proficisceretur in iudæa constitutus Antipater: eiusdem modi contra eos romæ litteras mercabatur: patrem adeūdo uitandæ suspitionis causa fratres purgare simulabat: quædam falsa scripta: quædam uero adolescentiæ peccata esse commemorans. Quo quidem tē pore scriptoribus epistolarum quas in fratrum perniciem simulabat: plurimis pecuniis datis sūptuū confundere tentabat indicia. uestem prætiosam: uariaq; stragula: poculaq; argentea: necnō & aurea comparando: aliaq; plurima instrumenta: ut pretiorum magnitudine mercedes falsariis erogatas cælaret. Deniq;. cc. talēta rettulit expensa & maxima fuit occasio causa sillei. Vniuersis autem malis eius tunc minoribus maiore conceptis: cum omnia quidem torméta de parricidio: epistolæ uero de iteratis fratricidiis conclamarent. Nemo tamen ex iudæa ueniētium: quo in loco fortunæ domus essent nūciauit: quamuis inter scelus probatum & eius reditum septem mēsium interualla fluxissent. Ita erat inuisus omnibus. Fortasse autem etiam quibus indicandi uoluptas fuit: per interfectorum fratrum manes obmutescebant. Deniq; Romam litteras misit cō tinuo se conuenturum esse: q; honorifice dimissus esset a cæsare nuntians. Rex autem insidiatorum manus tenere desiderans: timensq; ne si quid præsciissent forte cauerent ipse quoq; litteris benuolentiam simulans: & alia familiarissime scripsit: & ut reuersionem suam maturaret orauit. Nam si properasset matris suæ quoq; offensionem posset cōponere: quam expulsam esse non ignorauit Antipater. Primam quidem de morte Pherore acceperat epistolam apud tarentū eūq; uehementer luxerat: id autem nonnullis de patruo laudabile uidebatur: sed quantū intelligi datur causa doloris erat q; insidiæ pro uoto non cesserant. Neq; tam pheroram flebat quam maleficiorum ministrum. Præterea metus eum quidam ob ea quæ confecerat occupabat: ne quādo forte depræhenderetur uenenum. Tum autem in Cilicia patris epistola sibi reddita quam supra memorauī: statim quidem festinabat: sed postq̄ in celenderium delatus est: subit eum quædam materni casus cogitatio anima iam per semetipsam diuinante. Et amicorum quidem prudētiores ei suadebant: ne prius patrem conueniret: q̄ pro certo cognosceret. quibus ex causis matrem suam repudiasset. Nanq; timere ne forte criminationes eius auctæ fuissent. Minus autem prudētes & uisendæ patriæ cupidi magis quam q; antipatro esse utile considerantes ut properaret monebant: ne ex ipsa mora & patri causam prauæ suspitionis & calumniam præberet calumniantibus. Nunc enim si quid motum est in absente esse factum nec enim præsente illo quenq̄ id ausurum fuisse. Absurdum enim uideri propter suspitiones incertas certis bonis carere. Neq; enim mature se patri reddere: ab eoq; regnum accipere quo solo ipse niteretur. Paruit his ātipater impellente fortuna transmissusq; i sebastum cæsariæ portum defertur. Occurrit autem illi præter opinionem maxima solitudo: cū oēs eū deuitarēt: nulluſq; auderet accedere. Nā & si semp æque inuisus erat odio tamen ut proderetur: tunc data libertas est. Multos autem auertebat ex Rege formido: quoniam cunctas iam ciuitates de antipatro fama repleuerat: soluſq; de se quid ageret antipater ignorabat. Nec enim uel clarius eo quisq̄ deductus est: cum romā nauigaret: uel ignobilius ide susceptus ē. Enī uero clades ille domesticas itelligēs calliditate celabat: metuq; pœnæ mortuus uultu cōfidētiā simulabat. Et neq; fugæ spes ulla erat: neq; ex circūstātibus malis emergere poterat: certūq; nihil ei de domo ne ibi qdē nūtiabat: id enim regis itermiatio ,phibuerat.

Vnde interdum etiam spes eum pertẽtabat hilariorꝫ aut nihil esse depræhẽsum: aut si quid esset, Hoc sese impudentia sua diluiturum ac dolis quæ sola instrumenta salutis haberet. Itaq; his armatus sine amicis in regiã uenit q̃ a prima ianua cum iniuria sunt repulsi. Forte autem Varus syriæ rector intus aderat. Ingressus inde ad patrẽ confirmatusq; audacia uelut eius salutandi cã propius accedebat. Cum ille obiecta manu & capite declinato exclamabat. Et hoc paricidæ est ut me amplexari uelis: qui tot maleficiis inuolutus corruptum habes impiũ caput: neq; me attingas priusquam criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudiciũ & iudicẽ qui opportune præsto est uarum. Vbi & quemadmodum te purges ĩ diẽ crastinũ meditare. Nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hæc metu obstupefactus Antipater quia respondere nihil potuit: reuersus ẽ. Cum aũt ad eũ uenisset mater & uxor cunctas eni probationes exposuerunt. Tumq; recepta mẽte quo pacto sese defenderet cogitabat. Postero aũt die rex exhibito propinquoꝝ atq; amicorũ consilio antipatri quoq; amicos uocat. Ipse aũt cum Varo residens: cunctos iudices iussit adduci in quibus erant serui matris Antipatri quidam pridem cõpræhensi qui ab ea litteras ad eũ portauerunt huiusce modi. Quoniam illa omnia patri tuo cognita sunt: caue ne ad eũ uenias: nisi aliquod auxilium a cæsare impetraueris. Itaq; is una cũ aliis introductis ingreditur Antipater. Cũq; pronus ante pedes patris cecidisset: oro inquit pater ne quid de me præiudices: sed ĩtegras aures satisfactioni meæ præbeas. Demonstrabo enim me innoxium si tu uelis. Ille aũt magna ei uoce impetrato silentio ad Varum locutus est q̃ & tu uare & quilibet iustus iudex antipatrum morte dignũ iudicauerit certe scio. Vereor aũt ne mea quoq; tibi sit inuisa fortuna omniq; calamitate dignum deputes qui tales filios genuerim. An qui magis hoc tibi miserandus uideri debeo: q̃ erga tam scelestos indulgentissimus pater fui. Nam illis prioribus adhuc adolescentulis regnũ detulerã: eosq; romæ educatos amicos cæsaris fecerã. Sed q̃ aliis inuidendos Regibus æmuládosq; constitui meæ salutis hostes inueni quoꝝ tamen interitus Antipatro magis profuit. Isti enim q̃ adolescens & successor meus futurus esset maxime securitas quærebat. At uero hic adolescẽtulus belua patientia mea plusquã necesse expletus ĩ me satietatem suã ꝓfudit: eiq; diu uiuere sum uisus. meãq; senectutẽ grauiter tulit rexq; fieri nõ nisi parricidio passus est: quæ quidẽ nõ ꝓfecto iniqua ratione cogitauit: q̃ ex agro abiectum reduxerim: & excluſis quos mihi regina perpeat filiis regni mei uicarium declarauerim. Equidem tibi uare confiteor meæ mentis errorem. Ego illos contra me filios irritaui qui antipatri gratia spes eorum iustas abrupi. Quid enim tantum de illis quantum de isto bene fũ meritus: cui uiuus etiam potestatem meam pene concessi. apte autem regni successionem testamento reliqui: & præter destinatos ei separati quinquaginta reditus talentorum sumptum passim mea pecunia submini strauiac nuper Romam quoq; nauigaturo dedi. ccc. talẽta quẽq; solum ex omni familia mea tanquam patris seruatorem celari commendaui. Aut quid illi tantum sceleris quantum antipater admiserunt: qđ ne de his habui tale iudicium quales demonstraui huius insidias: at etiam probo qui ausus est aliquid parricida rursũq; ueritatem dolis quærat obtegere: quod tibi Vare cauendum sit. Nam ego istam beluam noui: & quam sit ueri similia dicturus: iam non prospicio fletusq; simulatos. Hic est qui me quondam monebat ut uiuum Alexandrum cauerẽ. neq; meum corpus omnibus crederem. Hic est q uscq; ad cubile meum solebat ingredi & circunspicere ne quis mihi pararet insidias. Hic somni mei custos erat: & securitas dator qui consolaretur somnium peremptorum & uiuentium fratrum beniuolentiam diiudicaret. Hic propugnator & satelles meus. Cum eius calliditas Vare in mentẽ uenerit: & quemadmodum singula simulasset uix me credo uiuere tanq; grauem insidiatorem quo pacto effugerim miror. Verũtamen quia fortuna quædam excitat contra me domum meam mihiq; amicissimi semper infensi sunt: ego quidem fatorum iniquitatem flebo: & mecũ ipse solitudinem gemam. Nemo autem qui meum sanguinem sitierit ebibetur: etiam si per omnes filios meos indicia uentura sint. Hæc dicens ipse quidem interrupto sermone tacuit dolore cõfusus. Nicolao autem uni ex amicis probationes iussit exponere. Inter hæc autem Antipater sublato capite: cum prostratus ante patris pedes maneret exclamat. Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego parricida quem tu semper seruatorem te habuisse commemoras. Aut si ficta ut dicis simulataq; mea pietas fuit. Cur in aliis tam callidus in hoc adeo demẽs fui: ut nõ intelligerem q̃ si homines lateret tanti sceleris cogitatio: cælestem latere iudicem omnino nõ posset: qui ubiq; presto esset: & cuncta cõspiceret. An fratrum exitum ignorabam: quos ob ea deus ultus est: quæ de te male tractauerant? Quid autem fuit cur me tua salus offenderit? Spes regni? Sed regnabam. Odii suspitio? Sed diligebar. An ex te metus aliquis? An quin tui seruans aliis timendus eram? Sed egestas causa fuit? multo minus. Quis enim magis expensarum habuit potestatem? Si autem omnium hominũ perditissimus essem: immaniscq; bestiæ animum gererẽ: certe

manſueti patris beneficiis uinceret:quē ſicut tu dixiſti reduxeris:totq; filiis antepoſueris uiuuſq; Regem declaraueris:aliorumq; bonorum magnitudine reddideris inuidēdum. Ome miſerum acerbiſſimamq; peregrinationem meam:quam longum laboris tempus: magnūq; inſidiātibus ſpatium præbui.Sed tantum tibi pater tuiſq; rebus aberam:ne Silleus tuam contemneret ſenectutem.Roma mihi teſtis eſt pietatis:& princeps orbis terræ cæſar:qui me patris amatorem ſæpe uocitabat.Accipe pater has eius litteras fictis in me criminationibus ueriores:hiſq; me defendo.Hæc affectus erga te mei argumenta certiſſima recordare:quam ingrate hinc nauigantē ſcis: latentes in regno contra me inimicitias non ignorantem.Tu pater inuitus me perdidiſti:tu cōpuliſti ut darem accuſandi tempus inuidiæ.Verum ad indicia ueniam.Ecce adſum terra mariq; nihil uſquam parricida perpeſſus.Sed nondum me hoc argumento diligas.Nam & apud deum & apud te pater condemnatum me eſſe ſcio.Condemnatus deprecor ne aliorum tormentis fidem habeas ī me feratur ignis:per uiſcera mea pergant inſtrumēta pœnarum:ne parcas ſceleſto corpori.Nam ſi parricida tum tormentorum expars mori non debeo.Talia cum lachrymis atq; ululatu uociferans:& omnes alios & Varum ad miſericordiam prouocauit:ſolum autem Herodem quo minus fleret iracundia continebat documentis ueris intentum. Ibi autem Nicolaus iuſſu regis multa de Antipatri calliditate præfatus & miſericordiæ ſpem ſuſtulit: & accuratiſſimam accuſationem inſtituit:cuncta quidem regni maleficia illi aſcribēs:maxime uero fratrum interitum:quos ipſius calumniis interfectos eſſe demonſtrans etiam ſuperſtitibus eum inſidiari quaſi ſucceſſionis captatoribus affirmabat.Nam qui patri uenenum paraſſet multo minus a fratribus abſtineret.Cum autem ad ueneni probationes ueniſſet:per ordinem proferebat indicia: etiam de pherora crimē exaggerans ueluti illum quoq; Antipater fratricidam feciſſet:corruptiſque regis amiciſſimis ſcelere omnē domum repleuiſſet. Atq; ita multis aliis dictis exprobratis perorauit.Varus autem cum reſpondere iuſſiſſet antipatrum & ille nihil aliud elocutus : quam deus teſtis eſt innocentiæ meæ ſilens iaceret:uenenum petit:idq; alicui damnatorum capitis ex cuſtodiendis bibendum dedit:eoq; ſtatim mortuo quædam in ſecreto cum Herode ſermocinatus geſta in concilio cæſari ſcripſit.Poſteroq; die ide diſceſſit: nihiloque minus Rex Antipatro uinculis ttadito cladis ſuæ nuntios ad Cæſarem miſit.Poſt hæc etiam Salomen appetiſſe iſidiis arguebatur Antipater.Quidam enim de ſeruis Antiphili Romam uenerat epiſtolas ferens alicuius Acmes nomine ancillæ iuliæ.quibus ad regem ſcriptis indicauerat Salomes epiſtolas inter litteras iuliæ repertas clam ei beniuolentiæ cauſa miſſæ.Ipſius autem Salomes epiſtolis & maledicta in regem acerbiſſima:& accuſatio maxima continebatur.Sed omnes Antipatro erant fictæ.Iſque acmen pecunia corruptam ad Heroden eas mittere perſuaſerat. Epiſtola enim eiuſdē mulierculæ ad ipſum ſcripta id prodidit cuius uerba hæc ſunt.Sicut uoluiſti patri tuo ſcripſi.& illas epiſtolas miſi:certo ſciens regem ſorori ſuæ minime poſſe parcere:ſi eas recitauerit . Bene autem facies ſi cōſumatis omnibus pollicitationum tuarum memor fueris.Hac epiſtola & quæ in ſalomen ſunt compoſita depræhenſis regem ſubiit cogitatio.ne forte etiam Alexander falſis epiſtolis fuiſſet oppreſſus.q;que pene ſororem propter Antipatrum occidiſſe anxius erat. Itaq; non eſt ultra cunctatus:quo minus ab eo ſumeret omnium cauſa ſupplicium:ſed ne propoſitis ſatiſfaceret graui morbo impeditus eſt. De acme tamen ancilla & in ſalomen factione conflata dedit litteras ad cæſarem:ac propterea teſtamento mutato exemit nomen Antipatri regēq; ſcripſit ex archelao & philippo natu maiorem.Nam & hos Antipater inſimulauerat. Cæſari autem poſt alia pecunaria munera mille talenta:& uxori eius ac filiis itemq; amicis ex libertis prope.l. cæteris omnibus agrorum:& pecuniæ non parum diſtribuit:ac ſororem ſalomen clariſſimis donis honorauit.In teſtaméto quidem iſta correxit.Morbus autem ingraueſcebat q; eum ſenectus pariter ac mœror urgebat:& annos iam.lxx.natus:& filiorum cladibus animum adeo habebat afflictum.ut nec in bona ualitudine quicquam iocunditatis admitteret. Acriorem autem faciebat ægritudinem q; Antipater uiueret. Hunc enim non opere ſuperuacuo:ſed cum ipſe conualuiſſet cogitabat occidere . Ad has eicalamitates accidit etiā populi quidam tumultus.Erant in ciuitate ſophiſtæ duo qui ſumme ſcire leges patrias uidebantur.Et propterea per omnem gentē maxima gloria predicabantur:iudas filius ſepherei:& alter magnali mathias.Hos nō pauci adoleſcentium ſectabantur:cum leges exponerēt:& in dies ſingulos puberum exercitus cōgregabāt, Qui cum regem audiſſent mœrore ac morbo tabeſcere:apud notos loquebantur opportunum iam tempus eſſe ut deus uindicaretur:fabricataq; aduerſus leges patrias opera deſtruerentur.Siquidem ī templo nefas ſit:imagines aut uultus aut cuiuſlibet animalis cognomine ſimulachrū haberi.Hoc proptera dicebatur q; ſupra maximam portam templi rex aquilam collocauerat auream, Eamq; tunc monebant ſophiſtæ ut tollerent pulchrum eſſe dicentes:etiam ſi quod inde

periculum immineret:pro legibus patris mori nõ recusare. Sic enim decedẽtibus & animam immortalem & bonarum rerum sensum manere perpetuo:minus autẽ fortes: & sapientiæ suæ nescios amare animam:imperitia magisq; morbo cupere quã uirtute defungi.Dum hoc illi different rumor subito peruagatur regem fere iam mori.Vnde etiam confidentius adolescentes conamen adorti sunt:ipsoq; meridie cum plurima multitudo uersaretur in templo : crassis dimissi funibus aquilã ex tecto auream securibus abscindebant.Qua re statim regis duci nuntiata:non parua ille manu comitatus ad templum cucurrit:& prope ad quadraginta iuuenes compræhensos regi exhibuit.Qui primum interrogati an aquilam ipsi auream concidere ausi essent fecisse confessi sunt.Deinde quo iubente lege patria responderunt.Cum uero quid exultarent tãtum: quibus mors immineret ab his quæreretur:quia post mortem bonis plurimis frui sperarent aseruerunt.His itaq; rex commotus magnitudine morbum superat:atq; in contionem procedit. Deinde multum in eos quasi sacrilegos iuectus:& q; occasione legis patriæ quædam maiora tẽtassent ueluti impios supplicio dignos esse iudicauit.Populus autem metu ne p multos quæstio iret precabatur ut primum facinoris suasoribus deinde in eo compræhensis pene subditis cæteris indignationem remitteret.Tandem igitur exoratus:& ipsos rex qui funibus demiserãt cum sophistis uiuos incendit.Et reliquos qui una compræhensi sunt:obtruncandos carnificibus tradidit.Hinc totum corpus morbo occupatum uariis doloribus afficiebatur.Nam febris quidem non mediocris erat:prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporis superficiem.Assiduis enim uexabatur colli tormentis:pedesq; tanquã ex intercutis uitio tumuerant.Quin & in flatio uentriculi putredoq; testiculorũ uermiculos generãs:ac præterea creber anhelitus:& irrupta eũ suspiria:membrorumq; omnium contractio fatigabat:ut qui hæc ad diuinitatem referrent pœnas eas esse dicerent sophistarum.Ille autem quamuis cum tot uitiorum crutiatibus luctaretur: uitæ tantum cupidus erat:& remediis excogitatis salutem sperabat.Deniq; iordanem transgressus apud callioren aquis calidis utebatur:quæ ĩ lacum feracem bituminis quæ asphaltidis uocat affluentes pro dulcedine potui sunt.Vbi autem corpus eius q; medicis oleo calidiori foueri placuerat in arcam plenam demersum ita dissolutum est:ut etiam lumina quasi mortuus resoluta torqueret.Deinde perturbatis qui eum curabant ad clamorem quidem illorum respicere iussus est.Desperata uero salute militibus quinquagenas dragmas multamq; pecuniam rectoribus atq; amicis diuidi iussit.Cum autem rediens & ad hiericunta uenisset.atra iam bili correptus:& pene ipsi morti minitabatur:factum nepharium excogitauit.Collectos enim cuiusq; uici & omni iudæa nobiliores in locum cui nomen est hippodromo concludi præcepit.Deinde salome sorore & Alexãdro marito eius ad se uocatis:scio inquit mortem meam festis gaudiis celebraturos esse iudæos.Verum per alios lugeri potero & præclarissimos honores sepulturæ cõsequi si quæ præcipio feceritis.Hos uiros qui habentur in custodia cum animam efflauero statim militibus circundãtos occidite:ut etiam ĩ uita oĩs mihi iudæa:omnisq; domus illachrymet. Et simul his mãdatis legatoq; quos romam miserat epistolæ sunt allatæ:quibus acmen ancillã iussu cæsaris interemptam.& antipatrum morte damnatum esse iudicabatur.Qui & si pater eum in exilium dare mallet:id quoq; permisisse cæsarem scriptum erat.Herodes autem paululum hoc nuntio recreatus doloribusq; rursum uictus.Nam inedia tussisq; pariter uiolẽtia distendebatur fatum peruenire conatus est:sumptoq; malo etiam cultellum poposcit:sectum enim comedere consueuerat. Deinde circunspecto ne quis arbiter impediret:tanquam se percussurus dexteram sustulit.Cum uero Aciabus consobrinus eius adcucurrisset:manumq; continuisset:ululatus maximus ĩ regia statim quasi rex mortuus esset excitatus é.Eoq; ,ppere audito Antipater fidutiã repetit:Lætusq; iam custodes promissa etiam pecunia rogabat ut se soluerent atq; dimitterent:quod eorum princeps non solum ne fieret obstitit:sed etiam regi uelociter nũtiauit.Ille autem fortius exclamãs q̃ uires ægrotantis ualebant:continuo satellitibus missis occidit antipatrum:mortuumq; sepeliri præcepit in hyrcania.Deinde rursum corrigit testamentum:& successorem quidem Archelaum natu maximum antipatri fratrem scripsit:tetrarcham uero Antipã. Post interitum autem filii quinq; diebus exactis moritur:annos quidem.xxxiiii.ex quo interfecit Antigonum regno potitus.xxx.& septẽ postquam rex a Romanis declaratus est. Et in aliis quidem omnibus secunda fortuna usus est acsi quis alius. Regnum enim quod priuatus sibi quæsierat tanto conseruato tempore filiis suis reliquit.In rebus autem domesticis infelicissimus fuit.Salome autem antequã recitaret mortẽ regis exercitus cũ marito ,pgressa uinctos absoluit:quos occidi mãdauerat: ipsũ dicẽs mutasse cõsiliũ & unũquẽq; iussisse domũ dimitti. Atq; ita his abeũtibus militibus idicat. Quibus in contionẽ cũ alia turba in Amphitheatrũ apud hiericunta collectis.Ptolomæus ãnuli regis custos:quo signare solitus erat:& fortunatũ illũ esse cœpit dicere: & multitudinẽ cõsolari.

Relictamq; ab eo militibus epistolam recitauit in qua multū rogabat:ut beniuolo animo successorem suum fouerent. Deinde post epistolam testamentum legebat:in quo philippum quidem hæredem trachonidis proximarumq; regionum. Tetrarchā uero sicut supradiximus Antipam Regem autem Archelaum scripserat:eidemque annulum ad cæsarem ferre mandauerat:ob signatamque regni administrati notitiam.Omniumq; nanq; dispositionum suarum dominum & confirmatorem cæsarem esse uoluit:cætera uero seruari iuxta superius testamentum. Quo perlecto confestim clamor secutus est omnium Archelao gratulantium: militesque per cuneos & populos adeuntes suamq; promittebant deique beniuolentiam precabantur. Hinc adsepeliēdum regem operam contulerunt.Nihil autem munificētiæ prætermisit Archelaus: sed omnem ornatum extulit regium infuneris pompa ducendum.Lectus quidem totus erat gemmis auroq; distinctus:thorus autem purpura uariatus:corpusque super eum uelatum itidem purpura.Capiti autem diadema erat impositum. Corona uero desuper aurea:sceptrumq; ad dexteram:& circa lectum filii eum propinquis.Præterea satellites agmenque tetrarchium:germaniq; & galathæ uelut ad bellum instructi omnes antecedebant.Cætera uero militum manus armata duces suos ordinumq; principes sequebantur.Quingenti autem serui ac liberti odores ferebant corpus autem per.cc.stadia portatum est in castellum herodion ibique secundum ipsius regis mandata sepultum est.Et herodis quidem hic finis fuit.

Iosephi de bello iudaico liber primus explicit.Incipit secundus feliciter.

TVrbarum autem nouarum principium fuit Archelao romam proficiscendi necessitas. Diebus enim septem in lugendo patrem consumptis:epulisque feralibus prolixe populo exhibitis. Hic autem mos apud iudæos necessarios multos ad inopiam redegit. Nam qui eum neglexerit impius æstimabitur:candida ueste idutus procedit ad templum. Ibique uariis fauoribus exceptus a plebe ipse quoq; in excelso tribunali solioq; aureo residēs humanissime uulgus admisit:eisq; & q; sepulturam patris sedulo curauissent gratias egit:& q; sibi quasi certo iam regi magnos honores adhibuissent. Verum se tamen ait non potestate solum iterim:sed etiam ipso regis nomine temperare:donec a Cæsare sibi fuerit confirmata successio:qui etiam testamento rerum esset omnium dominus cōstitutus.Iccirco enim se apud hiericuntha uolūtati exercitus restitisse cum sibi diadema uoluisset imponere.Cæterū alacritate ac beniuolentia æque militibus etiam populo plenam se uicissitudinem relaturū si ab his quorum etiam imperium certus rex declaratus esset:studiūq; sibi esse:ut erga illos rebus oībus patre melior appareret.His gauisa multitudo statim eius mentē magnis tentare petitionibus cœpit.Nāq; alii tributa leuari:alii uestigalia tolli:quidā solui custodias acclamabant.Cunctis autem postulatis in gratiam populi facile annuebat Archelaus.Deinde celebratis hostiis cum amicis erat ī epulis.Ecce aūt subito post meridiē congregati non pauci nouarū rerū studiosi:ubi cōis luctus de rege cessauit: propria lamenta suscipiunt flentes eorū casum quos propter abscissam ex porta tēpli aquilam auream herodes morte damnauerat. Dolor autem non occultus erat : sed clarissimis questibus fletuque iusto & planctu ciuitas personabat uirorum causa uidelicet:quos p templo ac legibus patriis interiisse dicebant. Eorum autem mortis pœnas ab illis quos herodes pecuniis donasset repetendas esse clamitabant:ac primum quem his constituerat pontificem reiiciendum:aliumq; pietate præstantem:magisque purum coaptari debere.Quibus & si mouebatur. Archelaus ad ultionem:tamen eum uelut per profectionis metum continebat festinatio: ne si multitudinē reddidisset inimicā:motu eius impenderetur. Quamobrem monendo magis quam ui experiebatur sedare turbatos:missoq; magistro militum ut quiescerēt rogabat.Sed illū seditionis auctores ubi ad templum uenit:priusquam uerbum faceret:lapidibus perturbarunt:& aliis post eum mulcendi sui gratia missis:multos enim allegabat Archelaus iracunde omnia responderunt. Neque si numero aucti fuissent: occisi fore uidebantur. Itaque instante azimorū die festo qui apud iudæos pascha uocitat:plurima uictimarum copia plenus:infinita quidem ad templum ex Agris multitudo religionis causa descendit:cum illi qui sophistas lugebant: in templo consisterent nutrimenta seditioni quærentes. Hoc autem metu archelaus antequam omnē populum morbus iste corrumperet:cohortem militum & chiliarchū qui etiā seditionis principes

comprænderent eo dirigit:contra quos omne uulgus excitatum multos lapidum ictibus interfecit.Sautius uero Chiliarchus uix elabitur.Et illi quidem statim ueluti nihil mali actum eēt ad celebranda sacra conuersi sunt. Sed archelao sine cæde iam multitudo comprimi posse non uidebatur.Quamobrem totum illis immisit exercitum pedites per ciuitatem simul omnes equi tesq; per campū qui cū sacrificiis occupatos singulos inuasissent:ppe ad.ix.mīlia hominum occidunt:reliquam uero manum per muros proximos deiecerunt. Præcones autem sequebantur Archelaum iussu eius unumquemq; ut domum rediret admonendo,itaq; cūcti neglecta diei festiuitate abiere.Ipse autem cum matre necnon & popla & Ptholomæo & nicolao amicis ad mare descendit relicto philippo regni procuratore:itemq; rerum familiarium curatore. Vna uero egressa est cum filiis suis Salome fratrisq; regis filii genere:specie quidem uelut Archelao ad successionem firmandam adiumento futuri:certa uero causa quæ contra leges in templum dimissa fuerant delaturi. Interea fuit illis Cæsariæ obuiam sabinus syriæ procurator ad iudæam ueniēs ad pecunias custodiendas herodis. Quem ulterius progredi uariis inhibuit multis accitis Archelai precibus intercedente Ptholomæo. Et tunc quidem sabinus in gratiam Vari neque ad accas uenire properauit:neque thesauros paternæ pecuniæ clausit Archelao:sed usque ad cognitionem Cæsaris se otiosum manere pollicitus apud cæsariam commorabatur. Postea uero quā sibi obstantium unus Antiochiam petit:alter hoc est Archelaus romam nauigauit: mature profectus in hierosolymam regiam tenet:custodumque principibus idemque dispensatoribus euocatis:rationes pecuniarum discutere conabatur:& accas occupare tentabat. Non tamen immemores Archelai mandatorum custodes erant sed in obseruando singula quæq; perseuerabant: causam custodiæ magis Cæsari quam Archelao tribuentes. Cum hoc autem Antipas quoque de regno certabat:posteriore superius herodis testamentum firmius esse defendens in quo res ipse Antipas fuerat scriptus: eique tam Salome quam multi alii cognati quā eum Archelao nauigarent suffragio esse promisserant.Ducebant autem secum fratrem matremque nicolai Ptholomæi in quo pro fide apud herodem probata non nihil uidebatur esse momenti. Nanque illi fuerat amicorum carissimus.Oratori autem hirinio propter dicendi acrimoniam plurimum cōfidebat unde etiam qui se monerent ut archelao pro ætatis merito & secundi testamenti uoluntati cederet audiendos esse non censuit. Romæ uero migrauerunt ad eum cunctorum studia propinquorum quibus inuisus erat archelaus:quique præcipue liberi omnes suique iuris esse cupiebant: & aut romano magistratu administrari aut si hoc non impetrarent antipam regem habere ad hoc etiam sabino petebatur antipas qui archelaum per epistolas accusauerat apud cæsarem;antipam uero multum laudauerat itaque digesta crimina salome & cæteri qui cum ea sentirent cæsari tradiderunt & post eos Archelaus gestorum suorum perscripta capitula patrisq; annulum per Ptholomæum rationesque administrationis intromisit ad cæsarem. Ille autem præmeditatis eisque abutraque parte dicerentur:ubi & regni magnitudinem multitudinemque redituum animaduertit. Atque insuper herodis familiam numerosam prælectis etiam uari ac sabini litteris optimates romanorum ad consilium uocat. In quo tunc primum ex agrippa quoq; ac filia sua natum gaium sedere iussit filium adoptiuum: atque ita partibus prosequēdi copiam dedit. Igitur Salomes filius Antipater.Nanque eis erat orator acerimus eorum qui aduersabātur archelao:accusationem proposuit insimulans archelaum quasi uerbis quidem nūc de regno uideretur contendete:re autem uera iam dudum rex esset effectus: & apud aures modo cæsaris cauillaretur:quem iudicem successionis expectare noluisset.Nam post herodis mortem quibusdam ut diadema sibi imponerent subornatis regis eum more in solio aureo residentem partim ordines militiæ permutasse:partim condonasse promotiones:& insuper his omnia annuisse populo:quæ uelut a rege impetranda petiisset:maximorumque reos criminum quos pater suus uinxerat absoluisse quique ista fecisset:modo regni umbram a domino postulaturus uenisse: cuius sibi corpus ipse rapuisset:ut non rerum:sed uocabulorum dominum esse cæsarem demonstraret. Ad hæc ei q; etiam luctum patris assimulasset obiiciebat:cum interdiu quidem personam componeret in mœrorem:noctu uero ad commensationes usque potaret. Deniq; seditionem uulgi ex hac indignatione conflatam esse dicebat:totius autem orationis suæ uires eorum multitudine qui circa templum cæsi fuerant abstruebat.Hos enim ad diem festum quidem uenisse: ad hostias uero quas ipsi mactauerant crudeliter esse iugulatos:tantumque intemplo funerum esse congestū quantū nullum ab externis illatum bellū implacabile cōgessisset.Itaq; huius crudelitatis herode presso ne spe quidem regni unquam eū dignū eē uisum:nisi cum sanæ mentis inops erat:anima deterius ægrotāte quā corpore:& quē in secūdo testamento scriberet ignorabat: præsertim qui priore testamento scriptum incusare nihil posset:sed incolumi corpore oīq; uitio

purgata mente fecisset. Vt tamen quis firmius esse ponat morbo laborantis arbitrium ipsum se Archelaum abdicasse regia dignitate: multis in eam contra leges admissis. Nam qualem fore si acciperet a cæsare principatum: qui antequam acciperet tantum populum peremisset? Occulta in hunc modum persecutus Antipater multis ex numero circunstantium propinquorum in singula crina testibus exhibitis perorauit. Surrexit autem nicolaus defensor archelai & ante omnia cædem in templo necessario factam esse perdocuit. Nam quorum necis argueretur: non regni solum sed etiam ipsius iudicis ideſt cæsaris hostes fuisse: aliorum autem criminum suasores aduersarios demonstrauit. Secundum uero testamentum iccirco ratum manere postulabat: q; herodes in eo successoris sui firmatorem cæsarem constituisset. Nam qui tantum saperet ut rerum domino potestas succederet. Nec unquam in herodis erasse iudicio: sed sano corde quem constitueret elegisse qui per quem constitui deberet non ignorauit. Cum autem omnibus expositis etiam Nicolaus perorasset in mediū progressus Archelaus ad genua cæsaris accedit otiose. Quo benigne a cæsare erecto eo q; paterna quidem successione dignus esset ostendit certum uero nihil pronuntiauit. Sed illo die dimisso consilio: secum ipse de cognitis deliberabat: utrum ex his qui testamento continerentur aliquem regni oporteret cōstitui successorem: an toti familiæ distribui principatum. Multitudo enim personarum egere subsidio uidebatur. Sed antequā de his quicquam statueretur a cæsare: mater archelai marchace morbo corrupta moritur. Et uariæ litteræ de syria prolatæ sunt iudæos defeciſſe nunciantes quod uarus ferre prospiciens hierosolymam postquam archelaus nauigaret ascendit ut incensores seditionis cohiberet. Et quia multitudo cessatura non uidebatur ex tribus quas e syria duxerat secum cohortibus unam in ciuitate reliquit: atq; ita in antiochiam ipse remeauit. At sabinus cum postea in hierosolymam uenisset causas nouarum rerum iudæis præbuit: modo uim custodibus ut arces sibi idem arces traderēt adhibendo: nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem solis relictis a Varo militibus fretus erat sed etiam seruorum suorum multitudine: quos etiam omnes armatos auaritiæ ministros habebat. Festo autem quinquagesima dieq; pentecoste a iudæis uocatur: septies septem diebus ex actis rediens ex eorum numero uocabulum nacta non religionis solennitas populum sed indignatio congregauit. Deniq; concursus in finitæ multitudinis ex galilea idēq; idumea & hiericunte trans iordanemque positis regionibus factus est: cū indigena ex ipsa ciuitate populus iudæorū ex nūero simul & alacritate p̄staret: & tripartita manu terna castra collocauerunt: una ī septentrionali regiōe tēpli: altera ī meridionali hippodromū uersus: tertiaq; ī occiduo ꝑpe regiam tractu circunfessosque Romanos undique obsidebant. Sabinus autem multitudine pariter eorumque spiritu perterritus: crebris quidem Varum nuntiis precabatur: ut quam mature ferret auxilium quasi lanianda cohorte si quid more interueniſſet. Ipse uero in altissimam castelli turrimq; phaselus uocabatur euadit fratris herodis cognomine: quem Parthi necauerūt. Hinc militibus cohortis: ut in hostes irruerent signum dabat. Nam præ timore quibus ipse præerat descendere nullus audebat. Eius autem præceptis milites obedientes in templum uolant: uehementique cum iudæis pugna confligunt: in qua dum nemo desuper adiuuaret imperitos belli peritia superabant. Postea uero quam multi iudæi porticibus occupatis a uertice sagittis eos appetebant: plurimi conterebantur: & neque ex alto iaculantes ulcisi facile poterant: neque communius dimicantes ferebant. Ab utrisq; tamen afflictus succendunt porticus: opere magnitudine atque ornatu mirabiles. Ibiq; cum multi flamma subito compræhensi aut ea consume bantur: aut in hostes desilientes: ab ipis occidebantur: alii introrsum cedentes præcipitantur ex muro. Nonnulli desperata salute incendii periculum suis gladiis præueniebant. Qui tamē ex mœnibus obrependo in Romanos feciſſent impetum metu attoniti nullo negotio subigebantur: donec omnibus aut interemptis aut timore deiectis thesauro dei defensoribus destituto manus milites attulerunt: & quadringenta ex eo talenta diripuere. Quorūq; furto sublata non sunt cōgregauit sabinus. At iudæos multo plures: magisq; pugnantes tam uirorum quam opum interitus in romanos contraxit. Obsessaque regia minitabantur exitium: nisi quamprimū inde secederent: sabino si uellet una cum cohorte militum abeundi copiā pollicentes. Quibus opitulabant regalium plurimi qui ad eos sponte transfugerant. Pars tamen bellicosior. Erat sebastenoꝝ tria milia. Hisq; rufus & gratus præpositi unus peditum rector: at uero equitum rufus. Quoꝝ uterq; ui corporis atq; prudentia: etiam si nullā manum obedientē haberēt: magnū tantū momentum belli romanis addidisset. Itaq; iudæi quidem ístare obsidioni simul: & castelli mœnia tentantes & ad sabinum clamantes: ut nullo impediente discederet: habituros tanto post tempore patriam libertatem. Sabinus autem quāquam optaret euadere: fidem tamem pollicitationibus non habebat sed eorum lenitatem insidiarum esse illecebrā suspicabatur: simulq; auxiliū uari sperans

obſidionis periculum perferebat. Eodem tempore per iudæam plurimis locis tumultus erat multoſq; ad regni cupidinem tempus impulerat. Nam in idumea quidem duo millia ueteranorum qui ſub herode militauerunt cõgregati armis inſtructi cum regalibus decertabãt. Quibus Aciabus regis conſobrinus ex uicis munitiſſimis repugnabat cãpeſtre prælium declinando. Inferiori autem galileæ iuda filius Ezechiæ latronum principis ab herode quondam rege capti: qui tunc illas regiones uaſtauerat: non parua multitudine collecta raptiſq; regis armentariis: & omnibus quos circa ſe habebat armatis contra pontentiæ cupidos manus mouebat. Trans flumen quoq; ſimon quidam ex regalibus ſeruis pulchritudine ſimul & uaſtitate corporis fretus impoſito ſibi diademate cum latronibus quos congregauerat ipſe circuiens: & apud hiericunta regiam: & multa alia magnifica diuerſoria igni corripit: facilem ſibi prædam ex incendio comparans. Omneſq; habitationes in quibus aliquid decoris erat concremaſſet niſi gratus regionũ peditum rector ex trachone ſagittarios: itemq; ſebaſtenorum pugnaciſſimos ducẽs properaſſet oc currere. Vbi peditum quidem in pugna multi conſumpti ſunt: ipſe autem ſimonem compendio præuenit ardua ualle fugientem: & ex tranſuerſo percuſſum in uertice deiecit. Incenſæ ſunt aũt & quæcunq; iordani proxima fuerunt ſedes regiæ apud becherantes quorundam aliorum manu conflata ex locis ulterioribus: tunc etiam paſtor quidam cui nomen erat atronga eo regnum affectare auſus eſt: quod ut ſperaret ui corporis animæq; fiducia mortem contemnentis impulſus eſt. Ac præterea fratrum ſibi ſimilium robore quorum ſingulis tanquam ducibus & Satrapis attributa manu armatorum ad incurſus utebatur. Ipſe autem ueluti rex maiora negocia procurabat. Et tum quidem ſibi etiam coronam impoſuit: non paruo autem poſt tempore cum fratribus ſuis uaſtando territoria & occidendo præcipue romanos itemq; regios perſeuerauit: cũ nec iudæorum quiſquam effugeret: qui lucrum aliquod ferẽs ueniſſet in manus. Auſi ſunt aũt apud Amathontam compertum romanorum agmen obſidere: qui frumenta cohorti atq; arma portabant. Vbi arium quidem centurionem: & xl. fortiſſimos iaculis confecere. Cæteri uero in periculo conſtituti ſimilia ſuſtinẽdi auxilio grati qui cum ſebaſtenis aduenit elapſi ſunt. Multis in hũc modum contra indigenas itemq; alienigenas per omne bellum geſtis poſt aliquod tempus tres ex his comprehenſi ſunt natu quidem maximus ab Archelao. Duo uero qui ætate ſequebantur in manus grati ac ptholomæi delati. Nam quartus Archelao pactione conceſſit. Sed hic finis eos poſtea ſecutus eſt. Tunc autem latrocinali bello cunctam inflammabant iudæam. Varus autem acceptus ſabini & principum litteris toti cohorti metuens opem his ferre ꝓperabat. Itaq; cum duabus reliquis cohortibus & quatuor aliis equitum in ptholomaida profectus eodem regum atq; optimatum auxilia conuenire iuſſit. Ad hæc ab herodorum etiam cum per eoꝝ tranſiret oppidum: mille & quingentos accepit armatos. Vbi uero in ptholomaidem tam cætera manus auxiliorum quam propter herodis inimicicias aretas rex Arabum non cum exiguo numero equitum peditumq; peruenit. ſtatim exercitus partem in galileam quæ ptholomaidi propiquior erat dirigit amici ſui galli filio his rectore præpoſito. Qui mox & aduerſus quos ierat omnes in fugam uertit: & ſephore ciuitatem captam ipſam quidem incendit: incolas uero eius ſeruitio ſub iugauit. Varus autem ipſe cum omni ſamaria potitus ciuitate quidem abſtinuit: q; inter aliorum turbas nihil eam mouiſſe deprehendit. caſtris autem ad uicum poſitis qui appellatur Aron ptholomæi poſſeſſionem propterea direptam a barbaris: & ab amicis herodis qui ptholomeo infenſi erant. Inde ſapho progreditur alterum uicum tutiſſimum: quem ſimiliter omneſq; redditus ſibi repertos fuerant depopulati. Cædis autem igniſque plena erant omnia: nec prædæ Barbarorum quicquã obſtabat. Exuſta eſt autẽ emaus iuſſu uari neceſſarii cæterorũq; idigne ferentis habitatoribus eius fuga diſperſis. Hinc progreſſus ad hieroſolymã cum exercitu ſolo uiſu: iudæorum caſtra diſiecit: & alii quidem per agros abiere fugientes. Qui uero intra ciuitatem degebant ſuſcepto eo ſeditionis cauſas in alios conferebant: nihil quidem ſe penitus mouiſſe dicentes ſed ꝓpter diẽ feſtũ receptã neceſſario multitudinẽ in ciuitate obſeſſos eſſe potius cũ rõanis quã cũ ſeditioſis cõſpiraſſe. Ante uero obuiã ei uenerãt loſephus archelai cõſobrinus: & cum grato rufus agẽtes exercitũ regiũ & ſebaſtenes: & ex rõana cohorte milites ornatos ornatu cõſueto. Sabinus enĩ nec in eos Vari uenire paſſus iãdudũ ex ciuitate ad mare diſceſſerat. Varus aũt diſpartitũ aduerſus auctores tumultus per agros dimiſit exercitum: multiſq; ſibi exhibitis: quos minus turbulentos inueniſſet cuſtodiæ tradidit: maxime uero nocentium prope ad duo milia crucifixit. Adhuc autem ſuper idumeam ſupereſſe decem armatoꝝ milia nũtiato. Confeſti Arabas domũ redire iubet: qa eos nõ auxiliantiũ more uti militia: ſed ꝓ ſua libidie & ultra q̃ ipſe uellet agros uaſtare perſpexit: ſuis autem conuocatis agminibus in aduerſarios properabat. Verum illi ſe Varo antequam in manus uenirent Aciabi conſilio tradiderunt. Varus autem multitudini uenia

data duces eius interrogandos misit ad cæsarem. At ille cum ignouisset cæteris: non nullos regis cognatos: erant enim quidam inter eos herodis propinqui: supplicio subiugari præcepit quia oī no contra regem suum arma accepisset. Varus autem hoc modo rebus apud hierosolymam cōpositis eademq; cohorte quæ dudum in præsidio ciuitatis fuerat ibi relicta Anthiochiam abiit Romæ autem Archelao alia rursus cum iudæis causa conflata est: qui ante seditionem permissu Vari legati exierant: ius genti suæ liberum petituri. Erant aūt numero quinquagīta qui uenerāt astantibus una cum populo qui romæ degerent octo milibus iudeoꝝ. Itaq; conuocato a cæsare optimatum romanoꝝ amicoꝝ concilio in palatini Apollinis templū quod priuatum ipsius erat ædificium admirandis opibus exornatum: multitudo quidem iudeoꝝ constitit cum legatis cōtraq; Archelaus cum amicis. Cognatoꝝ aūt amici ab utraq; parte secreti aderant. Nam & cū Archelao stare propter odium atq; inuidiam recusabant: & cum accusatoribus conspici pudore cæsaris prohibebantur. Inter quos erat etiam philippus archelai frater beniuolo aīo duabus ex cāis præmissus a Varo ut & Archelao subuēiret: & si regnum herodis nepotibus distribui placuisset: partem aliquā mereretur. Iussit aūt accusatores exponere quæ nam contra leges fecisset herodes: primum non se regē sed oium qui usquā fuissent: tyrannum crudelissimū tolerasse dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis ea pertulisse superstites ut beatiores mortui putarentur. Non enim tormentis solum eum laceraſſe corpora subiectoꝝ: sed etiā gentis suæ ciuitatibus deformatis exteras ornauisse: populisq; alienis iudeæ sanguinē condonasse. Pro antiqua uero felicitate ac prīis legibus nationem suā tanta egestate simul ab eo: atq; iniquitate repletā: prorsus ut plures ex herode clades paucis annis sustinuerint: quā omni æuo maiores sui postquā ex babylone discesserē perpessi sunt. Xerxe tunc regnante ad discordiam concitati. Verum se tamen ad hanc mediocritatem & aduersæ fortunæ consuetudinem processisse ut etiam successionem uoluntariā acerbissimæ feritatis subirent qui & archelaum tanti tyranni filium patre mortuo regē appellassent: nihil morati: & una cum eo luxissent mortem herodis: ac pro eius successore uota celebrassent. Illum autem quasi metueret: ne non certus eius filius uideretur ex cæde trium milium ciuiū regni sumpsisse primordia: & quia prīcipatum meruit tot immolasse deo hominum uictimas: tot festo die templum cadaueribus impleuisse. Recte igitur eos qui de tantis malis supereſſent: aliquando respexisse calamitates suas: & belli lege cupere uulneribus excipiendis ora præbere: atq; ab romanis precari: ut iudeæ reliquias misericordia dignas existimarent: ne ue quod ex ea natiōe restaret his obiicerent a quibus crudelissime lacerabatur: sed patriā suam coniungi syriæ finibus ac per iudices romanos administrari decernerent. Hoc enī modo probatum iri iudeos: qui nunc ueluti turbulenti ac belli cupidi reprehenduntur: moderatis rectoribus obedire. Iudeorum quidem accusatio eiusmodi petitione cōclusa est. Cum autem surrexisset contra nicolaus primum criminibus quæ in reges erant proposita dissolutis: nationem cœpit arguere: quia neq; gubernari facilis esset natura quæ regibus uix pareret. Vna uero etiā ꝓpinquos Archelai qui se accusatores cōtulerant insimulabat. Sed tunc quidē partibus cæsar auditis conuentū diremit. Paucis aūt diebus post mediam regni partē sub tetrarchæ noīe dedit Archelao: etiā regem si se dignū præbuisset facturum esse pollicitus. Reliquā uero dimidiam in duas tetrarchias diuisit: duobusque aliis herodis filiis attribuit: unam philippo: alteram illi qui cum Archelao de regno certauerat: Huius aūt parti cesserat trans flumen regio quarum ducenta talenta redditus erant. Bathanea uero & Tracon & Auranites: & quædam pars domus zenonis circa unam uicum philippo destinata sunt quæ talentoꝝ. c. redditus ministrabant Archelai uero ethnarca idumeā omnēq; iudeā & samariam habebat: quarta tributoꝝ parte leuata pro munere quia nō rebellasset cum cæteris Ac ciuitates qbus īperaret & ei traditæ sunt Stratonis Pyrgus & Sebaste & Ioppe & Hierosolyma Græcas uero Gazam & Gadarā & hioppō regno auulsas Syriæ cæsar adiecit. Erant aūt redditus archelai. xl. talenta. quin & Salome prætet illa quæ testamento regis & relicta erāt iānie dominā & azoti & phaselidis idē cæsar constituit: regiāq; apud Ascalonā largitus est ex quibus omnibus talentoꝝ. lx. redditus colligebantur. Domū uero eius Ethnarce subiugauit archelai. Cum autē cæteris herodis ꝓpinquis testamento relicto soluisset: duas eius filias uirgines extrinsecus quingentis milibus pecuniæ donauit: easq; nuptum pheroræ filiis collocauit. Diuiso autem herodis patrimonio etiam sibi relictas ab eo facultates ad mille talentum hisdem distribuit: exceptis suo nomine quibusdam rebus uilissimis propter honorem defuncti.

Capitulum. II.

INterea quidam iuuenis natiōe iudæus apud aliquem libertinum romanorum in sidoniorum oppido educatus: illum se format similitudine quem herodes necauerat.

Alexandrum esse mentitus fallendi spe Romam uenit. Huius autem facinoris habebat sotium quendam gentilem suum: omnes regni actus optime scientē: a quo instructus affirmabat eoꝝ se misericordia qui sui atq; aristoboli occidēdi cā missi fuerāt similibus corporibus subditis morti esse subreptos. Denicq; his multos iā iudeos sefellerat ī creta degentes: ac liberaliter illic acceptus malūcq; inde trāsmissus ibicq; ampliore quæstu cumulatus ēt hospites suos magna uerisimilitudi ne romā secū nauigare pellexerat. Postremo delatus indice archina multisq; muneribus ab iudeis eius loci donatus q̄si rex a paternis amicis deducebaē. Ad hoc ei fidei ꝓcesserat formæ similitudo: ut qui alexandrū illū uiderant: planecq; nouerant hunc eū esse iurarēt: igit oēs etiā romæ uisendi eius studio circūfusi ꝓperabant: & infinita multitudo per uicoꝝ angustias quocūcq; referebatur cōueniebāt. Tanta nāq; demētia multos cœperat ut illū sella portarēt: ac regale obsequm propriis eius sūptibus exhiberēt. Sed cæsar alexādri uultū optime sciēs: accusatus ei fuerat ad eū ab herode: & si priusquā uideret hoiem: fallaciam similitudis aīaduerterat: hilariori tamē animi spe nōnihil indulgendū putauit: & ladū quendā qui alexandrū bene cognosceret misit: ut ad se adolescentē adduceret. Quo ille cōspecto statī psonæ dram cōiectura deprehendit. Maxie aūt ubi corporis eius duritiā & seruilē formā cōsiderauit: ītellexit oē cōmentū. Satis āt cōmotus ē dictorum eius audacia aristobolū pcontantibus saluū quidē illū eē memorabat cōsulto uero non ad esse: qa apud Cyprū degeret cauēdo isidias: minus ei se circūueniri posse disiunctos. Itaq; ladus ei ab aliis separo uitā dixit a cæsare primū fore tātæ fraudis si ꝓdidisset auctorē. Id aūt se facturum pollicitus ad cæsarē sequit: & iudæū indicat: qui formæ suæ similitudie abusus eēt ad quæstum. Tanta ei dona ex ciuitatibus eū singulis abstuliss docuit: quāta uiuus Alexander accepisset. Risit his cæsar & falsū quidē alexandrū pp habitudinē corporis remigum numero inseruit: suaseē uero eius interfici iussit. Melius aūt sumptū detrimētū ꝓ amentiæ ptio satis eē idicauit. Ethnarchia uero suscepta memor discordiæ supioris archelaus nō solū iudæis: sed ēt samariētibus crudeliter abusus est. Nonoq; pricipatus sui āno legatis cōtra se ab utrisq; ad cæsarem missis: ipse qdem in exiliū pellit. Viennā gallicæ ciuitatē: patrimoniū uero eius thesauris cæsaris adiudicatur Quē quidē priusquā euocarēt ad cæsarē: huiuscemodi somniū uidisse cōmemorauit. Nouē aristas plenas: & maxias a bobus comedi somniauit. Accitos deinde uates chaldeorumq; nōnullos quidā illo putarent idicari somnio cōsuluerat. Aliis aūt aliter interptantibus Simon quidā esseus genere dixerat. Aristas annos arbitrari bouescq; regꝝ mutationes: eo quia agros arādo uerterēt ac mutarent. Ideoq; regnaturꝝ eē tot annis quot significasset numerus aristarꝝ: uarias aūt rerum mutationes expertū esse morituꝝ. His auditis quincq; diebus post idē archelaus ad cām dicendā est euocatus. Dignū aūt dixi memoria etiā cōiugis eius glaphiræ somniū archelai filiæ Cappadocum regis referre. Quā cū alexander primus habuisset uxorē: frater huius de quo loquimur herodis filius a quo ille iterfectus ē: sicut iā designauimus post illius mortē. Iube regi libyæ nuptā: eoq; defuncto domū reuersam: domiq; apud patrē in uiduitate degentē: Ethnarches archelaus ubi cōspexit ad hoc amoris accensus est: ut eā statim repudiata coniuge sua Mariane sibi copularet. Hæc igitur in breui tēpore postq̄ in iudæā rediit: uidere uisa est instantē sibi alexandrū dicere. Satis fuerat tibi libycū matrimoniū: sed tu illo nō contēta rursus ad meos penates reuerteris audacissima uiri tertii quodq; grauis est: fratris mei iuncta matrimonio. Equidē nō dissimulabo cōtumeliā: te quæ licet inuitā recuperabo. Atq; hoc expositō somnio uix biduū superuixit. Igitur archelai finibus in ꝓuintiā circūscriptis ꝓcurator equitū apud romanos cōponius a cæsare missus est ea sibi a cæsare ptāte mandata. Hoc disceptante Galileus quidā simon noie defectionis arguebantur: quia indigenas increparet: si tributum romanis pendere paterentur: dominoscq; post deum ferre mortales. Erat aūt propriæ sectæ sophista: nulla in re aliis simul. Etenī tria sunt apud iudæos genera philosophiæ. Hoꝝ unū pharisæi profitentur: alterum saducei: tertium aūt probabilius habetur essei colunt: gente quidē iudæi. Verum inter se mutuo amore coniunctissimi & qui præter cæteros uoluptatē quidē quasi maleficia uitare. cōtinentiam uero seruare neq; cupiditati succūbere: uirtutē maximā ducere. Itaq; nuptias quidē fastidiūt: aliēos uero filios dū adhuc molles sunt erudiūt: traditos ꝓ cognatis habētes suis moribus diligēter istituūt. Non qa cōiugia uel hūani generis successionē censeāt pimendā: sed qa cauendā putēt intēperantiā fœminarꝝ nullā earꝝ uni uiro fidē seruare credētes. Qui & diuitiarꝝ contēptores fūt: rerūcq; apud eos cōicatio admiratiōi habeē: neq; iuenias alteri alterꝝ opulētia ꝓstare legēcq; sibi dixerūt: ut q disciplinā suā sectari uellēt: bōa cōtubernio publicarēt. Ita ei fore ne uel pauptatis humilitas: uel diuitiarꝝ dignitas appareret: sed pmixtis facultatibus ueluti inter fratres unū esse oīum patrimoniū. Probo aūt ducunt oleum: & si quis uel inuitus unctus fuerit: mūditiis corpus abstergere: quoniā squaloré decori putant dūmodo semper in ueste sint candida. Designatos āt cōium rerum ꝓcu-

ratores habent:& ad usus omnium indiuisos. Non est autē illis una ciuitas certa:sed in singulas multi domicilia transferunt:& aliunde aduenientibus sectæ suæ ꝓfessoribus qd habeāt ꝓmptum exhibent q̄si ꝓpriū.Denicꝫ tanq̄ cōsuetissimi ad eos ígrediunt quos nunquā ante uiderūt.Hinc est quia cū pegrinantur ꝓpter latrocinia tantū armant:neqꝫ præterea quicquā ferunt.In singulis aūt ciuitatibus ex eodē collegio specialis curator hospitū cōstituitur qui eoꝝ uestimēta cæteraque usui necessaria tueatur. Amictus aūt cultusqꝫ corporis oibus pueris í metu & sub cura magistri agentibus par est.Nec uero uestitū siue calceos mutant:nisi aut oīno cōcisis prioribus aut longi temporis:usu cōsumptis.Nihil aūt inter se mercant aut uendunt:sed egenti quisqꝫ qd habeat præbens refert ab eo qd ipse non habeat.Quāuis etiā sine ꝓmutatione cunctis libera sit facultas a quibus libuerit accipiendi qd opus sit. Præcipue circa deū religiosi sunt.Nanqꝫ ante solis ortū nihil profani loquūtur.sed ei patria quædā uota celebrant:quasi ut oriatur precantes.Deinde ad quas uenerūt singuli artes a curatoribus dimittunt. Cunqꝫ ad horā quintā studiose fuerint operati rursus in unū cōgregātur:litheisqꝫ præcinctis uelaminibus ita corpus aquis frigidis abluunt Atqꝫ hac lustratōne in eadē secreta coeunt.Quo neminē alterius sectæ hoiem aspirare cōcessum est ipsiqꝫ purificati:uelut in sanctū quoddā tēplū in cœnaculū cōueniunt:qbus cū silentio sedentibus pistor quidē panes ordine unū aūt ualsculū ex uno pulmento singulis cocus apponit.Deide uoce cibū sacerdos anteuenit:neqꝫ gustate quēquā fas est:nisi prius deo celebratur oratō.Post finem quoqꝫ prandii uota repetunt.Nam & cū incipiunt & desinūt q̄si datorem uictus deū laudibus canunt. Tunc ueluti sacris illis depositis uestimētis usqꝫ post meridiē ad opera se conferunt. Reuersiqꝫ inde similiter cœnant cōsedentibus etiā hospitibus si quos fortasse interuenisse reppererint.Neqꝫ uero clamor unquā tecum illud:neqꝫ tumultus inquietat:cum etiam loquendi ordine aliis alii cedant:eorūqꝫ silentiū extra tectum constitutis Arcanū quoddā uideatur horribile.Cuius quidē rei ꝓpetua sobrietas causa est:quodqꝫ apud eos edēdi aut potādi modus saturitate diffinitur.Sed quāuis aliquaꝫ reꝫ nihil sine p̄cepto faciūt curatoris:tamē in his duobus hoc est in iuuando & miserēdo sui iuris sunt. Nam & subuenire dignis cū opus est suo arbitrio cuiqꝫ licet atqꝫ indigētibus alimēta porrigere.Sane cognatis dare aliquid sine curatoribus interdictū. Idem iracundiæ moderatores iusti sunt:indignationē cohibent:fidē tuent:patri obsecundāt: & omne quod dixerunt iureiurando fortius habent.Ipsum aūt iusiurandū q̄si periuro deterius uitāt. Iam enim mendacio condēnatum arbitrant: cui sine deo non creditur.Summū aūt studium ueterū scriptis adhibent ea maxime indeqꝫ quæ animæ & corpori expediant eligentes.Hinc illis morborum remedia stirpes medicas quāqꝫ uim propriam singuli lapides habeant rimantibus cōquirātur.Sectæ uero suæ studiosis non statim cum eius una collectio:sed per annum integrū extrinsecus cōmoranti cuiqꝫ eundem uictus ordinē tribuunt.Dolabram quoqꝫ & quod prædictū ē perizoma & albam uestē tradentes.Cum uero processu tēporis experimentū continentiæ dedit: accedit etiā ad cōmunē cibū:& purioribus ob castificationē scilicet aquis participat:neqꝫ tamen in conuictum assumitur.Post ostensionem quippe continentiæ duobus annis aliis mores eius probantur.Cunqꝫ dignus apparuerit tunc demū in consortiū assumitur.Prius uero quā incipiat cōmunem habere cibū magnis execrationibus abiurat se primū quidē colere deum:deinceps quoque erga homines seruare iustitiā:& neqꝫ propria spōte nocere cuiquā:neqꝫ ex præcepto obesse: quinimo iniquos omnes odisse;& cū laborare semper iustitiæ sectatoribus fidem oibus seruāmaxime uero principibus. Neqꝫ enim absqꝫ uoluntate dei cuiquā consentire posse ad principatus potentiam accedere. Si uero ipse cæteris præsit nunquā abuti nunquā se ab usurum uiribus potestatis ad cōtumeliā subiectoꝝ sed neqꝫ uestē aut ambitioso aliquo ornatu reliquis eminere ueritatē semp diligere:& habere ꝓpositū cōuincere mentiētes.Manus uero a furto & animā puram seruare ab iiustis cōpendiis:& neqꝫ aliquid de misteriis cōsecrantes celare.Neqꝫ profanis eorum quippiam publicare:etiam si in tentata quispiam morte compellat. Super hæc autē addunt nihil se de dogmatibus aliquid quā ipsi susceperint tradere.Fugere autem latrocinia:& conseruatum iri similiter dogmatis sui libros:angeloꝝ nomina his quidē execrationibus explorant:& q̄si præmuniūt accedētes.Deprehēsos uero in peccatis a sua cōgregatiōe depellūt:& qui taliter fuerit condēnatus miserabili plerūqꝫ morte consumit:illis quidē sacris sacratibus obligatus:neque capere ab aliis oblatū cibū potest. Herbas uero pecudum more decerpēs:& fame exæsa membra corrumpuntur. Ob quā etiā plurimos plerūqꝫ miserati:& extremū spiritū agētes receperūt sufficientem ꝓ peccatis eoꝝ quæ usqꝫ ad mortē adduxerat pœnā fuisse cēsentes:in iudiciis uero sunt diligētissimi atqꝫ iustissimi. Disceptāt ár nō minus quā centū in unū coacti: qd ár ab his decretū fuerit immobile manet. Veneratio quoque apud eos post deum magna legiferi est:ita ut si quis blasphemauerit morte damnetur.Senibus uero obedire:& plurimum quorumque deprobabile

arbitrãtur officium:cum simul deniq; sederint.x.nullus unus nouem loquitur inuitis. Exponere quoq; in medium eoꝝ uel in dexteram sui partem quisq; deuitat. Sabbatis quoq; operationẽ aliquam contigisse omnibus iudeis diligentius cauent neq; cibum sibi solum pridie præparant: ne uidelicet illo die ignem accendant:sed neq; uas aliquod transponere præsumunt immo nec alium purgant.Aliis aũt diebus fodientes foueam uno uerbi gratia pede altera illi cũ illa dolabra quã tradi nuper accedentibus diximus demissa ueste sese diligentissime contegentes:ne scilicet splendori diuino iniuriam faciant:in eadem fouea ab onere uentris leuanturiac deinceps terram quã effoderant reducũt:idq; ipsum faciunt ĩ locis secretissimis: & nẽpe cum naturalis sit ista purgatio:nihilominus tamen solẽnẽ habent ut quasi ab immunditia diluantur: decernunt aũt inter se secundum susceptæ abstinentiæ tempora in ordines.iiii.tantũq; hi qui minores sunt inferiores præcedentibus æstimantur ut si aliquos eoꝝ contigerit quasi a contractu alienigenæ diluantur uiuunt aũt quã longissime:ita ut plurimi eoꝝ usq; ad centenariã præferant ætatẽ ꝓpter simplicitatem.s.uictus: quod eis nimirum accedere puto propter institutionẽ bene in omnibus ordinatam.Sunt aũt aduersoꝝ cruciatus siquidẽ uincunt firmitate consilii. Mortem uero si cũ decore obeunda sit iudicant etiam imortalitate meliorem:prodit aũt eoꝝ in oĩbus negociis animos bellum gestum cum romanis. Tunc siquidem per artuum confractiones & ignes ac ꝑ tormenta omnigena transeuntes:ut uidelicet in legislatores aliquid loquerentur iniuriam:uel cibo rum quippiam quos non solent ederent:ad neutrum hoꝝ potuerunt impelli:sed neq; deprecari suos tortores:aut ipsa fere supplicia:in mediis quinimo cruciatibus subridentes:& eis qui tormẽta admouerant:illudentes constantes animos cum quadam hilaritate reddebant.s.quasi qui eos essent denuo recepturi.Opinio quippe apud illos firmata constitit:corruptibilia quidem eẽ corpora:materiamq; eoꝝ non esse perpetuam: animas aũtẽ imortales semper manere:& de æthere subtilissimo commeantes quasi carceribus ita corporibus implicari:uelut quas illecebra carnalis attraxerat.Cum uero fuerit a carnalibus releuatæ uinculis quasi de seruitute longissima liberatas ita ilico lætari:eas sublimesq; ferri.Et quidem bonis continentes in hoc græcoꝝ sniis pronunciant ultra Oceanũ degere:ubi eis sit imposita perfruitio:illic quippe esse regionẽ:quæ neq; imbribus:neq; niuibus:neq; æstibus aggrauetur:sed quã oceano oriens zephyrus & leuiter aspirans amenet.Malis aũt aiabus procellosa loca & hiberna delegant plena gemitibus exercendaꝝ sine fine penaꝝ:uidentẽ aũt mihi secundũ hanc ipsi intelligentiã græci quoq; sortibus suis quos heroas & senideos uocant beatoꝝ insulas sequestrasse:improboꝝ aũt aiabus locum apud iferos impioꝝ:in quo etiã cruciari quosdam cõmentati sunt:sisyphos uim & tantalos & ixiones & tityos principio quidem imortales esse animantes:ob ad hortationem utiq; uirtutis dehortationẽq; nequitiæ bonos quippe fieri in huius uitæ cõuersationẽ meliores per spem bonoꝝ etiam post lucem redibendoꝝ:improboꝝ autẽ impetum retardari æstimantiũ:quoniã & si huius uitæ spatio latuerint:post obitum tamen sint imortalia tormenta passuri.Hæc sunt ergo:quæ esset de diuinitate animæ philosophantur.Plane illecebram is qui semel deoꝝ sapientiam gustauerint reponentes.Sunt aũt in eis qui etiam futura nosse promittant.sacris uidelicet libris: & uariis sanctificationibus:prophetarũq; dictis a primis ætatibus adhærentes: raro aũt accidit:ut prædictiones eoꝝ frustratio cõsequatur. Est aũt aliud etiã esse notum collegium cibos quidẽ & mores legumq; similia cum prioribus habens.Distat aũt opinione coniugii:maximã siquidem uitæ hominum partem successionẽ.s.amputare eos:qui abstineant nuptiis arbitrantur:quippe si in eandem uelint ire sniam:defectuꝝ confestim genus humanũ fore.Nihilominus tantũ ipsi tanta moderatione cõueniunt ut per triennium explorent ualitudinẽ fœminaꝝ.Et si constanti purgatione apparuerint idoneæ pertuita eas in matrimonia adsiscunt. Nemo tamen eoꝝ cum prægnãte concumbit:ut ostendant:quia non uoluptatis nuptias:sed causa inierint liberoꝝ.Lauãtibus aũt fœminis:ita ut uiris perizomatũ inest amicus:tales mores huius collectionis: duo aũt priorum quasi ordines sunt.Ex quibus pharisei dicuntur qui certiorẽ legalium rituũ notitiam profitentẽ: & hi primum dogma habent: ut imarinene & deo uniuersa deputent: & quidem uel agere quæ iusta sunt uel negligere secundum maiorem partem esse beniuolentiæ in hoĩbus profitẽtur adiuuante tantum in singulis & imarinene:aiam autẽ quidem oẽm incorruptam esse:transire autẽ in alia corpora solas bonoꝝ:improboꝝ aũt interminabili supplicio cruciari.Saducei porro.i.sedis collectio imarinenẽ omnifariã negant:& deum extra oẽm mali patrationem inspectionemq; constituunt.Aiunt aũt electioni hoĩum uel bonũ uel malũ esse propositum: & secundum uolũtatem propriam alterutrum unumquẽq; coniungi.Aiarum aũt generaliter uel supplicia denegãt uel honores:& pharisæi quidem sociabiles:& qui studeant se mutua dilectiõe completi.Saducei uero & inter se feris moribus discrepãtes:& conuersatio eoꝝ ita circa participes ut erga exteros

inhumana:hæc ſunt quæ de iudæorum philoſophis dicēda repperī:nunc ad incœptū reuertor.

Capitulum.III.

ARchelai regno in ordine prouintiæ iam decedente reliquit idem philippus & herodes qui cognoīabatur Antipas tetrarchus ſuas regebāt.Salome aūt moriens Iuliæ auguſti cōiugi regionē quā rexerat:& iamniā & in phaſelide palmito teſtamēto reliqt. Delato aūt ad Tyberiū iuliæ filium romano impio poſt mottē.ſ.auguſti qui prefuit rebus annis ſeptem & quinqginta menſibus ſex diebus duobus manentes in tetrarchiis ſuis:herodes.ſ.ac philippus:hic quidē iuxta fontes ipſos:de quibus iordanis flumen exoritur ī paniada condidit ciuitatē:quā cæſariā uocitauit:aliāq; inferiori gaulanite:quā iuliadē noīauit. Herodes uero in galylea tyberiadā impia aūt cognomine iuliæ Miſſus aūt a Tyberio in iudæā pilatus qui curandam acceperat regionē nocte intēpeſta optas in hieroſolymā intulit imagines cæſaris:quæ res poſtridie grādē inter iudæos ſuſcitauit tumultū: nā qui aderant ſtupore permoti ſunt:quaſi iam profanatas leges ſuas uiderēt.Nullū.n.fas eſſe dicunt collocari in urbe ſumulachrū.Ad que relā autē eoꝝ qui in ciuitate erant:ſubito etiam de agris multitudo confluxit.Euntes aūt illico cæſariam ad pilatum intentiſſime dēpcabanť:ut ab hieroſolymis auferrentur imagines:& eis iura patria ſeruarenť.Pilato aūt ſupplicantibus abnuēte circa domū eius proni corruerant:& īmobiles.v.diebus continuis noctibuſq; manſere.Poſt aūt pilatus tribunal aſcendēs ī ſtudio magno conuocat multitudinē iudæoꝝ q̄ſi qui eis uellet dare reſpōſum:cū ſubito milites accepto ſigno: ſic.n.fuerat prepatū:armati circūſteterunt iudæos:circundataq; triplici acie.ludei quidē ſtuporis erant pleni uidentes inſperatam reꝝ facié.Tunc pilatus denuntians trucidatuꝝ ſe oēs niſi imagines cæſaris ſuſcepiſſent:annuit militibus:ut educerēt gladios.ludæi aūt quaſi ex uno conſilio omnes ſubito corruerunt:& ceruices nudatas ad excipiēdos ictus pararūt uociferantes uniuerſi magis ſe interfici uelle quā legē.Tunc pilatus circa religionē ſtudiū populi demiratus confeſtim de hieroſolymis ſtatuas iuſſit auferri:deide uero cōturbationē alterā cōmouebat:erat apud eos ſacer theſaurus quē chorboan dicunt:hunc ad inductionē aquaꝝ iuſſit expēdere:erat aūt inducenda aq̄ ab ſtadiis.ccc.ad hoc itaq; uulgi oriebantur querelæ ita ut etiā pilati qui hieroſolymā uenerat cū clamore circundarent tribunal:ille āt p̄uiderat:ſed quidē tumultū eoꝝ populo p̄miſcuit armatos milites:qui tunc eſſent priuatoꝝ ueſtibus induti.Præcepit gladiis quidē nō uterentur:fuſtibus aūt acclamātes ferirēt.Sicq; cōpoſitis rebus dat ex tribunali ſignū cōſeſtimq; cædebantur iudæi:quoꝝ multi quidē perierunt plagis:multi uero ſe inuicē trucidantes in fugam miſera contritione uerſi ſunt tunc ad calamitatē interfectoꝝ ſtupens multitudo conticuit: atq; ob hoc accuſator herodis tetrarchæ agrippas fuit filius ariſtoboli:quē pater herodes ſterfecit:ad tyberiū uenit.Illo aūt non ſuſcipiente accuſationē reſidens romæ ad aliquotū quidē potentium notitias ābiebat.Maximis aūt colebat officiis germanici filiū Caium cum adhuc eſſet priuatus. Et quodam die inter copioſum epularū apparatū quibus eum demerebatur:ad ultimū extenſis manibus aperte deū cœpit precari:celeriter illū mortuo Tyberio dominū cunctoꝝ uidere.Hoc cum quidā de fāiliaribus eius Tyberio nūciaſſet ſtatim concludi iuſſit agrippā qui & ſub grandi ærumna uſq; ad morte Tyberii in carcere p̄ menſes ſex tenebať.ſed defuncto eo poſt regnū annorum duoꝝ & uiginti dieꝝ trium ſuccedens imperium.C. Cæſar abſoluit agrippā uinculis & tetrarchiā philippi:iam eni iſte deceſſerat ei tradidit:regemq; appellauit.Cum ueniſſet aūt in regnum agrippas:herodis tetrarchæ cupiditatis per iuidiā ſuſcitauit.Irritabat aūt eū maxīe ī ſpem regni herodias uxor:exprobrans ei ſecordiā & dicēs:quia p id quod noluerat ad cæſarē nauigare careret ptāte maiore:nā cum agrippā ex priuato regē feciſſet:quo mō dubitaret illū ex tetrarcha eodem honore donare.His adductus herodes uenit ad Caium:a quo ob auaritiā uehementer increpatus ad hiſpaniā fugit:ſecutus eū quippe fuerat accuſator agrippas:cui ēt tetrarchiā illius. C.Cæſar adiecit.Atq; ita herodes quidē in hiſpania peregrinātе ſecū etiā uxore deceſſit.Caius uero cæſar in tantum contumelioſe abuſus eſt fortuna ut etiā & deum ſe putaret:& uellet uocari. Patriam quoq; ſuam multorum nobiliū cæde truncauit.Extendit aūt impietatem ſuam etiā in iudæam:petroniū denicq; cū exercitu hieroſolymas direxit:p̄cipiens ut in templo ſtatuas eius leuaret : quod niſi ſuſciperēt iudæi contradicentes quidē ex his interficeret:reliquam uero multitudinem captiuaret:permouebat autem hoc profecto deum.Et petronius quidem cū tribus cohortibus multiſq; de Syria habitatoribus properabat in iudeā de antiochia.Iudeorū uero quidā non credebant famæ prælium nuntianti.Qui uero credebant nihil de reſiſtentibus poterāt cōminiſci . celeriter autem in omnes peruadit metus:nam iam ptolomaidam puenerat exercitus. Eſt autem hæc ciuitas Galyleæ littore in magno compoſita:circundatur aūt montibus ab oriē tali plaga p̄ ſexagīta ſtadia diſſepatis:ſed ad Galyleā pertinentibus:a meridiano aūt carmelo qui

abeſt ſtadiis centū uiginti:a ſeptētrionali quoq; mōte qui eſt altiſſimus:quē uocāt ēt icolæ ſcalā tyriorū:& hic aūt diſtat ſtadiis.c.ab ea aūt urbe q̄ſi ab duobus ſtadiis præterlabit fluuiolus quē uocant beleum exiguus prorſus:cui prope eſt ſepulchrū mēnonis habēs iuxta ſe.c.fer cubitorū ſpatium cōtinentē:ſed admiratione digniſſimū:ē aūt ſpēs uallis rotundæ uitreā emittēs harenā: quam cū exhauſerint multæ naues piter accedentes:locus hiſdē rurſus impletur:uēti ſiquidem quaſi dedita opera cōuehunt de circūſtantibus ſupciliis harenā iſtā utiq; cōem.Locus aūt metalli ſtatim metalla ī uitrū quæ ſuſcepit mutat.Mirabile quoq; mihi illud uidet: quoniā conuerſæ iam harenæ in uitrum quæcūq; ps ſuper margines loci ipſius fuerit iacta ī cōem harenā denuo conuertitur.Igitur loci eius natura talis eſt.Iudæi aūt cū mulieribus & filiis collecti incampū in quo eſt ſita ptolomais petronio ſupplicabant principio ob patrias leges:deinceps uero etiā pro ſuo ſtatu:ille aūt ob multitudinē precantiū & p̄cum inflexus exercitū quidē & ſtatuas in ptolomaide reliquit:procedens aūt ī galyleā & conuocans in tyberiade tam populū iudæorū quā oēs eorum nobiles:& uim romani exercitus cœpit exponere:& minas cæſaris. His addēs:quoniā & contumelioſa eſſet ſupplicatio iudeorū:cū omnes ſiquidē gentes quæ parerent impio ro. in ſuis urbibus inter reliquos deos:imagines quoq; Cæſaris locauiſſent ſoli iudæi iſtud abnuerent.Siquidem quaſi ab imperio deficere eſſet etiā cum iniuria præſidentis. Illis uero contra legē moreſq; patrios allegantibus:& quia ne dei quidē ſimulachrū ne dū hois:neq; ſolū in templo:ſed neq; in prophano aliquo totius regionis loco fas ſibi eſſet locare: arripiens dictū petronius reſpondit. Sed & mihi domini mei lex ſeruāda eſt.Si eā quippe tranſgrediar uobiſq; p̄cam iuſte aīaduerſionem ſubibo ipugnabit ſane uos:nō petronius:ſed illle a quo ſum directus:ſiquidē ita & ego uos cogam implere quæ iuſſa ſunt. Ad hoc oīs multitudo ſucclamauit ante legis temerationē oēm ſe libenter ſubire pernicié Sedato aūt eorū clamore petronius ait. Pugnare ergo inquit aduerſus cæſarem eſtis parati? Reſponderunt iudæi p̄ cæſare quidē & populo ro, nobis ſemp p dies ſingulos uſus eſt offerre ſacrificia:ſi aūt in templo imagines æſtimet collocandas debere eū totam iudæorum gentē primitus innouare:præbere ſe quippe iugulos cū mulieribus & puulis ei q interficere uoluiſſet.Ad hæc admiratio petronū miſeratioq; peruaſit intuentē & inſuperabilem religionem uirorū:& tantū uulgus ad mortē conſtanter paratū.Et tunc quidē infectis omnibus receſſerunt.Poſtridie autē ac deinceps ſummates eorū priuatī uiritimq; cōpellans:populū quoq; publice alloquens:tunc quaſi conſulens admonebat.Interdū etiā minabat extollens & uirtutem romanam & indignationē cæſaris inter hæc etiam ſuā neceſſitatā cui eſſent exequenda p̄cepta: ſed illi ad nulla horū expimenta cedentibus:cū uideret etiā ſementē regionis intercipi ipſū q̄ppe anni tēpus erat:& quinq̄ginta pene diebus multitudo in urbe otioſe morabat ad ultimū cōuocatis omnibus ait ſe etiā periculoſam rē uelle aggredi.Aut enī deo coopante placabo cæſarē: ac uobis cum ſaluabor libenter:aut illū in ultionē irritabo:pro tanta multitudine impendo animā meam.Atq; ita dimiſſis turbis multa pro eo uota facientibus Antiochiā ab ptolomaida reuocauit exercitum:atq; illinc confeſtī miſſis ad cæſarē referens:& quo apparatu in iudæā irruiſſet:& q̄ tota gens ſupplicaſſet:quibus ſi abnuendū putaret:noſſet cū uiris etiā prouinciā p̄dendā.Seruaſ ſiquidē ipſos legē patriā:& nouis præceptis uehementer obſiſtere.His epiſtolis reſpondit Caius īmodice cōminans petronio mortē:quoniā ſuſſionū ſuaq; ſegnis executor fuiſſet.Sed ſcriptorū talium uectores per tres continuos menſes contigit aduerſa tempeſtate retineri. Alii āt exitium. C.cæſaris nūciantes proſpere nauigauerunt:deniq; ante ſeptē & uiginti dies epiſtolas petronius accepit finē cæſaris indicantes quā illi peruenirēt:qui cōminātia ſcripta portabant. Caio p dolū interempto:qui regnauerat annis tribus menſibus ſex rapitur in regnū ab eo exercitu qui romæ erat claudius.Senatus aūt referentibus cōſulibus ignatio Saturnillo & pōponio ſecundo mādat tribus legionibus ut eſſent preſidio ciuitati:& ipſe frequens in capitoliū deuenit. Quia propter īmāitatē caii bellū agi cū claudio decernebat:uolens imperiū ad optimates reducere:ut ſicut olī fuerat ad regendū digniſſimi eligerent. Accidit autē ut agrippas aduenirēt:quē cū & ſenatus in conſiliū & in caſtra claudius euocaſſet:ut.ſ.eo ſtrenuo adiutore uteret in quibus res poſceret:uidens agrippa claudiū iā eſſe opibus cæſarē ad eum perrexit:quē ille illico legatū ad ſenatū miſit indicantē ſuū propoſitū:quoniā primo quidē inuitus ab exercitu raptus ſit iniquū eſſe ſe militū erga ſe ſtudiū tam religioſum deſerere iā tutā aliter ſuā non eſſe fortunā:iā enī ad inuidiā ſatis eē q̄ in regnū uocatus ſit.Deinde ad miniſtratū ire paratū eſſe in rēpub.nō ut aliquis tyrannus ſed ut p̄ſul benignus ſufficere ſibi quippe honorē nominis. De ſingulis autem negotiis cōem oīum ſtare ſniam.Nam & ſi non natura eſſet modeſtus:locuples tamen moderandæ poteſtatis exēplū caii morte eſſe propoſitū.quæ cū detuliſſet agrippas reſpōdit curia:quaſi quæ exercitui & bois conſiliis fideret nolle ſe ſubire uolūtariā ſeruitutē:ſed accepto p̄m reſpōſo claudius rurſus miſit

agrippam nunciare eis:quoniã nõ posset adduci ut eos proderet:quoꝝ concessu ĩ impium esset accitus.inuitũ aũt se iturꝝ esse pugnã aduersus eos cũ quibus confligere minime uellet: proide eligendũ esse locum extra ciuitatẽ in quo confligerent:neq; enĩ sanctũ esse propter illorũ puer sitatem patriam ciuili cæde fœdari.Et agrippa quidẽ ista senatui nunciauit.

Capitulum.IIII.

INter hæc aũt unus de his militibus qui cum patribus erant educens gladiũ.Cõmilitones inquit quibus perturbati causis parricidia ꝑpetrare cupimus impatorẽ aduersus propinquos nostros claudiũ secutos maxime cũ hẽamus impatorẽ quẽ in nullo culpare possimus:& ad quẽ cum iustis magnis allegationibus:q̃ cũ armis egredi debeamus.Hæc dicens per mediã egressus est curiã:oĩbus se militibus consecutis:hoc exemplo optimates deserti in magno metu esse cœperunt:ac deinceps uidentes sibi aduersionẽ tutam non esse iter secuti militũ ad claudium transierunt:occurrebant aũt eis pro muris nudatos gladios ferentes hi qui fortunæ regis ambitiosius adulabanť:& pœne accidit:ut progressi quinq; interficerentur:ante.ſ. q̃ militũ impetũ cæsar agnosceret:nisi ꝑcurrens agrippas imminẽtis ei facinoris periculum nũciasset:dicens quoniã nisi coercuisset exercitũ iam in sanguine ciuiũ furentem confestim missurus esset omnes per quos conspicuũ esset impium:fieretq; solitudinis impator. Hæc audiens claudius continuit militũ impetum.Suscepit aũt in castris aduenientẽ senatũ:& indulgenti honore cõplexus:egressus cũ patribus confestim obtulit deo uictimas:ut mos est ꝑ imperio supplicari.Agrippã quoq; protinus mũeratur regio ꝑimonio:omnia addiicens ei:etiã illa quæ Augustus herodi donauerat:traconitiden scilicet & aranitiden. Præter hæc ãt aliud quoq; regnum quod Lysanie uocabatur.Et populo quidẽ donationẽ hãc ꝑ edictũ uidicauit. Patribus autẽ ꝑcepit:ut incisæ æris tabulæ in capitolio collocarenť.Donat aũt ei etiã fratrẽ suũ heroden qui genus eiusdem erat bernici iunctus regione Chalcidis.Opinione aũt celerrius Agrippæ dati regni census maximus effluebat:qua sane pecunia nõ ille in rebus exiguis abutebatur:sed talem murum hierosolymis circundare cœpit:qualẽ si potuisset absolui inefficacẽ prorsus obsidionẽ romanis oppugnantibus effecisset.Sed anteq̃ impleret opus decessit ĩ cæsaria. Regnauit autem ãnis tribus. Ante quoq; cũ tetrarchiã regeret:alĩs tribus ãnis tenuerat potestatẽ.Reliquit uero filias quidem tres de cypro natas Bernicen:marianné atq; drusilam:filium aũt ex eadẽ ipsa coniuge nomine agrippã:qui non nimis paruulus erat. Tunc claudius regnũ eius ĩ prouiciã redegit in cuius procuratione missus est Cestius festus. Post hũc aũt Tyberiũ Alexãdrium:qui nihil de cõsuetudine patria immutantes gentẽ in pace tenuerũt. Post hæc uero & herodes qui regnabat in Chalcide decessit.Relinquens de sorore sua Bernice filios duos. Bermocianum & heroden: de priore aũt marianne Aristobolum:cuius frater mortuus fuerat aristobolus priuatus:relicta filia iotapata:hi quidem erãt sicut supra dixi liberi aristoboli:qui fuerat herodis filius. Alexãder autẽ & aristobolus nati fuerant herodi de marianne:quos ipse parens interfecit. Alexandria aũt posteri in maiori Armenia regnauerunt.

Capitulum.V.

POst obitum aũt herodis qui regnauit in Chalcide claudius agrippã filiũ agrippæ in auunculi sui regno constituit.Alterius aũt prouinciæ suscepit curã post alexandrum cumanus:sub quo oriri cœperũt tumultus:& denuo iudæos calamitas cõpræhẽdit. Conueniente quippe multitudine ad diem festũ azimoꝝ in hierosolymã ſtãte legiõe romana super porticulum tẽpli armati quippe milites semp cũstodiebant festos dies:ne quid cõuenientes populi nouare auderent. Vnus ergo e militibus reductis turpiter uestimentis inclinãs posteriora sua obuertit ad faciẽ iudeoꝝ:& ad hunc habitũ uocẽ emittẽs similẽ succlamauit. Ob quod factum tota cœpit multitudo conqueri:ita ut circũstarent cumanũ ad supplicium militẽ deposcentes.Ex his aũt inconsulti iuuenes:& quasi natura apti ad seditiones mouendas in litem grauissimã prosiliebant:hi continuo quippe saxa rapientes percutiebãt milites.Tunc ueritus cumanus ne totius ĩ eũ uulgi impetus fieret plures euocauit armatos:q cũ essent porticibus imissi ĩ metus grauis incidit iudæis.Statimq; in fugã uersi relicto templo refugere cœperunt.Tanta aũt per egressus de constipatione obtritio facta est:ut conculcatione mutua super.xxx.milia hoĩum consũpta sint. Facta ẽ aũt uniuersæ gẽti luctuosa festiuitas & plãctus ꝑ domos singulas ꝑ3abat.

Capitulum.VI.

SVccessit aũt huic calamitati latrocinãtiũ tumultus.Iuxta bethoro quippe circa asensum publicũ stephanus qdã seruus cæsaris suppellectilẽ quãdã uehebat:quæ ab irruẽtibus direpta latronibus ẽ. Cumanus aũt ad iniquisitionẽ mittens eos qui in ꝓximis uicis essent:uinctos ad se adduci iussit:denuntians:ut conquisitos latrones ĩ uincula

coniicerent.qua occasione quidã militum in uico aliquo libros sacræ legis offensos discidit atq; cõbussit.Iudæi aũt quasi totã religionẽ inflamatã uiderint undiq; cõfluxerunt:& uelut machinamento aliquo:ita ut supstitionis atttacti oẽs ad unã euocationẽ ad cumannm cæsariã cõcurrũt precantes utmilitẽ qui rantã contumeliã deo legiq; eius intulisset:non relinqueret impunitum. Ad hæc enĩ ille uidebat multitudinẽ nequaquã quieturã:nisi aliqua esset satisfactiõe sedata. adiudicatũ militẽ p mediũ populũ:ad suppliciũ iussit adduci: sicq; iudæi placatis animis recesserũt.

Capitulum.VII.

DEnuo aũt galyleoꝝ & samaritanoꝝ conflictus exorit.In uico enĩ:quẽ gẽmã uocant qui est ĩ magno Samariæ cõpositus:quidã galyleus de numero iudeoꝝ ad festiuitatẽ ascẽdens interficitur.Ad quod factũ multi ex galylea regione conuenerunt ut cum samaritis confligerent.Hoꝝ aũt nobiliores conuenerũt in cumanũ rogantes:ut ante quã grauis calamitas oriretur transiret in galyleã:& in eos qui auctores essent homicidii uindicaret. Cumanus his negotiis quæ habebat in manibus post ponẽs illoꝝ petitiões sine effectu precatores emisit.Nũciato igitur homicidio hierosolyma omnis multitudo cõmota ẽ:& relicta diei solẽnitate in Samariã uulgus impetũ fecit sine duce:ne cuiquã principũ suoꝝ retinenti acquiescentes:latrocinio aũt eoꝝ & tumultu quidã Dinei filius Eleazarus & alexander præerat:qui in crabetene regione conterminos irruentes promiscuã dedere cædẽ a nullius ætatis exitio tempãtes:uicos aũt inflamauerũt.Cumanus autẽ hæc audiens adduxit secũ unã equitũ alã quæ uocat sebastianorum ut auxilio his qui uastabantur esset:sicq; eoꝝ multos qui Eleazarũ erant secuti compræhendit:plures quoq; iterfecit.Ad reliquã ãt multitudinẽ quæ ĩ uastandos samaritanoꝝ fines irruerunt:principes gentis de hierosolyma concurrerunt:optiq; ciliciis:& aspis cinere capitibus precabanť:ut ab incœpto desinerent:nec propter exercendã in Samaritas ultionẽ ad hierosolymæ pernicié romanos cõmouerent:miserererentur aũt patriæ suæ atq; templi filiorumq; & coniugum ꝓpriaꝝ: neq; oĩa piter in discrimen adducerent. Neq; ob unius galylei uindictam cuncta disperderent.His acquiescentes iudæi a negocio recesserunt.

Capitulum.VIII.

MVlti aũt p idẽ tẽpus in latrocinia conspirabant:sicut uere solet insolentia crescere rebus quietis:per quæ oẽm regionem agebantur rapine:& audaces quiq; reliquis uim afferebant:tunc samaritarum primates ad domitiũ q̃dratũ qui Syriã prouinciã ꝓcurabat tyrum uenerunt uindicari de his qui regionẽ eoꝝ deprædati fuerit postulãtes. Præsto aũt fuerant etiã iudæoꝝ nobiles:& ionathas filius ananiæ princeps sacerdotũ obiecta diluens allegabat:initium quidẽ tumultus samaritas fuisse:qui primi homicidiũ ꝓpetrassent: cãm tamen calamitatũ postea secutaꝝ præbuisse cumanũ:qui inter principia in auctores cædis noluisset ulcisci:tunc q̃dratus utraq; ptem interim distulit dicens.Quoniã cũ ad ipsas regiones uenisset diligenter singula inquireret:deinceps uero procedens cæsariã omnes quos cumanus uinctos reliquerat in crucẽ sustulit.Inde cum Liddã uenisset denuo audiuit samaritanoꝝ querelas & iudæorum decẽ & octo uiros quos cognouit pugnæ fuisse ꝓticipes securi ꝓcussit:duos aũt ex fumantiũ pontificum sacerdotẽ ionathã & ananiã eiusq; filiũ ananum:& nõnullos alios iudæos nobiles cæsariam destinauit:similiter aũt & samaritanoꝝ nobilissimos quosq;.Præcepit quoq; cumano & celeri tribuno romã nauigare redditurus claudio rõnẽ pro his quæ in regno gesserat. His ita cõpositis alidda ascendebat hierosolymã & iueniẽs multitudinẽ festiuitatẽ azimoꝝ celebrantẽ sine ulla conturbatione Antiochiã rediit.Romæ aũt cæsar auditis allegationibus cumãi & samaritanoꝝ aderat ãt Agrippas iudæoꝝ cãm magna intentione defendens:siqdẽ & cumanũ multi potentiũ oderãt ꝓnũcians aduersus samaritas tres eoꝝ nobilissimos iussit iterfici.Cumanũ aũt iussit urbe discedere.Celeré uero tribunũ uictũ hierosolymã mittens iudæis ad suppliciũ dedit: ut p urbẽ tractus capite cæderet.Post hæc felicẽ.Palãtis fratrẽ destinauit ad iudæos:q & eorũ ꝓuinciã cũ Samaria & Galyleã & peã curaret.Agrippã uero de Chalcide ĩ regnũ magnũ trãstulit:tradens ei illã quoq; prouinciam quæ felicis fuisset.Erat autẽ ista traconidis & batanea & gaulanitis.Addidit autem regnum etiã Lysaniæ & tetrarchiã quam Varus rexerat.

Capitulum.IX.

IPse aũt p annos tredecĩ:menses octo:dies trigita administratio ipio decessit successorem regni Neronẽ relinquẽs:quẽ suadelis agrippinæ uxoris suæ ĩ impiũ coartauerat: & quidẽ cũ legittimũ hñet filiũ britãnicũ ex Messalina natũ priore scilicet cõiuge:& Octauiã filiã:quã ipse priuigno collocarat Neroni.Suscepat aũt ex agrippina antoniã. Et Nero quidẽ quẽadmodũ p magnitudinẽ felicitatis:& opus abusus sit fortuna:& q̃liter fratrẽ suũ atq; uxorẽ matrẽq; interfecerit.Post quos in oẽs ꝓxios ĩmanitatẽ suã cõuertit:atq; ut ad ul-

timũ p amentiã ad histrionũ opa scenamq; puenerit:quoniam scio esse & narrationẽ molestam tacitus præterire melius puto.Conuertar aũt ad narranda:quæ ab eo aduersus iudæos gesta sũt.

Capitulum.X.

MInorem igitur armeniã regnandã aristobolo dedit herodis filio. Regno aũt agrippæ quattuor urbes addit cũ agris ad singulas pertinẽtibus iperia scilicet regione Abellã & Iuliadam: inGalylea aũt Tancheam & Tyberiadam.Reliqua aũt iudeæ felici procuranda dedit.Hinc principẽ latronũ Eleazarum:qui p uiginti annos regionẽ deprædatus:alioscq; multos cœpit:uinctoscq; romã direxit:aliorũq; quos i crucẽ sustulit latronũ uel in communione sceleris deprehensoꝝ populariũ:fuit pœne imunerabilis multitudo.Sic enĩ regione purgata aliud genus latrocinantiũ in hierosolymis oriebatur.Hi aũt sicarii uocabantur. Die claro & in media ciuitate passim quoscq; interficientes.Potissimũ uero diebus festiuis imiscebãt uulgo: & sicas sub ueste gestantes.His diuersos quoscq; interficiebant ac deinceps collapsis hominibus illi inter reliquos descelere querebant:qua fraude extra suspitionẽ manebant:diuq; latuerunt.Primus igitur ab eis ionathas pontifex interfecitur.Post hunc aũt quottidie plurimi cædebantur:atq; ipsis calamitatibus molestior timor ciuitatẽ premebat:sicut enĩ in medio bello p singula momenta omnes mortẽ operiebantur. Circũspiciebant aũt eminus quoscq; appropiquãtes: & neq; amicis suis fidere poterant:dũ tantũ in mediis suspitionibus atq; custodiis nihilominus interficiebantur.Tanta erat latrocinãtiũ temeritas & ars quædã latẽdi.Ad hæc ãt alia etiã maloꝝ collectio facta est cædẽ quidẽ abstinẽtiũ:sed consiliis magis impioꝝ:quæ ps nõ minus q̃ sicariorum felicẽ urbis statũ corrupit:seductores quoq; hoies & circũuentores sub spẽ religiõis nouãdis rebus uulgus insanire fecerunt:nã in solitudines egrediebanẽ promittẽtes deũ signa eis ostẽsurum libertatis.Contra quos felix uidebanẽ quippe semĩa defectionis esse:mittens equites atq; pedites armatos magnã multitudinẽ intetfecit.

Capitulum.XI.

MAiore aũt plaga iudæos afflixit ægyptius quidã pseudo prophetæ:aduenies quippe i prouiciã magnus cũ esset prophetæ opinionẽ sibi arrogãs.xxx.ferme milia hoim cõgregauit quos uana seductione decepat:& circũducens eos de solitudine in montẽ q uocaẽ oliuaꝝ:inde hierosolymã nitebatur ascendere:depulsoq; romanoꝝ p̃fidio in populares exercere dominationẽ utebatur sane stipatoribus qui ad facinus cõuenerãt: prætuidit sane eius impetũ felix:& occurrẽs cũ ipis Romãis armatis quos etiã iudæoꝝ reliqua multitudo iuuabat iniit conflictũ.Et egyptius quidẽ cũ paucis fugit. Plurimi aũt qui cũ ipso fuerãt cõprehensi:atq; uinculis traditi sunt. Reliqua uero multirudo in regiones proprias dispersa est. Compressis porro his etiam sicut in ægro corpore : rursus pars altera tumescebat. Magi enim quidam & latrones collecti multis aflictionem inducebant : & quasi ad libertatem uocabant: mortem aptissimã cõminates his qui romanoꝝ pricipatui obedire uoluissent:ut uel reluctãtes auerterent eos qui spõtaneã ferrent seruitutẽ. Dispsi ergo bipertitã regionẽ diripiebãt quorũq; potentium domos: eosq; insup trucidahant:inflãmabant etiã agros:ita ut desperatiõe eoꝝ tota iudæa protinus impleretur.Et hæc quidẽ pugna indies grauius augebatur. Alter aũt tumultus ortus circa cæsariã inter iudæos scilicet qui ibi p̃mixti habitabãt:& syros cõmotiõe facta.Hi siqdem poscebant ut eoꝝ fieret ciuitas iudæũ eius fuisse conditorẽ dicentes:erat autẽ rex herodes Aemuli uero conditorẽ quidẽ cõfitentur iudæũ:ipsam uero ciuitatẽ fuisse gentiliũ uidicabant. Neq; enĩ illic statuas & fana potuisse constitui si ad iudæos eã conditor pertinere uoluisset. Ob has ergo causas iter se populus uterq; iurgabat.Procedebat aũt usq; ad arma contẽtio:& quotti die ad confligendũ audaces quiq; partis alterutræ prosiliebant.Neque enĩ iudæoꝝ seniores cohibere tumultus gentis suæ poterant:& græcis turpissimũ uidebatur a iudæis inferiores uideri Præstabant aũt hi quidẽ diuitiis & corporũ uiribus.Græci uero auxilio militũ: magna siquidẽ pars romanæ manus de Syria illo fuerat congregata.Et quasi cognati ad auxiliandũ parati erãt syris. Præfecti aũt militũ curabant cõprimere tumultũ:& pugnaces quoscq; cõprehendentes tau reis ulciscebantur:ac uinculis.Neq; tunc supplicia cõprehensoꝝ impedimentũ aut timorẽ reliquis inferebant: immo magis hoc ipso seditionis irritabantur augmentum:tunc demum felix minaci edicto præcepit contumaces quoscq; urbe discedere:non parentium autem immissis militibus interfecit non paucos:quorum etiam substantiæ direptæ sunt. Post hæc quoq; cum uideret seditionem manere nobiles utriusq; partis elegit:& susceptа legatione misit ad Neronem pro his quæ sibi competere arbitrarentur acturos. Successit autem eiCestius & hos qui maxime infestabant prouinciã sollicite persecutus:latronũ plurimos cõprehẽdit atq; iterfecit.

Capitulum.XII.

VErum successor huius Albinus non eodē more negotiis præfuit. Neq; enī fuit aliqua malignitatis species quā ille prætermiserit. Deniq; nō solū ciuibus furabat: & diripiebat substantiā singulos: neq; solum tributos addita mentis in cōmune gentē grauabat: sed etiā quos ob latrocinia uel decuriones ciuitatū cōprehenderunt: uel quia prioribus iudiciis in custodiis erant relicti accepta a cognatis eos pecunia liberauit. Et is solū qui nō dedisset in carceribus quasi nocentissimus remanebat. Per idē tēpus eos quoq; qui res nouare cupiebant: in hierosolymis crescit audacia. Ex quibus sane qui erāt opulenti Albinum largitiōe redimebāt: ut eis tumultū mouētibus nō indignaret, pars aūt popularis quæ nō satis gaudebat: quiete Albini pticipibus iungebat. Vnusquisq; improbos cohorte propria circūdatus ipse qdē quasi princeps latronū: & tyrannus eminebat. Stipatoribus uero suis ad direptionē mediocrium abutebat. Ita fiebat: ut hi quidē quos uastabant domus tacerent. Illi aūt qui extra incōmodum stetissent metu ne similia paterēt querelis deterrebant: imo & officiis ābiebāt eos quos cōstabat dignos esse suppliciis. In cōmune aūt oīum fuit intercepta fiducia. Et erat tunc multiplex dominatio: & semina captiuitatis futuræ iam ab illo tēpore spargebantur. Cum sane eiusmodi mos fuisset albinus: tamen succedens ei Cestius Florus optimū eū p compationē sui fecit uideri. Ille siquidē plura occulte & cū fraude nocuerat Cestius uero iniquitates suas in uniersam gentē tā palam quā si gloriaretur exercuit. ac uelut nō ad regēdā puinciā: sed ad dānatos pœnas carnifex missus neq; rapinas ullū morē nec afflictionū prætermisit. in miseriis aūt crudelissimus erat in turpibus uero impudentissimus neq; enī quis illo amplius offendit fallacia ueritatē neq; cōmentus est callidiores nocendi uias. Hinc siquidē uiritim illatis dispēdiis lucra quærere exiguū uisū est: sed totas simul despoliauit urbes & lahes populis inferebat solū non uoce p totam regionem edicēs liberum esse oībus latrocinari dum ipse prædarū acciperet portionē. Deniq; ob illius auaritiam contigit totam pæne deseri regionē ita ut plurimi sedes patrias relinquentes ad externas prouintias comigrarent donec aūt in Syria cestius gallus prouintiā regebat neq; ausus quispiam iudæos est aduersum florum ad eū mittere legatos. Cum uero instante azimos solēnitate ipse Hierosolymā uenisset occurrens multitudo quæ facile tricies centum miliū fuit precabat: ut gētis suæ calamitatibus subueniret: & pestem illā prouinciæ florū: ut eiiceret clamitabat. Qui tantum cū sub populi ore esset: & gallo assisteret: non solū nihil mouebat: sed uoces illas etiā deridebat. Cestius tantū cōpescens impetū populi: & edicens quod deinceps placatiore eis flos rederet: regressus est antiochiā. Deduxit aūt eū usq; ad Cæsareā florus illudēs mendaciis & iudæorum genti bellū sedulo cōmiscens: quo scilicet solo iniquitates suas occultū iri posse credebat. Pace siquidē permanente habitus se apud cæsarem accusatores. Iudæis uero defectionē negotiatus fuisset maiore ut quæ malo abducendam a se esse iuidiā peccatorum minorum. Igitur ut gens ab romano obrumperetur imperio sedulo in didem augebat calamitates.

Capitulum. XIII.

PEr eosdem dies etiam in macherunte multitudo iudæoꝝ persuadebat ī præsidio relictis romanis diserere castellum eisq; tradere.Illi aūt q; rogabantur cogi metuentes pacti sunt cum eis discessionē suam & accipientes fidem tradunt præsidium quod diligenter cœpe runt macherunte custodiis optinere.In Alexandria aūt semper quidem erat incolis aduersum iu dæos seditio.Iam ab illo tępore:ex quo strennuus Alexander contra Aegyptios usus iudæis præ mium societatis tradidit eis:& habitandi apud Alexādriam facultatem & ius orbis æquale cum gentibus.permanebat aūt eis honor iste apud successores quoq; Alexandri.Deniq; & in parte ci uitatis locum eis proprium deputauerunt:quatenus haberent conuersationē per oīa mundiorē a cōmotione.s.gentium sequestratā præstiteruntq; eis ut etiā macedones appellarentur. Deiceps uero cum in possessionē Romanoꝝ ægyptus uenisset:neq; cæsar primus:neq; post eum quispiā honores quos Alexander iudæis decreuerat minuit.Conflictus aūt eoꝝ aduersus græcos pœne continuus erat:& iudicibus multis quotidie ab utraq; pte lucrū reuehentibus seditio accēdebat.

Capitulum.XXV.

TVnc uero cum apud alios turbata res esset:illic magis exarsit tumultus.Nam cum Alexā drini in concionē uenissent ut ordinarent pro certis negotiis largitionē ad Neronem fe rendā concurrere in amphiteatrum permixti græcis plurimi iudæoꝝ. Quos cum uidis sent æmuli extēplo clamare cœperūt:iudæos hostes:& exploratores eē:ac deinceps insilientes in tulerunt eisdem manus & reliqui quidē fugientes dissīpati sunt tres ex his uiros compræhendē tes trahebant quasi uiuos incensuri.Commota est aūt omnis terra iudæoꝝ ad ultionē ferēdam: & primum quidē in græcos saxa iacebant. Postea etiā uero facibus raptis in amphiteatrum īpe tum fecerunt:cōminantes q; in ipso loco tantum simul populum concremarent & pœne minas implessent rebus:nisi iras eoꝝ compressīsset tyberius alexander princeps ciuitatis. Nec tamen ipse coercendi principium ab armis sumpsit:sed nobiles eoꝝ quosq; summittens hortabatur ut desinerent:neq; aduersum se militiam romanā cōmouerent.Seditiosi aūt benignā deprecationē ridentes tyberium cōtumeliis appetebant.Qui postquā uidit absq; calamitate tumultuosos non posse cōpesci īmisit in eos duas romanoꝝ legiones:que in ciuitate erant.Cum his alios quinque milia equites casu ad iudeoꝝ interitum de libya uenientes præcepitq; ut non solū interficerent: sed etiam substantias eoꝝ diriperent domosq; inflāmarent. Qui protinus cōcurrentes ī locum qui uocatur delta:illo quippe erat iudæoꝝ multitudo colecta exequebantur strennue iussiones nec sanē sine cruenta uictoria. Collecti quippe in unum iudei & eos qui de suis optime armati erant ante reliquā multitudinē statuentes aliquādiu restiterunt.Postquam uero in fugā inclinati sunt:passīm trucidabantur:& erat eoꝝ grandis interitus.Tum quæ sibi mādata fuerant exequū tur. Conglobati enim iudæi his quos melius armatos habebant infrōte positis aliquādiu quidē restiterunt.Semel infugam uersi mactabantur:nec unius exitii modus cū alii sub diuo atq; in cā po depræhenderentur: in ædes aūt alii concluderentur: & eas quoq; incenderent rōani una etiā diripiendo quæ in his reperissent:neq; illos aut infantium misericordia aut reu erētia senectutis moueret.sed in omnes ætates pari cæde sæuirent. Vnde totus quidem ille locus sanguine redū dabat.Quinq; uero congesta sunt milia mortuoꝝ:nec tamen saltē reliquiæ remansissent:nisi ad preces se contulissent eorūq; misertus alexander romanos iussīsset abscedere. Sed illi quidē qui bus erat consuetum obedire p̄ceptis primo eius nutu discedunt:populares aūt alexandrini pro pter odii magnitudinē difficulter ab in cœpto reuocabantur: uixq; a corporibus distrahebātur: Apud Alexandriam quidem talis casus euenit. Cestio uero iam quiescendum esse non uidebat infensis ubiq; iudeis: sed duodecimā legionē integram ex antiochia secum ducens:& ex reliquis bina milia lecta peditum: &.iiii. alas equitum insuper regum auxilia :hoc est antiochi duo milia equitum & peditum tria milia sagittarios omēs Agrippæ uero tantundem peditum & equitum mille:cum & cestius sequeretur.iiii.milibus cōitatis:quoꝝ tertia pars equitū erat:pluresq; sagitta rii:ptholomaida progressus est plurimi aūt ex ciuitatibus auxilio cōuenere:peritia q̄dē militibus inferiores:q; uero scientiæ deerat in iudeos odio:idemq; alacritate supplentes .Aderat autem ipse quoq; agrippa cestio : & eorum quæ conducerent simul & itineris principes:ibi tum adducta ex-

ercitus parte ceſtius inualidiſſimā galileæ ciuitatē contendit zabulon quæ appellatur uirorū. & ab iudæorum finibus ptolomaida diſcernit. Cunq; offendiſſet eam ciuibus deſtitutā ī mōtes enim multitudo refugerat oīgenū aūt rerū plenā: illas quidē militibus diripiendas cōceſſit: ipſū uero oppidū quāuis admiratus eſſet eius pulchritudinē qppe domus habebat ſimiliter ut apud tyrum & ſidona & beritum ædificatas incendit. Deinde curſu territorio pagrato quicquid inueniſſet obuiam depopulatus inflāmatis etiā circum eā poſitis uicis in ptolomaidam regreſſus eſt. Syris aūt adhuc prædæ ln herētibus: & præcipue biritis recepta iudæi fiducia: ceſtiū enī receſſiſſe cognouerant repente in eos qui remanſerant irruunt: & prope duo milia morte conſumuut.

Capitulum. XXVI.

CEſtius aūt ex ptolomaide reuerſus ipſe quidē cæſareā peruenit in ioppā uero partem ꝑmiſit exercitus: cū præceptis huiuſmodi ut oppidum cuſtodirent ſi eo potiri potuiſſent: aut ſi oppidani impetū præſenſiſſent: tam ſuum q̄ cæteroꝝ militū preſtolarent aduentum. Illoꝝ igitur alii mari alii terra profecti utrinq; ioppem facillime capiunt: ita ut ne fugæ quidē habitatores copiā reperirent: nedū ad pugnā ſeparent. Agreſſi aūt cunctos interficiunt cū familiis direptāq; ciuitatē incendunt. Interfectorū autē numerus octo milia quadringenti fuerunt. Simili modo & ī finitā ſamariæ nabathite. Nam toparchiā nō paucos direxit equites: qui & partem finiū uendicauerunt: magnāq; indigenaꝝ mulitudinem peremerunt: direptiſq; patrimoniis etiam uicos igni dederunt.

Capitulum. XXVII.

IN galyleā quoq; miſit ceſeniū gallū ductorē duodecimæ legionis eiq; tātā militū manum attribuit: quantā genti expugnādæ ſufficere poſſe credebat: & eum ualidiſſima galyleæ ciuitas ſephoris cum fauore ſuſcepit. Huiuſq; prudens conſiliū: ſecutæ ciuitates aliæ quieſcebant. Qui uero ſeditionibus & latrociniis opam dabant ī galyleæ mōtem undiq; medium receſſere: qui eſt contra ſephorī & uocatur aſamō. Aduerſus eos gallus ducebat exercitum. Illi aūt quādiu ſuperiores erant facile romanos ad ſe aſcendentes ulciſcebātur: & ex his plures quam ducentos interfecerunt. Vbi uero eos uiderunt circunacto itinere ad celſiora progreſſos mature uictoriā conceſſerunt: & neq; pugnā minus armato ferebant. Neq; ſi terga dediſſent equitū poterant manus effugere: adeo ut pauci locis aſpīs delitеſcerēt: amplius uero quā duo milia trucidarentur. Gallus quidē cū nihil iam tentari nouitatis apud galyleā uideret cæſariam cū exercitu remeabat. Ceſtius uero cū omnī multitudine reuerſus in antipatridē perrexit. Cognitoq; non paruā multitudinē iudæoꝝ in turrī quæ apheci uocabatur eſſe collectam: qui & his congrederentur præmiſit. Sed priuſquā in manus uenirent iudæi metu diſpſi ſunt: eorumq; caſtra iā deſolata milites adorti cū uicis circūpoſitis incēderūt. Ex ātipatride aūt ceſtius in liddā profectus uacuā uiris ciuitatē offendit. Nam propter ſcenopheioꝝ dies feſtos cū in hieroſolymā populus omnis aſcenderat. Quinquaginta uero quos ibi cōprēhendit occiſis exuſtoq; oppido ulterius procedebat per quæ bethiron profectus in quodā loco cui nomē eſt gabao caſtra ponit diſtāte a hieroſolymis ſtadiis quinquaginta: iudæi uero cū iā ciuitati propinquare bellū uiderēt: omiſſis dierū feſtoꝝ ſolennibus ad arma properabant: ſatiſq; freti multitudine incōpoſiti ad pugnam & cū clamore proſiliebant: Ne dieꝝ quidē ſeptē hīta rōe feriatorum erat enī ſabbatū qđ apud eos religione maxima curabatur. Idem aūt furor qui eos ab obſequio pietatis emouerat in prælio quoq; ſupiores effecit. Tanto nāq; impetū romanos aggreſſi ſunt ut eoꝝ & aciē prūperēt uiaq; apta cædibus ī medio ruerent: ac niſi ei militum parti quæ nec dū locū amiſerat equites ex circuitu ſubueniſſent: quiq; nō ſatis defecerunt pedites in periculo totus ceſtii exercitus fuiſſet. Interfecti ſunt aūt quingenti & quindecim romani milites ex quibus quadringenti pedites: cæteri equites erant: iudæi uero uiginti duo: quoꝝ ſortiſſimi uidebantur monobari regis adaibene propīqui: monobazus & cenedecus: & poſt hos pera ita iugiter & ſyra babilonius qui ad iudæos ab agrippa rege tranſſugerant cui pridē militabant. A fronte quidē repulſi iudæi ad ciuitatē reuertebātur. Romanos aūt ad bethroꝝ aſcendentes gioræ filius Symon inuadit: multoſq; poſtremi agminis coactores laniauit: ac multa carra cum ſarcinis capta ī ciuitatem reduxit. Ceſtio uero in agris triduo cōmoráte iudæi locis ſupioribus occupatis obſeruabant eius tranſitum neq; neceſſaturos eos certum erat: ſi romani proficiſci cœpiſſent.

Capitulum. XXVIII.

ITaq; dū agrippa cū infinita hoſtiū multitudine montes amplexa ne romanos quidē a periculo tutos eſſe ꝑſpiceret uerbis iudæos experiri decreuit: uel omēs ſibi parituros exiſtimās: ut bello deſiſterent uel ſiqui aduerſarentur ſeuocandos eſſe: qui ab eorum ſnia diſcreparēt. Miſit igitur ex comitibus ſuis portatū & phebū quos illis ſciebat eſſe

notissimos:& a cestio fœdus amicitiæ:certâq; a peccatis populo Ro.ueniã pollicerent: si ꝓiectis armis secũ sentire uoluissent. Verũ seditiosi metu ne cũcta multitudo spe securitatis ad agrippã sese conferret legatos obtruncare statuerunt:& phebũ quidẽ priusquã uerbũ faceret pemerũt. Nam portatus uulneratus effugit:populares aũt id idigne ferentes factũ cædẽdo fustibus atq; lapidibus in oppidũ cõpulerunt. Cestius uero quia intestinã eoꝝ discordiã opportunũ ad irruẽdũ tẽpus inuenit totũ i eos duxit exercitũ:inq; fugã uersus usq; Hierosolymã profectus est. Castris autẽ in loco positis qui appellat Scopos iteruallo septẽ studioꝝ a ciuitate discedens: nihil p triduũ aduersus oppidũ conabat:sperans fortasse intus degentes aliquid remissuros. In uicos autẽ circa ciuitatẽ non puã militũ manũ ad rapienda frumenta dimisit. Quarto aũt die q trigesimus mensis erat octobris ordinatũ in oppidũ introduxit exercitũ. Populus qdẽ a seditiosis custodiebatur:ipsi ãt rõanoꝝ disciplina territi exterioribus cessare partibus ciuitatis & in ptem interiorẽ templum quæ refugerunt. Cestius uero transgressus Pedestã:quæ sic uocat & cenopolim:& foꝝ quod appellatur Dacon incendit. Deinde cũ ad supiorẽ ciuitatẽ uenisset prope aulã regiã castra posuit. Et si tunc uoluisset intra muros uiolenter irrũpere ciuitatẽ ilico possedisset: bellocq; finẽ dedisset. Sed tyrãnus præpositus castris & priscus & plures equitũ mgri a floro pecunia corrupti conatũ eius auertere & iudæos intolerandis malis repleri cladibusq; cõtigit. Cap. XXIX.

INterea plurimi populariũ notissimi ananias uanati filii cestiũ q̃si portas ei patefacturi uocabant. ille aũt & ira fastidiens & qđ nõ satis ei credendũ putaret tã diu id neglexit donec ꝓditione cõpta seditõsi ananũ quidẽ cũ cæteris de muro deiectis lapidibus i domos suas fugere cõpulerẽt. ipsi uero p turres dispositi muꝝ tentãtibus repugnabant:p dies quidẽ quiq; romanis undiq; conantibus inexplicabilis erat ipetus. sexto ãt die Cestius cũ plurimis eisdẽq; sagittariis a septẽtrionali tractu templũ aggredit iudæis ex porticu resistentibus. Qui repente quidẽ romanos ad murũ adeuntes auertere. Postremo autẽ repulsi teloꝝ multitudie recesserunt. Itaq; romanoꝝ qui anteibant scutis suis muro nixis:& qui eos sequebant aliis ac p ordinẽ aliis similiter adiũctis:quæ sic appellat:testudinẽ cõtexuerũt. Vnde sagittæ in eã delatæ irritæ delabebãt & sine aliqua noxa milites mœnia suffodiebãt:templiq; portas incendere moliebant. Vehemẽs aũt seditiosos stupor inuaserat:iamq; multi ex ciuitate diffugiebant:ueluti cõtinuo capetur. His autẽ populus alacrior efficiebat:& quãtũ nequissimi cæde dant:tantũ ut ipsi portas aperirẽt. Cestiumq; tanquã de se optime meritum reciperent appropinquabãt. Et profecto si paululũ in obsidione perseuerasset:stati ciuitatẽ obtinuisset. Sed credo iam tunc infestus deus pessimis eiusq; sancta illo die finẽ bello dare prohibuerunt. Deniq; cestius neq; aĩs populi neq; obsessoꝝ despatione perspecta militẽ reuocat:& sine ulla spei repulsa inconsulte nimis ac iniuste discessit. Inopinata uero eius fuga latronũ fiduciã recreauit:ĩsecuti nouissimos aliquos equitũ peditũq; pemer. Et tunc quidẽ cestius i castris quæ apud scopon munierat tendit:altero aũt die ulterius recedẽdo magis hostes ꝓuocauit:tãquã postrẽis appositi multos necabãt:quoq; utraq; itineris pte uallata in transuersos tela iacebant:& neq; in eos se retorquere:a quibus a tergo sauciabãt nouissimi audebant quandã infinitã multitudinẽ insequi existimãtes. Et a lateribus instantis uim repellere minime sufficiciebant:cũ ipsi quidẽ graues essent:ordinẽq; interrũpere formidarent:uiderent ãt iudæos leues:& ad excurrendũ faciles esse. Vnde eueniebat ut multa mala ppeterent:cũ nihil ẽt inimicis nocerent. Tota igitur uia perculsũ deiectiq; agmine sternebant: donec multis occisis in quibus erat priscus sextæ legionis dux:& longinus chilarchus:& emilius iocũdus alæ præfectus uix in gabao peruenerunt:ubi castra prius posuerãt:multis instrumentis amissis. Hic aũt cestius biduo cõmoratus inops consilii quid ageret:cũ tertio die maiorẽ hostiũ uidisset numerũ & oĩa circũ loca plena iudæis tarditatẽ sibi obfuisse cognouit: & si adhuc ibi maneret pluribus se inimicis usurũ. Itaq; ꝓ cõpendio fugæ cunctaq; militibus impedimento erant amputari præcepit. Occisisq; tunc mulis atq; asinis aliisq; iumẽtis:præter illa quæ sagittas & machinas ferrẽt. Hæc enĩ uelut usui futura seruabat maxie qa timebat ne iudæis contra se capta prodessent. Bethoron uersus antecedebat exercitũ. At iudæi latioribus quidẽ locis minus instabant: cõtractos uero in angustias atq; discensus qui descessissent ab exitu ꝓhibebant. Alii postremo sup agmen impingere:fusaq; omnis multitudo p itineris iuga militẽ sagittis operuit. Vbi etiã peditibus pro pacto sibi subuenirent hæsitantibus equitũ piculum promptius erat. Nec enĩ ordinate uiam prosequi poterant obstantibus iaculis:& ne contra hostes irent ascẽsus ardui ꝓhibebãt equitãtibus inuii. Lateribus aũt rupes ac ualles in quas deiecti qui aberrassent consumebãtur. Nullusq; locus aut fugiendi aut ulciscendi rationem habebat. Itaq; incerti quid agerent ad ululatus quos desperati solent:fletusq; conuersi sunt. Quibus resonabat iudeorum cohortatio cum clamore lætantium pariter ac sæuiẽtium. Totusq; pœne qui cum cestio fuerat perisset exercitus nisi nox aduenisset.

Qua romani quidem in bechoron cõfugerunt:iudæi uero obsessis circũ omnibus locis eorum transitus custodiebant.Deniq; ibi cum cestius aperto itinere desperato iam de fuga cogitabat. Lectosq; ad quadringentos omniũ fortissimos milites tectorum fastigiis imposuit.Hisq; præcepit uigilum qui in castris excubant signa clamare:ut eo mõ iudæi oẽm illic militum numeꝝ arbitrarentur remanere.Ipse aũt cum cæteris otiose usq; ad trigita stadia progreditur.Vnde mane cum iudæi locum in quo romani tetenderant desolatum uidissent ĩ quadrigentos a quibus decepti fuerant concurrerunt:& illos quidem sine mora iaculis confecerunt:mox aũt cestium persequi properabant.Sed ille cũ nocte non paruum spatiũ itineris pegisset: die uehemẽtius quoq; fugiebat:adeo ut metu perculsi milites machias siue torméta muralia:itẽq; ballistas:multaq; alia instrumenta relinquerent.Quibus tunc ablatis iudæi rursus contra illos qui ea reliquerant usi sunt.Insequendo aũt romanos antipatridã usq; uenerunt.Deinde cũ eos assequi non potuissent inde redeuntes:& machinas secum asportarunt:mortuosq; spoliarunt:& prædã quæ remanserat collegerunt:& peana canentes in metropoli remearunt.suis quidem paucis amissis. Romanorũ aute auxiliorum quinq; milibus peditũ ac trecentis:itẽq; nonigentis & octuaginta equitibus interẽptis.Hæc quidẽ nouẽbris mẽsis octauo die gesta sunt:anno duodecimo Neronis principatus.

Capitulum.XXX.

POst cestii uero casus aduersos:nobiliũ multi tanq̃ e naui pessum itura ex ciuitate enatabant.Deniq; castabarus & Saulus una cum Philippo iachanis filio qui princeps erat exercitus regis Agrippæ:inde dilapsi ad Cestium transfugerunt.Qui uero cum his in aula regia fuerat obsessus:ãtippas fuga despecta quẽadmodũ a seditiosis emptus sit alias indicabimus.Cestius aũt Saulum & cæteros in achaiã ad neronẽ misit:& propriã necessitatẽ indicaturos:& belli causas deriuaturos in florum.Sperauit enĩ & iram ĩ illũ excitatũ iri:& sua pricula summouenda.Tunc aũt Damasceni cæde romanoꝝ cognita:iudæos apud se degentes ptinere studuerunt:& cũ eos in publicis terminis collectos haberent:nãq; id olim propter suspitiones meditabantur.Facile quidẽ sui conatus exitũ fore putabant.Verebantur autẽ mulieres suas fere omnes præter paucas iudaizantes:& eoꝝ religione deceptas.Quare his magna cura fuit eas celandi quid agerent.Iudæoꝝ aũt decẽ milia quippe in angusto loco atq; omnes inermes aggressi:una hora sine metu iugulauerunt.Qui uero cestium fugauerant in hierosolymã reuersi: quos adhuc romanoꝝ studiosos inuenissent:partim ui partim blanditiis sibi etiã sotiabant.Et in templum congregati plures belli duces eligendos esse censebant.Declaratus est igiẽ Iosippus curiõis filius:& pontifex ananus omnia quæ in ciuitate gerenda esset impaturos:maximeq; ut ciuitatis muros erigerent.Filium nãq; Simonis Eleazaꝝ romanoꝝ q̃uis pdã & ereptas cestio pecunias:& insuper his plurima ex thesauris publicis in potestate haberet:tamẽ nullis necessitatibus præposuerunt:q; & ipsum tyrãnidis supbia uiderẽt ferri:eiusq; studiosos siue imitatores satellitũ more uersari.Verum paulatim Eleazarus ambitione pecuniæ:itẽq; astutia psuasit populo: ut in oĩbus sibi pareret.In iudæa uero quos mitterent alios militũ duces optarunt:hierum filiũ asapha unũ ex pontificibus:eleazarũ pontificis filiũ:nigro aũt mandauerũt qui tũc idumeã regebat:ex regione trans iordanẽ posita genus ducens:unde parartes cognominabantur ducibus obtempare. Sed ne alias quidẽ regiones omittendas putabant.Nãq; in hiericunta iosippus filius simonis:& trans flumen thapna:& ioannes esseus topchias administraturi directi sunt.Hinc aũt lidda & ioppe & ãmanũ erant adite.Cophinitie aũt & accabatine regionibus ioannes filius annæ rector erat designatus:& utriusq; galyleæ iosippus mathathiæ filius:huius administrationi iuncta erat & gamala munitissima ciuitatũ:quæ ibi fuere alioꝝ quidẽ rectorũ pro alacritate ac prudẽtia sua q̃q; res sibi creditas administrabat.Iosippus autẽ cum in galyleã uenisset primũ curæ habuit indigenarum sibi conciliare beniuolentiã:multa sciens ea cõfici posse licet in aliis peccauisset. Deinde considerato q; potentissimos quidẽ amicos habebit:si eos participes potestatis fecisset: omnem uero multitudinẽ si plæraq; per indigenas & consuetos fieri preciperet. Lxx.de senioribus eius gentis prudentissimos elegit:eosq; rectores totius galyleæ constituit.Septem uero p singulas ciuitates:minorum litiũ iudices ordinare maiora negotia causasq; capitales ad se referre iussisset iam.lxx.dispositos p ciuitates:quo iure inter se uterentur:etiam quemadmodum extrinsecus usi essent animaduertit:certusq; in galyleam romanos esse uenturos opportuna loca muro cingebat:hoc est iotapata & bersabeæ & seloim necnon & caphe recho & iaphac & sicophoh: montẽ cui nomen est itabirio & tharice & tiberida:ad hæc etiam circa generaseth lacum speluncas ĩ ea quæ inferior galylea uocabatur muniuit. Superioris autem galyleæ achabaron & petram quæ sic dicitur ninetimero in gaulanitidem uero seleuciam:& sogennam gamala munitione circundedit.Solis autem sephoritis permisit ut murum sibimetipsis fabricarent: quia eos pecuniosos

esse: & ad bellū promptos etiā sine præcepto uideret. Similiter aūt etiā giscalam iosippi iusti sup se murum cinxit ioannes: cæteris autem castellis omnibus ipse iosippus intererat iubēdo: simul atq; opem ferendo. Quin & exercitum ex galylea supra centum milia uirorum comparauit: quos omnes undiq; collectis armis ueteribus instruebat. Deinde reputans hoc maximam romanorum inuictam esse uirtutem q; edicto essent audientes rectoribus suis: & exercitationi operā darent. Doctrinam quidem urgente necessitate despexit: parendi autem facultatem ratus regentium multitudine posse contingere ita ut romani solent diuisit exercitum: pluresq; fecit agminū prīcipes. Diuersis q̄ miltū generibus ordinatis alios de cadarchis: alios chiliarchis subdidit: & in sup his rectores maiorū rerū administratores. Docebat aūt signoꝝ disciplinas & prouocationes reuocationesq; buccinarum. & principia cornuum & circundationes: & quemadmodum oporteret laborantibus succurrere fortiores. & circum defatigatis partiri pericula quæque ad fortitudinem animi corporisq; tolerātiam pertinerent instituebat. Maxime uero eos erudiebat ad bellū: usquequaque Romanorum referens disciplinam: & q; cum uiris essent præliaturi qui & uiribus corporis & animi obstinatione totum pœne orbem superant. His addidit quo pacto belli tempore suis essent parituri præceptis: iam nunc periculum fore nisi consuetis delictis hoc est furtis & latrociniis & rapinis abstinuissent: sed neq; aut gentilibus fraudem facerent aut cōsuetissimorum damna proprium quæstum putarent. Illa enim bella optime administrari: quorum milites bonam conscientiam gererent. Qui uero per se praui fuissent: his non solum inimicos sed etiam deum hostem futurum. Multa in hūc modum admonendo perseuerabat: & iam quidem quantum prælium paratum esset conflatum erat. Nam septuaginta peditum milia & .cc.xl. equites ac præter hos etiam mercenarios quibus maxime fretus erat habebat quattuor milia. d. necnon & sexcentos circa se electos custodes corporis atq; satellites. Exceptis autem mercenariis facile cæteri milites a ciuitatibus alebantur. Nanque singulæ quas enumerauimus cum mediam fui multitudinem mitterent in militiam: reliquos ad comparandum eis uictum tenebant: ut pars armis pars faciendi operis dirimeretur: & armati securitatem rependerent suggerētibus commeatum. Iosippo autem hoc modo administranti galyleam insurrexit quidam insidiator patriæ Giscalon ortus Lesim filius nomine ioānes callidissimus ac dolis plenus & nequitia quidem nobilissimus omnium: antea uero parumper & aliquantum militiæ suæ impedimentum passus inopia: facile mentiri paratus miruscq; ad fidem adhibere mendacio: & qui fallaciam uirtutem putaret: eaque aduersus amicissimos uteretur simulator humanitatis & spe lucri appetentissimus cædium: qui semper quidem immoderata concupisset: spem uero leuioribus maleficiis aluisset. Latro enim erat sui moris ac solitarius: deīde comitatum inuenit audaciæ: primo quidem paruum ampliorē autem proficiēs. Curæ autem habebat neminem ignarum ascisere: sed qui & habitudīe corporis & animi magnitudine bellorumq; peritia præstaret hos eligebat: donec quadringentorum uirorum cateruam congregauit: quorum plures ex Tyriorum finibus & uicis erant. Iscq; omnem galyleam depopulabatur: & multos futuri belli metu suspensos lacerabat. Hunc igitur iandudū regendi milites cupientem & maiora desiderantem diu pecuniæ retardabat inopia. Cum autem uideret Iosippum sua uiuacitate letari: persuadet ei primum fabricandi muri patriæ solicitudinē sibi committeret. In qua requestus magnos a locupletibus fecit. Deinde callidissima fraude composita uelut oleo quod non a gentilibus suis tractatum esset uti cauerent omnes apud syriam iudæi: ut ad confinia oleum mitteret deposcit. Nummosq; tyrio qui .iiii. atticos faceret emptis .iiii. āphoris eodem præcio āphoræ dimidiū uenūdabat. Cunq; galylea ferax esset olei: maximeq; illo tempore magna ubertate redundaret: in ea loca ubi erat penuria solus multumq; mittendo: infinitam summam pecuniæ cōgregauit. Qua mox in eum usus est: qui hoc sibi beneficium præstitisset. Denicq; existimans iosippum dispositisse rectorem se esse galyleæ futurum quibus præerat latronibus imperauit: prædas uehementius exercere q; multis rebus nouis per regiones excitatis aūt insidiis alicubi rectorem perimeret si cui ferret auxilium: aut si latrocinia negligeret. Ob hoc eum apud idigenas accusaret. Iam dudum autem rumorem dissipauerat: q; res galyleæ iosippus prodere cogitaret: multaq; in hunc modum ad eius perniciem compabat.

Capitulum. XXXII.

In Taq; illo tempore cum quidam ex uico damaritarum i magno campo custodias agētes ptolomæum agrippæ & bernicis procuratorē aggressi: omnes quas ferebat sarcinas abstulissent: in quibus erant non paruæ uestes p̄tiosæ: plurimaq; argenti pocula: & sexcenti aurei. neq; hāc prædam occulte administrare possent: omnia taricheas ad iosippum cōportarunt. Ille autem reprehensa uiolentia quam regiis intulissent: reponi res ablatas apud aliquem eius ciuitatis potentissimum iubet: paratus eas dominis opportune remittere.

Vnde maximum eius periculum cõpatum est. Nanq; raptores eatum & quia prædæ nullã ptem. accepissent: ægre ferentes & prospicientes quod iosippus cogitauerat laborem suum regibus cõ donare: p uicos nocte discurrunt: omnibusq; indicant iosippum prodidisse: edemq; tumultu ciuitates proximas repleuerunt: adeo ut centum armatorum milia contra iosippum prima luce cõ currerent. Denicq; multitudo in circo apud Taricheas congregata plurima per iracundiam cõcla mabat: partim deponi partim cõcremari uociferans proditorem. Plæroscq; incitabat ioannes: & cum eo filius taphnã & iesus quidã. Tunc magistratus tyberiadis iosippi quidem amici & satellites tantæ multitudinis incursu perterriti omnes præter paucos diffugerunt. Ipse uero dormiẽs ppe cum iam ignis admoueret exurgens: & monetibus eum. iiii. q remanserant: neq; solitudine sua: neq; illorum qui contra se uenerant copiis perturbatus: in conspectu eoꝝ prosiliit ueste discissa infusoq; capite puluere: auersusq; post tergum manibus suoq; ceruici gladio admixto. Hæc autẽ amiciores ei maxime tarichеatas ad misericordiã cõmouerant. Rustica uero plebs & finitimorũ quibus molestior uidebatur: nõ sine maledictis eũ iubebant publicas proferre pecunias: & facta proditionis fateri. Nam ex habitu eius opinabant nihil eorum de quibus nata fuerat suspitio penitus negaturum: & impetrandæ ueniæ causa fecisse omnia quæ misericordiã prouocarent. At illius ista humilitas cõsiliũ pstruebat: & cõtra se indignãtes arte circũueniẽs: ut super his unde ira scerent inter se ipsi discordarent: omnia cõfessus ẽ. Deinde sibi facultate concessa: ego inquit has pecunias neq; agrippæ remittere cogitabã neq; in propria lucra conuertere: absit enĩ ut amicum putẽ unquã qui uobis sit inimicus: aut quæstum ex re capiã quæ uos cõiter læderet. Sed qa uidebã o tarichеate maxiam ciuitatẽ uam monitionis egere: & ad extruenda mœnia minus hére pecuniæ: timebãq; tyberiensem populũ & alias ciuitates raptas pecunias inhiãtes: pedetẽtiq; eas retinere decreui: ut uos muro circũdarem. Si hoc non uidetur profecto q̃ oblata sunt & diripiẽda propono. Si recte consului: bene de uobis meritũ coercetis? hæc tarichеate quidẽ ab eo dicta cũ fauore recepetunt. Tyberienses uero cũ aliis deprauando insuper etiam minitabantur: utriq; aũt relicto iosippo inter se litigabant. Ille aũt fretus iam secũ sentientibus: erãt enĩ prope ad. xl. milia tarichеate: cum multitudine liberius loquebatur: multum ĩ eorum temeritatem iuectus: ex præsenti quidem pecunia tarichеã ait esse muniendã. Curæ autem sibi fore similiter ut etiã cæteræ tutæ sint ciuitates. Nec enim pecunias defore si concordare uelint in eos unde pandæ sunt: & nõ in eum moueantur qui parat. itaq; cum alia quidem multitudo quæ decepta fuerat quãuis irata recederet duo uero armatorum milia impetum in eum fecere. Cunq; se ille tecto ante recepisset instabant ei minitantes. Iterum autem iosippus in hos altera fraude nititur. Cunq; ad fastigium culminis euasisset cõpresso dextra strepitu: nescire ait se quid peterẽt sibi præstari: uoces enim se non exaudire confusas. Omnia uero quæ iuberent esse facturũ si aliquos itromisissent: qui secũ otiose colloquerentur. His auditis ilico nobiliores cũ magistratibus ad eum ingrediũtur. Quos ille in ædium partes inductos clausa ianua tamdiu uerberauit: donec eorum itestina nudata sũt. Circunstabat autem interim populus existimans eos prolixis allegationibus concertare. Cum subito iosippus foribus patefactis cruentos eos dimisit. Vnde tanto terrore qui minabantur affecti sunt: ut pro tectis armis aufugerent. Ob hoc ioannis etiam atq; etiã crescebat inuidia: aliasq; nihilominus iosippo moliebatur insidias: morboq; simulato per epistolam postulauit: ut sibi medicinæ gratia tyberiensibus ei aquis calidis uti permitteret. iosippus autem nondum ei suspectus erat insidiator ad præfectos ciuitatis litteras fecit: ut hospitiũ & utensilia ioanni præberent. Quibus ille potitur biduo post cuius rei causa uenerat agebat. & his fraude circunuentis: aliis uero pecunia corruptis ut iosippum desererent persuasit. His cognitis sylla quem iosippus custodiæ præposuerat: propere de insidiis ei scripsit: atq; ille accepta epistola noctuq; itinere maturato matutinus ad tyberiadam peruenit. Et cætera quidem multitudo obuiam ei processit. Ioannes aũt quamuis eum contra se uenisse suspicaretur: tamen direpto quodam ex notis infirmitate simulata q̃ lectulo detineretur obsequio se defuisse mandauit. Tyberiensibus autem a iosippo ĩ amphiteheatri stadium congregatis ut eos quæ sibi scripta fuerant alloqueretur missis armatis ioannes iussit eum interfici. Quos cum iam nudare gladios perspexisset populus exclamauit atq; ita conuersus ad eius uocem iosippus ubi ferrum prope iugulo suo imminere prospexit in litus disiluit e tumulo excelso cubitis sex: in quo uerba faciens cum populo steterat: ascensaq; nauicula cum duobus satellitibus suis quæ illic applicuerat in medium lacum refugit. Milites uero eius ilico raptis armis contra insidiatores irruebant. Mox autem ueritus iosippus ne bello in festino suscitato propter paucorum inuidiam ciuitas consumaretur nuncium suis misit: qui eos moueret: ut propriæ tantum saluti consulerent. Neq; uero quq̃ occiderent uel arguerent noxiorum. Et illi quidem dicto parentes conquieuerunt. Qui uero circum ciuitatem per agros habitabant

auditis insidiis & quis earum fabricator fuisset contra ioannē ueniebant.Sed ille primus i iscala patriam suam fuga receptus est.At galylei totis iā ciuitatibus ad iosippum confluebant.Et cum multa essent armatorum milia congregata:qui se aduersus ioannem coēm insidiatorem adesse clamabant:unaq; cum eo ciuitatem quæ illum suscepisset ignibus tradituros:ad ea iosippus ꝓbare quidem se eorum beniuolentiam impetū autem cohibendū esse dicebat prudentia magis inimicos uincere cupiens quam perimere. His uero qui de singulis ciuitatibus cum ioanne re bellassent nominatim exceptis quippe alacri animo suos quisq; populus indicabat præconū uoce denunciabat intra quinq; dies eorum qui ioannem nō reliquissent patrimoniadiripiēda:domosq; eorum cum familiis exurendas.Et tria quidem milia statim ab eo reuocauit: qui profugi ante pedes eius arma proiecerunt.Cum reliquis autem ioannes prope mille uiris syris fugitiuis transtulit se iturum in occultas insidias ex apertis ac per nūtios in hierosolymam clam direptos iosippum accusabat ꝙ magnum exercitum collegisset:iamq; nisi præueniatur ui tyrannus metropoleos uēturus esset.Verum ea populus quidem præsciens negligebat: liuore autem potētes non nulliq; magistratuum clam pecunias ad cōparādos mercenarios milites misere ioanni: ut ꝑ eos bellum cum iosippo gereret.Decretum que iter se conceperunt:quo idem iosippus militum administratione decederet.non tamen id satis eē credebāt:ideoq; duo milia & quīgentos armatos & quattuor nobiles uiros iuris periti filium iosandrum & ananiā sadduci & simonē & iudā ionathi filios omnes eloquētia ualidissimos:ut eorum scilicet monitu auerteretur ab iosippo beniuolentia multitudinis. Et siquidem ipse sponte sua ueniret paterētur eum rationem reddere. Sin remanere contēderet:uelut hoste uterentur.Amici autem iosippi militem quidem ad eū uenturum esse perscripserant:causam uero non indicauerunt quomodo secretum fuit inimicorum eius consilium.Vnde factum est ut quod præcauere non potuit:quattuor statim ciuitates ad inimicos postquam uenere deficerent. Hoc est sephores & gabra & giscala & tyberias:quas tamen continuo sine armis recepit.Captos autem quattuor duces consiliis armatorumq; fortissimos remisit ad hierosolymam:contra quos populus haud mediocri indignatione commotus:ipsos & a quibus permissi fuerant occidisset:nisi ante fugissent.

Capitulum.XXXIII.

IOannem uero iam intra muros iscalon iosippi timor custodiebat. Et paucis diebus post iterum rebellauit tyberias:habitatoribus eius Agrippam regem implorantibus. Et cum ille constituto die ad eos non uenisset:paucique romani equites ibi tum comparuissent:a iosippo alienati sunt.Hisq; apud taricheas cognitis:statim defectio consecuta est. Cum uero cunctos iosippus milites misisset frumentatum:neq; solus egredi contra destitutores:neq; se continere patiebatur:metuens nedum ipse tardaret: ante in ciuitatem regii transgredirentur.Nec enim postero die obstante sabbato quicquam facere poterat.Dolo autem qui se deseruerant circunuenire cogitabat. Et portas quidem tarichearum claudi iussit:ne quis consilium suum illis proderet contra quos susciebatur.Omnibus autem scaphis quas in lacu repperit congregatis:ducentæ autem & triginta fuerunt:quaterniq; nautæ nō amplius singulis inerant:mature ad tyberiada nauigat.Cunq; tanto ab ea distaret spatio unde facile uideri nō posset:inanes scaphas in salo relictas septem ipse solus inermes satellites secum habēs propius ut cōspiceretur accessit.Quem cum inimici adhuc maledicentes ei ex muro conspexissent:metu perterriti:& scaphas armatorum esse plenas existimantes:arma proiiciunt:manusq; supplices agitātes ut ciuitati parceret precabantur.Iosippus autem postquam multis eos minis & castigationibus exprobrauit:primum ꝙ bello cōtra populum romanū susceptō:intestinis dissensionibus uires suas ante consumerent inimicorum uota complerent. Deinde ꝙ securitatis suæ curatorem de medio tollere properarent:ciuitatemq; non erubescerent sibi claudere:qui eam muro cinxisset non repudiaturum se ait:si qui sibi satisfacerent:quibusq; interuenientibus amicitiam cum ciuitate firmaret.Itaq; statim ad eum decem tyberiensium potētissimi descenderunt. His autem in unam receptis nauiculam piscatoriam:& procul abductis alios quinquaginta curiales uenire iussit maxime notissimos:uelut illi quoq; fidem sibi præbere deberent. Deinde nouas causationes excogitans:alios insuper atq; alios obtetu fœderis euocabat:ut mature taricheas recurrerēt gubernatoribus nauium impletarum imperabat:quosq; auexissent in carcerem collocarent.Donec omnem curiam quæ sexcentos haberet uiros:duoq; milia popularium comprehensa in taricheas scaphis abduxit.Relictis autem uociferantibus clitum quendam esse maxime defectiōis auctorem:iramq; ipsius pœna illius precantibus satiari:illum quidem iosippus nolebat occidere. suorum uero satellitum quendam leui egredi iussit:qui cliti manus abscideret. Cum uero his præ timore solum globo inimicorum comissurum negasset:eaq; causa indignari iosippū stantē

in scapha clitus cerneret:ipsumq; uelle descendere ac de se supplicium sumere:ut saltem unam manum sibi concederet orabat. Neq; hoc abnuente iosippo:dummodo alteram sibimet clitus præscideret:educto ille dextera gladio leuam sibi truncauit:tantus eum timor iosippi inuaserat. Ita tunc iosippus uacuis scaphis & satellitibus septem populo capto rursus tyberiadam sibi sotia uit.Pauciscq; diebus post cum etiam sephorim defecisse inter alias repisset militibus eam depræ dari permisit:omniaq; inde lecta popularibus dedit eam sephoritis. Nam & captus rapinarum damna corrigere uoluit: reddibitione rerum rursus eos ad beniuolentiam reuocare. Hactenus apud galyleam motus iamq; ab intestinis dissensionibus quiescentes aduersus romanos instrue bantur:hierosolymis autem Ananias pontifex & potentiores qui non cum Romanorum parte sentirent muros instaurabant:multaq; bellica instrumenta perq; omne oppidum sagittæ aliaq; arma fabricabãtur.Exercitationibus autem sismanus iuuenum operam dabat.Erantq; uniuersa plena tumultus : magnaq; tristitia mediocres occupauerat:multiq; futuras clades prospicientes fletum cohibere non poterant:infestaq; pacem cupientibus omnia uidebantur. Belli autem in centoribus quæ illis placerent extemplo refingebãtur statusq; iam tunc quasi perituræ ciuitatis erat.antequam romani uenirent.Anano autem apparatum belli negligere cura fuit:& studiosorum quos æmulatores uocabant amentiam ad ulteriora conuertere.Vi tamen uictus est:& quis illius finis fuerit posterioribus explanabimus.Antina crabrittena caparchia agioræ filius simõ: multis nouarum rerum cupidis congregatis ad rapinas conuersus non solum domos locupletũ perturbabat: uerum etiam corpora uerberibus conficiebat.Iamq; tunc certus erat incipiẽs tyrãnidem.Ab Anano autem missis aduersus eum militibus magistratuum ad latrones qui erãt ma gade cum his quos habebat effugit:ibiq; manens donec ananus & alii eius inimici perempti sũt: idumeam cum cæteris populabatur:adeo ut magistratus eius gentis propter cædium multitudi nem & prædarum assiduitatem collecto milite uicos præsidiis tuerentur:& idumeæ quidem res ita se habebant.

Iosephi liber secundus explicit.Incipit tertius.

NEronem autem ubi res apud iudæam nõ prospere gestas accepit. Latens quidẽ quod necesse fuit cũ stupore timor iuadit:aperte aũt superbiam simulãs:ultro etiã idignabat:magisq; ducis negligẽtia: q̃ uirtute hostium quæ contigerant esse dicebat. Dicere se putans propter pondus imperii tristiora cõtemnere uideriq̃ malis omnibus superiorem animum gerere.Verũtamen curis arguebatur mẽtis eius perturbatio cum deliberaret cui nam motũ crederet oriẽtem qui una & iudæos rebellantes ulciscereturproximasq; his nationes simili morbo correptas ante caperet. Inuenit igitur solum Vespasianum his necessitatibus parem & qui tanti belli magnitudinem sustinere posset uirum ab adolescentia usq; ad senectutem bellis exercitatũ: & qui populo ro.iam pridem pacasset hesperiam germanorum tumultu concussam:armisq; ante illud tempus incognitam britanniam uindicasset. Vnde patri quoq; ipsius claudio præstiterat:ut sine proprio sudore triumpharet.Itaq; his uelut omibus fretus nero:ætatemq; illius cum peritia stabilem cernẽs obsidesq; fidei liberos:eorq; florum manus esse paternæ prudentiæ:iam tum fortasse de tota republica deo aliquid ordinante.mittit eum ad regẽdos exercitus in syria constitutos:multis pro tempore blandimentis atq; obsequiis animatum qualia necessitas imparare consueuit.Ille autem protinus ex achaia ubi cum nerone fuerat:ritum quidẽ filium suum dirigit alexãdriam ut inde quintam item decimam legiones moueret.Ipse uero trãs missus ad hellespõtum terreno itinere sic syriam peruenit ibiq; romanas uires multaq; a uicinis regibus auxilia cõgregauit.At iudæi post malã cestii pugnam insperata felicitate sublati:aiorum impetus cohibere nõ poterãt.Sed tanq; fortuna eos exagitãte perciti bellũ ulterius producebãt. Deniq; omni quanta fuit manu pugnacissima congregata ascalonem petierunt.Ea ciuitas antiq̃ est septingentorum &.xx.stadiorũ spatio ab hierosolyma distans:& iudæis semp inuisa : quæ res fecit ut etiam tunc primis eorum incursibus proprior uideretur.Tres autem uiros aggressionis duces habebant:& corporis uiribus & prudẽtia præstantissimos:nigrum peraitam:& syllam babilonium::& ioannem myseum.Ascalon enim ualidissimo quidem muro cincta erat: sed uacua pœne præsidiis. Vna enim cohors causa peditum & una equitum ala tuebat: quibus præfectus erat ãtonius.Illi quidẽ ira multa uelocius itinere peracto:quoniã ex propiquo uenirẽt pst̃o erãt.

Antonius uero nec enim eorum fore impetum nesciebat equites iam de ciuitate duxerat & necꝫ multitudinem ueritus uel audaciam:primas hostium cōitiones fortiter sustinuit:murūꝫ propes rātes aggredi refrenauit.Itaꝫ iudæi ꝙ cū peritioribus imperiti:& pedites cum equitibus cōstipatis:aut inordinati leuiterꝫ armati cū instructis plusque indignationi quam consilio tribuentes: cum morigeris & nutu rectoris omnia facientibus dimicaturi:facilis erat aduersariis labor.Nam ut semel eorum primæ ab equitibus turbatæ sunt acies fugam petunt:& muꝫ uersus se a tergo urgentibus incedentes suimetipsi hostes erant:donec omnes incursibus equitum uicti per totū campum dispersi sunt:qui fuit plurimus totusꝫ habilis equitātibus:quod quidē romanos iuuit: ut magna quidem strage iudæos prosternerent.Nam & fugientes p̄uertendo torquebāt:& quos occupassent curriculo transfigendo infinitos peremere.Alii uero alios quocūꝫ se uertissent circundatos exagitantes facile iaculis opprimebant.Et iudæis quidē propria multitudo per despationem salutis solitudo uidebatur.Romani uero licet in bello pauci essent: rebus tamen secūdis animati etiam superflui residui uidebantur.Et illi quidē res aduersas supare certabāt dum cito pudet fugere:mutariꝫ fortunam sperant.Romanis autem in his quæ prospere agerent minime laborantibus:ad maiorem usqꝫ diei partem pugna protracta est:donec iudæorum quidem perempta sunt.x.milia:duoꝫ duces ioānes & scyla.Cæteri uero & plæriꝫ sautii cum nigro q unus restabat ex ducibus:in ciuitatem idumeæ quæ challis dicitur confugere.Nonnulli tūc etiam romanorum in illo prælio uulnerati sunt.Sed non iudæorum spiritus clade tanta sedatus est:multoꝫ magis eorum dolor icitauit audaciam:& cōiicientes quantum ante pedes mortuorum iaceret:pristinis rebus feliciter gestis ad plagam alteram illiciebantur.Denique paruo tempore intermisso ꝙ ne curandis quidem uulneribus satis esset:cunctisꝫ aggregatis uiribus maiore cū indignatione:multoꝫ plures ascalonem recurrebant:eadem se præter impietatem:aliaꝫ belli uitia comitante fortuna.Etenī cū antonius qua transituri fuerant posuisset insidias:ex improuiso in eas dilapsi & ab equitibus circundati:priusquam se ad pugnam componerent:iterum sup octo milia procubuerunt:cæteri uero omnes aufugerunt.Cunꝫ his niger multis dum fugeret magni animi facinoribus demonstratis:& quoniam hostes instarent in turrim quandam tutissimam compelluntur alicuius uici:cui nomen est baldezel.Antonius uero cum suis ne uel moras circum turrim quæ inexpugnabilis esset diu tenerent : uel ducem hostium fortissimum uiuum relinquerēt: ignem muro supponunt:turriꝫ inflammata romani quidem exultantes recedunt : quasi etiam nigro cōsumpto. Ille autem in castelli specus intimū ex turri saltu demissus euadit: triduoque post sotiis cum fletu eū ad sepulturā inuestigantibus:sese ostēdit gaudioꝫ īsperato repleuit omnes iudæos:tanquam dei prouidentia dux eis in posterū reseruatus.

Capitulum.II.

AT uespasianus antiochiam exercitum ducens quæ syriæ metropolis est:magnitudine simul aliaꝫ felicitate sine dubio tertium inter omnes quæ in romano orbe sunt locū obtinens:ubi etiam aduentu suo regem agrippam cum omni manu propria offenderat p̄stolari ad ptolomaidā properabat.In hac autem ciuitate occurrerunt ei sephorī ciues oppidum galyleæ colentes:solimente pacata:qui tam suæ salutis prouidentia quā romanorum uirium gnari etiam priusq̄ Vespasianus ueniret:sentio gallo fidem dederant:dextrasꝫ iunxerant:& p̄sidium militare susceperant.Itaꝫ & benignissime a duce susceptī alacri animo etiam contra gentiles suos auxilia promiserant.Quibus iteri Vespasianus ultionis causa poscētibus equitum,peditumꝫ tantum numerum tradidit:quantum obstare posse arbitrabatur incursibus : si quid iudæi cōmouere tentassent.Non enim minimū esse uidebatur futuri belli piculū : auferri ciuitatem sephorī galyleæ maximā & in loco tutissimo cōditā:totiusꝫ gentis futurā p̄sidio .

Capitulum.III.

DVæ sunt autem galyleæ quæ supior & inferior appellantur:easꝫ phenice & syria cingunt.Discernit uero ab occidente ptolomais territori sui finibus quondā & galylæorum.Nunc autem mons tyriorum carmelus cui coniuncta est gaba ciuitas hippeon hoc est equitum quæ sic appellatur ex eo ꝙ equites ab herode rege dimissī coloni deducebantur:a meridie autem samaritis & scythopolis usqꝫ ad flumē iordanem: ab oriente uero ioppa & gadaris:sed & gaulanitide diffinitur q̄ etiā regi agrippæ fines sunt.Septētrionalis autem eius tractus tyro itēꝫ tyriorum finibus terminatur.Inferiores quoꝫ galyleæ fines q̄ longi sunt ex tyberiade ad zabulō cui uicina est in locis maritimis ptolomaiēsiū ciuitas propagatur.Latitudine autem patet ex uico salothi qui in magno campo situs est usqꝫ ad bersaben:unde etiā supioris galyleæ latitudo incipit usqꝫ ad bacauicū qui terram dirimit tyriorum.Longitudo uero eius a talla uico iordani proximo usqꝫ ad berothe tendit.Sed cū tanta sint utræqꝫ magnitudie:tātisqꝫ

gentibus alienigenis cinctæ:semper tamen omnibus belli periculis restiterūt.Nam & pugnaces sunt ab infantia galilei:& omni tempore plurimi:neq; aut formido unquā uires aut eorū penuria regiones illas occupauit: quoniā totæ opimæ & fertiles sunt:oiumq; generū arboribus cōsitæ:ut etiā minime agri colendi studiosos ubertate sui prouocent.Deniq; excultæ sunt ab incolis totæ: nec pars ulla est otiosa:quin & ciuitates ibi crebræ sint:ubiq; multitudo uicorū ꝓpter opulentiā populosa:ut qui sit breuissimus supra.xv.milia colonorū habeat prorsus:ut etiam si quis magnitudine minorē galileā direxit quā trans fluuium regionē uiribus tamen eā prætulerit.hæc enim ois est in opere assidueq; fructuū feraxiut illa quæ trans flumē est licet multo maior sit:plæraq; tamē aspa atq; deserta est:& nutriendis fructibus māsuetis ihabilis.Galileæ uero mollicies & ingeniū fructuosū cāpos habet cū uariis arboribus consitos:tum maxie oliuetis ac uineis & palmetis excultos.Irrigat autem abunde montanis torrētibus a fontibus aq perēnis:quotiens illis sirio æstuante defecerint.Et lōgitudo quidē eius est a macherūta ipellā. Latitudo uero a philadelphia usq; ad iordanē. Et pella quidem quā supradiximus septētrionalis eius est tractus. Occiduus uero iordanis:meridianus aūt moabites regio terminat.Ab oriente aūt arabia & salbonitide necnō & philadelphia:itemq; geraphidis clauditur.Samarienſis aūt regio inter iudæā quidem & galileā sita est.incipiens enī a uico in planicie posito:cui nomen genaniæ meccabitæ nam desinit toparchiam:sed natura nihil ab iudæa discrepat. Nam utræq; montuosæ sunt & cāpestres agroq; collendo molles atq; opiæ necnon & arboribus plenæ pomisq; tam siluestribus quā māsuetis abundant eo ꝙ nunquā natura sint aridæ ibriūq; satis habent. Dulces aūt per eas multi modis aquæ sunt: boniq; graminis copia.præter alias eaq; pecora lactis abundant: quodq; maximū uirtutis atq; opulētiæ specimē ē utraq; uiris referta est. His āt finitimis Anunath uicus qui etiā borceas appellatur iudeæ limes a septentrione.Meridiana uero pars eius si in longitudine metiare adiacēti uico arabū finibus terminatur:cui nomē est iordano.At iudeæ latitudo ex iordane flumīe usque ad ioppen explicatur:media uero ciuitas eius est hierosolyma.Vnde quidā nō sine rōne umbilicum eius terræ id oppidū uocauerūt.Sed nec marinis quidē delitiis caret a ptholomaida usq; locis extēta maritimis.in.xi.aūt sortes diuisæ ē.q; prima est regnū qđ optinet hierosolymorū ciuitas præ cæteris inter oēs accolas eminēs uel ut caput i corpore.Aliis uero post hæc toparchiæ sunt distributæ.Cosna est secūda:& post eā atrabata est. Deinde rheana & lydda itēq; amineus & pelle & idumeæ & angada & herodium & hiericus post quas iānia & ioppe finitimis præsunt:& præter hanc gamalitica & gaulanitis & bathania & traconidis:quæ etiā regni agrippæ partes sūt Eadem uero terra incipiens ex monte libano & fontibus iordanis:usq; ad tyberiadis proximum lacum latitudine pandit.Ex uico aūt qui appellatur pharphasus qui ad iuliada oppidū tendit latitudinem & habitatur ab incolis iudæis una syrisq; pmixtus.

Capitulum.IIII.

DE iudæa quidem & quibus esset cincta regionibus: quā maxime potui breuiter exposui. Quod aūt Vespasianus miserat auxiliū sephoritis:hoc est equites mille: sexq; milia pedi tum:placido eos regente chiliarcho castris in magno campo positis biffariā diuidūtur.Et pedites quidē in ciuitate ipsius tuendæ causa:equitatus uero in castello degebāt. Vtrinq; autem assidue prodeundo & circū eas regiones loca oia incursando:magnis incōmodis iosippū eiusque socios quāuis quietos afficiebant. Et præterea ciuitates extrinsecus deprædabant eorūque conatus si quando excurrendi habuissent fidutiā repellebant.Sed iosippus quidem aduersus ciuitatē impetum fecit:sperans eam ita capere quā ipse antequā a galileis desisteret ita muris cinxerat: ut romanis quoq; esset inuicta.Vnde etiam de spe decidit: cū & ui & suasu infirmior sephoritis fuisset inuentus:magnūque in iudæa bellum accendit romanis indigne ferentibus isidias. Et propterea nec die nec nocte ab agrorū depopulatione cessantibus:sed passim diripientibus quicquid rerum in his reperissent. Qui tamen cum morte pugnacibus semper inferrēt:ibelles ad seruitiū capiebant. Ignis uero & sanguis galileam totam repleuerat:nec quisquā expers eius acerbitatis aut cladis erat:unam salutis spem fugientes habebant in ciuitatibus quas murorum ambitu iosippus communierat.

Capitulum.V.

diuinitus dicerentur sciebat. Qui & sacros prophetarū libros nouerat q; & ipse sacerdos essēt & parentibus sacerdotibus procreatus: illa igitur hora quasi deo plenus & recētiū sōniorū q uiderat horrenda simulachra mente cōplexus occultas preces deo offert. Et quia iudæorū inquit labefactari tibi rē placuit. Fortuna uero ad romanos tota migrauit: aiamq; meā quæ futura p̄diceret elegisti. Do quidē manus sponte romanis & uiuo. Testor aūt q; nō proditor: sed tuus minister ad eos ibo. Simul his dictis nicanori cōsentiebat. Verū qui una confugerant iudæorū postq̄ intellexerunt iosippū rogantibus cædere uniuersi circūstantes clamabant. Certe plurimū ingemiscere leges patriæ ubi sunt quæ iudæis deus abnuit: quibus mortē contēnētes aias īdidit uita iosippe. Captus es: lucēq; pateris intueri seruiētem q̄ cito tui oblitus es? q̄ multos pro libertate mori p̄suasisti? Falsā profecto opinionē fortitudinis habeas: falsamq; p̄udētiæ si salutē apud eos speras cum quibus ita dimicasti: aut si hæc etiā certa sunt ab illis tamen te seruari cupis. Sed quāuis te romanorū fortuna tui obliuione p̄fuderit: & nos tamen patriæ gloriæ cōsulentes & dexterā tibi & gladiū cōmodabimus. Tu uero siquidē sponte moriare dux iudæorū: sin uero inuitus: p̄ditor morieris Vix hæc elocuti sunt: & intētatis ei gladiis occidēdū illū cōminabāt si romāis pareret. Timens igitur impetū iosippus & se dei præceptorū proditorē esse ratus: si ea nō enūciasset mor te præuentus argumentis eos philosophiæ necessario tractare incipit. Et quid enī tantopere īquit o sotii propriæ cædis auidi fumus: aut cur amicissimas inter se res corpus & aiam in dissensionē uocamus: mutatū me esse quispiā dicet? Sed romani hoc sciunt optimū eē in bello mori: sed lege belli hoc est a uictoribus trucidari: proinde siquidē romanorū ferrū deprecor uere meo gladio meaq; māu sim dignus. Sin illi hosti pcēdū putāt: quā iustius nosipsi nobis pepcerimus? Quippe stolidū est eadē circa nos admittēt: pro quibus ab illis dissensimus. Pulchrū enī eē pro libertate mori: & ipse fateor: pugnādo tamen & illorū manibus qui eā præripuere: nunc aūtē neq; prælio nobis obstant: neq; nos interficiunt. Itidē aūt timidus est habendus qui mori nō uult cū opus ē: & qui uult cū non oportet. Præterea qs nō metus prohibet ad romanos ascendere? nēpe mortis. Ergo eā quæ ab hostibus dubiæ suspecta formidinis est: eā certē ipsi nobis irrogauimus. Verum seruituté dicet aliquis? Valde quidē nūc liberi sumus. At uiri fortis est semet occidere: īmo uero ignauissimi quantū opinor. Nā & gubernatorē timidissimū puto: qui tēpestatē metuens ante uī turbinis nauē sponte submergit. Quin etiā propria manu perire a cōi oium animaliū natura di screpat: eoq; mō ī creatorē nrum ūeū scelus admittit. Nullū ē aīal qđ ex īdustria uel p̄ se moriat. Siquidē naturæ lex ualidissīma ut uelint uiuere in omnibus sita est: iccirco & quod nobis adimē dum id putant hostes ducimus & insidiatores pœna prosequimur. Deum uero indigne ferre nō arbitramur: cū domū eius homo despiciat? Ab illo enī accæpimus ut essemus: rursūq; ut eē desineremus illi reddendum est. Corpora quidē cunctis mortalia sunt ex caduca materia fabricata. Anima uero semp̄ īmortalis est: deniq; picula in corporibus collocata. Si quis ergo depositū hois surripuerit aut male tractauerit: pessimus stati ac perfidiosus habetur. Sic dei depositū ex p̄prio corpore qui eiecerit eū se latuisse quē læserit æstimabit? Et seruos quidē fugiētes ulciscī iustum creditur: quāuis nequā dominos fugerint: ipsī uero deū fugiētes: & optimū deum impie facer nō uidebimur. An ignoratis q; eorū qui lege naturæ uita exeunt acceptūq; deo debitū soluunt cum id qui dedit recuperare uoluerit p̄petua laus domusq; ac fāilia stabiles sunt? puræ aūt & quæ īuocantes exaudiant animæ retinent locum in cælo adeptæ sanctissimū atq; inde rursum uoluē tibus sæculis casta corpora iubentur incolere: quorū uero manus ī seipsos insanierunt eorū aias tenebrosior orchus suscipiet. Pater aūt illarū deus auctores iniuriæ p̄ nepotes ulciscī. Hic & deo inuisum est: & a sapientissimo legis nostræ conditore coercetur. Deniq; si qui se occiderint apud nos quidē usq; ad solis occasum insepultos abiici decretum est: cum etiam hostes sepeliri fas esse ducemus apud alios etiam dextræ iubentur abscindi eiusmodi mortuorū quæ in ipsos armatæ sunt: quoniā ut corpus ab anima: ita manum esse a corpore alienam existimarent. Pulchrum est igitur o sotii iusta sentī: neq; humāis cladibus addere ut creatorem omniū impietate lædamus: si salui eē uolumus salui simus. Nec enī salus apud eos ignobilis ē: qbus tātis uirtute opibus demonstrauimus. Sin mori placet ab his occidi pulchrū ē q nos cœperit. Non migrabo ego in hostium locum: ut ipse mei proditor fiam. Multo enim stolidior sim: quam qui ad hostes ultro profugiunt. Siquidē illi salutis causa id faciunt: ego uero interitus & quidem mei romanorū tamen insidias expeto. Nam si me post uinctas dexteras perimant magno animo paratoq; moriar mendacii perfidiam pro uictoriæ solatio mecum auferens.

Capitulum XXII.

MVlta quidem in hūc modū iosippus ut a cæde propria socios dehortaretur dicebat. Illi autē obstructis auribus desperatione q̄ se iam dudū morti deuouerant cōcitant:

& alius aliunde cū gladiis accurrentes ignauiā exprobrabant:& quasi eū mox percussurus quisq; adoriebatur.Ille aūt cū aliū noiatī uocaret:alium uultu iudæis intueret:alterius dextera præhēderet:talium precibus exoraret uaria mentis affectiōe:ut in tali necessitate potuit distractos:serum oīum a cæde sua ꝓhibebat:nō secus ut feræ bestiæ circūcluse ad eū semp:qui se cōtingeret ora conuertēs.Illoꝝ aūt ꝙ ducē i extrēa quoq; clade reuerendū putaret debilitabāt dextræ:gladiiq; de manibus labebant:multi ſponte cū manus ei afferret frameas dimittebāt:ioſippo aūt nō defuit in ea desperatione cōsiliū:sed fretus dei prouidētia saluti in piculū mittit.Et quoniā mori decretū est inquit:agite:cædes mutuas sortiamur & cui obtigerit:manus sequentis occūbat:atq; ita oīum fortuna ꝓambulet:neq; sua dextera quisq; subiaceat.Iniustū est enī cæteris interēptis ex aliis nequaquā si pœnituerit saluū esse.Visus est uera dicere:& quod ꝓsuasit agitur sors cuiq; obtigit paratam ei:qui sequeret necē suā præbebat q̄si mox etiā duce pituro.Cum ioſippo enī pire uita dulcius æstiabant.Remansit aūt ipse cū altero siue fortuna dici poterat siue dei ꝓuidentia Consultoq; prospiciens ne uel forte grauaret:uel si nouissimus recessisset gētilis cæde pollueret illi quidē fide interposita ut uiueret ꝓsuasit:ille quidē hoc mō & romanoꝝ & domestico bello liberatus ad Vespasianū ꝓ nicanorē ducebat.Omnes aūt romani uisendi eius gratia occurebant & cum se circa ducē premeret multitudo uarius tumultus erat His exultantibus q̄ captus esset aliis minitantibus:nōnullis aūt propius eum uidere certantibus.Et qui longius erant hostē interficiendum esse clamabant.Qui uero propius erant:facta eius reputantes mutatione stupescebāt. Rectorum aūt nemo fuit:qui licet ante irascereť nomini:eius uiri aspectu non mitior factus sit. Titum uero præter alios & fortis ioſippi animus in calamitatibus & ætatis eius mira capiebat: qualisq; pridem fuisset in præliis reminiscentē:& qualis nūc sic i hostium manibus intuentem. Iubebat intelligere quanta esset fortunæ potentia:quāq; uelox belli momentū humanaꝝ ār rerū nihil firmū atq; perpetuum:quāmultos etiā tunc ita ut sentiebat ipse ut ioſippū miserarent afficit:plurimaq; salutis eius pars Titus extitit apud patrē.Vespasianus tamen quasi missurus eum cæsari ut cautissime custodiretur præcepit. Quo audito ioſippus aliquid soli se dicere uelle ait. Summotisq; ab illo oībus aliis præter filium Titum alioſq; duos amicos.Tu quidē inquit Vespasiane tantū hoc puta ioſippū te habere captiuum.Ego aūt maiorū ad te nūtius uenio præmissus a deo ut iudæorum legē uiderē:& quēadmodum duces exercituum mori deceret ad Neronē me mittis.Quid ita?quasi qui Neroni usq; ad te successuri sint maneāt.Tu & Cæsar & Vespasiane & imperator atq; hic filius tuus nunc:me aūt colligatū arctius tibi asseruato:tā dominus quidē nō mei solum es tu Cæsar:uerum etiā terræ mariſq; ac totius hoīum generis. Me aūt ad maiorem pœnam custodiri oportet si ex tempore aut subito in dominū ista confingo.His dictis Vespasianus stati quidē fidē nō habere uidebatur ea quæ & ioſippū existimabat salutis gratia cōminisci. Paulatim uero ad credendū impellebatur:iam pridē illū excitāte ad imperiū deo septraq; multis prænonstrante portentis:sed & in aliis ueracē esse ioſippū deprehēderat.Altero nanq; amicoꝝ qui secretis interērat admirari dicente quemadmodū nisi hæc deliramenta sint:neq; iotapatenis de excidio:neq; sibi de captiuitate quicquā diuinasset ut a se iram depelleret.Ioſippus iotapatēis ait se prædixisse q̄ post diem septimū & quadragesimū eos maneret exitiū:quodq; ipsum rōani uiuum essent in custodia retēturi.Hæc in secreto quæsita Vespasianus ubi uera esse comperit a captiuis etiā quæ de se dixisset credibilia cœpat existimaret:sed neq; custodiā ioſippo nec uincla remittebat:uestimentis aūtē aliisq; muneribus eum donare benignissimeq; souere nō desinebat etiā Tito magnā honori eius operam commodāte.

Capitulum.XXIII.

QVarto aūt die mensis iulii Vespasianus in ptolomaida reuersus:inde inloca maritima cæsaream puenit:iudeæ maximā ciuitatē & quæ maiorem incolaꝝ partem græcos haberet:igitur & exercitium & rectorē idigenæ omni fauore ac benignitate suscipiūt affectu quidē quo romanos diligerent plus aūt illoꝝ qui excisi fuerant odio: unde etiam multi quidē simul ut de ioſippo supplicīū sumeret cum clamore precabātur. Vespasianus autem de ista quidē petitione uelut ab incōsulta multitudine oblata nihil respōdendo dissoluit. Legionum uero duas quidē hiematum apud Cæsareā posuit: ꝙ oportunā uideret esse ciuitatē. Decimam uero & quintam Scitopolim misit:ne totius exercitus molestia Cæsaream premeret. Erat āt illa quoq; aprica p hyemē quātū æstatis caloribus æstuosa ut i planitie sita atq; maritia.

Capitulum.XXIIII.

DVm hæc autē agūtur collecta nō exigua multitudo quæ uel ab hostibus seditiōe defecerant: uel ex ciuitatibus euersis effugerant Tyoppam sibi receptaculo renouauit quā ante uastauerat Cestius.Et quia terra quā uastauerat arcebant migrandū i mare

censuerunt ac piraticis nauibus fabricatis in Syriam & phenicem:itemq; i ægyptū commeantes plurimos latrociniis prædabātur:omnibusq; nauigiis inuium faciebant illaꝝ partium pelagus. Sed Vespasianus cognito quid constituissent equites in Tyoppam necnō & pedites mittit: hicq; nocte i ciuitatē ꝙ i custodita erat ingressi sunt.Eius aūt habitatores postq̄ irruptio præsens erat ne tunc romanos arcerent metu deterriti naues fuga petierūt:& in his ultra contiguum sagittæ spatium pernoctauere.Cum uero Hyoppa natura esset importuosa:nanq; in asperum: cæteraq; arduum litus desinit:ac summis utrinq; cornibus leuiter in curuum quæ uastæ supersunt:& ingentibus procellis pelagus turbant.Vbi etiā nunc Andromade catenarū signis extantibus fabulæ ueteris fides ostenditur.Aduersus aūt aquilo feriens litora summos in obiectas cautes fluctus affligit: eo ꝙ solitudinē in tutioré efficit stationē:in eo salo fluctuātibus hyoppenis prima luce uolans:quē illac nauigantes melā portā uocant flatus incumbit:& alias quidē naues inter se alias uero collisit i scopulos. Multæ aūt cum magna ui aduerso æstu niterētur ad pelagus. Nam & litus saxis infestum : & hostes in eo constitutos timebant sublatæ in sublimi gurgite mergebantur.Et neq; fugæ uspiam locus erat neq; manētibus spes salutis cum & mari uentorū & ciuitate romanorum uiolentia pellerentur.Itaq; multi ululatus collisis nauibus audiebātur:& multi crepitus fractis:ioppenorū aūt fluctibus ps obruti:pars naufragiis implicati moriebantur.Nonnulli autē ferro se interficientes ueluti satius esset mori præueniebant:plurimi aūt euecti fluctibus scopulis carpebantur: ut & pelagus sanguie redundaret:omnisq; ora maritima cadaueribus oppleretur cum etiā ad litus apulsos in eo stantes romani milites trucidarent. Eiectorum autē corporum quattuor milia ducenta fuerunt.Ita captam nullo prælio ciuitatem romani funditus eruunt.Tyoppa quidem hoc modo breui tempore bis a romanis excisa est. Vespasianus aūt ne rursus eo piratæ confluerent castris in arce munitis ibi cum peditibus paucis equitatum reliqt: ut hi quidem locis suis manentes eadem castra defenderent:equites uero omne circū territoriū peragrantes ad fines tyoppe uicos & municipia simul eximerent.Illi quidē præceptis obediētes i dies singulos incursando excindebant totas regiones atq; uastabant.

Capitulum.XXV.

VBi uero Tyotapatæ apud Hierosolymā casus nuntiatus est.Primo quidē plurimi & ꝑ magnitudine calamitatis:& quod nemo qui se uidisse diceretq; iactabātur aduenerat nō credebant. Nec enī uel nuntius aliquis superfuerat:sed ipsa ꝑ se fama excidiū prædicabat. Vnde per matura tristium paulatim ꝑ finitimos ueritas ambulabat & apud omnes ambiguitate certior habebatur.Quinetiam rebus gestis pluraq̄ facta non erant effingebantur:& excidio ciuitatis interemptus dicebatur esse iosippus.Quæ res maximo luctu repleuit hierosolymam.Et ꝑ singulas domos itemq; cognationes amissorum quisq; lugebatur a suis.Luctus uero ducis publicus erat.Et hi quidem hospites alii propinquos amicos : alii nonnulli etiā fratres flebant. Iosippum autem uniuersi:adeo ut per dies triginta nunquam lamenta i ciuitate cessarent:magnaq; mercede conducerētur tibicines næniarum. Tempore aūt ueritate reuelata: ubi de iotapata quidē ut res habebat:fictum uero quod de iosippi morte uulgabaf:eūq; uiuere & cum romāis esse cōpertum comprobatum est:ac supra captiui fortunam a ducibus honorari: tantam in eum uiuum iracundiam quantam prius cum mortuum crederent beniuolentiam cō ceperunt. Et ab aliis quidem ignauiæ:apud alios proditionis arguebatur:totaq; in eum ciuitas plena erat indignatione atq; cōuitiis.Vltro autem his uulneribus excitabantur magisq; accēdebantur rebus aduersis & offensio quæ prudentibus ne similia perferant:cautionis & custodiæ causam præbet ad alias calamitates tanquam stimulus incitabat:& malorum quæ semper accipiebant ex fine principium. Denicq; maiore in romanos impetu ferebantur uelut in iosippum pariter uindicaturi Hierosolymoꝝ quidē habitatores eiuscemodi turbis agitabātur.

Capitulum.XXVI.

VEspasianus autem studio uisendi regnum Agrippæ.Nam & ipse rex inuitabat rectorem cum exercitu simul paratus accipere domesticis diuitiis ac peos ægras partes regni cōpescere:motis ex cæsarea maritima castris in eam quæ Philippi dicitur cæsareā demigrauit:ibiq; per dies.xx.milite recreato.Ipse quoq; reꝝ gestarum gratias deo referens in epulis erat.Postq̄ uero Tyberiada quidem nouas res cupere ac rebellare Taricheas audiuit ad regnū aūt Agrippæ utraq; pertinebat decreto apud eos undiq; iudæos excidere:opportunum esse credidit aduersus eos exercitum ducere:simul ut Agrippæ hospitio uicem rependeret potestati eius ciuitatibus creditis.Igitur filium suum Titum i Cæsaream ut inde militem Scitopolim traduceret mittit.Hæc aūt ciuitas decem ciuitatum maxima & Tyberia omnium uicina est.Quo cum ipse uenisset:ibi filium prestolabatur. Deinde cum tribus ultra legionibus

progressus ad trigesimū a tyberiade stadium in quadam mansione conspicua rebellantibus cui nomen est Enabris castra ponit:atq; hinc Decatharcū Valerinum cum equitibus quinquaginta dirigit:qui pacifico sermone oppidanos alloqueretur & ad fidem inuitaret. Audierat enī q̄ pacē populis desideraret ante nullis ad bellum eum cogentibus seditionē pateretur. Itaq; ualerinus ubi muro appropinquauit & ipse de equo dissiluit:& suos comites idē facere iussit:ne lacessendi prælii causa potius uenisse uideret. Sed priusquā uerbū faceret armati excurrēt in eum:seditiosi qui erant ualidiores rectore quodam nomine iesu Tobiæ filio latrocinalis agminis principe. Valerinus aūt neq; propter mandata ducis prælio congredi tutum ratus etiam si de uictoria certus pugnamq; periculosam esse:si cū multis pauci & instructis imperiti confligerent. Inopinata præterea iudæorum stupefactus audacia:& ipse pedes refugit:& quinq; aliis similiter equis relictis: quos iesus eiusq; sotii ueluti pugna non insidiis captos læti in oppidū adduxerunt. Id autē ueriti seniores & qui præstare populis uidebantur in romanoꝝ castra profugiunt:adhibitoq; sibi rege ad Vespasiani genua suppliciter accedunt:ne se despiceret obsecrantes:neue quæ paucoꝝ esset totius ciuitatis insaniā existimaret:sed populo parceret qui semp amica romanis sentiret:magisq; ultum iret defectionis auctores:a quibus ipsi olim ad fœdus uenire properantes nunc usq; ne id facerent asseruati fuissent. His eoꝝ precibus quamquā toti ciuitati ꝓpter equoꝝ rapinā infensus esset indulsit. Nam & Agrippā uidebat eius oppidi causa trepidare. Fide aūt p eos populo data iesus eiusq; sotii tutū sibi non esse rati apud tyberiada cōsistere:ad taricheas effugiunt.

Capitulum.XXVII.

POsteroq; die Vespasianus in arcē præmittit:cum equitibus Traianū:qui multitudinē an omnes pacem cuperent experiretur. Cognito aūt populū eadē sentire:quin simpliciter ad ciuitatem ducebat exercitum. Illi autē portis ei patefactis cum laudatiōibus obuiam ꝓdeūt:salutis datorem ac benemeritū acclamātes. Cum uero militē angusti aditus remorarent:muroꝝ partem dirui Vespasianus ex meridiano latere iussit:eoq; pacto dilatauit ingressum: ut præda tamen & iniuriis abstinerent in gratiam regis edixit: eiusdemq; causa muris pepercit: spondentibus habitatoribus eius. Post hæc cum reliquis fore concordes: aliisq; modis malis affectatam ciuitatem ex dissensione recreauit. Deinde ab ipsa digressus:inter ipsam & taricheas castra posuit:muroq; firmauit:belli sibi moras illic fore prospiciens:quod omnis turbarum copiens multitudo ad taricheas confluueret:munitione confisa ciuitatis:& lacu gēnesar q ab indigenis sic appellabatur. Etenī ciuitatem ita ut tyberias sub monte positā qua lacu nō alluebatur undiq; muro ualidissimo:sed minore quam tyberida iosippus cinxerat. Nam illam quidē in principio defectionis pecuniaꝝ:itēq; uirium copia cōnumerat. Taricheis uero largitatis eius reliquiæ profecerunt. Scaphas aūt plurimas in lacu paratas habebant:ut in eas uidelicet si terrestri prælio uincerentur refugerent:simulq; ad nauale bellū si opus esset instructas. Romanis aūt castra muniētibus iesus eiusq; sotii neq; multitudīe hostiū neq; disciplinæ militiæ pterriti: cursu in eos irruunt:primoq; impetu disiectis muri fabricatoribus ac pte aliq̄ ædificii dissipata:ubi armatos congregati uiderunt:antequā aliquid paterent ad suos refugiūt:eosq; insecuti romani ad nauigia cōpulere. Et illi quidem tantum prouecti unde romanos contingere missilibus possent anchoras iaciunt:& sicut acies assolent dēfatis inter se nauibus hostes aduersus in terra constitutos nauali prælio decernebant.

Capitulum.XXVIII.

AVdito aūt uespasianus magnāq; multitudinē in ꝓxima ciuitati planicie cōgregatam: filium suū cū sexcentis equitibus lectis eo mittit. Qui cum infinitū hostiū numerum reperisset pri quidē maioribus auxiliis opus esse mandauit. Ipse uero equitū plæroscq; etiam priusquā subsidia uenirent alacres esse uidens:cum nonnulli eoꝝ multitudinē iudæoꝝ formidarent:unde exaudiri posset constitit:& o romani ait pulchrū ē nāq; in principio sermonis admonere uos generis uri:ut q cū qbus pugnaturi sumus sciatis:nras enī manus nemo unquā toto orbe hostis ullus euasit:iudæi uero ut etiā pro his dicamus aliquid ad hoc usq; tpus uicti non defatigantur. Itaq; oportet illos in aduersis rebus cōstāter dimicantes:etiā nos i secūdis perseuerātius laborare. Aperta quidē frōte uobis plurimū alacritatis inesse conspiciens gaudeo: Vereor aūt ne cui uestrū tāta timorē multitudo hostiū latēter icutiat. Igit̄ q̄sq; iteꝝ cogitet q̄lis cū qbus decertabit:q̄q; iudæi licet satis sint audaces mortēq; cōtēnāt:icompositi tamē bellorūq; impiti sunt & uulgus recte potius quā exercitus appelladi. De usa uero pitia atq; ordinatione referre quid opus ē? Nēpe iccirco soli armis exercemur pacis etiā tpe:ut ne i bello nos cū hostibus nūero cōseramus:nā qđ erat ppetuæ militiæ cōmodū si pares cū rudibus cōgrediamur:qn reputate q̄ armati cū iermibus & equites cū peditibus & duces tuti cōsilio cum uagis neq; rectorem

habentibus decertabitis: q̄q; nos hæ uirtutes multo plures efficiãt. Multũ aũt uitia de hostium numero detrahãt: nec sola hoium multitudo q̃uis pugnacissimi fuerint ĩ bello obtinet: sed etiã si uel in paucis sit fortitudo: hi enim & ordinari faciles sunt & sibimet subuenire: numerosæ aũt copiæ plus incõmodi ex semetipsis q̃ ex hostibus capiũt: itaq; iudæos audacia & ferocitas ac desperatio mentis uitia ducunt. Quæ rebus secundis aliquantũ ualent mĩmis offensionibus extinguuntur. Nos aũt uirtus regit & morigera uoluntas itéq; fortitudo: quæ & in prospera fortuna uiget nec ad finẽ usq; inter aduersa decipitur. Ad hoc maiores sunt q̃ iudæis causæ certaminis: ná si illi pro libertate ac patria belli picula sustinent: quid est nobis inclita fama præstantius? Et ne post orbis terræ imperiũ uideamus hostiũ aduersariorũ loco iudæos habere. Præterea cõsiderate q; ne patiendi quidẽ alicuius intolerabilis mali metus est. Multos enĩ nos in proxio adiutores habemus. Rapere aũt uictoriã possumus & quos a patre mitti nobis speramus auxilio cõuenit antecapere ut & maior sit: & sotium nõ habeat uirtutis effectus. Equidẽ puto nunc de me ac pre meo uobisq; piter iudiciũ fieri. Siquidẽ ille rebus ante glorioſe gestis dignus fuit. Ego uero eius sum filius: uosq; milites mei: ná illi uinceꝛ cõsuetũ est. Ego uero reuerti ad eũ nõ ꝓpetiar uictus. Quo pacto aũt uos nõ puduerit: duce uestro piculis occurrente nõ superare? Appetã enĩ picula mihi credite: primusq; in hostes irrũpã. Nemo aũt uestrũ a me discesserit psuasum habens ipetũ meũ sustentari operꝛ diuino: & manifestissime p̃sumite q; multo plus mixti hostibus efficiemus q̃ si extrísecus pugnaremus. Postq̃ hæc locutus est Titus diuina quædã alacritas militibus ĩcidit. Et quia traianum aduenire cũ trecentis equitibus ante p̃liũ contigit ægre ferebant tanquã si minueretur uictoria societate. Misit aũt Vespasianus Silonẽ & Antonium cũ duobus milibus sagittariorum: ut occupato monte: qui ex aduerso erat oppido muroꝝ ꝓpugnatores repellerent. Et ab illis quidẽ ita ut præceptum fuerat circũuenti sunt ex ea parte subuenire tentantes. Titus aũt primus perrexit citato equo ĩ hostes & post eum cæteri cũ clamore pro tanto spatio fusi quãtũ aduersa acies occupauerat. Vnde multo etiã plures quã erant apparuerũt. Iudæi uero licet ĩcursu eorum & disciplina cõterriti pauliſp quidẽ primos sustinuere cõgressus. Perculsi aũt contis equorumq; impetu deturbati conculcabantur atq; ita multis passim peremptis dispergunt: & in ciuitatem ut quisq; uelocitatis habebat effugiunt. Titus aũt aliquos tergo instans alios per tansitum occidebat: nonnullos cursu antecapiens ictu ora transuerberabat. Multos autẽ aliũ super lapsos inuoluens conficiebat: omnesq; ad mœnia confugientes præueniens detorquebat ad campum: donec suæ multitudinis elapsu in oppidũ confugerunt. Excepit autẽ illos acerba dissensio. Náq; indigenis & fortunarum suaꝝ & ciuitatis gratia: & ab initio bellũ gestũ maxime q; male pugnatum fuerat non placebat. Sed populus aduenaꝝ qui plurimus esset uim adhibebat: & inter se discordantium clamor erat: quasi iam arma caperent. Quibus auditis nec procul a muris aberat Titus exclamat: hoc tẽpus é. Quid moramur cõmilitones? Deo nobis dedente iudæos: Suscipite uictoriam. Non auditis clamores qui manus nostras euadere discordãt: habemus ciuitatẽ si mõ properamus. Verũtamen cũ uelocitate animis opus est. Nihil enĩ magnũ effici sine piculo consueuit: non solum autẽ hostium concordiã quos cito necessitas in gratiam reuocabit: sed etiam nostrorum auxilia p̃uenire debemus: ut præter uictoriã quantas copias pauci superamus etiã ciuitate soli potiamur. Simul his dictis incẽdit equũ atq; ad lacũ decurrit: & per eũ ꝓpere ciuitatẽ ingreditur quẽ cæteri consecuti sunt. Pauor autẽ eius audaciæ muroꝝ defensores inuasit: & pugnare quidẽ uel prohibeꝛ uæhementẽ nemo sustinuit. Relictis aũt excubiis iesus quidẽ cũ sociis in agros effugit: alii uero decurrentes ad lacum: in manus hostium contra ueniẽtiũ incidebant. Mactabantur alii cum scaphas scanderent itemq; alii cum iam prouectas assequi natando eonarentur: plurimaq; per ciuitatem agebatur hominũ cædes: aduenarum quidem resistentiũ qui nõ effugissent: indigenarum uero sine pugna: quoniã spes eos fœderis & conscia: quod belli cõsiliũ non habuerant prælio deterrebat: donec Titus nocentibus interemptis miseratus indigenas ab internetione requieuit. At qui in lacum confugerant ac ciuitatem captam uiderunt quam longissime ab hostibus recesserunt.

Capitulum. XXIX.

TItus uero missis equitibus res gestas pri nũtiat. Quibus ille cõptis q; necesse fuit & filii uirtute ad modũ lætus & facinoris claritudine. Maxia enĩ belli pars uidebat exẽpta: tum quidẽ statim circũdari ciuitatẽ custodibus iussit: ne quis ex eadẽ subterfugeret: neq; a cædibus tẽperaret. Postero aũt die cũ descẽdisset ad lacũ rates aduersus illos q eo refugerãt fabricari iussit. Quæ tã materiaꝝ copia q̃ artificũ multitudie mature cõtextæ sũt.

Capitulum. XXX.

LAcus aũt Geneſar quidẽ a terra appellatur. Quadraginta uero ſtadiis in latitudíe patens centũq; in longitudine aquæ dulcis eſt atq; potabilis. Paluſtri enim craſſitudine tenuioris habet latices & undiq; in littora & arenas deſinens purus eſt: ac præter hoc temperatus ad hauriẽdũ & fluuio quidẽ ſiue fonte leuior. Sẽp enĩ frigidior quã lacus diffuſio patitur manet: æſtiuiſq; noctibus eius aquæ ſub diuo perflatæ neq̃quã cædibus cedunt: id enĩ facere ĩdigenis moris eſt. Variaq; ſunt in eo piſciũ genera: ab alterius loci piſcibus tã ſapor quã ſpecie diſcreta: mediuſq; eſt in fluuio iordane Paniũ noíe: qui terra cõditus fertur ex ea quæ uocaẽ phiale. Hæc aũt ẽ q̃ in traconitidi aſcendit ad centeſimũ uigeſimũ ſtadiũ cæſariæ: nõ longius in dextro itineris latere & ꝓpriæ ex rotũditate phiala dicitur lacus rotæ ſpeciem præferens. Semper aũt inter eius labia cõhibetur unda nunquã deficiens uel exuberans. Cunq; interim hoc eſſe iordanis principiũ neſciretur a tetrarcha quõdã traconidis philippo depræhenſum. Is nanq; miſſis in phialẽ paleis inuenit eas apud Paniũ reditas unde ãte fluuius naſci credebaẽ. Naturalis quidem pulchritudo Panii regis opibus & Agripppæ diuitiis magnificentiis accurata eſt. Manifeſtum autẽ flumen iordanis ex hoc antro incipiens ſemecunitidis quidẽ lacus paludes ſecat & margines: centum aũt. xx. aliis præteritis ſtadiis poſt oppidũ Iuliada Geneſara lacũ mediũ tráge menſus. Deinde multã ꝑ ſolitudinẽ in Aſphaltidẽ lacũ exit. Ad Geneſara uero lacũ eiuſdẽ noís terra prætenditur natura ſimul & pulchritudine admirabilis: nullũ enĩ ipſa ꝑ ubertate ſui negat arbuſtum totaq; plãtis cõſeuere cultores. Cæli uero temperies etiã diuerſis aptiſſima eſt. Nuces enĩ q̃ arbos̃ maxiæ frigoribus gaudẽt ĩfinitæ floreſcũt: ubi etiã palmæ q̃s nutrit calor æſtiuus: has iuxta ficus & oleæ quibus aura mollior deſtinata ẽ ut naturæ magnificẽtiã hãc eẽ qui dixerit uim adhibentis ut ĩ unum cõueniãt inter ſe repugnãtia ániq; tẽpos̃ cõtẽtiõe bona uelut ſingula peculiari ſtudio terræ fouerét. Non enĩ ſolũ nutrit ꝑter opinionẽ poma uaria: ſed ẽt ſeruat: egregia quidẽ & quodãmõ regnãtia. Vuas & carices ſine intermiſſione. x. menſibus ſuggerit: cæteros uero fructus anni ſpatio ſeneſcentes. Nã ꝑter aeris lenitatẽ & fonte quoq; irrigaẽ uberrimo: qui capharneũ ab indigenis appellaẽ. Eũ nõnulli uenã eẽ. Nihili fluminis opinãẽ q̃ ſimiles coracino ſicut lacus generat piſces. Longitudo aũt regionis æque ac littora cognominis lacus. xxx. ſtadiis extendiẽ & latitudo. xx. Hos̃ quidẽ natura eiuſmodi eſt.

Cap. XXXI.

VEſpaſianus aũt ꝑfectis ratibus impoſita manu militũ quanta in eo qui lacu effugerãt ſatis eſſe una ꝓuehitur. Illi auteẽ neq; cõpulſi ad terrã euadendi facultatem habebant infeſtis oíbus neq; nauali bello pari conditiõe pugnãdi. Nam & ſcaphæ paruæ atq; piraticæ aduerſus rates infirmæ erant & cũ paucis ſinguli ueherenẽ cũctis aſtãtibus romanis appropinquare metuebant. Verũtamen circũ rates nauigando non nunquã etiã prope accedendo lapidibus romanos eminus appetebant: aut cõminus etiã irritando feriebant plus autẽ ipſis utroq; mõ nocebaẽ. Nec enĩ ſaxis q̃quã præter crebros ſonitus agebãt: quoniã cõtra ſeptos armis iacebanẽ contiguiq; ſagittis eos̃ efficiebanẽ. Etſi accedere ꝓpius auſi fuiſſent priuſq̃ facerent aliq̃d patiebanẽ: cũq; his nauigiis mergebanẽ. Multos aũt uulnera inferre tentãtiũ qui plus contigi poſſent alios deſiliẽdo ĩ ſcaphas romani gladiis tranſſigebant. Nonnullos cõcurrentibus inter ſe ratibus ĩ medio depræhẽſos cũ nauiculis capiebãt. Submerſos̃ aũt qui capita ſuſtuliſſent aut ſagittis præueniebanẽ aut ratibus occupabanẽ: & ſi deſperatione cõpulſi inimici adnare tentaſſent: eis uel manus uel capita trũcabãẽ: plurimuſq; paſſim ac uarius erat interitus eos̃: donec in fugam uerſi cæteri terræ appulſi ſunt: circũcluſis nauiculis ſuis. Effuſi aũt multi quidẽ in ipſo lacu tælis cõfigebanẽ: multos uero in terrã egreſſos peremerũt romani. Mixtum autẽ ſanguine plenũq; cadaueribus cerneres totum lacum. Nullus enĩ ſaluus euaſit. Acerbus aũt ſecutis diebus odor illam regionẽ oppreſſit & facies. Nam littora quidẽ naufragiis ſimul plena erant & corporibus tumidis. Caleſcentes aũt ac tabefacti mortui cæli tractũ corrumpebant: ut non iudæis ſolũ ille caſus miſerabilis uideretur: uerũ etiã factoribus ipſis eſſet iuiſus. Iſte quidẽ illius ꝓlii naualis exitus fuit. Perierunt cũ his qui pridẽ in ciuitate cecidere ſex milia & quingenti.

Capitulum. XXXI.

ATque Veſpaſianus pugna pacta pro tribunali apud Taricheas reſidens aduenã populum ab indigenis ſecernebat: qui actor belli extitiſſe uidebatur: & an hi quoq; ſeruandi eſſent cũ rectoribus deliberabat. Tunc aũt affirmantibus eos̃ liberationẽ detrimẽto futurã. nec enĩ dimiſſos quieſcere poſſe hoíes: qui & patriis carerent uimq; adhibere ac bellũ iferr̃ poſſẽt ad quos cõfugiſſent Veſpaſiãus ſalute qdẽ ĩdignos eẽ eos cõtraq; ſeruatores ſuos nouerat euaſuros: ſed de eos̃ mortis q̃litate cogitabat. Nã ſi tibi occiderenẽ non ꝓſſuros ſupplicabaẽ ĩdigenas tot apud ſe ſupplices obtrũcari fideq; ĩterpoſita deditis uĩ pigebat afferre.

Verꝝ ab aīcis ſupabat̄: nihil in iudæos cōmitti poſſe dicētibus. quodq; utile eēt honeſto debere præponere: cū utrūq; obtinere nō poſſet. Indubitata igitur conceſſa licentia ſolo eos itinere qđ Tiberiada duceret exire permiſit. Cunq; illi facile his quæ cuperent credidiſſent: & quia iuſſum fuerat comitati: neq; pecuniis ſuis quicquā metuētes abirent totam quidē a tiberiada uſq; uiam romani ne quis euaderet occupauerunt: eoſque in ciuitatē cōcluſos mox inſecutos Veſpaſianus omnes in amphitheatri ſtadio conſtituit. Et ſeniores quidē cū ībellibus qui mille ducenti erant iuſſit occidi: iuuenū aūt ulidiſſimos ſex milia lectos ad iſthmō neroni tranſmiſit. Cæteram uero multitudinē. xxx. milia & quadringentos uendidit: præter alios quos agrippæ donauerat. Nā his qui ex eius regno eſſent facere qđ uellet ipſe permiſit. Verū & iſtos rex uēdidit. Reliquū tamen uulgus qui erat Traconide & Gaulanite & coppeni: plureſque & Cadarite ſeditioſi & fugitiui: & quibus pro pacis bello conciliarent. Capti ſunt autem ſexto idus ſeptembris.

Ioſephi de bello iudaico liber quartus Incipit.

QVicūq; aūt iudæi iotapatis exciſis a rōanis defecerant: hi ſe ad eos poſt quā taricheate ſupati ſunt applicabant: oīaq; rōani caſtella & ciuitates cœperāt: p̄ter iſcala & qui montē itabiriū occuparant. Cū his aūt rebellarat gamara ciuitas cōtra taricheas poſita ſupra lacū quæ ad fines pertinebant Agrippæ: itēq; Sotanin & ſeleutia. Et he quidē gaulanitidis regiones erant ābæ. Sotanin ſupioris p̄tis cui nomē eſt Gaulana & īferioris gamala. Seleutia uero ad lacū ſemecoli. xxx. latū &. lx. ſtadiis longū. paludeſq; ſuas ad daphnē uſq; tendentē. Quæ regio cū alias ſit delitioſa: tamē fontes habet qui minorē quē ſic appellāt iordanē halantes ſub aureo iouis tēplo in maiorē deducūt. Sotanī quidē ac ſeleutiā coiētes ī principio defectiōis agrippa ſibi fœdere ſotiauerat: gamala uero ei nō cedebat freta locoꝝ difficultate āplius quā iotapata iugum nāq; aſpeꝝ ex alto monte deductū mediā ceruicē erigit: & ubi ſupeminet in longitudinē tenditur: tantū cōtra decliue quantū a tergo ut cameli ſimilitudinē præferat: ut nomē etiā duxit niſi q̄ expreſſam uocabuli ſignificationē īdigenæ ſeruare nō poſſunt. Et a fronte quidē ac lateribus in ualles inuias ſcindit̄. Poſt uero quā de monte pendet paululū difficultate refugit. Verū & hanc partē per obliquū exciſa foſſa indigenæ deuiā fecerant. Domus aūt crebræ & uiciſſim per prona erāt ædificatæ: & nimio p̄cipitio caſuro ſimiles. Ciuitas intra ſe decurrebat in meridiē uergens Auſtralis uero collis immenſa æditus altitudine uſum arcis ſine muro ciuitati præbebat: rupeſq; ſuperior ad profundam pertinens uallem. Fons autem intra muros erat in quem oppidum deſinebat. Quāuis autem natura non expugnabilis eſſet ciuitas: tamen etiam ioſippus cum murorum eam ambitu cingeret foſſis & cuniculis reddidit fortiorem. Eius autem habitatores natura quidem loci confidentiores erant quam hyotapateni ſed multo pauciores minuſq; pugnatores ſituſq; freti difficultate plures eſſe hoſtibus putabant. Nam plena erat ciuitas: multiſq; in eā q̄ eſſet tutiſſima confugientibus. Vnde ab Agrippa quoq; præmiſſis ad obſidionem per menſes ſeptem reſtitere. Veſpaſianus aūt p̄fectus ex amathūte ubi pro tiberiade poſuerat caſtra: amatus aūt ſi quis nomē interpretat̄ aquæ calidæ uocātur ibi enī eiuſmōi fons eſt ſanādis corpoꝝ uitiis idoneus: gamala p̄uenit: & totā quidē ciuitatē ita: ut diximus: poſitā cuſtodia circūuallare neq̄bat Qua uero fieri poſſet excubias collocauit montēq; occupat ſuperiorē. In quo milites caſtris ita ut aſſolet & muro circūdatis opus aggerum poſtremo aggrediuntur. Et aperte quidem orientis ſummo ſupra ciuitatem loco turris erat: ubi & quintadecima legio necnon & quinta contra mediam ciuitatem operabantur: foſſas aūt decima repleuit & ualles: & inter hæc agrippam regē cū acceſſiſſet ad muros eorūq; defenſoribus de traditōe loqui tētaret: fundibuloꝝ quidā ad dextrū cubitū lapide p̄cutit. Et ille quidē p̄pterea familiaribus ſuis circūſeptus eſt: rōanos autē ira ſimul ob regem ſuiq; metus ad obſidionē p̄tinus incitauit nullum iudæos crudelitatis modum in alienigenas atq; hoſtes prætermiſſum ire credentes: qui circa gentilē ſuum & eoꝝ quæ ipſis cōducerent ſuaſorē tam īmanes fuiſſent. Aggeribus aūt manus multitudīe opiſq; cōſuetudīe cito perfectis machinas applicabant. Cares aūt & ioſippus: nāq; ipſi erāt oppidanoꝝ potētiſſimi: armatos quidem licet metu perculſos ordinauere: & quāquā nō diu obſidionē poſſe ſuſtinere arbitrabāt̄ quibus aquæ itemq; alia uſui neccāria nō ſufficerent: adhortati tamen eos ad mœnia produxerunt. Et pauliſper quidem machinis aduenietibus repugnarunt. Baliſtis aūt tormentiſq; perculſi in oppidum receſſerunt. Itaque romani tribus ex locis aggreſſi murum arietibus quatiunt & qua deiectus fuerat īfuſi magno cum armorum ſtrepitu ac turbaꝝ ſonitu ipſi quoq; īſuper ulu-

lantes cū oppidanis confligebant. Illi aūt ad primos aditus interim pertinaces romanis ne ultra progrederentur obstabant. Cæterum ui multitudinis superati undiq; ad excelsa ciuitatis loca fugiunt. Deinde reuertentes instantibus sibi hostibus incūbunt: eosq; impingendo per decliuia locorum difficultate & āgustia depressos interficiebant. Romani aūt cū neq; a uertice iminētibus repugnare: neq; in partem aliquā euadere possent pronos eos urgentibus sociis in domos hostiū plano contiguas refugiebant. Sed repletæ labebanť q; pondus sustinere non poterant. Vnaq; dejecta multa inferiores: item illæ alias deturpabant. Ea res plurimos romanoꝝ morte cōsumpsit. Incerti enī quid facerent quāuis subsidere tecta uiderēt: tamen eo cōuolabant atq; ita multi quidem ruinis opprimebanť. Non pauci uero subterfugientes parte corporis occupabanť Plurimi aūt puluere suffocati moriebanť. Sed ea gamalēses per se fieri existimabāt: ꝓpriaq; incōmoda negligentes magis instabant: hosteſq; intecta sua labentes sustentādo cōpellebāt. Qui uero per angustos uiaꝝ cliuos cecidissent: eos tælis desuper missis interficiebant. Et ruinæ quidē lapidū copiam ferrum uero mortui hostes eis dabant. Cæsoꝝ enī gladios auferentes his contra femineces utebantur: multis iam procūbentibus tectis semet ꝓiiciendo moriebanť: tergaq; dantibus ne fuga quidē facilis erat. Viaꝝ nanq; ignorantia & caligine puluerís alius aliū non agnoscentes perrabant & circa se sternebantur. Sed illi quidē uis reperto exitu ab oppido recesserunt.

Capitulum. II.

VEspasianus autem qui laborantibus semper interfuit: scæuissimo dolore perculsus cū super miliť ruere ciuitatem uideret: ꝓpriæ tuitionis oblitus clam paulatī superiore oppido locū prendit: ibiq; inter media pericula cū paucis oīno relinquitur. Nec enim aderat tunc ei filius Titus ad Mutianū pridem Syriam missus. Et dare quidem terga neq; tutum neq; honestum sibi putabat. Rerum autem quas ab adolescētia gesserat ac propriæ uirtutis memoria quasi deo repletus corpora sociorum atque arma condens & cum quibus hi bellum his una uertice deuouens sustinebat. & qui neq; uirorum neq; tælorum multitudinem formidans manebat: donec eius animi obstinationem hostes diuinam esse reputantes impetum remiserunt. Illis autem iam infirmius oppugnātibus ipse pedem referens non prius terga ostendit quam extra muros egressus est. Plurimi quidem rōani milites in ea pugna ceciderunt & iter eos Ebutius decatharcus non eo tamen prælio quo periit: sed ubique antea fortissimus comprobatus quiq; plurimis malis iudæos afficisset. In ea pugna gallus quidā nomie Ecatontharcus cū x. militibus in quadam domo latuit. Eius autem habitatores dum cernerent quod in romanis fuisset consilium populis inter se fabulantibus. Hoc audito: nam & ipse Syrus erat: & hi quos secum habebat nocte illos aggreditur: omnibusq; mactatis ad romāos saluus cū militibus euadit.

Capitulum. III.

VEspasianus autem mœrere exercitum aduersis casibus uidens: q; q; nullam interim tantam experti fuerant cladem: huiusq; rei magis eos pudere q; solum ducem in periculis reliquissent consolandos putabat. De se quidem nihil dicens ne quem uel initō culpasse uideretur. Oportere autem inquiens quæ cōmunia essent fortiter ferre naturam belli cogitantes: q; q; nusquā eueniat sine cruore uictoria: iterumq; habeat fortuna regressum. Multis tunc iudæorum milibus interfectis exiguam pro his stipem sæpe pendisse fortunæ: Atque ut iactantium esset nimis secundis rebus insolescere: ita esse ignauorum in offensionibus trepidare. Velox enim esset in utrūq; mutatio: & ille uir fortis scilicet maneat cuius sobrius erit & animus in rebus quoq; ifeliciter gestis ut idem habeatur rectis consiliis pcā restituens: quāq; ea quæ nunc acciderunt neq; molitia uestra neq; iudæoꝝ uirtus effecit. Nam & illis pugnæ melioris & nobis deterioris causa fuit difficultas locoꝝ. Qua in re nimiꝝ quis repræhēderit alacritatis uestræ temeritatē. Nam cū hostes in excelsiori loco refugissent manus continere debuistis: neq; sūmo uertice cōstituta seq; picula: sed capta iferiori ciuitate: paulatī eos q; refugerāt ad tuitōrem uobis & stabilē pugnā reuocare. Nunc aūt īmoderata festinatiōe uincēdi q; id incaute fieret non curastis. Inconsultus aūt & furibundus impetus belli a romanis alienus est: qui cuncta ordine peritiaq; pficimus: barbarisq; conueniens & quo iudæi maxie possident. Oportet igiť nos ad ꝓpriā uirtutem accurrere atq; indignitati offensionis irasci potiusq; mœrere. Optimum autem quisq; de sua manu solatiū quærat. Ita enī fiet & amissos ulciscamur: & ī eos a q bus empti sunt uindicemus. Ipse aūt ita ut nunc feci expiar: atq; nos pugnādi prius ad bella ꝓgere & nouissimus ide discedere. Ille qdem his dictis recreauit exercitum. At gamalēses bene gesta re paulisper animos erexere: quæ nulla ratione magnificeq; puenerat. Mox autem reputantes ablatam sibi esse fœderis spem: quodq; minie possent effugere: iam enim uictus eos defecerat: uæhementer dolebant: animosque remiserant. Nec tamen quatenus ualebant salutem suam negligebant: sed

tam disturbatas partes muri qui erant fortissimi quã integras cæteri amplexi custodiebant. Romanis autem construentibus aggeres iterumque tentantibus irruptionem multi ex ciuitate per ualles deuias qua nulli custodes erant & per cloacas diffugiebant. Eos qui metu ne caperentur ibi remanerent inopia consumebat. Solum autem undiq; alimenta qui pugnare possent congerebant. Sed illi quidem in huiusmodi cladibus perdurabant. Cap. IIII.

VEspasianus autem inter curas obsidionis subsidiũ opus aggreditur aduersus eos qui montem ita birium occupauerant inter campum magnum & Scitopolim situm: cuius altitudo quidem. xxx. stadiis consurgens septentrionali tractu inaccessa est. In uertice autem uiginti stadiorum planities patet tota muro circundata. Hunc autem totum ambitum quadraginta diebus ædificauerat iosippus: & alias ei materias & aquas suggerẽtibus locis inferioribus. Solam enim incolæ pluuiam habebant. Magna igitur in eo multitudine congregata Vespasianus placidum cum sexcentis equitibus dirigit. Huic autem subeundi quidẽ montis ratio nulla erat. Multos autem fœderis ac ueniæ spe hortabatur ad pacem: & descendebant ad eum: ipsi quoque insidias molientes. Nam & placidus eo studio mitissime cum his loquebatur ut eos in planitie caperet: illique tanquam dictis obedientes ad eum ueniebant ut incautum aggrederẽtur. Vicit autẽ astutia placidi. Cœpto enim a iudæis prælio assimulat fugam: & postquam insequentes ad magnam partem campi bellum exiit: reflectit in eos equitum mãus plurimisq; in terga uersis aliquos interfecit. Semotam uero multitudinem cæteram ab ascensu coercet. Itaq; alii itabirio relicto in Hierosolymam refugiebant. indigenæ autem fide accepta q̃ eis aqua defecerat & se & montem placido tradiderunt.

Capitulum. V.

APud gamalam uero degentium audacissimi quiq; dispersi latebant. Imbelles autem fame corrumpebantur. At uero pugnantium manus obsidionem sustinebat donec euenit secundo & uigesimo die mensis octobris: ut tres ex quita legione milites circa matutinas uigilias æditissimam præ cæteris turrim quæ in sua parte fuerat subirent: eãque occulte suffoderent cum appositi ei custodes neque adeũtes eos: nox enim erat: nec postquã adire sensissent: idem milites cauendo ne strepitus fieret quinq; saxis durissimis euolutis resiliũt. Subitoque cum magno sonitu decidit: unaque custodes præcipitantur. At uero qui per alias custodias erant perturbati fugiebant: multos euadere ausos peremere romani. Inter quos etiam iosen super dirutam muri partem quidam iaculo percussum interfecit. Intus autem ciuitatem degentibus sono concussis multus erat pauor atq; discursus tanquã omnes essent hostes ingressi. Tuncq; glares ægrotus & iacens defecit cum timoris magnitudo morbum eius plurimum iuuisset ad mortem. Romani autem tunc temporis peccati memores usq; ad uigesimam & tertiam diem supradicti mensis oppidum non sunt ingressi. Titus autem aderat indignatiõe uulneris qđ romanos se absente perculerat ducentis equitibus præter pedites lectis ociose ciuitatem introiuit. Eoq; prætergresso uigiles quidem ubi senserunt ad arma properabant. Cognito autem itus constituto eius ingressu: alii raptis liberis trahentes etiam coniuges cum ululatu & exclamatiõibus in arcem refugiebant: alii Tito occurrentes sine intermissione trucidabantur. Qui uero prohibiti essent in arcẽ recurrere: nescii quid facerent romanorum præsidiis incidebant. Vbiq; autẽ infinitus morientium gemitus: perq; prona loca effusus cruor totum oppidum diluebat.

Capitulum. VI.

IN eos qui arcem occupauerant omnem Vespasianus inducit exercitum. Erat autem saxosus & accessu difficillimus uertex in immensum æditus: & undiq; circũ hostium multitudine preceps. Vnde romanos ad se adeuntes: alios tælis & præterea saxis deuolutis ulciscebantur iudæi cum ipsos excelso loco positos nullæ sagittæ contingerent Verum ad eorum interitum diuino munere quodam turbo exoritur romanorum quidem tæla in eos ferens: ipsorum autem a romanis pellens & obliqua traducens ut nequæ in præruptis consistere propter uiolentiam flatus possent cum nihil esset immobile: neque hostes ad se accedentes uidere. Itaq; supgressi romani eos circũueniũt: & alios qdem repugnantes ante capiebant. In omnes autẽ uæhementius scæuiebãt illoꝝ memoria: quos in primo cõgressu pdiderãt. Multi ãt undiq; circũcluſi desperatione salutis filios & cõiuges & semetipsos in uallẽ p̃cipites dabant: q̃ sub arce in ꝓfundũ patebat. Euenit autẽ ut ipsoꝝ in se qui capti fuerãt imanitate lenior existeret ira cũdia romanoꝝ. Ab his enĩ q̃tuor milia pempta sũt. Qui uero se p̃cipitauerũt qnq; milia sũt repti. Neq; quisquã p̃ter duas mulieres saluus euasit: quæ sorores erant philippi filiæ: qui philippus iacuno genitus esset insigni uiro & qui sub agrippa rege tetrarches fuerat. Seruatæ sunt autem q̃ excidii tẽpore romanoꝝ impetum latuere. Nec enim uel infantibus pepercere quorũ multos

singuli raptos ex arce proiiciebant. gamala quidem hoc modo excisa est tertio & uigesimo die mensis octobris:quæ.xx.& primo die mēsis septembris ceperat rebellare.

Capitulum.VII.

IAmq; solum giscala municipium galileæ restabat indomitum:cuius multitudo pacis studio tenebatur:q; erant plærisq; agricolæ spemq; suam semper in fructibus collocauerant.Non paruæ autem manus latrocinali permixtione corrupti erāt quo morbo etiā nonnulli ciuium laborabant. Hos aūt ad defectionē ipellebat leui cuiusdā filius ioannes hō ueneficus & fallax:uariusq; moribus & īmoderata spare prōptus:miroq; modo quæ sperasset efficiens atq; omnibus iam cognitus qđ affectandæ sibi potentiæ causa bellū amaret. Huic apud giscala seditiosoꝝ turba parebat:quoꝝ causa populus etiā legatos fortasse de traditō ne missurus rōanoꝝ tamē cōgressum in parte belli præstolabaf.Et uespasianus cōtra hos quidē Titum cū equitibus mille decimā uero legionē circa Scitopolim mittit:cū reliquis autē duabus Cæsareā ipse regreditur:dandā his ex labore continuo requiē putans ex ciuitatū copiis eorūque corpora:itemq; animos ad futura certamina existimās esse refouendos.Nec eni exiguū sibi laborem supesse de hierosolymis præuidebat quæ & regalis esset ciuitas: & cunctæ nationi pstaret. His aūt qui ex bello fugissent in eam confluentibus etiā naturalis munitio: itemq; muroꝝ eius constructio non minimā ei sollicitudinē comparabat:cū uiroꝝ spiritum & audaciam & sine muris inexpugnabilem esse cogitaret:ob eamq; rem milites uelut Athletas ante certamina oportere curari.Tito autem giscala:equitando enim ad eam accesserat aggressione capi facilis uidebaf. Sciens tamen q; ea ui capta passim a militibus populus:absumeretur.Náq; satiatus erat ipse iam cædibus miserans multitudinem etiam sine ullo discrimine cum nocentibus intereuntem:pacti one magis subigere ciuitatem uolebat. Itaq; plenis hominū muris:quo ꝝ plærisq; pditæ factōis erant mirari se ait quonam freti consilio cunctis iam ciuitatibus captis illi soli Romanorum arma operirētur: cum uiderent multo quidem munitiora oppida uno impetu fuisse submersa:securos autem fortunis suis potiri qui Romanorum dextris credidissent. Quas quidem etiam nunc illis ait se porrigere.neq; ob insolentiam succensere: quia spem libertatis ignoscendam putaret. Non tamen etiam si quis impossibilia uellet perseueraret. Quod si dictis humanissimis non paruisset fidem dextris habuissent expertum iri arma crudelia iam cognituros esse mœnia sua ludum fore machinis Romanorum:qui confidentes soli sese ostentarent arrogantes esse capturos.His dictis popularium quidem neminem non quidem respondere:sed ne ad murum quidem licuit ascendere:quia totum latrones præuenerant & custodes erant portis appositi ne quis uel ad fœdus prodiret:uel equitum quenquam in ciuitate reciperet.Ioannes autem & ipse complecti conditiones ait ita aut persuasurum aut necessitatem belli renitentibus adhibiturū.Illum tunc diem iudæorum legi oportere concedi:quoniam sicut arma mouere:ita etiam de pace cōuenire nephas esse putaretur. Nam & romanos scire q; ab omni cessarent opere dierum septem circuitu. Quam si temerassent non minus cœtus quam qui agerent piaculum commissuros: ipsumq; Titum nullum sibi ex mora stipendium formidandum.quod enim unius noctis spaciū præter fugæ consilium cœperit præsertim cum id obseruare circumsedenti nemo prohibeat.sibi autem magnum esse lucrum nulla in re despicere patrios mores. Et illum decere qui pacem non sperantibus indulgent: legem quoq; seruare seruatis.His titum ioānes fallere conabatur:nō tantum pro septimi diei religione quantum pro sua salute solicitus. Verebatur ne statim capta ciuitate solus destitueretur:qui totum in nocte ac fuga uitæ spem collocasset. Verum profecto dei nutu in excidium Hierosolymorum loannem saluum esse cupientis factum est: ut nō solum indutiarum causationem. Titus admitteret:uerum etiam in superiori parte ab oppido castra poneret ad dissam qui meditaraneus est Tyriorū uicus ualidissimus galileis semper exosus. Nocte autem loannes cum nullas Romanorum excubias circa oppidum uideret arrepto tempore non solum his quos circa se habebat armatos:sed etiam senioribus plurimis cum familiis abductis in Hierosolymam fugiebat. Sed usque ad uigesimum quidem stadium fieri posse uidebaf: ut mulieres ac pueros aliamque multitudinem secum duceret homo quem captiuitatis itemque salutis metus urgeret. Vltra uero procedente eo reliquebatur & oriebatur atrox remanētium fletus. Quanto enim quisque procul a suis aberat: tanto propiorem se hostibus credebat.Iamque affore qui se caperent existimantes necessario pauitabant: & ad crepitum ipsorum cursus faciebat assidue respectabant:uelut instantibus quos fugissent:multique simul ruebant & circa uiam plurimos certamen præcedentium conterrebat.Miserabile aūt fœminaꝝ & infantium erat excidium. Aut si quam iactare uocem:nonnullæ uiros aut propinquos ut se operirentur orabant. Sed loannis exhortatio superabat ut seipsos seruarent inclamantis eoq; confugerent.unde

remanētibus etiam si raperentur pœnas a romāis peterent. Multitudo quidem eorum qui fugerant ut cuiq; uirium fuit cito dispersa est. Luce uero Tytus ad muros aderat fœderis causa. populus autem portis ei patefactis cum coniugibus adeuntes tanquā benemrito: & qui custodia ciuitatem liberasset laudibus prædicabant. Simulq; ioannis fugā significantes ut & sibi parceret obsecrabant & eos qui nouarum rerum cupidi reliqui superessent ulcisceretur: ille aūt precibus populi postulatus equitum partem ut ioannem persequeretur dirigit. Sed eum quidem occupare nequiuere: q̄ antequam uenerant in Hierosolyimam sese receperat. Vna uero fugientes prope ad duo milia perimunt: mulieres ac pueros paulominus quā tria milia circunactos reducunt. Titus autem indigne ferebat non statim a ioanne pœnas fraudis exactas. Irato uero animo satis esse qd̄ spe deciderat ad solatium putans captiuoꝝ & qui trucidati fuerant multitudinem ī oppidum cū fauore ingreditur: iussisq; militibus minimam muri partem iure possessionis abrumpere minitando magisquā puniendo reprimebat perturbatæ ciuitatis auctores. multos enim propter odia domestica uel proprias inimicicias delatores innocentiæ fore credebat: si dignos pœna discerneret: melius noxium relinqueret metu suspensum: quā immeritum quemquā cum eo perdere gratius existimabat. Illum enim fortassis modestiorem futurum: uel metu supplitii: uel quod erubesceret præteritorum criminum uenia: sine causa uero morientiū pœna nullo modo corrigi posse. Præsidiis tunc ciuitatem circumdedit: quæ tam nouarum rerum studiosos compescerent quā pro pace sentiētes quod sibi relicturus erat maiore fuducia firmarent. Galilea quidem tota post quā multo sudore romanos exercuit hoc modo subacta est.

Capitulum. VIII.

APud hierosolymam uero ad ioannis introitum omnis populus erat effusus: & circa singulos qui una confugerēt nūerosa turba collecti: quos fines cladis experti essent percontabantur: illorum autem feruens anhelitus necessitatem significabat. Verum tuuc in malis quoq; sibi arrogabant. Non romanorum uim fuisse dicentes sed sponte uenisse: ut cum his ex cautiori loco pugnarent. Inconsultorum enim atq; inutilium esse hominum incaute pro giscalis & īualidis municipiis periclitari: cum arma uigoremq; opporteat pro metropoli suscipere atq; seruare: significando tamen excidium giscalorum etiam quam dicebant honestam discessionem suam ut primi fugam esse intelligerent prodiderūt. Auditis autem quæ captiui pertulere non mediocris populum perturbatio tenuit: magnumque id esse argumentum proprii reputabāt excidii. At ioannes qui eoꝝ quos reliquerat cā minus erubescebat: singulos āt circuiens spe ad bellū īcitabat: infirmitatē rōanoꝝ asserens: ꝓpriāq; uirtutē extollens: & īperatorum ea cauillatiōe inscitā decipiens: q̄ etiā si pœnas sumerēt: nunquā hierosolymoꝝ murū trasgrederentur rōani: qui ꝓ galileoꝝ uicis tanta mala pertulissent atq; in eoꝝ muris machinas contriuissent. His eius dictis magna quidē corrūpebat̄ iuuenū manus. Prudentioꝝ aūt atq; seniorū nemo erat qui nō futura prospiciens uelut iam perditā ciuitatē lugeret. Et populus quidē ī ea cōfusione tunc erat. At uero per territoriū manus agrestiū ante seditionē quæ hierosolymis orta ē discordare iam cœperat. Titus enī a giscalis cæsareā. Vespasianus aūt a cæsarea Lamnū & azotū profectus utrūq; subegit: īpositisq; illic præsidiis reuertebat̄: maximā ducens eoꝝ multitudinem qui se fœdere sociauerāt. Singulas aūt ciuitates tumultus bellūq; intestinū exagitabat quantūq; a romanis respirassent in se ipsos manus uertebāt: cū inter amatores belli ac pacis cupidos eēt scæua contētio dudūq; concordiū pertinacia primo intra domos accenderet̄. Deinde īter se amicissimi populi dissiderent: & ad similia uolentes quisq; cōueniens aperte iam coacta multitudīe rebellaret. Itaq; dissensiones quidē apud oēs erant. uouitatis aūt armorūq; cupientes senibus ac sobriis iuuentute atq; audacia præstabāt. Primo aūt īdigenaꝝ singuli prædari cœperūt. Deinde ex composito confertis cuneis per territoriū latrocinabantur: ut quod ad crudelitatē atq; iniusticiā spectat nihil a romanis gentilis abessent: atq; ab ipsis qui uastabantur illatū a romanis excidium leuius uideretur. Ciuitatū uero custodes partī qa defatigare pigeret: partī odio nationis aut nulli aut minimi erant male affectos auxilio: donec rapinaꝝ societate undiq; congregatim collegioꝝ latrocinalium principes atq; in agmen conflati hierosolymis irrumpunt. Quæ ciuitas a nullo regebatur: & more primo gentiles omnes sine obseruatione recipiebat: tunc præcipue existimantibus uniuersos qui superinfluerent adiumento & beniuolentia uenire. Quæ quidem res etiam sine dissensione ciuitatem postea pessundedit: eo q̄ iners & inutilis multitudo quæ pugnacibus sufficere possunt alimenta cōsumpsit. Hisq; præter bellum etiam seditionē famemq; cōparauit: aliiq; latrones ex agris eo trāsgressi ac multo scæuiores quos ītus īuenere sociati nullū atrox facinus ītermittebāt. Nec enim rapinis & expoliationibus metiebant̄ audaciā: sed usq; ad cædes ruinæ fiebant non clam neque per noctem aut quoslibet homines uerum luce palam nobilissimos

quosq; ad oriendo. Nam primum Antipan regii generis uirum & adeo potentissimũ ciuium ut etiam publicos thesauros fidei suæ permissos haberet cõprehensum custodia tradiderunt. Post hunc etiam Leuiam quendam insignem uirum & Pheriam filium Rageti & ipsum Ragetum regalis similiter utrunq; familiæ omnesq; præterea qui præteritorũ præstare aliis uidebantur. Grauis autem mẽtus populum possidebat: & uelut occupata ciuitate salutem propriam quisq; curabat. illi aũt clausos uinculis non fuere contenti: neq; tutum arbitrabantur e põtentia uiros diutius custodire. Nam & ipsos & domos eorũ non paucos uiros frequentare ac per hoc ad ulciscẽdum esse idoneos & præterea rebellaturos fortasse populũ iniquitate cõmotum. Decreto igitur eos occidi mittunt quendã de suo numero ioannẽ ad cædes promptissimum: qui lingua patria Dorcadis filius dicebatur: eumq; alii decem armati gladiis secuti ad carcerẽ: ibi quos reperissent interficiunt. Fingebant aũt huius imanissimi sceleris causam cũ romanis eos de traditione ciuitatis collocutos fuisse: cõisque libertatis proditores interemisse dicebant: prorsus ut audacia sua tanquã seruatores ciuitatis ac bene de ea meriti gloriarentur. Euenit aũt populũ quidẽ ad hæc humilitatis ac formidis illos uero insolentiæ progredi: ut in eorũ esset arbitrio etiã pontificum designatõ. Deniq; familiis abrogatis unde per successionẽ pontifices creabãtur: icognitos atq; ignobiles constituebant: ut impiorum facinorũ socios haberent. Nam qui supra meritũ summos honores adepti erant his obediebant necessario qui sibi eos præstiterant quoniã & dignitate prædictos uariis machinis fictisq; sermonibus cõmittebant opportunitatẽ ex eorũ qui se ꝓhibere poterant cõtentione captantes: donec hominũ persecutione saciati in diuinitatẽ contumelias trãstulerunt: pedibusque pollutis in sanctũ locũ introire ceperunt. Iamq; populo contra eos concitato nanq; auctor erat Ananus ævo maximus pontificũ itemq; sapientissimus & qui fortassis ciuitatẽ conseruasset si insidiatorũ manus potuisset effugere illi templũ dei aduersus populi turbã castellum ac profugium sibi fecere: quod pro domicilio habeant tyrannidis. Acerbis autem admiscebatur etiã cauillatio: quæ præ cæteris eorũ factis erat dolori. Tentando enim quanto metu populus teneretur suasq; uires explorando sorte pontifices creare conati sunt: cum his: ut diximus: ex familiis successio deberetur. Huic autem fraudi mos antiquitus obtendebatur. Nam & solum sorte pontificatum deferri solitum fuisse dicebant. re aũt uera lege de genere erat abrogatio firmatus atq; his ad potentiam quæ sibi designandorũ magistratuum licentiam compararent. Itaq; una sacratarum tribuum accita quæ Emacin appellatur pontificem sortiebantur: casuque locus exiit homini per quem maxime eorum iniquitas demõstrata est sancti quidam filius Meli ex uico Aratha non solum non ex pontificibus orto: sed aperte quid esset pontificatus propter rusticitatem penitus nesciente. Deniq; inuitum eum rure abstractum ut in scæna fieri solet: aliena ornauere persona: indutumq; sacra ueste quid facere deberet subito instituebant: ludumq; & iocũ esse tantum nefas arbitrabantur. Cæteri quidem sacerdotes procul spectante ludibrio legem haberi lachrymas uix tenebant: honoresq; sacrorũ solui grauiter ingemebant. Populus tamen hanc eorum audaciam non tulit sed omnes quasi ad deponendam tyrannidẽ animos intenderant. Nã qui præstare cæteris uidebantur giorgion iosippi filius & symeon gamalielis tam singulos circũeuntes quam simul uniuersos in cõtionibus hortabantur: quo tandem aliquando libertatis corruptores ultum irent: sanctumque locum hominibus sceleratis purgare properarent. Pontifices etiã probatissimi gamala quidem filius iezuram aut ananus populum frequenter in cœtibus exprobrando eius segnitiem contra zolotas excitauerunt. Ita enim seipsi uocabant: uti bonarum professionum æmuli: ac non qui pessimam facinorum immanitatem superassent. Itaq; in contionem populo congregato: cunctisq; indignantibus occupationes sanctorum itemque rapinas & cædes: nondum autem promptis ad ulciscendum propterea q; in expugnabiles. id enim uerũ erat zelotæ putabantur: stans inter eos medius ananus & ad legem crebro respectans cum lachrymis oppleſſet oculos. Magis ait mihi mori satis ẽ ãteq; dei domiciliũ uideã tãtis refertũ doloribus atque i accessa & sancta loca sceleratorũ pedibus frequentari. Verum sacerdotali ueste amictus & sanctissimum uenerabilium nominum ferens uiuo: atque animæ amore teneor ne pro senectute quidem mea mortem sustinens gloriosam: igitur solus ibo: & tanquã in solitudine aiam meam solam dabo pro deo. Nunquid opus est uiuere in populo clades suas minime sentiente: & apud quos malorum præsentium defensio interiit. Siquidẽ rapti patimini ac uerberati reticetis: & ne gemitu quidẽ aperto quisq; prosequit iteremptos. O acerbã cõminationẽ. Quid de tyrãnis q̃rar? Nunquid non a nobis nostra potentia nutriti sunt? Nunquid non despectis qui mecum ierant cum adhuc pauci essent. uos dum tacetis plures eos fecistis atque illis armatis quiescentes in uosmetipsos arma uertistis? cum primos eorum conatus oportuisset infringi: quando cognatos cum uitiis appetebant. Vos autem negligendo ad depredationem noxios irritastis: quia ua-

ſtatis domibus nulla ratõ ducebatur. Itaq; iam dominus ipſe rapiebat: eiq; cũ per mediam ciuitatem traheretur nemo erat auxilio. Illi aũt a nobis proditos etiã uinculis affecere. Nõ dico quales & quantas: ſed quod accuſatos indẽnatos nemo audiuit. Reſtabat eoſdem uidere trucidare. Hoc etiã uidimus uelut e grege brutor̃ aĩalium: quæ præcipua ducitur hoſtia ne uocem quidẽ quiſq; emiſit: nedum dexterã moueret. Patiemini ergo patiemini etiã ſancta conculcari uidentes? Cũq; omnes audaciæ gratos nephariis hoĩbus ſubieceritis eor̃ præſtantiam reuertimini? Nunc enim profecto ad maiora procederent: ſi quid maius quod euerterent inueniretur. Tenetur quidẽ munitiſſimus ciuitatis locus: nunc aũt phanum appellatur arcis arx quædam ſiue caſtellum. Tanta igitur contra uos tyrannide munita & inimicis ſuper uerticem poſitis. ut uidetis. quid cogitatis? aut quibus ſententias applicatis? An romanos expectatis ut ſanctis noſtris opitulentur? Ita quidem ſe noſtræ ciuitatis habent res: eoq; iam calamitatum uentum eſt: ut miſereatur noſtri etiã hoſtis. Non exurgetis o laborioſi reſpectiſq; uulneribus ueſtris quod etiã feras beſtias facere uidimus ultum ibitis in hos qui uos percuſſere. Non ſuas quiſq; recordabitur clades: & ante oculos poſitis quæ pertulerit ad ultionẽ animos acuetis. Periit apud uos niſi fallor affectionũ oĩum cariſſima & maxime naturalis cupiditas libertatis. Seruitutis aũt ac dominorum amantes facti ſumus tanquã ſubiugari a maioribus didicerimus. Atq; illi quidem multa & maxia bella ut in libertate uiuerent pertulerunt. Nec aut ægyptiorum aut medorum potentiæ ceſſere: dũmodo ne facerent quæ iuberẽtur. Et quid opus eſt de maioribus loqui? Hoc ipſum bellum quod cum romanis nunc gerimus utrum commode an contra incõmode non palam: quid habet cauſæ niſi libertatem? Ergo qui dominis totius orbis ſeruire non patimur: gentiles noſtros ferimus tyrãnos. Quamquã externis obedientes ad fortunam ſemel adire fecerunt: cuius iniuria uicti ſunt. At uero peſſimis ſuorum cedere ignanorum eſt & cupientium ſeruiendi. Ad hæc autem quia romanorum mentio facta eſt: non uos cellabo quid dum loquor interuenerit mentemque retraxerit. Quod etiam ſi ab his capti fuerimus: abſit autem dicti huius periculum nihil acerbius experiemur quam iſti nos affecere. Quo pacto autem non lachrymis dignum ſit illorum quidem in templo donaria cernere? Gentilium uero ſpolia qui nobilitatem huius: maxime omnium ciuitatis compilauerunt eoſq; uiros trucidatos uideri: quibus etiam illi poſt uictoriam obtemperaſſent. Et Romanos quidem nunquam tranſgredi auſos eſſe limitem prophanorum aut ſacratæ quicquam conſuetudinis præterire. Sanctorum autem ambitum quamuis procul aſpectum p̃horreſcere. quoſdam uero in his locis natos ac ſub noſtris moribus educatos: & qui iudæi uocarentur inter media ſancta deambulare manibus adhuc ſui gentili cæde calentibus. Quis igitur externum bellũ metuat ex comparatione domeſtici: multo nobis æquiores inimicos. nam ſi proprie rebus ſunt aptanda uocabula reperiretur legum quidem conſeruatores nobis fuiſſe Romanos: hoſtes uero intus habere. Verum hos inſidiatores libertatis exitio debere neque facinorum eorum dignum ex cogitari poſſe ſupplitium. Certum eſt idemq; omnibus uobis & ante orationem meam eſſe perſuaſum atq; ipſis uos rebus quas pertuliſtis in eos eſſe commotos. Plærique autem fortaſſe multitudinem eorum atq; audaciam reformidant: & præterea q̃ in loco ſuperiore conſiſtunt. Sed hæc ut ueſtra negligentia conflata ſunt ita nunc magis proficiunt ſi morabimur. Nam & numerus illorum in dies ſingulos alitur eo q̃ nequiſſimus quiſq; ad ſimiles profugiat: & audaciam plus accendit: quod nullum adhuc eius impedimentum interuenit locoq; ſuperiore utuntur: & quidem cum apparatus his tẽpus demus. Quod ſi aduerſus eos ire cœperimus: humiliores erunt mihi credite: conſcientiæ celſioris loci beneficium ratio perdet. Fortaſſe autẽ dei ſpreta maieſtas in ip̃os tæla retorſerit ſuiſque miſſilibus conſumentur imperii. Videant nos tantummodo & deiecti ſunt quamquam pulchrum eſt ut etiam ſi quod periculum immineat pro ſacris ianuis moriamur: ac ſi non pro liberis & coniugibus: pro deo tamen eiuſq; ſanctis animas profundamus. Præbebo autem manum atque ſententiam: & neque conſilium uobis ullum deerit ad cautionem: neque me corpori meo parcere uideritis. His Ananus contra Zelotas populum hortabatur: non quidem neſciens iam expugnari uix poſſe per multitudinem ac iuuentutem animorumque pertinatiam multoq; magis propter conſcientiam cõmiſſorum. Nec enim conceſſuros extremam ueniam his quæ perpetrauerãt ſperabant. Verumtamen quid uis perpeti præſtabilius exiſtimans quã in tanta reg̃ perturbatione tumultum cohibere. Populus autem duci ſe clamabat in eos contra quos rogabatur: & ad ſubeunda quiſq; pericula promptus erat. Sed dum Ananus magis idoneos diſcerneret atq; ordinaret ad prælium Zelotes cunctis conatibus eius cognitis: certos enim qui oĩa ſibi nuntiarent habebant in pontificem cõmouentur ac modo per cuneos ſimul uniuerſi proſiliunt neq; obuio cuiquã pcebatur. Cito aũt & Ananus populum congregauit: multitudine quidẽ ſuperiorẽ. Armis uero conſtipatis non erant Zelotæ

inferiores. Alacritas uero quod deerat in utrisq; cõplebat.Nam & ciues armis iram conceperant fortiorem: & qui de templo exierant quã multitudine maiorẽ audaciam. Quippe illi quidẽ habitare se ĩ ciuitate minime posse arbitrabãtur nisi Zelotes exirent.hi uero nisi uicissent nullum se non subituros esse supplitium.Manus aũt conserere pro ducibus obedientes motibus aĩoꝝ. Et primo quidem in ciuitate ac pro templo eminus missis lapidibus semet inuicem appetebant. Si uero aliqua pars terga uertisset uictores gladiis utebantur.Cunq; plurimi sauciarentur multæ cædes utrobiq; fiebant. Et populares quidẽ in domos referebãtur a suis zelotaꝝ aũt quicũque uulneratus fuisset in templũ ascendebat:sacrã humum cruore perfundens:ut solo eoꝝ sanguine uiolatam religionẽ recte quis dixerit.Semper quidẽ latrones excurrẽdo ingressibus præualebãt. Irati uero populares proficiente quotidie numero suo cũ desides increparẽt quiq; a tergo seque bantur non aperiendo fugientibus uiam inuitos eos repugnare cõpellerent: uniuersos quidem suos in hostes cõuertunt. Illis aũt qui uim ferre non poterant paulatim ad templũ recedẽtibus irrumpit una cũ sociis ananus.Vnde factũ est ut eos q; ambitu exteriori caruissent metus inuaderet:ideoq; in muꝝ interiorẽ fuga recepti mature ianuas occluderent. Veꝝ anano portis quidem sacris manus afferre non placebat:hostibus quoq; desuper tæla torquẽtibus nephas eẽ existimans etiã si uicisset non lustratũ prius populũ introducere.Ex omni aũt sua multitudine sex fere armatoꝝ milia sortitus custodes eos ĩ porticibus collocat.His aũt qui succederẽt in excubiis alios per ordinem ponit. Multi aũt honestorum ab optimatibus ad id electi mercede cõductos pauperes uice sua præsidiis destinabant.Fit aũt his oĩbus exitii causa ioannes:quẽ ex giscalis effugisse prædiximus .Is enĩ dolis plenus & acerbissimã dominationis cupiditatẽ mente circunferẽs iamdudum rebus cõmunibus moliebatur insidias.Itaq; tũc eadem quæ populus sentire se simulans aderat Anano tam diebus cum proceribus capienti consiliũ quã noctibus pagranti custodias: oĩaq; secreta zelotis renunciabat:nullũque populi consiliũ non priusquã caperetur inimici sciebãt eius ĩdicio.Immoderatis uero & ananum & populi prícipes placabat obsequiis ne in aliq; suspitione ueniret affectus.Sed hæc eius honorificentia in contrarium uertebatur.Erat enim ex adulationum uarietate suspectior eoq; ipso q; etiam non accitus assiduus erat:arcanoꝝ proditor habebatur. Eteni prospiciebat ananus omnes qui ad se concurrerent intelligere que ioannes faceret suspitionẽ nunciationis habebant.Submouere aũt illũ non erat facile neq; possibile q; malitia præualeret ac præter hoc multoꝝ non ignobiliũ qui summis rebus adhibebantur patrocinio succinctus erat. Visum est igitur ab eo sacramentum beniuolentiæ causa peti:nihilque dubitans & fidem populo se seruaturum iurauit:& neq; factum eius inimicis ullum neq; consiliũ ꝓditurum:unaq; deponendis rebellibus & manu & uoluntate operã collatuꝝ. Itaq; ananus eiusq; socii quoniã iurato crediderunt nulla iam suspitione suis eũ consiliis adhibebant:moxque ab eis concordiæ causa legatus intromittitur ad zelotas:curæ nãq; habebãt ne phanum culpa sua polluereturne ue quisquã in eo ꝓcumberet iudæoꝝ.ille aũt quasi zelotis ac non cõtra pro beniuolentia iurauisset egressus ad eos medius constitit : & sæpe quidẽ se illoꝝ causa in magno periculo fuisse dixit:ne quid secretoꝝ ignorarent:quæ in eos ananus cum sociis cogitasset. Nunc autẽ ingens cum ipsis oĩbus subiturum esse discrimẽ nisi diuinum quoddã præsto fuerit adiumentũ nihil enim iam morari ananum:sed persuasisse quidem populo adue spasianũ legatos mittẽ: ut ad capiendam ciuitatem quãprimũ uenire properaret.indixisse aũt lustrationẽ postero die ut religione simulata intromissi uel etiã in prælio manus conserererent.Se aũt nõ uidere quãdiu aut custodias sustinebunt:aut cum tanta manu acie congrediantur.Ad hæc addebat q; ipse dei ꝓuidẽtia transactionis esset causa legatus.Hac enim spe ananum his proponere:q; nihil supicantes eos subito aggrederet, itaq; oportere si quis habẽdã uitæ rationẽ duceret aut custodibus supplicare aut foris quidem præsidium petere.Quos aũt si uicti essent ueniæ spes foueret:ĩmemores eẽ audaciæ suæ credere:aut simul ac factores penituerint admissoꝝ: in gratiam statim eos qui ppessi sunt redituros.Sed nocentium quidem sæpe inuisam etiam pœnitudinem fieri. Læsis aũt iram in licentiam senioris:ĩminere autẽ illis ait iterfectoꝝ amicos atq; cognatos tantũq; populũ pro dissolutis legibus ac iuditiis indignatione flagitantẽ. Vbi etiam si qua pars misericordiæ fuerit maior eam irascentiũ turba celabit.Talia quidẽ uariabat ioannes terrorẽ incutiens multitudinis Externum uero auxiliũ aperte quidem ĩdicare qđ diceret nõ audebat idumeos aũt significabat. Vix principes zelotarum priuatim etiam commouerat: crudelitatis ananum arguebat ipsis eum minitari confirmans.

Cap.IX.

ERat autem eleazarus gionis filius:qui etiam præter alios idoneus esse uidebatur & recte consulere:& quæ consuluisset efficere:itemq; zacharias filius amphetali uterq; a sacerdotibus genus ducens.Ni præter communes etiam priuatis in terminatiõibus

cognitis:quodq; anani factio potentiæ sibi comparandæ causa romanos accersęret.Nam & hoc ioannes affinxerat diuq; quid agerent dubitabant angusti temporis festinatione cōclusi: populū enim haud multo post eos aggredi paratum esse cogitabant.Externi uero subsidii facultatē insidiarum sibi celeritate præreptā prius fore ut omnia paterentur:q̄ ut auxiliatorꝝ quisq̄ ista cognosceret aduocari placuit idumeos scriptaq; breuiter epistola q; circūuento populo ananus uellet romanis metropolim prodere.Ipsi autē pro libertate dissidentes in tēplo custodirentur: minicq; temporis spē salutis sibi promittęr.Ac nisi mature subuenirent ipsos quidē anano atq; inimicis: at uero ciuitatem romanis ilico subiugandā.Et plæraq; nuntiis ad rectores idumeorꝝ referenda mandabat.Ad hoc etiā lecti sunt uiri strenui & dicendi peritissimi:& ad persuadēdū satis idonei: quoq; his rebus esse utilius impetū uelocitate præstātes.Nam idumeos confestim perituros certum erat q; turbarū cupiens & incognita essęt natio:sempq; admotus facilis atq; suspensa & rerꝝ mutationibus læta:minimisq; petentiū blāditiis ad bella promptissima & uelut ad festorū quādam solēnitatē sic ad prælia properans. Celeritatē autē auncius exigebat:ad quā istis nihil deerat alacritatis.Vterq; autē ananias uocabant.Iamq; rectores aderāt idumeorꝝ.illi aūt simul epistola mandatisq; attoniti quasi furibundi circumcursare gentem militiāq; denunciare cœperūt. itaq; mox & dicto citius multitudo conuenerat:omnesq; pro libertate metropoleos arma rapiebant. Cūgregati autē prope ad uiginti milia cum ducibus quatuor hierosolymā ueniunt:hoc est ioanne & iacobo sossæ filio:& præterea symone thacei & phinea cusoth filiis.Ananum autem profectio legatorꝝ itemq; & uigiles eius nō latuit:necnon & impetus idumeorꝝ. Hoc enī āte cognito portas eis clausit & muris custodes apposuit. Non tantā uisum est bello cū his congredi:sed uerbis eis ante persuadere concordiā.Stans ergo in aduersa turri post ananum iesus æuo pōtificum longissimus. Cum multæ inquit & uariæ turbæ tenuere ciuitatem in nulla re sic miranda fortuna est:ut in eo q; pessimis etiam inopinata cōspirāt.Etenim perditissimis hoibus contra nos auxilio uenistis tanta cū alacritate:quanta nec in barbaros aduocante uos metropoli uenire decuisset.Et siquidem uiderem consensionē uestrā similē esse horꝝ hominum qui uos rogauerūt: non existimarem impetū capere rationem.Nihil enī æque ac morꝝ cognatio concordiā firmat. Nunc uero illi si quis eorꝝ singulos explorauerit mille mortibus digni reperirentur. Nam ludibria & purgamenta totius rusticiæ plebis luxu absumptis patrimoniis suis postquā in uicis & ciuitatibus proximis audaciā exercuere.Postremo in sacram ciuitatē clam influxere ut latrones;solumq; religiosum immanitate polluerunt scelerum eosq; uideas sine metu inter sancta ebrios:& auiditate uētris emptorum spolia consumens.Vestra uero multitudo armatorumq; talis apparatus est:qualem deceret esse:si publico uos consilio metropolis inuitaret:in alienigenas laturos auxilia.Quid igitur hoc esse quis dixerit:nisi pro fortitudine iniuriā:cum pro nequissimis conuenisse integræ nationis uestræ arma uideantur conspirare.iam dudum quidē reperire nequeo quidnā fuerit quod uos tam cito cōmouerit.Nec enī sine magna causa fieri potuisset:ut arma p latronibus aduersus cognatū populū caperetis q; romanos audistis & proditionē.His enī quidā uestrum obstrepebant nunc liberandæ metropoleos causa uenisse dicentes.Vnde mirati sumus præter alia noxiorum tale cōmentum.Viros enī naturalis libertatis amatores aliter contra nos efferare non poterant:eoq; cum externis hostibus pugnare paratissimos quā si uastatæ libertatis proditione mētita.Sed enī uos cōsiderare oportet qui nos insimulauerint:fidemq; in nos uerita tis ex rebus cōmunibus:non ex ficto sermone colligere.Quid enī posse nunc demū nos dederimus romanis cum ab initio licuerit aut ab his nō deficere:aut qa defecimus cito uenire ī gratiā: priusquam circa nos omnia uastarentur.Nanq; iam ne uolentibus quidē nobis transactio facilis est:cum & superbos eos effecerit galylea sub iugum missa:morteq; grauiorē afferat turpitudinē appropinquantes placere quidē quod in me est:pacē morti antepono.Semel aūt bello appetitus postquā pugna cōmissa est:glorioſam mortē uita captiui existimo potiorē. Sed utrū nos populi principes aiunt clam misisse aliquā ad romanos:an etiā totum populum cōmuni suffragio. Siquidem nobis dicant quos amicos miserimus:qui serui fuerint proditiōis ministri.Cum iret aliquis depræhensus est.Rediens captus est:litteras nacti sunt.Quemadmodū autē ciuium multitudinem latuerimus:cum quibus omni hora uersaremur .Paucis etiam atq; his inclusis qui de templo ne in ciuitatem quidem prodire possent quo pacto sunt cognita quæ occulte extra ciuitatem fierent?An uero nunc cognouere:quando ausorum pœnæ reddendæ sunt.Donec autem sine metu fuere neminem nostrum proditorem suspicabantur. Sin ad populū causam referūt: publicum habuit nempe consilium Nemo aberat contioni:ideoq; manifestior ad uos nuncia huius fama properasset. Quid autem opus erat legatos mittere cū certa nobis eēt de trāsactiōe sententia. Et quis designatus sit dicant.Sed hæ quidem malæ perituroꝝ & instantes pœnas

euitare cupientium causationes sunt. Quin etiam si ciuitatem manentem prodi fors afferret: ideoq; ipsos qui nos criminãtur:ausuros quoq; audaciæ unum malũ uideret esse proditio. Vos autẽ oportet: quia semel cũ armis adestis. Primũ id quod est iustissimũ adiuuare metropolim:& una nobiscum tyrannos eximere p quos iudicia dissoluta sunt:qui calcatis legibus iura suis gladiis ꝓmiscere. Deniq; nobiles uiros nõ incusatos ex medio raptos foro primũ uiculis cruciarũt. Deinde non uoce neq; prece eoꝝ morari neci tradiderunt. Licet aũt uobis nõ belli lege ingressis horum uidere argumentũ quæ dixi. Desolatas domos rapinis:coniuges in ueste lugubri ac familias peremptoꝝ:& p totã ciuitatẽ ululatus & fletus. Nullus enĩ non persecutionẽ expertus est impiorum. Qui ad hoc insaniæ prorupere ut latrocinalẽ audaciã non solũ ex agris atq; alienis ciuitatibus in hanc quæ & caput & facies est:sed in phanum'etiã ex ciuitate transferrent. Deniq; hoc sibi & ad excursus & ad pfugiũ elegerunt:iscq; fiscus illoꝝ est quæ in nos cõparant & locus toti orbi terræ uenerabilis quicq; ab uniuersis alienigenis ab extremo limite mundi uenientibus honoratur. Per has quæ apud nos præter natæ sunt bestiæ cõculcaturi. Exutis aũt rebus desperatis populo comite populis & ciuitatibus ciuitates gẽtesq; i sua uiscera delectũ habere:cũ debueritis quod factum esset optimũ ac deceret nobiscũ nocentes eximere:atq; hanc ipsam fallaciam ultũ ire quod auxilio uos aduocare ausi sunt:quos metuere uindices debuissent. Quod si eiusmodi hominũ preces reuerendas putatis:attamen licet uobis armis depositis cognatoꝝ habitu itroire ciuitatem:mediocq; inter hostes atq; auxiliatores susceptio noĩe de nostris discordiis iudicare:quã quam reputare quid habebunt cõmodi:cũ de manifestis ac tantis criminibus apud uos cãm dicturi sunt: qui hominibus non accusatis ne uerbũ quidã facere ꝓmisere. Ferant igitur hanc ex uestro aduentu gratiam Si uero neq; nobiscũ idignari neq; iudicare uultis:tertiũ restat: ut relictis utriscq; ptibus nec nostris cladibus insultetis, nec cũ insidiatoribus metropoleos maneatis. Nam &si maxime quéquã nostrum suspicamini romanis collocutũ:obseruare uobis itinera licet:tũq; demum tueri metropolim cũ factũ aliquid huiusmodi patuerit:quale delatũ ẽ & i auctores eius si conuicti fuerint uindicare. non enĩ uos ꝓuenirẽt hostes iuxta ciuitatẽ sedibus positis. Sin hoc nihil uobis gratũ aut mediocre uideꝫ ne portaꝝ clausstra miremini q̃tenus armaꝫportabitis.

Cap. X.

HAec quidẽ iesus loquebaꝫ. Idumeoꝝ aũté neq; multitudo animũ appendebat ardens iracundia q̃ non paratũ habuisset introitũ proq; armis inter se duces indignabantur captiuitatẽ esse existimantes si ea quibusdã iubẽtibus deposuissent. Vnus aũt symon filius cathla uir placato suoꝝ tumultu stans in eo loco unde exaudiri a pontificibus posset non iam mirari se ait:si libertatis ꝓpugnatores in templo custodiréꝫ inclusi:cũ illi cũctæ genti cõem clauserint ciuitatẽ. Et romanos quidẽ fortasse coronatis etiã portis recipeꝫ sint pati. Idumeos aũt ex turribus alloquantur:captaq; iubeãt pro libertate arma ꝓiicere: cognatisq; non credentes custodiã ciuitatis:iudices eos discordiaꝝ fieri uellent & alios accusarent q̃ indẽnatos ciues occiderint:ipsi totã damnant ignominia nationẽ. Deniq; urbẽ oĩbus alienigenis religionis causa patentem:nunc domesticis præclusistis. Valde enĩ contra uos festinabimus & ad gerẽdum cum gentilibus bellum qui ob hoc adesse properauimus ut uos seruaremus liberos. Nẽpe talia uos etiam his quos obsidetis læsere tanquã uerisimiles puto suspitiones in illos quoq; colligitis. Deinde qui reip. defensores intus in custodia tenentes genere coniunctissimis gẽtibus simul uni uersis ciuitatem pclausam tyrannidẽ præferre dicitis:cũ tã contumeliosis nos iubeatis obtẽpare preceptis:nomenq; potentiæ aliis qui uos tyrannos patiuntur ãnectitis. Quis cauillationẽ uestri sermonis tulerit cũ res repugnantiũ uideaꝫ? Etenĩ uobis etiam nunc idumeos excludentibus ciuitate nanq; ipsi nos patriis sacris arcetis:recte quis eos incusauerit qui custodiuntur in templo? Quod cum ausi essent plectere proditores quos uiros nobiles & inocentes ꝓ societate facinoris dictitatis:non a nobis inciperent summaq; proditionis mẽbra præciderit. Sed licet illi molliores quã res poscebat inuẽti sunt:nos tamen domiciliũ dei seruabimus idumei & pro cõmuni patria propugnabimus tanq; foris irruentes quã intus insidiãtes hostes pariter ulciscemur. Hic autem manebimus pro muris armati donec aut uos romani aspiciendo laborent aut ipsi recuperata libertatis cura mutemini.

Cap. XI.

IIs dictis idumeoꝝ quidẽ multitudo clamore cõsensit. Iesus aũt tristis recessit cũ nec idumeos qcquã sentiꝫ moderatũ & duplici bello oppugnari ciuitatẽ uideret. Quippe ne idumeoꝝ tumor & spũs quiescebat indigne ferentiũ q̃ essent ciuitate ꝓhibiti & q̃ zelotarũ uires eé infirmas crediderãt erubescẽtiũ postq̃ nihil auxiliari posse uideꝫ iam uenisse pœniteret. Pudor aũt nulla re penitus gesta redeũdi pœnitudinẽ supabat. Itaq; ibidẽ ꝓpe murũ temere tabernaculis positis manẽdũ esse statuere. Infinita uero hiems nocte illa uenit

& uiolentia cum imbribus ortis & crebra fulgura horrendaq; tonitrua concussæq; terræ uasti mugitus:certumq; erat apud omnes hominū exitio mūdi statū esse turbatum neq; paruū quid rerum hæc signa portendere. Vna uero idumeis & oppidanis erat opinio. His quidē irasci deum militiæ causa existimantibus neq; se posse euadere si aduersus metropoli arma mouissent. Ananō autem eiusq; sotiis etiam sine prælio uicisse:deūq; pro se bellū administrare credentibus. Sed profecto falsi erant interpretes futuroꝝ & quæ sui passuri essent contra hostes fore diuinabant. Verum idumei cateruatim aūt densatis corporibus inuicē se defendebant scutis contextis protecti capita minus pluuia lædebantur. Zelotæ autē magis illoꝝ q̄ suo piculo cruciabantur. Collectiq; deliberabant:si quā reperire subsidii machinā illis potuissent. Horum aūt ardentioribus uidebatur ui armorum custodes inuadere: atq; ita in ciuitatē impetu facto palā portas auxiliatoribus aperire. Nam & custodes ex improuiso:& q̄ plures inermes ac belli expertes eēnt facile turbatum iri & multitudinem ciuiū difficulter colligi posse:quoniā domi quisq; propter hiemē cōtineretur. Quin & si piculū aliquod interuenerit quiduis subire:q̄ negligere tot copias sui causa turpiter perituras. At qui prudentiores erant:uim quidē adhiberi dissuadebant. Non enī sui tātum custodes ampliores:sed etiā ciuitatis murū uidebant propter idumeos diligentius custodiri: & ubiq; adesse ananum oībus horis inuisere custodias existimabāt:sed hoc aliis noctibus ita habuerat. Ille uero non sua desidia requieuerat:sed ut & ipse & custodū fata interirent. Nanq; iam nocte prouecta & gliscente hyeme custodes in porticū dispositos opprimit somnus. Accedit zelotis consilium subito:ut seris templo sacratis portaꝝ uectes secarent. Affuit aūt illis ne exaudiretur crepitus uentoꝝ sonus & crebra tonitrua:phanoq; egressi ad murū clāculo ueniūt secretā que portā quæ ad idumeos erat aperiunt. Illi aūt primū ananū conari aliqd suspicati unusquisq; idumeoꝝ ad gladium quasi rebellaturi se applicāt mature:deinde his qui ad se uenerant agnitis introibant. Qui quidē si tunc manus uertere ī ciuitatē uoluissent nihil obstat quin totus populus interiret tanta ira ferebantur. Verum zelotæ primo eximere custodias festinabāt: illis quoq; multum precantibus qui eos reciperēt ne despicerent malis obsessos:quoꝝ gratia uenerāt: neq; his acerbius piculum importarent. Captis enī custodibus faciliorem illis in ciuitatē impetū fore: sed si semel eos concitassent iam illos contineri non posse:cum si senserint congregarentur:& p ascensus nitentibus se opponerent. Idem igitur idumeis uisum est:iamq; in tēplū p ciuitatē subibant:cum suspensi zelotæ aduentū eoꝝ pstolarentur. Deniq; his ingressis etiā ipsi confidenter ex interiori phano progressi sunt:mixtiq; idumeis in custodes irruerūt. Cæsis aūt nōnullis quos somnus oppresserat:omnis multitudo ad clamorē uigilantiū suscitata est: raptisq; armis ad ulciscendum non sine stupore procedebant. At primum quidē zelotas solos conari aliquid suspicātes quasi eos superaturi numero confidebant. Vbi uero foris alios circūfundi uidere idumeos irrupisse sensere. Et maior quidē pars eorum armis piter scutisq; depositis in questibus erāt. Pauci uero iuuenum fortiter cōmuniti occurrēdo idumeis aliq̄diu segniorē multitudinē protegebāt: alii cladem ciuitatis habitatoribus nūciabant. Illoꝝ autē auxilio uenire nullus audebat:cognito idumeos irrupisse. Sed ipsi quoq; irrita uociferantes cum fletibus respondebant:plurimusq; mulierū ululatus suscitabatur:siquando custodū quisq̄ in periculū aliqd incidisset. Quin & zelotæ idumeoꝝ clamorē geminabāt magisq; horribiles tēpestas faciebat oīum uoces. Nemini aūt idumei parcere q̄ natura crudelissimi ad cædes erāt & hyeme grauiter afficiebāt:, pptereaq; his qui se excluserant ut inimicis utebantur tāq̄ supplicantibus q̄ repugnantibus infensi. Multos etiā cognationē reuertentes ut quæ cōe phanū reuerentur orantes gladiis transfigebant. Nullus aūt fugiendi locus neq; spes salutis erat. Cōpulsi aūt circa se magisq; ui oppressi laniabantur:cū recedēdi spacium non daretur nec interfectores a cædibus tēperarent. Incerti aūt quid agerent in ciuitatem se præcipitabant:miseri.ut mihi uidetur.eo q̄ fugiebant uoluntariū subeuntes exitium: donec templū exterius sanguine redūdauit. Octo autē milia quingentos dies mortuos inuenit. Nec tamen his idumeorum ira saciata est:sed uersis ī ciuitatem manibus omnes domos diripiebant:quēq; fortuitu iuenissent morti dabant. Et certe quidē multitudinis mortē superuacuam esse ducebant. Pontifices aūt peruestigabant & in illos plāriq; ferebantur:statimq; comprehensos obtruncant:astantesq; super eoꝝ cadauera nunc anano populi beniuolentiā: nunc iesu quæ de muro dixerat exprobrabant. In hoc aūt impietatis progressi sunt:ut in sepultos eos abiecerit: cum præsertim iudæis tanta sepulturæ cura sit:ut etiā iudicio cruci suffixos post occasum solis deponant atq; sepeliant. Et qdē nō errauerī si anāi mortē dixero excidii citatis fuisse principiū:& ex illo die muros euersos:rēq; publicā iudæoꝝ pisse:quo pōtificē rectorēq; suū iugulatū ī media ciuitate uiderunt. Erat aūt & alias uir laudabilis atq; iustissimus:& p̄ter nobilitatis ac dignitatis & honoris quo erat p̄ditus amplitudinē infimis amabat æquari. Libertatis autē maxime fautor

erat & q populi affectaret imperiũ:Cõmodis aũt propriis cõmunes semp utilitates anteponebat: sup omnia pacis studens.Sciebat enĩ romanos non expugnatũ iri ac ꝓspiciebat ut si paciſci utiliter nequiuissent:iudæi uel inimici supassent ut breuiter dicã cũ Anão ad transactionẽ uenissent. Mirus enim dicere:mirus persuadere quæ uellet.Iam uero impediẽtes bellantesq; subegerat.Plurimum enĩ moræ sub tali duce attulissent romanis.Huic uinctus erat ab utraq;. Iesus illo quidẽ cõpatione inferior:sed præstans cæteris utpote qui tantam uiolatã ciuitatẽ perire flãmis purgariq; sancta uellet:cõsulto defensores eoꝝ & qui ea carissima duceret amputasset. Itaq; paulo ãte sacris idumẽtis amictos hoc toto orbe celeberrimæ regioni auctores:quiq; undiq; ciuitatẽ commeantibus uenerabiles habebãt iacere nudos prædã canibus ac feris uideres. Quos quidẽ uiros ipsam puto genuisse uirtutẽ tantum licuisse uitiis flentem.

Iosephi de bello iudaico Liber quintus incipit.

ANano quidẽ & Iesu eiusmodi finis uenit.Post illos tã zelotæ quã idumei passim plebẽ quasi nefandoꝝ aialiũ gregẽ irruendo mactabant. Et uulgus quidẽ in quolibet loco deprehensum necabat.correptos ãt nobiles & adolescentes uinctos in carcerẽ concludebant spe:nõnullos eorum sibi posse sotiari nece dilata.Verum hæc nullũ mouebant: sed cuncti mortẽ præoptauerãt dummõ ne aduersus patriã cõem nequissime conspicerent:scæuissima tamen ante sedẽ uerbera sustinebant exulcerati plagis atq; tormentis.Cunq; iam corpus non sufficeret cruciãtibus tandẽ gladiũ merebantur.Quos aũt die cœpissent eos ĩ custodiã nocte ducebant:extractosq; inde si quos mori contigisset abiiciebant ut uinctis aliis locus esset.Tantus aũt pauor occupauerat atq; formido ut ne flere quidẽ palam quisq; siue sepelire propriũ funus auderet. Sed erant occultæ clausoꝝ etiã lachrimæ & ne quis inimicoꝝ audiret circũspectantes gemebant.Paria nanq; hæc quæ lugebantur etiam qui luxissent ilico patiebantur.Exiguã uero nocte sublatã terrã manibus corporibus iniiciebãt.& nõnũq; die si quis fuisset audacior.Duodeci aũtẽ milia hoc modo nobiliũ pire.illi aũt iã cædis exosi nullo pudore iudicii uim & cognitionis cauillando imitabantur.itaq; cũ illustriũ quendã zachariã Baris filium interficere decreuissent.irritabãtur enĩ q; nequissimis inimicus nimis erat & probis amicus.itemq; locuples non solum fortunaꝝ eius direptionẽ spe optarent sed etiã remotum ire uirum ad se adiiciendos potentes septuaginta plebeioꝝ honestissimos ex precepto conuocant iudicium spẽ populi præferentes & apud eos zachariã quasi res proderet roãnis accusant:q; ad Vespasianum proditionis causa misisset.Sed neq; argumentũ:neq; ulla probatio crimis erat.ipsi autẽ misisse dixerunt & hoc hẽri pro fide ueritatis uolebant.zacharias autẽ ubi nullã spẽ salutis relictam esse uidit ꝑ insidias non in iudiciũ sed in carcerẽ ducto uitæ suæ desperationẽ libertate non priuauit:sed exorsus ueri quidẽ similitudinẽ obiectoꝝ derisit:& illata sibi crimina breuiter diluit.in accusatores aũt rõne conuersa omnes eoꝝ iniquitates prosecutus est: multaq; de ꝑturbatione rerum querebat.Zelo uero obstrepentes uix a gladiis temperabãt:specie cauillationẽq; iudicii sui usq; ad finem permanere cupientes & præter hoc iudices experiri an periculi sui tẽpore iustitiæ memores forent.igiẽ omnes.lxx.pro eo sniam ferũt.& ꝑ eo mori quã sibi ascribi eius interitum maluere.illo uero absoluto Zelotarum clamor tollit & uniuersi quidẽ iudicibus irascebanẽ:qui simulationẽ datæ sibi potestatis nõ intellexerãt. Duo uero ex audacissimis aggressi zachariam in medio tẽplo interficiunt:& illudendo habes inqunt & a nobis de absolutione sententiam certiorem:eũq; statim in subiectã uallẽ de templo proiiciunt.Iudices uero contumeliæ causa uersis gladiis feriẽtes templi ambitu pepulere.Cædi enĩ eoꝝ pepcerant ut disiecti ꝑ ciuitatem nuntii fierent apud oẽs seruitutis.Idumeos iam uenisse penitebat: neq; his gesta placebant. Quibus collectis zelotaꝝ quidã secreto indicabat uniuersa:& quæcunq; hi qui eos aduocauerãt scelerate fecissent oĩa demonstrabat:arma quidẽ cœpisse eos quasi romanis a põtificibus metropolis proderetur:reperisse aũtẽ nullum proditionis iditium.Illos uero qui tutari eam simularẽt: & belli facinora ausos & tyrannidis ab initio quidẽ prohibendos fuisse.Verum quia semel in societatem inteſtinæ cædis incedissent finem delictis adhibendũ neq; uires omnibus suggerendas morem patrum destruentibus. Nam & si qui portas grauiter ferrent:sibi atq; in oppidum aditũ esse præclusum pœnas ab his qui prohibuerãt esse repetitas:& ananũ quidẽ peremptũ una uero nocte populum totũ pœne cõiumptũ.Quaꝝ reꝝ multos quidẽ suoꝝ pœnitẽ sentirẽt:eorum autem uiderent a quibus rogati essent crudelitatẽ imensam:ne ipsos quidem ꝑ quos salui erant

erubescentium: in oculis enī auxiliatorꝝ pessima facinora cōmittere: illorumq; iniuria idumeis imputari quatenus ea non prohibeant neq; ab his separentur. Debere igitur quoniā pro deditiōe quæ dicta sunt calumnia fuisse patuissent: nullūq; romanorum impetus timeretur: aduersus ciuitatē uero iexpugnabilis esset potentia corroborata: illos domū recedere: malorumq; societatem uitando cuncta diluere flagitia: quorum non spōte sed decepti participes extitissent: psuasū est idumeis. Et primum eos qui erant in custodiis soluunt prope ad duo milia populariū: statiq; relicta ciuitate ad symonē ueniunt: de quo paulopost cōmemorabimus. Deinde domū ex hierosolymis abire. Euenit aūt eorꝝ discessum utriscq; pariter inopinatum uidere. Nam & populus nescius pœnitudinis palum fiducia recreatus est uelut inimicis leuatus & zelotarū creuit insolētia quasi non auxiliis caruissent: sed ex ipsis esse liberati: quorꝝ pudore ac reuerentia criminibus tēperabant. Deinde nulla iam erat facinorꝝ mora neq; cūctatio: sed festinatis quidē cōsiliis ī rebus singulis utebantur. Quæ uero placuissent ipsa cogitatione citius pagebant. Maxime aūt ī uiros forte atq; insignes cædibus sæuiebant: cū inuidia nobilitatē assumerent metu uirtutum: unāq; cautionem putarent nullū optimatū supesse. Itaq; occisus est & cū multis aliis girīō dignitate simul & genere præstans & plus posse populū gaudens: plenius isq; libertatis amator ut nullus alius iudæorum: quē tamen libertas præter alias uirtutes perdidit. Sed ne p abdita quidē niger eorum manus effugit: bellis cum romanis gestis uir strēnuus cōprobatus qui etiā sæpe uociferās & cicatrices ostendens p mediā ciuitatē trahebat. Ductus uero extra portas despata iam salute ne sepultura careret supplicabat. Illi aūt prius īterminati q; humū ei quā desiderabat concessissent nō essent: mox etiā morte intulere. Qui tamen cū occiderent rōanos eis ultores iprecatus est. Hamēq; præter bellum ac pestilentiam & ad hæc omnia ipsorꝝ mutuas manus eaq; uniuersa cōfirmauit apud impios deus: & quod iustissimū esset effecit: ut audaciam suā q̄primū experirentur inter se dissidentes. Niger quidē occisus quod habebāt de oppressione sui metus leuauit. Pars aūt plebis nulla erat: cui non ad interitum excogitabatur occasio. Nanq; alii q; iādudū aliis restitissent īterficiebantur: qui uero nihil offenderant subitas pacis tempore excipiebant causas: & qui omnino libere eos non adissent pro cōtemptoribus. qui uero obsequentes pro insidiatoribus hēbantur unaq; maximorꝝ criminū & mediocriū pœne mors erat. Neq; euasit quisq̄ nisi aut ignobilitate aut fortuna perhumilis.

Capitulum. II.

TItus quidem ad eum modum quem prædiximus emẽſa ultra ægyptũ ad Syriam ad ſolitudinem cæſaream uenerat. Ibi enim exercitum decreuerat ordinare. Illo autem adhuc apud Alexándriam una cum patre imperium quod nuper eis deus permiſerat diſponente: contigit etiam ſeditionem quæ apud hieroſolymam erat aucta trifariã diuidi: & aliorum partem in alteram uerti. Quod ut in malis optimum quis dixerit factumq; iuſtitiæ. Nam zelotarum quidem in populum dominatio quæ auctor erat excidii ciuitatis: unde cœperit & per quos creuerit diligenter ſuperius declaratum eſt. Hanc autem non errauerit quiſquã dicens ſeditionem in ſeditione eſſe factam: ac ueluti rabida fera externarum penuria in ſua uiſcera ſcæuire ſolet. Sic Eleazarus Simonis filius qui & abinitio zelotas ĩ templum a populo ſeparauerat: uelut indignari ſimulans ob ea quæ in dies ſingulos Ioannes auderet. Cum ne ipſe quidem a cædibus quieſceret. Re autem uera ſeſe poſteriori tyranno ſubiectũ eſſe minime ferens ſummæ rei deſiderio propriæ potentiæ cupiditate ab aliis defecit. A ſcitis ét iuda Chaliæ filio & Ezenonis Simonis potentiſſimis: præter quos erat etiam Ezechias chobari filius non ignobilis. Horum ſingulos zelotæ non exigui ſequebantur. Occupatoq; interiore tẽpli ambitu ſuper eius portas in ſacris foribus arma ponunt: & abundare quidem ſe ſuis neceſſariis confidebant: ſacrarum enim rerum copia ſuppetebat nihil impium exiſtimantibus paucitati uero ſuorum timẽtes plærunq; in locis ſuis otioſi manebant. Ioannes autem quanto ſuperior erat uirorum multitudine tanto loco ſuperabatur: hoſteſq; habens a uertice: neq; ſine metu conabatur incurſus: & præ iracundia ceſſare non poterat. Plus aũt mali ꝓferens quã Eleazari parte afficiens tamẽ nõ remittebat. Crebri ei fiebãt ĩpetus & miſſiliũ iactus totũq; polluebaẽ cædibus tẽplũ. Filius aũt Gioræ Simõ quẽ rebus deſpatis inuitatũ ultro ſibi tyrannũ ſpe auxilii populus introduxerat: & ſupioré citatis retinẽs parte & ĩferioris plurimã partẽ aioſius iam Ioanné eiuſq; ſocios adoriebaẽ: qſi qui deſup ĩpugnareẽ. Subiectus aũt illoꝝ máibus erat ſicut & illi ſuperioꝝ Et Ioanné eueniebat duplex præliũ præferéte lædi piter ac lædere: quãtoq; uincebaẽ: eo q; Eleazaro eẽt humilior: tanto plus habebat Simone celſior cõſtitutus: cũ inferiores aggreſſus etiã ſola manu ſine labore ꝓhiberet. Deſuper uero ex phano iaculantes machinis deterrerẽt. Quippe baliſtis & nõ paucis lanceis utebanẽ ſaxorũq; tormẽtis: qbus nõ ſolũ bellãtes ulciſcebanẽ: ſed multos etiã ſacra celebrantiũ perimebãt. Quãquã enĩ ad omne ĩpietatis genus rabidi ferebanẽ: tamẽ eos qui ſacrificare cuperẽt recipiebãt cũ ſuſpitione & cuſtodibus ĩdigenas pſcrutando. Hoſpites enim etiã qui exoraſſent eorum crudelitaté poſt exituri ſubſiciua ſeditionis opa cõſumebantur. Miſſilia náq; machinaꝝ ui ad aram uſq; templumq; peruenientia in ſacerdotes ſacra celebrãtes cadebãt: ac multi qui ꝓperantes ab ultimis finibus terræ ad ſanctiſſimũ locũ: ueniſſent ante ipas hoſtias procubuerunt: aramque uniuerſis græcis & barbaris adorandam ſuo ſanguine imbuere. Indigenis autem mortuis alienigenæ ac ſacerdotes cum prophanis miſcebãtur per quæ atria diuina ſtagnum fecerat diuerſoꝝ cadauerũ ſanguis. Quid tantũ paſſa es miſerrima ciuitas a roma nis: qui tua inteſtina ſcelera purgaturi flammis introiere. Iam enĩ dei locus nõ eras neq; manere poteras domeſticoꝝ facinorum facta ſepulchrum: & quæ phanũ ciuili bello tumulũ cõſtituens poteris aũt denuo fieri: poteris ſi unquã uaſtatorẽ tui deũ placaueris. Sed enĩ reprimẽda ſũt quæ

dolent lege scribendi: q̄ non domestici luctus sed exponendarum rerum hoc tempus est. Prosequar autem seditionis facinora cætera.

Capitulum.II.

ERgo diuersis trifarie insidiatoribus Eleazarus quidē eiusq; socii qui sacras primitias conseruabant in Ioannē ebrii ferebantur. Qui uero huic parerent plebem diripiētes in Simonē rebellabant cum ipsi quoq; Simoni contra diuersæ partis seditiosos adiumento esset ciuitas. Si quādo igitur utraq; parte patiebatur Ioānes obuertebat socios & de ciuitate quidem subeuntes missis ex porticibus tælis de templo uero iaculantes machinis ulciscebatur. Quotiens aūt desuper instantium molestia caruisset: frequenter enī ebrietate & labore cessabant libentius in Simonē eiusq; socios quāpluribus irruebat. Semper aūt quantū in ciuitate populisset in fugā uersos ædes frumenti plenas oīumq; utensilium incendebat: idēq; hoc illo egrediente Simon insecutus agebat: ueluti pro romanis oīa consilio corrūperent quæ ad obsidionem ciuitatis erant præparata: suarūq; uirium neruos abscinderent. Deniq; contigit una exuri oīa circū templū & inter proprias acies solitudinē atq; aream pugnæ fieri ciuitatē cōcremari aūt paulominus omne frumentū quod non paucis annis sufficere potuisset obsessis. Deniq; fame capti sunt q̄ minime quiuissent nisi eam sibimet cōparauissent. Vndiq; aūt insidiatoribus & confinis oppugnātibus ciuitatē medius populus quasi aliquod magnū corpus lacerabatur. Senes uero ac mulierculæ intestinis malis attonitæ pro romanis uota faciebant: exterminiq; bellum quo domesticis malis liberarentur expetebant. Grauis aūt metus ac terror fœdissimus occupauerat: & neq; consilii capiendi tempus erat ut uoluntatem mutarent neq; pactionis aut fugæ spes cupientibus. Etenī custodiebātur oīa: dissidentesq; latronū principes quoscūq; romanis placatos esse uel transfugere ad eos uelle sentirent quasi cōmunes hostes interficiebāt: solūq; in occidendis uita dignis concordes erant. Et pugnātium quidē nocte dieq; clamor perpetuus oriebatur: sed metu acerbiores erant lugentiū quæstus Et assiduas quidē lamentationis causas calamitates præbebant: timor aūt includebat ululatus: atq; obmutescente dolore præ fortitudīe tacito gemitu cruciabantur: neq; iam aut reuerentia uiuis apud domesticos erat: neq; mortuis cura sepulturæ habebatur. Quoꝝ amboꝝ hæc causa erat q̄ quisq; de se sperabat. In omni enī re amicos remiserāt: qui cum seditiosis non erant: quasi continuo modis oībus morituri. At uero seditiosi congesta ī tumulum cadauera conculcantes dimittebant: & ex mortuis haurientes audaciam quos sub pedibus cernerent īmanius sæuiebant: semperq; aliquid in se pernitiosum excogitantes: & quod uisum fuisset sine miseratione facientes: nullam cædis aut crudelitatis uiam prætermisere: adeo ut etiam sacris materiis ad bellica conficienda instrumenta Ioannes abuteretur. Nam cum olim fulcire templum populo itemq; pontificibus placuisset: idq; uiginti cubitis altius ædificaret: rex quidem Agrippa ex monte Libano aptas ei materias maximis sumptibus & labore deuexit: hoc ē ligna & magnitudine simul directa proceritate spectabilia. Interuentu aūt belli opere iterrupto Ioannes his sectis q̄ sufficere longitudinem credidit: turres ædificauit & aduersus eos constituit qui desuper a templo pugnarent. Post muri ambitum contra exedram occidentalē admotis qua solum poterat q̄ āliæ partes ratibus ex longinquo fuerunt occupatæ. Et ille quidē fabricatis ex impietate machinis subactum iri sperauit hostes. Deus uero laborem eius inutilē demonstrauit: & priusquā in his quicquā poneret romanos adduxit. Etenī Titus postquā partē ad se collegit exercitus aliis uero ut ad hierosolymā occurrerent scribit: cæsaream profectus est. Erant aūt tres legiones quæ pridem sub eius patre Iudæam uastauerant: & duodecima quæ olim cū Cestio male pugnauerat: quæq; licet per id fortitudine esset insignis: tunc tamen eoꝝ etiam memoria quæ pertulerat alacrius ad uindictam properabat. Harum quidē quintā legionē iussit sibi per amaus occurrere. Decimam uero ascendere per iericuntha. Ipse quidem cum cæteris regressus est: quo regum quoq; subsidia plurima quādudum multiq; syri auxiliatores comitabantur. Suppletū est aūt quattuor legionum quantum Vespasianus electum cum Mutiano miserat in italiam: ex his qui cum Tito accesserant. Duo nanq; milia de alexandrino exercitu lecta: tria milia uero ex Euphrate eum sequebantur & amicorum spectatissimus beniuolentia simulq; prudentia Tyberius alexander: qui antea quidem ægyptum administrauerat: tunc aūt dignus qui exercitum regeret: propterea iudicatus q̄ primus insipienti fuit hospes imperio: & cum fide clarissima incertæ fortunæ sotiatus est: idemq; consultor in usus bellicos ætate ac peritia precipuus aderat.

Capitulum.III.

PRogredientem uero in hostilem terram Titum antecedebant regia oīaq; auxilia post eos uiarum stratores castrorūq; metatores. Deinde rectorū sarcinæ atq; armati. Post hos ipse Titus & alios lectos habens & signiferos: quoꝝ agmē equites sequebātur. Hi uero ante

machinas ibant:& ſecundum illos una cū lectis Chiliarchi & præfecti cum cohortibus. Poſt aūt circum aquilā ſigna:& ante ſigna tubicines:deīde acies ſenum uiroꝝ ordinibus dilatata. Seruile autē uulgus a tergo cuiuſq; agminis:& ante hos ſarcinæ. Omnium uero nouiſſimi mercenarii eorumq; cuſtodes coactores armorū.Procedens aūt decenterexercitus:ita ut mos eſt romanis ī Suſnā per Samaritidē uenit:quæ & prius ab eius patre fuerat occupata:& tūc præſidiis tenebaſ. Ibi autem unam moratus eſt ueſperam:mane inde proficiſcitur:peractaq; in die manſiōe: caſtra ponit in loco quē iudæi ſermone patrio Achāto canlona uocitant:iuxta uicum quendam Gabe Saul nomine:quod ſignificat uallem Saul:diſtantē ab hieroſolymis ſtadiis fere triginta.Hinc ſex centis prope lectis equitibus comitatus perrexit in ciuitatem q̄ tuta eſſet:iudæorūq; animos ex ploraturus:ſi forte ſe conſpecto priuſquam ad manus ueniretur metuerēt.Audierat enim quod erat uerum:a ſeditioſis & latronibus oppreſſum populum daſiderare quidem pacē:ſed quod rebellantibus infirmior eſſet nihil conari.Quandiu quidem mane p uiam quæ ad murū duceret equitabat.Nemo autem portas aperuit.Vbi uero itinere ad turrim ſaxeam declinato tranſuerſū agmen equitum duxit infiniti ſubito proſiliunt:qua muliebres turres uocantur:& per eam quæ contra monumentum helenæ porta eſt egreſſi equitatum intercedunt:atq; alios etiam tunc uia currentes ne cum his qui deuerterent ſeſe iungerent a fronte oppoſiti prohibuerunt. Titū uero cum paucis ſeperant.Ille aūt ultra quidem minus progredi poterat:a muro enī cuncta foſſis patebant. & tranſuerſi erant hoſtes:multiſq; materiis impedita. Ad ſuos aūt in aggere conſtitutos recurſus intercidente hoſtili manu deſperabatur.Quorum plæriq; īpatoris piculū neſciebāt: ſed exiſtimantes eum ſecū reuerti ipſi etiā fugiebant. Titus autem in ſua tantū fortitudine ſitam eſſe proſpiciens ſpem ſalutis flectit equū:& ut ſequerenē cum clamore comites adoratus in medios hoſtes irruit ui ad eos trāſire feſtinans.Quo quidē tempore maxime intelligi potuit & belli momenta & imperatoꝝ pericula deum curare.Tot enim aduerſus Titum miſſilibus quom neq; galea neq; torace ſeptus eſſet non bellator enī ſed expoliator:ut dixi:proceſſerat:nullum in eius corpus delatū eſt:ſed tanq̄ ne eum ferirent ex induſtria mitterentur oīa præteruolabant.Gladio uero ſemp a lateribus inſtantes dirimens multoſq; ante ora ſubuertēs ſup cadentes agebat equū Illorum aūt clamor erat propter audaciā cæſaris ut eū aggrederenē cohortatio.Fugaq; & diſceſſio repentina quocunq; diuerteret curſum.Huic aūt ſe piculo participes cū a tergo & a lateribus foderenē adiunxerant.una enī erat cuiq; ſpes ſalutis uiā cito patefacere priuſq̄ circūuētus opprimeretur.Deniq; duo ex minus ptinacibus alter cū equo pcuſſus eſt:altero uero deiecto & occiſo equus eius abductus eſt. Titus uero iam cū cæteris in caſtra ſaluus euadit.Iudæis quidē q; aggreſſione prima ſuperiores fuerant inconſulta ſpes animos extollit:magnāq; his ī poſterum fiduciā momentum temporaneum cōparuit.

Capitulum.IIII.

CAeſar aūt poſtq̄ ex amaus agmen ſibi ſociatū ē nocte luce inde digreſſus ad locū qui Scopos appellatur accedit. Vnde iam & ciuitas & clari templi magnitudo conſpici poterat:qua parte ſeptētrionalē regionē continens ciuitas humilior proprie Scopos nominatus eſt:diſtans a ciuitate ſtadiis ſeptē:ibiq; duabus legiōibus ſimul quintæ uero retrorſum ſtadiis tribus caſtra muniri iubet.Labore nāq; nocturni itineris attritos milites ,pgredi uiſum eſt ut ſine fortitudine murū ſtruerent.Mox aūt cœpto ædificio decima quoq; legio per hiericūtha aderat a Veſpaſiano præocupata:ubi quædā pars armatoꝝ ī p̄ſidio fuerat collocata. His aūt p̄ceptū erat ſexto ab Hieroſolymis ſtadio caſtra ponere qua in parte mons qui appellatē Elacon contra ciuitatē ab oriente ſitus eſt atq; interiacēte ualle diſcernitur:cui nomē eſt Cedrō. Intra ciuitatem uero ſine requie confugientiū diſſenſionē tū primū ingens ſubito bellum foris interueniens refrenauit:& cū ſtupore ſeditioſi romanoꝝ caſtra inſpectantes trifariam diſtributa malam inter ſe iniere concordiā:rationēq; inuicē requirebant quidnā expectarēt:quid ue ꝓpeſſi tres muros contra uitam ſuā paterentur opponi:bellaq; tanta ſe fundente licentia tanq̄ ſpectatores bonorum opeꝝ ſibiq; utiliū reſiderent mœnibus clauſis remiſſiſq; armis ac manibus ī noſmetipſos profecto exclamat aliquis tantumodo fortes ſumus:romanorum autē lucro ex noſtra ſeditione ſine ſanguine oppidū cedet. His alios atq; alios congregantes exhortabantur: raptiſq; armis ſubito in legionē decimā ruunt:perq; uallē facto īpetu cū ingenti clamore muꝝ ædificantes romanos aggrediunt. Illi aūt ī opere diſtributi armis ob eā cauſam plæriq; depoſitis:nec enī excurſum iudæos auſuros eſſe credebant:& ſi maxime uellent animos eoꝝ ſeditione diſtractū iri arbitrabantur.Præter opinionē perturbati ſunt:atq; opere quiſq; derelicto confeſtim alii recedere.Multi aūt ad arma properantes priuſquā ſe in hoſtes corrigerent feriebantur.Plures autē iudæis ſemp adiiciebantur eoꝝ freti uictoria qui præceſſerant:& ꝙ cum pauci eſſent multiplex

numerus & sibi & hostibus uidebant: q secunda fortuna uterētur. Romani aūt maxīe ordinari consueti cū decore atq; præceptis bellū gerere scientes ex pturbatione trepidabant. Vnde tunc quoq; præuenti aggressione cedebant. Siquando tamen sese conuerterent ab insequentibus occupati & a cursu reprimebant iudæos & ob īpetū minus cautos feriebant. Semp uero excursiōe gliscente magisq; turbati postremo castris pulsi sunt: rotaq; legio in periculū uentura fuisse uidebatur: nisi hoc mature sibi nunciato Titus eis tulisset auxiliū: multisq; increpans ignauiam & suos a fuga reuocasset: iudæosq; a latere ipse cū his irruens quos circa se habebat electos: multos quidem occidisset: plures uero sautiasset. Omnes aūt in fugam uertisset: atq; in uallē præcipites compulisset. Illi autem in prono loco multa mala perpessi postquam in aduersam partē euasere. Flectunt se iterum & ualle intercedente cū Romanis dimicabant. Igitur ad mediū diē bellatū ē. Paulo autē post meridiē Titus his qui secū erant in subsidio collocatis: aliisq; cohortibus aduersus excurrentes oppositis: reliquū agmen ad muꝝ in summotis ædificandū remisit. Iudæis autē hæc fuga esse uidebat. Cunq; speculator quē in muro posuerant amictu agitato signū dedisset: frequentissima multitudo tāto īpetu prosiliit: ut eoꝝ cursu immanissimis bestiis esset assimilis. Deniq; in aduersa acie stantium nemo impetū sustinuit: sed tanquā machina percussum agmen continuo dissipatū est: pulsiq; in montē refugiunt. In ascensu aūt medio Titus cū paucis relictus: multūq; monentibus amicis qui pro impatoris reuerentia cōtēpto periculo pdurante ut mortē appetentibus iudæis cederet. Neq; pro his in discrimen ueniret: quos ante ipsum saluos esse non oporteret: sed potius fortunā suā reputaret q non militis offitio fungeretur: ueꝝ & belli & orbis terræ dominus esset: ne in fugam uerti uideret in quo oīa niterentur. Hæc aūt ne audiret simulans & ad se recurrentibus obstabat: eosq; in ora feriens cum ui obniterent occidebat: & in galeā repente incumbens multitudinē repellebat. Illi aūt & uiribus eius & obstinatiōe perterriti: ne tū quidem in ciuitatē fugere: sed in utrūq; latus ab eo declinātes rursum fugiētes insequebāt. Quos tamen aggressus a latere ipsorum quoq; impetū præpediebat. Dum hæc agunt etiā illos qui superiora castra muniebant: ubi fugere inferiores uidere metus ac turba occupat: totūq; agmen dispergitur suspicantiū: excursum quidē iudæoꝝ ferre non posse. Titum uero in fugam reuersum. Nec enim unquā illo manente alios fugituros fuisse: & tāquā laruali terrore circūdati alius alio ferebantur: donec quidā cū in medio bello uersari imperatorē uidissent: plurimū metuentes uniuerso agmini suoꝝ eius periculū cū clamore nunciauerunt. Itaq; pudore reuocati & fuga maius aliquid sibi exprobrantes q Cæsarem deseruissent: totis uiribus ī iudæos utebant: & semel ad descensum transuersi urgebant eos in decliuia. Illi autem in pedē recedentes pugnabant. Cunq; romani plus possent: eo q superiores erant: in uallē omnes coacti sunt. Titus aūt contra se positis imminebat: & legionē quidē ad muri fabricam redire iubet: ipse uero cū his quibus antea resistēdo hostes arcebat. Itaq; si me nihil addentē obsequio neq; īuidia detrahentē ueꝝ dicere oportet: ipse Cæsar his totam legionē piculo liberauit: atq; ipse castra muniēdi copiā militibus præbuit.

Capitulum. V.

REmisso aūt paulisper bello externo: iteꝝ intestinum seditio suscitauit. Azimorumq; instante die qui est aprilis mensis quartusdecimus. Hoc enī se primū tēpore opinant iudæi ab ægyptiis esse liberatos. Eleazarus quidē cū sotiis portā subaperiens introire cupiebat: ex populo qui templum adorare cuperēt. Ioannes aūt die festo ad ptegēdas insidias ausus est: & suorum quosdam ignotiores armis sub ueste latētibus instructus. Quorum plæriq; de industria aggressi erant occulte: inter alios phani occupandi gratia submittit. Illi autē postq̄ iurauere uestimētis abiectis: subito armati apparuerūt. Magna uero statī turba circa tēplū ac tumultus erat: cū alienis quidē a seditione populus oībus discrimē īputaret. Zelotæ uero sibi met solū insidias cōparatas. Veꝝ hi quidē relicta portaꝝ custodia & alii expugnaculis disiliētes priusquā manus consererent in tēpli cloacas confugere. Populares aūt ad arā delati & circū tēplū appulsi cōculcabant: cū lignis passim ferroq; cæderēt. Multos ociosoꝝ inimici priuato odio q̄si diuersæ factionis socios interficiebant. Et quicunq; ante hæc insidiatorē aliquē offenderat tunc agnitus q̄si zelotes ducebat ad mortē. Sed qui atrocitate magna īnocentes afficeret indutias cōcessere nocentibus: progressosq; ex cloacis dimiserunt. Ipsi aūt interius templū & oēs eius apparatus tenentes confidentius oppugnabant Simonē. Seditio quidē hoc modo quæ triptita fuerat in duas ptes diuisa est. Titus aūt castra propius ciuitatē trāsferre cupiēs de Scopo cōtra excursus quidem lectos equites ac pedites quos satis esse arbitrabatur: alium uero exercitum iussit totum quod erat usq; ad muros spaciū cōplanare. Cunctis igit materiis ac sepibus dirutis: qbus hortos ac lucos incolæ præmunierant: omniq; opposita: quāuis māsueta silua: excisa repletū est quicqd erat cauum & uallibus impeditum. Saxorum autem eminētissimis ferro truncatis humiliorem

totum illum tractum a Scopo usq; ad Herodis monumenta fecerunt:serpentium stagnum continentia quæ Colibethara uocatur.

Capitulum.VI.

IIs denicq; diebus iudæi rõanis huiusmodi insidias parauere. Seditiosorũ audacissimi extra muliebres quæ sic appellãtur progressi turres simulato q; pacis eos studiosos pepulissent:eo q; timerent impetum romanorum:ibidem uersabãtur & alter sub altero uitabundi latebãt.Alii uero per muros dispositi populumq; se esse simulãtes clamor pacem implorabant:fœduscq; poscebant portasq; se patefacturos esse pollicentes inuitabant romanos.Hoc autem uociferantes una etiam contra illos ueluti portis eos ambigerent lapides iaciebant.Illiq; se ui perrumpere aditus uelle simulabant & ciuibus supplicare.Cunq; ad romanos sepissime ire conarentur:reuersiq; perturbatis similes uidebantur.Verum hæc eorum calliditas apud milites quidem fide non carebat:sed tanquam hos quidem in manibus haberent paratos ad supplicium. Illos uero ciuitatem sibi aperturos sperabãt:opusq; aggredi festinabant.Tito aũt suspecta erat inuitatio:quia rationem non haberet.

Capitulum.VII.

PRidie nanq; prouocatos eos ad pactionem per Iosephum:nihil mediocre sentire cognouerat.Etiam nunc milites manere loco suo præcepit.Iam uero quidam operibus oppositi raptis armis ad portas excurrere cœperant. Hi autem qui expulsi uidebãt: primo quidem cedebãt:deinde ub ad turres portæ propinquabant cursu eos circumueniunt & a tergo persequebantur.Qui uero in muro stabant lapidum his multitudinem omnigenumq; tælorum simul infundunt:adeo ut multos quidem necarent plurimos quidem sauciarent.Nec enim facile erat amuro diffugere:aliis retro uiolenter instantibus.Et præter hoc pudor q; rectores peccauerant:itemq; metus in dilecto perseuerare suadebat. Quamobrem hostes diu decernentes multis uulneribus acceptis neq; paucioribus redditis. Postremo eos a quibus circũuenti fuerant repulere. Quos tamen recedentes usq; ad Helenæ monumentum iudæi urgendo iaculis sequebantur.Deinde insolenter fortunæ maledicentes & romanos uituperabant fraude pellectos:scutaq; alta sublata crispãtes tripudiabant & cum lætitia uociferabantur.Milites autem interminatio principum & Cæsar iratus huiusmodi oratiõe corripuit.Iudæi quidem quos sola regit desperatio omnia cum deliberatione faciunt atq; prudentia: fraudes & insidias componendo:eorũq; dolos fortuna prosequitur q; sunt morigeri:sibiq; inuicem beniuoli ac fideles.Romani uero quibus ad disciplinam & consuetudinem obediendi rectoribns fortuna famulatur.Nunc contrario peccant & intemperantia manuum debellantur:quia omnium est pessimum præsente cæsare sine rectore dimicantes.Certe inquit plurimum ingemissent militiæ leges:plurimum pater cum hoc uulnus audierit.Ille quidem cum bellãdo senuerit nunquam isto modo peccauit.Leges autem si cum in eos qui minimũ aliquid præter ordinẽ mouerint mortẽ uindicent:nunc totum deseruisse exercitũ uideant.Modo autẽ scituros esse qui arrogãter egere: q; apud romanos etiam uincere sine præcepto ducis infamiæ est.

Capitulum.VIII.

HAec Titus ad rectores locutus cũ indignatione:certũ erat quia lege ĩ oẽs erat usurus Et hi quidẽ abierunt animis quasi iam iãq; iuste morituri.Circũfusa uero agmina Titum pro cõmilitonibus obsecrabant:paucorũq; temeritatẽ cõdonari cũctoꝝ obediẽtiæ precabantur emendaturos:peccatũ enĩ p̃sens futuræ cõpensatiõe uirtutis. Placatus est cæsar utilitate simul ac p̃cibus. Nãq; unius hominis aĩaduersionẽ usq; ad factũ promouẽdum putabat:multitudinis uero ad uenĩã.Militibus quidẽ recõciliatus est multũ monẽs:ut post hæc prudẽtius agerent. Ipse uero quemadmodum iudæorum ulciscereturinsidias cogitabat. Interuallo quod usq; ad muros ciuitatis erat per quadriduum coæquato sarcinas aliamq; multitudinem cupiens tuto traducere militum ualidissimos a septentrionali tractu in occiduum septenos per ordinẽ cõtra murꝝ p̃tendit altius ualle depressa.Peditibus aũt in fronte ac post eos equitibus acie terna dispositis:cũ singuli ordines septenos haberent:semoti sagitarii stabant.Excursibus autẽ iudæorꝝ tanto agmine circũcluſis impedimenta triũ legionũ:itẽq; alia multitudo sine timore transiit.Ipse quidẽ Titus cũ prope duobus stadiis adesset muro:ad anguli eius partẽ contra turrim quæ appellat̃ p̃sophines castra ponit. Ad quã muri ambitus ex aquilone ptinens flectitur ad occidentẽ.Altera uero pars exercitus eam turrĩ uersus quæ appellatur hippicus muro circundatur.Dum stadiorum spatio similiter a ciuitate descendens. Decima tamen legio in Cleonos monte ubi erat manebat.Ciuitas autẽ trino muro circũdata erat:nisi qua uallibus iuiis cingebatur.Ex ea nãq; parte unius muri habebat ambitũ:& ipsa qdẽ sup duos colles erat cõdita cõtrariis fontibus semet ĩspiciẽtes interueniẽte ualle discretos:i quã domus creberrie desinebãt.

Collium uero alter quo ſuperior ciuitas ſedet:multo eſt excelſior & ī prolixitate directior: adeo ut quoniā tutum erat caſtellum quondā a Dauid rege uocarē.Is pater Salomonis fuerat:qui primus templum ædificauerat.A nobis aūt forum ſuperius ædificatum eſt.Alter autē qui appellaē Acra:inferiorem ſuſtinet ciuitatē:& undiq; decliuis eſt. Contra hunc autē tertius collis erat natura humilior quam Acra:& alia lata ualle ante diuiſus. Verum poſtea qua tempeſtate Samonei regnabant:& uallē aggeribus repleuerunt.ut templo coniungerent ciuitatem:& Acre altitudinē cæſam humiliorē fecerant:ut ex ea quoq; phanū ſuperemineus cerneretur. Vallis aūt quæ Propeon appellatur qua parte diximus ſuperioris ciuitatis collem dirimi:ab inferiori uſq; ad Siloā pertinet.Ita enī fontē qui dulcis ē ac plurimus uocabamus.Foris aūt ciuitatis duo colles ꝓfūdis uallibus cingebantur:& utring; obſtantibus rupibus nulla ex parte adiri poterant.Trium uero murorum uetuſtiſſimus quidē propter ualles iminentēq; his deſuper collē quo erat conditus: facile capi non poterat.Ad hoc autē quod loco præſtabat etiā firmiſſime ſtructus erat Dauid & Solomonis aliorūq; interea regū largiſſimis impenſis operis ſumptibus decore.Hac uero parte incipiens a turri cui nomen eſt Hippico:& ad eā quæ dicitur Xiſtus pertinens.Deinde curiæ cōiunctus in occiduā templi porticū deſinebat.Parte autē altera ad occidētē ex eodē loco ductus: per eum qui uocatur Beciſo deſcendens ī Eſſenorum portam.Deinde ſupra ſontem Siloam in meridiem flexus:atq; inde rurſus in orientē uerſus qua ſtagnum Solomonis eſt & uſq; ad locū pertinens quem Ophlan uocant:cum orientali porticu templi coniungitur. Secundus autem murus ex porta quidē habebat initiū quā Genetham appellabant.Hæc aūt fuerāt muri prioris. Septētrionalem uero tantūmodo tractū ambiens uſq; antoniā aſcendebat.Tertio muro turris Hippcos principium dabat unde ab Beroe tractū pertinens.Deinde ad Sephinā turrim ueniens contra monumentū Helenæ quæ Adia benorum regina fuerat Azitæ regis filia:& per ſpelūcas regias in longum ductus:a turri quidē in angulo poſita flectebaē contra phullonis quod dicitur monumentum. Cum uetere aūt ambitu iunctus in Cedronam uallē quæ ſic dicitur deſinebat. Hoc muro eam partē ciuitatis quā ipſe addiderat Agrippa cinxerat:cum eſſet omnis ante nuda. Exuberans enim multitudie paulatim extra mœnia ſerpebat:templiq; ſeptētrionali regiōe colli proxima ciuitate adiuncta non paululum proceſſerant:quin & quartus collis incolebaē cui nomen eſt Abiſade:ſitus quidē ex aduerſum antoniæ foſſis aūt altiſſimis ſeparatus quæ de īduſtria ductæ ſunt ne antoniæ fundamētis colli adherētibus & acceſſui facilis ſit & minus æditus:unde etiam foſſæ altitudo plurimum turribus celſitudinis adiiciebat.Nominata eſt pars addita ciuitati uoce indigena Zabathana:quod græco ſermone dicitur noua.Eius aūt partes incolis protegi deſiderantibus pater huius regis eodem nomine Agrippa murum quidem:ita ut prædiximus:inchoarat.Veritus aūt Cladium cæſarem ne magnificentiā conſtructionis ad nouarum rerum ac diſcordiæ ſuſpitionē traheret:fundamentis tantummō iactis ab opere deſtitit.Nec enī expugnabilis eſſet ciuitas ſi pfeciſſet muros ut cœperat. Saxa enim uiginti cubitis lōga.& decem lata cōtexebātur:quæ neq; ferro facile ſuffodi poſſent:neq; machinis demoueri.Hiſq; murus dilatabaē: profecto autem tantū altitudinis quoq; plus habuiſſet: ſi eius magnificentia qui ædificium aggreſſus erat minime fuiſſet ihibita.Rurſus autem idem murus etiam iudæoꝝ ſtudio fabricatus ad uigīti cubitos creuit & murus quidem binis cubitis:propugnacula uero trinis habebat:totaq; multitudo eius ad uigintiquinq; cubitos erigebatur.Murum aūt ſupereminebant turres:uiginti quidem cubitis in altitudinem:uiginti uero in longitudinem quadratis angulis ſtructæ ſicut ipe murus plene ac ſolide. Præterea ſtructura ac pulchritudo ſaxorum nihil erat templo deterior. Poſt altitudinē uero turriū ſolidum uiginti cubitis elatam:cellæ deſuper ac cœnacula erāt:aquarumq; pluuialium receptacula ex tortuoſo latiq; ſingulorum aſcenſus.Eiuſmodi quidem turres nonaginta tertius murus habebat.A turris autem interuallo cubitos ducētos.Medius uero murus in quatuordecim turres:& antiquus in ſexaginta diuiſi erant. Omne autem ciuitatis in gyro ſpatium trigītatribus ſtadiis finiebatur.Cum autem totus admirabilis eſſet tertius murus admirabilior ſephini turris ad ſeptētrionem occidentēq; ſurgebat in angulo:qua parte Titus caſtra poſuerat.Ex ea nanq; per ſeptuaginta cubitos ædita ſole orto Arabia proſpici poterat:& uſq; ad mare:itemq; ad ultima finium hebreorum.Erat autē octo angulis.Contra eam uero turris Hippicos & iuxta duæ:quas Herodes rex in antiquo muro ædificauerat: quæq; magnitudine ſiue pulchritudine ac firmitate uniuerſis quæ toto orbe eſſent præſtabant. Nam præter naturalem animi libertatem rex pro amore ciuitatis operum excellentiam propriis affectibus indulgebat perſoniſq; tribus cariſſimis:quarum nominibus turres appellauit fratri & amico & coniugi memoriam dedicando.Illi quidem:ut dixi:amoris cauſa peremptæ. His autem bello amiſſis cum fortiter decertaſſent. Hippicos quidē turris amici uocabulo dicta quatuor angulis erat.Singulæ

autem.xxv.cubitos ī latitudīe.itēq; longitudine habebāt & excelsæ triginta cubitos erāt nusquā inanes supra soliditatem saxis quæ adunatam conpaginem:puteus uiginti cubitis altus erat imbribus excipiendis.Super hunc aūt duplici tecto domus uigintiquinq; cubitis alta:in quæ uaria mēbra duisa:& desuper eam minæ quidem binis propugnacula uero ternis cubitis ambiebāt:& omnis altitudo ad octogitaquinq; cubitos numeratur.Secunda uero turris quam fratris nomīe Phaselon appellauerat:æque lata fuerat ac longa cubitis quadragenis. Per totidē aūt cubitos in pilæ modum facta & solida eius altitudo surgebat:& super hanc decē cubitis ædita porticus erat instructa brachiis:itemq; propugnaculis septa.In media uero porticu supereminēs alia turris stabat in membra magnifica & balneas:nequid regalis ei usus uideretur deesse.In summo aūt propugnaculis nimisq; erat ornata:cum omnis eius cælsitudo prope ad nonaginta cubitos tolleret: & specie quidē uidebatur assimilis Phari & turri:q̄ alexādriam nauigātibus ignē procul ostēdit: ambitu uero ampliore dilatabatur.Tunc aūt tyrānicum domiciliū existebat Simōi.Tertia uero turris mariānes:sic enī regina uocabatur usq; ad uiginti cubitos facta:per uiginti alios patebat ī latitudinem tendebat & magnificētiora cæterisq; ornatiora diuersoria sustinebat:cum id ꝓpriū secq; dignum esse rex putauisset ut uxoris nomīe appellata turris plus haberet pulchritudinis q̄ q̄ uirorum noibus uocitatæ sunt:sicut illa mūitior erat cui fœmina nomen dederat: & cuius omīs altitudo per quinquagintaquinq; cubitos erigebatur.Sed q̄q̄ tres turres tātæ magnitudinis erāt: ex loco tamen quo erant sitæ multo uidebantur esse maiores:nam ipse antiquus murus in quo erāt excelso loco fuerat cōditus:& ipsius collis uelut qdā uertex altius prope ad triginta cubitos eminebat:supra quē turres positæ multū sublimitatis assumpserant.Mirabilis etiā fuit lapidum magnitudo:nec enī ex uulgaribus saxis:aut quæ hoies ferre possent:uerū secto marmore cādido & singulis per uigīti cubitos longis latisq; decē ac per quinq; altis erant ædificatæ:quæ ita inter se copulata erant:ut singulæ turres singula saxa uiderentur.Sic aūt manibus artificū in facié angulosq; formata ut nusquā iunctura cōpaginis appereret.His aūt ī sepētrionali parte positis ītus aula regia cōiungebatur narratione omni præstantior:nec.n.uel magnificētia uel structura opis aliqua ex parte superabatur:sed tota quidē muro p trigīta cubitos ædita cincta erat.Aequali aūt ambitu turribus ordinatissimis ambiebatur:itēq; muroꝝ receptaculis ex cœnaculis lectoꝝ cētū capacibus.Inenarrabilis aūt fuit saxoꝝ uarietas:collectisq; ibi plurimis quæ ubiq; rara uidebāt: & fastigia simul proceritate trabiū & ornamentoꝝ claritudine mirabilia.Mēbrorū aūt altitudo & inumerosæ spēs ædificii plenaq; omnia suppellectilis cū plæraq; in singulis ex auro essent atq; argento.Ad hæc multæ porticus alia p aliā in circulū flexæ colūnæq; in singulis:& quæ iter eas sub diuo patebāt spatia cū essent utiq; uiridi siluisq; uariata:cū prolixas ābulatiōes habebat altis euripis cinctas: & cisternis ubiq; signorū æneoꝝ plenis:quibus aqua effundebatur:multæq; turres mansuetarum circū latices colūbarum.Sed enī neq; pro merito expōi regia qualis fuerit pōt. Hēt memoria cruciatū referens quantas res latrocinalis flāma consumpserit:nec.n.hæc a rōanis incensa sunt sed ab insidiatoribus intestinis:ut supra memorauimus in principio dissensionis.Et ab antonia quidē corripuit ignis:transiit aūt in regiā triūq; turriū tecta corripuit.Phanū aūt conditum erat:ut dixi supra durissimū collē.Et initio quidē uix tēplo atq; areæ sufficiebat:iacens in summo planicies:q; undiq; præceps erat atq; decliuis. Cum aūt rex Salomon qui etiam templū ædificauerat:muro eius partē ab oriēte cīxisset:una porticus aggeri est iposita:& māebat ex aliis partibus nudum q; a sæculis posterioribus semp aliquid aggeris accumulante populo coæq̄tus collis effectus ē.Perrupto aūt septētrionali quoq; muro tātum assumpsere spatiū quantū postea totius phani ambitus incluserat.Triplici aūt muro colle circūdato sæpe maius opus extructum: in quo longa sæcula cōsumpta sunt omnesq; thesauri sacri quos toto orbe missa deo munera repleuerant tam in superiore ambitu q̄ inferiore templo ædificatis : cuius quod humillimum fuit trecentenis cubitis munierant.In quibusdam uero locis pluribus non tamen omnis altitudo fūdamentorum uideri poterat multum uallibus obrutis:ut angustias uias oppidi coæquarēt.Saxa uero quadragenum cubitorum magnitudinis erant. Nam & pecuniaꝝ copia & populi largitas maiora dictu conabantur:quodq; nūq̄ posse perfici sperabatur:diuturnitate ac perseuerantia explicabile uidebatur.Tantis aūt fundamentis digna erant opera impositā duplicis porticus. Omnes quas columnæ sustinebant quīnis & uicenis cubitis altæ de singuli saxis marmore candido & laquearia cedrina protegebant. Quorum naturali magnificentia quodq; ligno rasili erant apteque cohærebant operæ pretium spectantibus exhibebant:nulloq; aut pictoris aut sculptoris opere extrinsecus ornabantur. Latæ autem pro.xxx.cubitis erant:omnesq; gyrus earum sex mensura stadiorum cum antonia concludebatur. Totum autem sub diuo spatium uariabatur omnium quidem generum lapidibus stratum:qua uero ad secundum templum ibatur:cancellis

ſeptem ſaxeis ad tres cubitos altis:nimiumq; grato opere factis: ubiq; æquis depoſitæ iteruallis columnæ ſtabãt:legé caſtimoniæ ꝑmonétes aliæ græcis aliæ latinis in ſanctũ locũ tranſire alienigenas non debere. Sanctum enim uocabatur alterum phanum & quatuordecim gradibus aſcendebatur a primo:quadratumq; ſurſum erat & proprio muro circundatum. Cuius exterior celſitudo quamuis quadraginta cubitis ſurgeret tamen gradibus tegebatur. Interior uigintiquinque cubitis erat:quoniam in altiori loco per gradus ædificata non tota pars interior cernebatur colle obtecta. Poſt quatuordecim autem gradus ſpacium erat uſq; ad murum. ccc. cubitis planum. Hinc rurſum alii quinq; gradus & ſcalæ ad portas ducebant:a ſeptentrione quidem ac meridie octo quaternæ utríq; uidelicet:duæ uero ex oriente. Neceſſario nanq; proprius locus religionis cauſa mulieribus deſtinatus muro diſcernebatur:altera quoq; parte opus eſſe uidebatur. Contra primam uero ſecreta erat ex aliis regionibus una porta meridiana & una ſeptentrionalis:quibus ad mulieres introiebatur:per alias enim tranſire ad mulieres non licebat. Sed nec ſuam portam interiecto muro tranſgredi licebat. Patebat enim locus ille pariter indigenis & hoſpitibus fœminis religionis cauſa uenientibus. Occidua uero pars nullam portam habebat:ſed perpetuus ibi murus erat extructus. Inter portas autem porticus a muro intro prope ad theſauros aduerſæ magnis ac pulcherrimis columnis ſuſtinebãtur. Erant autem ſimplices ac præter magnitudiné nulla re ab inferioribus aberant. Portarum autem aliæ quidem auro & argento undiq; tectæ erant itemq; poſtes ac frontes. Vna uero extra templum ære corinthio quæ multum argento inclusas & inauratas honore ſuperabat. Et binæ fores quidem in ſingulis ianuis erant tricenis cubitis altæ:qniſdenis etiam latæ. Poſt introitum uero ubi latiores fiebant tricenis utrinq; cubitis exedras habebant exemplo quidem turrium lõgas:& latas:ſupraq; uero quadraginta cubitis celſas. Singulas autem binæ columnæ duodenum cubitorum craſſitudine ſuſtinebant. Et aliarum quidem portarum magnitudo parfuit. Quæ uero ſupra corinthia poſita erant quo mulieres cõueniebant ab oriente aperiebatur. Porta templi ſine dubio maior erat:quinquaginta enim cubitis ſurgens quadraginta cubitorum fores habebat:ornatumq; magnificentiorem:quoniam craſſiori argento atq; auro ueſtiebatur:quod quidem nomen portis infuderat Tyberii pater Alexander. Gradus autem quindecim a muro qui mulieres ſegregabant ad maiorem portam ducebant. Nanq; illis qui ad alias portas iter dirigerent quinq; gradibus erant breuiores. Ipſum uero templum in medio poſitum hoc eſt phanum ſacroſanctum duodecim gradibus aſcendebatur. Et a fronte quidem altitudo eius & latitudo centenos cubitos habebat:pœne autem quadraginta cubitis anguſtior erat. Aditus enim ueluti quibuſdam humeris utríq; uicenum cubitorum producebantur. Prima uero eius porta ſeptuaginta cubitis alta erat:& uigintiquinq; lata:neq; fores habebat:cæli.n. ſecreta ꝙ intercluſa erat ſignificabat. Erantq; totæ frontes inauratæ:ac prima ædes omnis perlucebat extrinſecus auro: quæ circum phani portam ſplendida cuncta cernétibus occurrebant. Cũ aũt iterior eius pars duplici tecto fulgeret:adiacés ei prima porta patebat ĩ altitudinem perpetuam perq; nonaginta cubitos tollebatur cũ longa quadraginta cubitis eſſet ac uiginti tranſuerſa. Ipſius uero ædes tota inaurata erat:ut dixi:& circum eas ſaxeus paries. Deſuper autem habebat aureos pampinos unde racemi ſtatura hominis dependebant:& ꝙ duplex tectũ erat templi exteriori humilior uidebatur:& fores habebat aureas quinquagĩta & quinq; cubitis altas:ſexdecim uero latas. Et ad hæc aulaeum longitudine pari:hoc eſt uelum Babyloniũ hiacyntho & byſſo & cocco & purpura uariarum mirabili opere factum:neq; rationis inopia colorum permixtione:ſed uelut omniũ rerum imaginem præferés. Cocco enim uidebatur ignẽ imitari:& byſſo terram:& hiacyntho aerẽ ac mare purpura. His quidẽ coloribus:byſſo autem ac purpura natiuitatem:quoniam byſſum quidem terra:mare autem purpurã gignit. Eratq; ĩ eo perſcripta omnis cæli ratio præter ſigna. Introgreſſos autem ĩ templum planities excipiebat:cuius altitudo habet quidem ſexagĩta cubitos & longitudo totidem:ac latitudo uigĩti. Rurſus autem quadraginta cubitis diuiſi erant. Et prima quidem pars ad quadraginta cubitos auulſa. Hæc tria mirabilia & prædicanda opera cunctis hominibus habebat. Candelabrum & mẽſam & thuribulum. Septem uero lucernæ ſtellas errantes ſignificabant:tot enim ab ipſo candelabro diuidebantur. Duodecim uero panes ĩ menſa poſiti ſignorum circulum atq; ãnum. Thuribulum autem p. xiii. odores quibus replebatur ex mari & in hoſpito & inhabitabili deſignabant omnia dei eſſe deoque ſeruire. Intima uero templi pars uiginti cubitorum erat. Diſcernebatur autem ſimiliter uelo ab exteriore nihil quæ prorſus in ea erat poſitum inacceſſa uero & ĩuoluta & ĩuiſibilis omnibus habebatur ſanctiq; ſanctum uocabatur. Circa latera uero inferioris templi multa erant mẽbra paruia triplici tecto ſuſpenſa:& ad utrunq; latus ad eam introitus a porta patebat. Deſuper autẽ pars eadem membra non habebat:quo minus erat anguſtior:celſior autem. xl. cubitis nec ita ut

inferior ambitiosa.Colligitur enim ad xl.cubitos omnis cælsitudo:cumin solo centum cubitos habebat.Exterior autem facies nihil quod animus aut oculi mirarentur non habebat. Crustis enim aureis grauissimis undiq; tecta uala primos ortus igneo splendore lucebat: ut cum intuerentur contendentium oculi quasi solis radiis auerterentur.Hospitibus quidem adeũtibus procul monti niueo similis uidebatur.Nam ubi deauratum nõ erat templum candidissimum erat. In summo autẽ aureis uerubus horrebat acutissimis:ne ab insidentibus auibus polluueretur. Nõ nullorum autem saxorum eius longitudo.xlv.cubitis erat:altitudo quinque:& latitudo sex.Ara uero pro templo quindecim cubitis alta:lata uero & longa cubitis quadragenis quadrataq; stãs ueluti cornutis angulis eminebat:& a meridie ascensus in eam clementer arduus resupinabatur. Sine ferro autem constructa erat:nec unquam eam ferrum tetigerat. Templum autem aramq; cingebat ex pulcherrimo saxo lorica gratissima usq; ad cubitum surgens:quæ populum a sacerdotibus segregabat. Canorutos hoc est semine fluentes itemq; leprosos tota ciuitas arcebat: & fœminis menstrua soluentibus clausa erat.Prædictum autem limitem ne puris quidem mulieribus transgredi permittebatur. Viri autem qui non per omnia casti fuissent:ab interiori aula & qui essent a sacerdotibus prohibebantur. Qui uero ex origine sacerdotum genus ducentes cæcitatis causa munere non fungebantur cum incolumnibus intra limitem aderant partesq; generis consequebantur:uestibus tantum utebantur plebeis:quoniam sacerdotali solus qui sacra celebrabat amiciebatur. Ad altare uero templumq; accedebant carentes omni uitio sacerdotes ueste quidem amicti byssina : maxime uero mero abstinentes ac sobrii religionis causa ne quid res diuinas faciendo peccarent.Pontifex autem cum ipsis non tamen semper ascendebat:sed diebus quibusq; septimis & per singulos menses calendis:uel si quando prima festiuitas atq; annua ab omni populo agebatur.Et sacrificabat uelamine præcinctus eoq; tectus femora usq; ad genitalia:lintheum uero habens intrinsecus demissum usq; ad pedes : hiacynthinũ desuper idumentum rotundum ex equo fimbriæ pendebant aurea tintinabula malaq; granata sustinentes tinnabulis quidem tonitrua:malis uero fulgura designantibus.Pectoris autem tegmentum uittæ cingebant quinq; uariatæ coloribus hoc est auri & purpuræ cocci bissi & hiacynthi:quibus etiam uela templi diximus esse contexta. Habebat etiam chlamidem temperatam : in qua plus auri erat:habito quidem indumento thoraci similis uidebatur. Duabus autem fibulis aureis aspidum specie uinciebatur:quibus inclusi erant optimi maximique sardonices : scripta tribuum gentis iudeæ nomina præferentes. Ex altera uero parte.xii.pendebant alii lapides in quattuor partes terni diuisi:hoc est sardium:topaciõ:smaragdus:antrax:iaspis:saphirus: achatis:ametistus: ligurius:onix:berillus:chrysolithus:quorum singulis singula iterum cognomina erant scripta. Caput autem bissinus thiaras tegebat hiacynthis coronatis & circa eam alia corona erat aurea scripta ferens sacras litteras:quæ sunt quattuor elementa uocalia.Ea quidem ueste post tempus: minus autem ambitiosa utebatur:si quando adyta introibat. Solus autem atq; semel in anno intrabat quo die cunctos ieiunare deo mos erat.

Capitulum.IX.

DE ciuitate quidem ac templo iterũ & moribus & legibus diligentius referemus.Non enim pauca super his exponenda sunt.Sed antonia quidem in angulo duarum porticuũ sita erat prioris templi quæ ad occidẽtem septentrionemque spectarent.In saxo autẽ fuerat extructa.l.cubitis alto & undiq; prærupto:quod opus Herodis fuit:ubi maxime ingenii sui magnificentiam demonstrauit. Primum enim a radicibus saxumq; ipsum leuatis crustis obtegebat:quo & decus aderat opi & facile dilaberẽt q uel ascẽdere uel descẽdere tentauissent.Deinde ante priores turres ædificium murus erat cubitis tribus. Intra hunc omne spatium antoniæ in.xl.cubitis erigebatur. Intus autem regiæ latitudinem ac descriptionem habebat diuisam in omnem usum habitationem & genera & species : idest atria & balnea & aulas castris aptissimas ut quantum ad usum necessariam pertinet ciuitas uideretur magnificentia uero palatium:instar uero turris toto habitu formata quattuor aliis per ãgulos turribus cingebatur.Quarum cæteræ quinquaginta cubitis erant altæ:que uero ad meridianum orientalemque angulũ sita erat.lxx.cubitis eminebat:ut ex ea tantum templum uideri potuisset. Qua uero porticibus iungebatur in utrinq; descensus habebat unde custodes commeabant.Semper nanq; in ea romani milites residebant : & cum armis circa custodes positis ne quid populus festis diebus noui committeret obseruabant. Castrum enim erat impositum oppido & oppidum quidem templo:templum uero antoniæ. In hac autem porticu custodes erant & superioris ciuitatis aliud castellum regia Herodis erat.Besathe autem collis:ita ut dixi:ab ãtonia sepabatur: qui

cum omnium esset altissimus etiam parti nouæ ciuitatis coniũgebatur:temploq; septentrionali solus obstabat.De ciuitate quidẽ ac muris eius iterũ scribere plẽius cupiẽs ĩ præsentia satis dixi.

Capitulum.X.

PVgnacissima quidem maximeq; dissentiens multitudo circa Simonem erat hominũ decem milia præter idumeos:quinquaginta uero.x.milium duces quibus ipse quasi dominus omnium præerat.Idumei autem qui erant eius partium cũ essent numero quinque milia duces habebant.Horum autem principes uidebantur Sosiæ iacobus & Catiæ filius Simon.Ioannes autem qui templum occupauerat:sexq; armatorum milia habebat:quos.xx.duces regebant. Tunc autem illi accesserant etiam zelotarum depositis discordiis duo milia trecenti qui eleazaro quem ante habuerant & Simone Arimini filio utebantur ducibus. His autem: ut diximus :bellum inter se gerentibus populus erat præmium & plebis pars quæ non eadem quæ ille cõmitteret ab utriscq; diripiebatur.Tenebat autem Simon quidem superiorem ciuitatem murumq; maiorem usq; ad cedron : & antiquioris muri quantum a Siloa flectitur ad orientalem & usq; ad Monebazi aulam descendit.Is autem rex est Adiabane gentis ultra Euphraten habitãtis. Tenebat autem etiam frontem Acræ:quæ inferior est ciuitas usque ad helenæ regiam:quæ Monobazi fuerat mater.Ioannes autem templo & circum templum aliquatenus icensis omnibus itemq; Ofla & ualle quæ Cedron appellatur & aliis quæ interiacebãt medium bello quod inter se gerebant spatium aperuere. Nec enim castris romanorum prope murum positis intra ciuitatem seditio quiescebat : sed ad primum eorum impetum pauliſper sanitate recepta mox ad morbum pristinum redire. Rursumq; discreti pro sua quisq; parte pugnabat:omnia faciendo quæ obsidentes optarent.Nihil enim impius a romanis passi sunt:quam ipsi se tractarunt:neq; post illos ciuitas aliquid nouæ calamitatis experta est.Sed illa quidem grauiores casus pertulit antequam subuerteretur. Qui uero eam debellarant maius aliquid perfecere.Dico enim q; seditio ciuitatem romani uero seditionem cœpere:quia multo erat mœnibus tutior.& res quidem aduersas suis:iustitiam uero recte quis romanis ascribit.Intelligit autem qđ dies cuique suggesserit.Veruntamen his intra ciuitatem ita se habentibus.Titus cum lectis equitibus foris circuiens quam muros aggrederetur explorabat.Hæsitanti autem quia nec ab ea parte adiri poterat pedibus qua ualles erant & ab alio latere prior murus instrumentis sine machinis firmior uidebatur placuit ad ioannis pontificis monumentum. Hæc enim tãtummodo & prius humilior erat nec secundo muro coniungebatur inuadere. Neglecta enim munitio propterea quia non satis noua ciuitas frequentabatur . Sic in tertium murum facilis aditus illac erat:per quem superiorem ciuitatem & per antoniam templum capi posse cogitabat.Hoc eo colluſtrante quidam ex amicis eius Nicanor nomine ad humerum læuum sagitta percutitur:cum propius una cum iosippo accessisset:pacemq; in muro stantibus : dicendi enim peritus erat : suadere tẽtaret.Vnde cognitis eorum conatibus Cæsar ex eo q; nec ad salutem se hortantibuss abstinuere excitatur in obsidionem simulq; suburbana militibus uastare permittit.Collectaq; omni materia iubet aggerem construi.Tripertito autem exercitu ad opera medios in aggeribus iaculatores & sagittarios constituebat:& ante eos balistas aliasq; machinas atq; tormenta : quibus & excursus hostium in opera prohiberet:& qui ex muris obstare tentarent.Cæsis autem arboribus momento suburbana spoliata sunt.Collectis autem lignis in aggeres cum totus operi intentus esset exercitus nec iudæi segnes erant:populum quidem in rapinis & cædibus constitutũ fiducia tunc habebat q; respiraturus esset.Illorum aduersus hostes distractis existimãtem pœnas se ab noxiis repetiturum si romani superassent. Ioannes autem quamuis in externos sotii sui re uera properassent:metu tamen Simonis manebat.Verum Simon quiescebat.proximus enim erat obsidioni missilibus per murum dispositis:quæ pridem romanis abstulerat:cum præsidium quod apud Aniam fuerat cœpit.Sed horum possessio propter imperitiam plærisq; non erat ultilis.Pauci autem a transfugis docti male utebantur instrumentis.Sed cum lapidibus & sagittis aggerem iacẽtibus militibus imminebant:per quæ cuneos excurrentes manus etiam conferebant. Operantes autem minora scuta super uallum exposita protegebant:oibusq; agminibus excursus contra erant machinæ comparatæ mirabiles. Præcipue uero decimæ legionis balistæ uehementiores & tormenta saxorum:quibus non solũ irruentes:sed etiã sup muꝛ stantes euertebantur.Nam & singula saxa talenti pondus æquabãt & ultra stadii modũ torquebanť.Ictus aũt non solũ primis quos offendisset:sed aliquãdo posterioribus quoq; itolerabilis erat. Iudæi prio quidẽ cauebãt a apidibus q; erant candidi:nec tantum sono ac fremitu noscebantur:sed etiam claritudine pro-

ſpiciebantur. Denique ſpeculatores in turribus præſidentes prædicabant quando impelleretur machina ſaxumque ferretur:patria lingua clamantes filius uenit:itaque præſciebant in quos ueniret atque ante uitabant:& hinc eueniebat ut illis declinantibus lapis irrutus intercideret. Proinde romani cogitabant atramento decolorare lapides. Tunc enim miſſi non ſimiliter incertos ictus habebant multoſque ſimul unius impetu corrumpebant. Sed ne male quidem affecti iudæi aggeris inſtruendi copiam dabant. Omni uero molitione atque audacia die noctuque prohibebant. Perfectis autem operibus plumbo & ligno & aggeribus iacto fabri quod erat ad murum ſpatiũ metiuntur.Nec iã aliquid fieri poterat quoniam deſuper tælis petebantur. Cunque pares interuallo arietes inueniſſent eos applicant ꝓpiuſq; diſpoſitis machinis.Titus ne ex muro arietes prohiberentur ex tribus partibus murum pulſari iubet.Sonitu autem circunſtrepente ciuitatem clamor ingens ciuium ſublatus eſt:itemq; ſeditioſos pauor inuaſit. Et quia periculum commune utriſq; uidebatur:communiter iam repugnare cogitabant. Vociferantibus inter ſe diſcordibus quia omnia pro commoditate hoſtium facerent cum non ſi perpetuam cõcordiam deus illis præbeat ſaltem in præſentia contra romanos oporteat conſpirare. Simon autem præcone miſſo uolentibus ex templo ad murum aggrediendi copiam fecit: idemque & ioannes neminus crederet miſit. Illi autem obliti odiorum ac diſcordiarum ſuarum in unum corpus coeunt:murumque amplexi faces inde quam plurimas iaciebant contra machinas romanorũ contraque impulſores arietum:eoſq; ſine intermiſſione tælis petebant. Audaciſſimi uero caterua-tim proſilientes machinarum tegmina diſſipabant.Hiſque appoſitis irruentes peritia quidẽ pauca:plura uero audacia perficiebant. Semper autem erat adiumento laborantibus ipſe Titus:& iuxta eas machinas equitibus ac ſagittariis ordinatis ignem quidem ferentes prohibebat:iaculãtes uero a turribus reprimebat nocendi tempus arietibus faciens & tamen murus ictibus nõ cedebat:niſi q̃ quintæ legionis aries commouit angulum turris: murus autem ſtabat incolumis. Nec enim ſtatim cum turri periculum ſenſit quæ multo altius eminebat:nullamq; partem muri ſecum trahere poterat in ruinam. Cum autem ab excurſibus paulatim quieuiſſent obſeruato romanos per opera & caſtra diſperſos:quia labore & formidine iudæos diſceſſiſſe arbitrarentur excurrunt omnes qua turris erat hippicus porta latenter:ignemq; operibus iniiciunt. Vſque ad caſtrorum quoq; munimenta in romanos animati procedebant. Horum autem periculo mature & qui erant propius excitati ſunt:& qui procul aberant conuenere.Romanorum autem diſciplina uincebat audaciam iudæorum & quos prius offenderant in fugam uerſis aliis qui colligerentur inſtabãt.Grauis autem circa machinas pugna commiſſa eſt illis incendere his incendium prohibere certantibus.Incertuſq; clamor utrinq; tollebatur:& multi qui infronte ſteterant ceciderunt. Sed iudæi confidentia ſuperiores erant igniſq; opera tetigerat.Incenſaq; omnia cum inſtrumentis penitus eſſent niſi lecti de Alexandria reſtitiſſent plærique præter opinionem ſui uiriliter dimicantes.Nam glorioſiſſime in hoc bello præliati ſunt:donec imperator equitum potentiſſimis comitatus in hoſtes irruit: & ipſe quidem duodecim repugnatores peremit. Metu autem cladis eorum cætera multitudine in fugam uerſa omnes compulit in ciuitatem:eoq; modo aggeres liberauit incendio.In hac autem pugna unum ex iudæis uiuum capi contigit:eumq; Titus crucifigi pro muro iuſſit.Si forte reliqui uel hoc ſpectaculo territi conſiderent. Poſt eius uero diſceſſum etiam dux idumeorum ioannes dum ante muros cum noto milite loquitur a quodam arabe pectus ſagitta pcuſſus cõtinuo periit: magnumq; & iudæis luctum & ſeditioſis mœrorem reliquit. Nam & manu promptus erat & ſapientia nobilis.

Capitulum.XI.

NOcte uero quem ſecuta eſt incredibilis tumultus romanis incidit.Nam cum tres turres imperator Titus quinquagenum cubitorum conſtrui præcepiſſet ut his per aggeres ſingulos poſitis:hinc hoſtes in muro ſtantes facilius ĩ fugam uerteret: una earum ſponte ſua nocte intempeſta lapſa eſt. Ingenti uero ſonitu facto metus occupauit exercitum. Conari autem aliquid iudæos ſuſpicati ad arma currebant: eaque re turba in legionibus ac tumultus erat. Cunque nemo quid accidiſſet referre poſſet:diu queruli alius aliud opinabant:nulliſq; interueniẽtibus hoſtibus ſemetipſos timebãt:ſignũq; diligenter ſinguli a proximis requirebant tanquã idumei caſtra iam poſſiderent:larualique terrore capti uidebantur donec Titus cognitis quæ res erant uerum cunctis indicari iuſſit:tandemque tumultus eo nuntio conquieuit. Iudæi quidem cætera fortiter ſuſtinentes male turribus affecti ſunt. Machinis enim leuioribus & iaculatoribus ac ſagittariis ſaxorumq; tormentis inde feriebantur. Sed neq;

harum æquare ipsi poterant celsitudinem & turres excidendi spes non erat. Cunq; euerti ꝓpter grauitatem neq; incendi propterea q̄ ferro tegebantur facile non possent ultra iactum tæli fugientes arietum impetum non uitabant: qui sine intermissione ferientes paulatim aliquid proficiebant. Itaq; muro iam cedente magno arieti romanorum: quem iudæi Niconam uocabant q̄ omnia uinceret quāuis & antea defessi erāt pugna & uigiliis cum longe ab oppido pernoctarēt: tamen etiā negligentia uel quod male cōsulerent murꝰ sibi superuacuū esse credētes: quibus alia duo munimenta supereſſent lassatiq; plurimi recessere.

Cap. XII.

CVm autē romani qua primum murꝰ Niconas perruperat ascendissent ad secundum omnes iudæi relictis custodibus refugerunt. Portis aūt romani qui transierunt patefactis exercitum recepere. Et hi quidem hoc modo potiti muro die. xv. mensis maii & partem eius maximā diruunt: ad septentrionalē ciuitatis regiōem quā ante Cestius uastauerat. Titus aūt notato quia assyriorꝰ castrum est militem transfert: occupato enī qđ inter cedrona fuerat spatio & ultra sagittæ iactum a secundo muro seperatus expugnationē statim ingressus est. Tunc igitur partiti murum iudæi fortiter restiterunt. Et ioannes quidem eiusq; sotii ex antonia & septentrionali porticu templi ab Alexandri monumēto pugnabant. Simonis autē manus iuxta monumentū ioannis aditū cluserant usq; ad portam qua ī Hippico turrim aqua iducebatur. Sæpe aūt prosilientes e portis cōminus dimicabant: fugatiq; a muris in conflictu quidem romanorꝰ disciplina propter imperitiā uincebantur: in murali aūt certamie superabāt. Eos aūt fortuna atq; scia: iudæos uero etiam audacia quam timor aleret sustentabat q̄ natura erant ī calamitatibus duri.

Cap. XIII.

AD hæc aūt & istis suberat spes salutis & romanis citæ uictoriæ. Neutros aūt lassitudo fatigabat: sed aggressiones murorūq; oppugnatiōes & excursus crebri per cuneos diebus totis agebant: nullaq; præliorꝰ species aberat cū a prima luce incipiētia utrisque in somnis & die grauior nox dirimeret. His quidē occupatum iri murꝰ continuo metuentibus: illis uero ne iudæi castra peruaderent: itaq; in armis pernoctantes prima luce utrique pugnæ parati erant. Et iudæi quidē certabant quis esset promptior ad periculum coq; modo gratia emineret a ducibus suis. Maxime uero Simonis eos metus ac reuerentia cōmouebat: illum singuli subiectorū colebant: ut ad semet quoq; interficiendos parati essent: si hoc ille iussisset. Romanos aūt ad uirtutem hortabatur consuetudo uincendi: & quia uinci non assueuerāt crebræq; militiæ exercitationesq; perpetuæ & īperii magnitudo. Ante omnia uero Titus semper ubiq; præsens. Nam & inertiam spectante atq; opitulante Cæsare grauissimum facinus uidebat: & ei qui bene decertasset testis aderat qui rependeret premiū. Præterea fructus erat uel cognosci solū pricipi uiꝛ fortē: iccirco multorꝰ malorꝰ rebus alacritas demōstrata est.

Cap. XIIII.

DEniq; istis ipsis diebus ualidissima iudæorꝰ acie īstructa pro mœnibus tælisq; utriq; missis quidā longinus de numero equitū ex acie romana progressus in mediā aciem iudæorꝰ irruit: hisq; deiectis hoc īpetu duos fortissimos perimit unius obuiā tendētis ore percusso: alterius eodē tælo: quod priori extraxerat trāsfixo latere refugientis & ex mediis hostibus ad suos primos occurrit. Ille quidē ob uirtutē insignis erat: æmuli aūt eius fortitudinis multi extiterunt. Et iudæi quidē negligēter quid paterent tantūmō qualiter afficerent considerabant: morsq; his leuissima ducebat: si quo interfecto hoste cecidissent. Titus autē non minus saluti militis quam uictoriæ consulebat & temerarios īpetus desperationē dicēs: solam uero esse uirtutē si quis prudenter & caute sine proprio incommodo fortiter faceret in ea re potius qua periculum nō hret diros esse præcipiebat.

Cap. XV.

ITaq; septentrionali parte mediæ turri applicat arietem: in qua iudæus quidam uersutus ac subdolus castor nomine cum. x. aliis militibus suis delituerat fugatis cæteris formidine sagittarum. Hi cum pauidi soporatibus aliquamdiu quieuissent concussa turri surgunt. Extentisque manibus castor ueluti supplex cæsarem implorabat: & uoce miserabili ut si hi parceret obtestabatur. Cui Titus pro simplicitate sua credulus iamque iudæos existimans belli pœnitere: arietes quidem impulsione cessare iubet ac sagittarios a supplicibus prohibet. Castori autem quid uellet eloqui permittit. Cunque ille respondisset ad fœdus uelle descendere: Titus gratulari se ait si omnes eadem sentire uoluissent: paratoque animo fidem pacis etiam ciuitati daturum. Sed cum ex illis. x. castoris sotiis quinq; itidem supplices esse

simularent:cæteri nunquã se romanis seruituros clamãt dum mori liberis liceat.Deniq; illis sup hoc ambigentibus cessabat expugnatio.Castor aũt interea Simonem per internuntios admonebat:ut dum uacuũ esset tempus de rebus urgentibus consilium caperet: paulisper eni se illuderẽ imperatori romano.Simul aũt hoc agens ad pacẽ rogare cõtradicentes sotios uidebaẽ.Illi aũt ue lut hæc referentes in thoracas nudos fixere gladios hisq; pcussis uelut interfecti ceciderũt.Titus uero eiusq; socii obstupuere tanta eoꝝ ptinacia cũ ex inferiori loco qđ factũ erat uere uidere nõ potuissent:mirabanturq; simul audaciã & calamitati miserabanẽ. Interea castorẽ ad natẽ quidã sagitta percutit.Tumq; ille tælũ extractũ imperatori ostendens iniqua se perpeti querebatur.At Titus incusato qui hoc emiserat astantẽ iosippũ dirigit ut castori dextrã porrigeret. Vegz is neq; se iturum nihil enĩ sanũ supplices cogitare respondit:& amicos qui uõluere ire prohibuit.Cum uero quidã ex profugis Aeneas iturum sese dixisset ad eum & inuitante Castore ut etiã q; secum ferret argentũ aliquid suscipet.Ad hæc cũ ille studiose aperto sinu cucurrisset:ille sup eum saxũ demisit. Et ipsum quidẽ quõ pcauerat ferre nõ potuit; alteꝝz uero militẽ qui aderat uulnerauit. Cæsar uero fallaciã reputans intellexit misericordiam in bello nocere:minusq; decipi calliditate scæuitiã:arietis ipulsionibus iracundia fraudis uehementius utebaẽ.Castor aũt eiusq; socii turri ictibus iam cedentẽ incendũt:perq; flammas in eiusdẽ missi cuniculis itezz magni animi opinionem apud romanos habuere tanquã se ignibus tradidissent. Capit aũt hac parte murũ titus die quinto postquã primum cœperat: fugatisq; inde iudæis intro cũ lectis mille transiit: quos circa se habebat armatis ubi noua ciuitas & lanæ uenditores erant:fabriq; ærarii uestiũq; mercatus:& ad murum angustæ uiæ transuersæ tendebant. Enimuero si uel statim muri disturbassẽt maximam partẽ uel quæ cœperat lege belli uastassẽt:nullũ credo damnũ uictoriæ fuisset admixtum. Nunc aũt iudæos male tractando exoratum iri sperans cum liceret capere facile discessioni aditum non dilatauit. Nec enĩ qbus cõsulebat isidiatores sibi putabat.

Capitulum.XVI.

DEniq; postquã ingressus est:neq; occidi quẽquã permisit eoꝝz qui cõpræhendebanẽ neq; domus incendi sed tam seditiosis si pugnare uellẽt sine populi detrimento copiã dabat q; ipsi populo fortunas ꝓprias se rediturꝝz pollicebatur. Plurimi nãq; petebant sibi ciuitatẽ seruari:templũ uero ciuitati.At enim populũ quidẽ ad ea quæ hortabaẽ & antea paratũ habebat bellicosi aũt pro inertia ducebant humanitatẽ.Titumq; in belli animo q; cæteram ciuitatẽ tenere non posset has proponere conditiones putabant:mortẽ populo denunciantes:& si uerbũ qsq; de traditione fecisset pacéue nominasset mox interficiendũ eum esse minitantes. Romanis qui introire alii p uiaꝝz angustias obstabãt:alii ex ædibus alii muꝝz per superiores ptes egressi pugnare cœperũt.Quibus rebus perturbati custodes de muro sese demiserãt relictis turribus in castra recessere.Clamor aũt audiebatur militum intra ciuitatẽ q; ab hostibus cingerentur:foris aũt degentium clausis cõtubernalibus metuentiũ crescente numero iudæoꝝz:& propter locoꝝz peritiã uiarũq; sciam prævalẽte multiq; romanoꝝz trucidabãtur:& ab incũbentibus pellebãtur cum magis necessitate resisterent.Nec enim multi simul fugiendi copia per angustias muri patebat:oéscq; pœne qui transierant perempti fuissent nisi Titus eis opem tulisset.Dispositis enĩ per summa uiarum sagittariis: & ubi plus erat multitudinis astans missilibus hostes abigebat: & cum eo Domitius Sabinus uir bonus etiã in illo prælio comprobatus:durauitq; tãdiu sagittis eos prohibens irruere:donec oẽs milites recessere.Romani quidem ita secundo muro potiti ad extremum pulsi sunt.Oppidanis uero qui pugnaces erant spiritus creuit & secundis rebus amentes erant: neq; romanos ausuros esse ad ciuitatem accedere suspicantes:neq; uinci se posse si ad prælium ꝓcessissent.Nam quia iniqui erant officiebat eorum sententiis deus:& neq; romanoꝝz multo maiorẽ illa quæ pulsa fuerat superesse cernebant:neq; famẽ iamiãq; serpentem.Adhuc enĩ malis publicis alebantur:& sanguinẽ ciuitatis bibebant;ꝓpter bonos aũt continebatur exitiũ & penuria uictus iam multi defecerant:populi tamẽ iteritũ seditiosi ꝓ uelamie sui ducebãt: & solos eos q pacẽ nõ probarẽt saluos eẽ cupiebãt quiq; uiuer cõtra rõanos optarẽt. Contrariã uero multitudinẽ uelut onus quoddam consumi gratulabantur:& ita quidẽ circa suos affecti erant.Romanos autem q; ciuitatem iterum ingredi conabãtur armati prohibuerunt disiectis muri partibus obiectũ corporum præmunitis:ac per triduum sustinuere fortiter dimicantes.Quarto aũt die Titũ uehemẽtius aggressum nequaq; ferre potuerũt:sed ui coacti rursũ quo antea refugerũt:ille autẽ interim muro potitus totam eius septentrionalẽ partem statim deposuit.In meridiana uero ꝓ turres præsidia collocauit:iamque tertium murum aggredi cogitabat. Videbatur autẽ breuissimi temporis eius obsidio: spatiumque consilii seditiosis esse dandum si quid disturbatione secundi muri aut famis metu dimitterent nec enim diutius eis prædas posse sufficere:& ipse otio commode

utebatur:nam cū dies aduenisset quo militibus oportebat alimēta distribui ī cōspicuo hostibus loco iussit duces ordinato exercitu pecuniam singulis numerare. Illi autem prolatis armis: & inuolucris & uaginis septiq; procedunt equitibus ornatos equos ducentibus: locaque suburbana per multum ipatiū auro argentoq; lucebant:illo autē spectaculo nihil aut iocundius suis aut horribilius hostibus uidebatur.Spectātibus enī & uetera plena erant mœnia & septētrionalis regio.Quin & domos refertas intuentibus cerneres:nullamq; ciuitatis partē non infusa multitudo regebat.Metus aūt quāuis audacissimos cœperat oēm simul exercitum armorūq; pulchritudinem conspiciētes:& ordinationē uiroꝝ. Et fortasse ad illam speciē seditiosi aios mutauissent: nisi maloꝝ imanitate quæ in populum cōmiserant dandam sibi ueniam a romanis desperassent imminente si destitissent morte supplicii bello mori præstabilius esse ducebant.Prævalebat etiā fatum quod innocentes cum innocentibus:& ciuitatē cum seditiosis perire decreuerat: quatriduo per singulas legiones alimenta consecuti sunt.Quinto aūt die cum omnia faciens Titus nihil iudæis pacatum cogitare sensisset:bifariam diuiso exercitu antoniā uersus ad ioannis monumentum aggeres inchoauit:ista parte superiorē ciuitatem captū iri cogitans & per antoniā templum.Nanq; hoc nisi cœpisset:nec oppidū quidē tutū erat obtinere:in utraq; aūt parte duo aggeres erigebantur:a singulis agminibus singuli. Et iuxta monumentū quidē operantes a iudæis: & Simonis sociis infestantibus prohibebantur: ad antoniā uero ab ioannis sociis cū multitudīe zelotarum non solū quia de superiore loco pugnabant:uerum etiā quia machinis iam uti didicerant.Paulatim enim usus quotidianus aluit peritiam:habebant aūt balistas trecentas:& quadraginta tormenta saxoꝝ:quibus difficilioré aggerum extructionē romanis efficiebant. Titus autē sibi saluā fore fortunā sciens & peritura esse ciuitatē una & obsidioni uehementer instabat: nec pœnitudinē iudæis suadere cessabat consiliūq; factis admiscens & orationē sæpe armis efficatōrem cognoscens tam ipsos ut saluari uellent rogabat:tradita sibi ciuitate quæ iam capta uideret: quā & iosippum allegabat patria lingua uerba facturum:sperans eos hominis gentilis monitu aliquid remissuros.

Cap.XVII.

ITaq; iosippus murū circuiens simulq; extra tæli iactum stans unde ex audiri facilius posset multis orabat:ut sibi ac populo parcerēt templo ac patriæ neue cōtra hæc fierent alienigenis duriores. Romāos enim sancta reuereri cū quibus nulla sibi societas esset:manusq; suas ad hoc usq; cohibere.Ipsos uero in his edoctos conseruare possent sponte ad eoꝝ interitū ruere quin potius uidere muros concidisse firmiores:excisis uero ifirmiores superesse romanorūq; uires cognoscerent sustinere non posse:hisq; seruire nō esse nouum: neq; inexpertum iudæis.Nam licet pulchrum sit pro libertate pugnare tamen id in principio decere fieri.Semel aūt subditum qui multo tempore paruisset imperio iugū excuti:malæ mortis cupidum non libertatis morē uideri.Debere aūt dedignari dominos humiliores nō quoꝝ in potestate sunt omnia.Nam quid romanos effugisse:nisi q; propter æstus aut frigora esset inutile:imo uero transisse ad eos undiq; fortunam: deumq; per singulas nationes ducentem imperiū tum eē in italia. Hanc aūt ualidissimā legem tam feris bestiis quā hoibus esse præfinitā potentioribus cedere:quosq; armis ingentes obedire uictoriæ.Iccirco etiā maiores eoꝝ quā multum & animis & corporibus & aliis subsidiis meliores cessissent rōanis qui nisi deum scissent illis fauere nunq; perpessi fuissent:ipsos uero quia tunc refertos resistere:cum ex magna parte capta sit ciuitas:ciues aūt etiā si muros itegros haberent excidio pariter affecti sunt.Nec enī latere rōanos quæ fames teneat ciuitatē & modo quidē cōsumi populum continuo uero etiā bellatores interituros: nam & si rōani desierint & ab obsidione cessauerint neq; ciuitate strictis gladiis irruerint:iudæis tamē inexpugnabile bellū intus assidere q; horis singulis alereť:nisi forte quoq; contra famē arma caperent ac dimicarent:solique possent etiā clades superare.His addebat optimum esse ante intolerabilem calamitatem mutare sententiā dumq; liceret salutare consiliū sequi:nec enī antea gestorū causa succensere romanos nisi ad finē usq; insolentes fuissent:natura eos esse in iperio māsuetos atq; iracundiæ præferre:qđ utile est.Vtile aūt putare neq; ciuitatē uacuā uiris neq; desertā habere ,puinciā:iccirco uelle iperatorē cū his dexterā iūgere:nec enī cuiquā salutē datuꝝ si cœperit ciuitatē præsertī q nec inextremis ei cladibus rogati paruerūt. Breui aūt muꝝ quoq; tertiū captū iri priores qui capti sunt fidē facere.Et quāuis perrūpi tutamina non possint famē pro romanis pugnaturā. His monentē iosippū multi in muro stātes uituperabāt multi uero cōuitiis :nōnulli etiam iaculis appetebant.Ille aūt cum manifestis eos calamitatibus minime flecteret ad gentiles transit historias.

Cap.XVIII.

OMiseri uociferans uirorūque auxiliatorum immemores armis & manibus cum Romanis bellum geritis:quasi quem alium sic uicerimus. Quando aūt nō deus omniū

conditor iudæorum defensor est:si lædantur:non respicietis. Vnde progressi pugnatis quãtũq; auxiliatorem uiolastis? Non recordamini opera diuina parentũ:atque hunc sanctũ locũ quanta bella nobis aliquãdo peregit. Ego aũt facta dei narrare auribus indignis horresco:sed tamen audite ut cognoscatis nõ solũ uos rõanis sed etiã deo resistere. Nechias qui tũc erat rex ægyptiorũ: idemq; pharao uocabatur cũ infinita manu descendit:reginãq; Sarã nostri generis rapuit. Quid igitur uir eius Abraã proauus noster? Armis credo ultus é iniuriã. At qui.ccc.&.xviii.præfectos habebat: quorũ singulis ifinita multitudo parebat. Anipse quidẽ quiescere maluit abscẽte deo? Puras aũt manus ad hunc locum tendens:quẽ uos polluistis inuictum sibi auxiliatorẽ ad militiam legit. Nonne secũda uespera incorrupta regina remissa est ad maritũ? Adorans aũt quẽ uos gentili cæde cruentastis:ac tremens nocturnis somniis ægyptius exagitatus ausugit:auroq; & argento amãtissimos deo donauit hebræos dicã translata in ægyptũ maiorũ nostrorũ domicilia. Qui cũ annos cccc. tyrannis ac regibus alienigenis subiacerent:armis ac mãibus ulcisci possent semetipsos deo potius pmisere. Quis nescit ægyptum repletã omni genere serpentiũ:omnique morbo corruptã? Quis terrã infructuosam? quis Nili defectionẽ & continuas decẽ plagas? & ob hoc parentes nros cũ præsidio incruentos & sine periculo deduci:quos deus sibi sacerdotes ducebat. Sed ab assyriis raptã nobis sanctã arcã palestina & dagon simul ægrum genuit: & iam tota gens quæ rapuerat:corruptis uero occultis corporũ: ac per ea cũ cibo uisceribus exhaustis cymbalorum ac tympanorũ sono manibus noxiis reportarunt sanctũ placatiõibus expiãtes deus erat qui hæc parentibus administrabat; ppterea q; omissis armis ac manibus eius se iudicio pmisere Rex assyriorũ sennacherib cũ totã ducens aũã ad hanc urbẽ castra posuisset:manibus nõ humanis cecidit:nã ab armis quiescentes in uotis erãt:& angelus dei una uoce infinitũ deleuit exercitũ Posteroq; die excitatus assyrius.clxxxv.milia reperit mortuorũ:atq; ita cũ reliquis hebræos iner mes:nec persequẽtes fugiebat. Scitis etiã in babylone seruitiũ:ubi per annos.lxx.populus exultãs non ante libertatem respexit quã eam dominus donaret qui eos etiam est persecutus:iterũq; auxiliatori suo sacerdotũ more seruiebant. Breuiter dicã:nullũ est operæpreciũ quod armis parẽtes nostri perfecere:aut nõ sine armis deo permissa potestate iperii. Domi aũt manentes ut placebat iudici superabãt. Pugnantes uero semp de spe ceciderunt. Nam ubi rege babyloniorũ oppidũ obsidente contra hieremiæ prædicationẽ Sedechias rex noster cũ eo congressus est:tam ipse captus est quã cum tẽplo ciuitatẽ uidit excindi. At quin uidete quanto ille rex uestris ducibus:eiusque populus uobis erat mediocrior. Deniq; hieremiã uociferantem inuisos esse deo propter delicta quæ in eum cõmiserant captũ iri:aut nisi traderent ciuitatem: neq; rex neq; populus interfecit. Sed uos ut intus gesta prætermittam:neq; digne possum iniquitates uestras exponere:me qui uobis salutẽ suadeam querimini: tælisq; appetitis irati:q; uos uestrorum cõmonefacio peccatorum ne dici ea toleratis:quorũ quotidie facta committitis. Idem tunc fuit cum antiocho qui dictus est Epiphanes:obsidente ciuitatem multis modis offensa diuinitate. maiores nostri cũ armis pgressi:ipsi quidem in pugna perempti:oppidum uero ab hostibus direptum est: sanctumq; per triennium sexq; menses penitus desolatum est. Et quid pluribus opus est. Ipsos romanos quis te contra iudæorum gentes ad militiam prouocauit. Nonne indigenarũ ipietas:unde scæuif cœpimus Nonne a seditione maiorum quando Aristoboli & hircani furor:& inter eos contentio Pompeium intulit ciuitati: & romanis deus indignos libertate subiecit. Deniq; tres menses obsessi quãquã nihil quale uos in sanctum legesq; deliquerant:& maioribus ad bellum subsidiis utebantur sese tradiderũt. Antigoni autem filii aristoboli nescimus exitum. Quo regnum obtinente:deus iterum captiuitate persequebatur populum delinquentem. Et herodes quidem Antipatri filius Sossium & romanum adduxit exercitum. Circundati uero per sex menses obsidebantur donec capti peccatorũ suorum supplicia pependerunt:direptaq; est ab hostibus ciuitas:ita nunquã genti arma data sunt. Oppugnationi uero sine dubio cohæret excidium. Oportet ergo ut opinor sacri loci possessiones iudicium deo de omnibus promittere manusq; tunc humanas cotẽnere:cũ a superno sibi duce nõ recedãt. Vos aũt qui ex his quæ legis cõditor bene dixit egistis? Quid qd is execratus est prætermisistis? Quantum autem illos:qui cito periere impietate superastis:nam occulta dedignãtes peccata:hoc est furta:insidias atq; adulteria:rapinis:cædibus certatis:nouasq; maleficiorum excogitastis uias. Sanctum uero tẽplum factum est oĩum receptaculũ & indigenarum manibus pollutus est locus:quẽ romani ex tam longinquo adorabant:multa per legẽ nr̃am de suis moribus derogantes. Deinde post hæc in quem fuistis impii hunc auxiliatorem speras-stis? Valde quidem iusti estis supplices priusque manibus adiutorem uestrum rogastis? Talibus rex uester precibus aduersum Assyrium supplicauit: cum magnum illum exercitum deus una nocte prostrauit? Similia uero assyriis romani committunt ut etiam similem ultionem

speretis: nam ille quidem ab rege nostro accepta pecunia ut uastitati parceret ciuitatis neglecto iureiurando adincendiū templi descendit. Romani aūt solenne poscunt tributū: quod parentes nostri eoꝝ parētibus pensabant. Et si hoc ꝑpetrauerint neq; populātes ciuitatē neq; sancta oīno tangūt. Concedūt aūt nobis familias liberas & possessiões tenere: sacrasq; leges saluas māere patiuntur. Insania est ꝑfecto sperare deū talē circa iustos fore: q̄lis iniustis apperuit: præsertī q statī ulciscī nouerit cū oportet. Deniq; assyrios prima nocte q̄ castra ciuitati admouerāt: fregit: q; si ēt uestrā progeniē liberaret: rōanos uero dignos pœna iudicaret: confestim eis illo tpe sicut assyriis irascereť: quo genti manus Pōpeius attulit: quo post illū Sossius ascendit: quo Galileā Vespasianus excidit. Postremo nō nunc Titus ciuitati appropiquaret. Sed neq; magnus neq; sossius passī sunt: & ciuitatē uictoria cœperunt. Vespasianus aūt ex bello quod nobiscū gessit etiā imperium adeptus est. Nam Tito quidē etiā fontes uberiores ꝑfluunt: qui prius uobis aruerāt. Deniq; ante huius aduentū. scitis & siloā & oēs extra ciuitatē fontes adeo defecisse ut ad utrūq; aq̄ mercareť. Nunc aūt ita hostibus nr̄is largi sunt ut nō mō ipsis & iumētis eoꝝ: sed etiā hortis sufficiāt. Deniq; huius ꝑdigii: & ante periculū factū ē ī excidio ciuitatis quādo supra mēoratus babylonius rex cū exercitu uenit: qui & captā ciuitatē incēdit & tēplum quāuis ut opinor nihil tunc illi quātum uos ipie nunc cōmisissent. Itaq; sanctis relictis deū fugisse putauerī. Hisq; nunc adeē quibus cum bellū geritis. An bonus quidē uir domū flagitioꝝ fugiet & domesticos oderit? Deum uero malis uris ihærere arbitramini q etiā occulta cōspicit & audit oīa quæ taceť. Quid āt apud uos taceť? qd celať qd nō etiā planū inimicis factū est? iniquitates enī uestræ uelut in ꝑmptu neminem latent: inq; dies singulos quis peior sit certamē habetis atq; ita nequitiā ut uirtutē demonstrare cōtenditis. Verūtamē reliqua salutis uia est si uelitis & diuinitas cōfessis ac pœnitētibus solet sese placabilis offerre. Arma ꝑicite: pudeat uos patriæ iam dirutæ: cōuertite oculos & ꝑspicite eius quā proditis pulchritudiné: quale oppidū: quale tēplum: quāmultaꝝ gentiū mūera. Quis in hoc flammas adducit? quis hæc iam non esse desiderat? Et quid est hoc quod saluū eē debeat dignus? o lapidibus duriores. Si hæc non ueris luminibus cernitis saltē familiarum uestraꝝ miseremini. Versentur in cōspectu cuiusq; filii coniuges: & parentes: quos paulo post aut bellū aut fames absumpserit. Scio quia una cum his periclitabitur mihi mater & coniux: & familia non ignobilis domusq; olim clarissima: & fortasse propterea me quisquā hæc suadere crediderit. Interficite illos: accipite mercedē salutis uestræ sanguiné meū. Ipse quoq; mori paratus sum si post me resipiscitis.

Cap. XIX.

HAec losippo uociferante cū lachrimis seditiosi quidem: neq; animos flexerunt: neq; tutā sibi mutationē fore iudicauerunt. Populus uero ad profugiendū cōmotus est: & alii quidem possessionibus suis aliisq; rebus carissimis exiguo precio uenundatis solidos quidē ne latrones eos depræhenderent transgluciebant. Qui uero ad romāos elapsi fuissent exonerato uentre habebant usui necessaria. Titus aūt plæroscq; per agros quo uellet quisq; pergere dimittebat: idq; magis eos ad perfugiū hortabatur: q; itestinis malis carebant romanis cōseruire: ioānes aūt & simon cū sociis ne his magis pateret exitus quā ne romanis aditus obstruebant: & qui uel umbra suspitionis dedisset cōtinuo necabať. Ditioribus quidē manere etiā sicut ꝑfugere par causa erat pereundi: nam quasi transfugere uoluisset propter matrimoniū quisq; occidebatur. Cum fame aūt crescebat desperatio seditiosorum: & ī dies singulos uirumq; malum amplius accendebatur. Et palam quidem nulla erant frumenta: irrumpentes autem scrutabantur domos. Et siq dem inuenissent aliquid eos qui negauerunt uerberabant: si uero nihil inuenissent quasi diligen t us celauissent tormentis itidē afficiebant. Habendi autem argumento erant corpora miseroꝝ cū ea quæ solidis uiribus starent abundare cibo putareť. Tabidi aūt trāsfigebanť: nec rationis esse uidebať statī fame morituros occidere: multi uero clā substantiā suā uno frumēti modio q ditiores essent: itēq; paupes ordei ꝑmutarunt. Incluſi deinde intimis ædiū tectis quidam summa penuria infectum triticū comedebant. Panem alii conficiebāt ut necessitas metusq; monuisset. Et mensa quidē nusquā apponebať: sed incoctū subtrahentes igni cibū diripiebāt: miserabilis āt erat uictus dignumq; lachrimis spectaculum: cum potentiores quidem plus hr̄ent: infirmiores autem iniuriā deplorarent: quippe fames super omnes clades haberetur: nihil sic perdit hoīem ut pudor: nā qd reuerentia dignum est in fame negligitur. Deniq; uxores uiris & filii parentibus: & quod miserrimum mr̄es cibum ifantibus ex ipso ore rapiebant: & marcescētibus iter mauus carissimis nemo pcebat qn uitæ guttas auferret. Edētes uero talia nō latebāt: sed ubiq; aderāt q ista diriperēt: nā sicubi clausam domū uidissent: eos q itus erāt cibū capere hoc suspicabanť iudicio: statiq; ruptis foribus irruebant: uictumq; iam contusum dentibus ex gutture pœne reuocabant ipse faucibus stransgulantes. Pulsabantur autem senes ne cibum defenderent: lacerabantur

mulieres ea quæ haberent in manibus occulentes:nullaq; miseratio uel cani capitis uel infantiæ sed abstractos pueros & ex bucello pendentes humo allidebant. Si quis aũt incurrẽtes anteuenisset quodq; rapturi fuerãt deuorasset:tanquã si læsi cruentiores erant. Acerbissimos aũt cruciatus excogitabãt dummõ aliméta reperirent:nunc extruẽtes genitaliũ uias: nunc uirgis acutis podices trãsfigendo.Horrendaq; etiã auditu quis patiebaꝫ in unius páis confessioné & unũ pugnum farinæ abditũ indicaret. Tortores aũt nec esuriebãt:minus enĩ crudele uideret quod necessitas speraret.Exercentes aũt dementiã suã sexq; sibi diebꝫ uiatica præparãtes hisq; occurẽtes qui per romanorꝫ custodias agrestis oleris herbarũq; gratia colligendarꝫ nocte repperissent: cũ iam se hostes euasisse credebãt:quæ attulissent eripiebãt: multũq; supplicãtibus & horribile dei nomen iplorantibus ut aliquã partẽ sibi cõcederent:eorũq; cũ periculo sibi collegissent nihil penitus dabant:gratũq; uidebatur si spoliati nõ perirent.Hæc quidẽ humiliores a setellitibus pãtiebantur.Honorati uero ac diuites ad tyrannos ꝓducebaꝫ:quorꝫ alii insidiarꝫ falso accusati occidebantur:alii quia romãis ꝓderent ciuitatẽ.Et plærũq; delator subornatus agebat q; profugere uoluissent. Sic uero qué Simon expilasset eum ad ioanné remittebat: & qué ioannes expoliasset eum Simon excipiebat:sibiq; inuicé propinabãt sanguiné populariũ miserorũq; cadauera partiebantur.Et dominandi quidẽ erat causa in utrunq; dissensio:scelerum uero concordia.Nam qui ex alienis malis partem alteri sibi totum uendicans nõ dedisset nequissimus uidebaꝫ. Et qui nõ accepisset uelut boni alicuius damno dolebat:qui crudelitatis parte doluisset.Sigillatim quidem iniquitates eorꝫ explanare non potero:ut aũt breuiter dicam neq; aliam ciuitatẽ unquã talia pessiam puto:neq; ullam nationẽ post hominũ memoriã malicia ferocioré fuisse. Postremo etiã gentibus hebræorꝫ maledicebant ut minus ꝑperii uiderentur in alienos.Verũtamẽ q; erant & seruos se & degeneris gentis abortiones esse cõfessi sunt.Deniq; ciuitatẽ ipsi euertere:& romanos inuitos hanc tristé admittere uictoriã coegere:tardiusq; uenientẽ in templũ ignem pœne traxere. Deniq; cũ hi ardere superioré ciuitatẽ uidissent:neq; doluere neq; illachrymauere:sed apud romanos qui hæc paterenꝫ inuẽti sunt.Verum quæ per territorium gesta sunt postea cum rerum documentis dicemus. Cap.XX.

TIto aũt aggeres proficiebant quãuis a muro milites male afficerentur:parte uero equitatus directa iussit per ualles ad alimenta cõportanda exeuntibus insidias tẽdi.Erant aũt in his nõnulli etiã pugnatores:quibus iam minie præda sufficeret:maior uero ps ex populo pauperes:quos profugere deterrebat pro affectibus suis metus:nec clã enĩ seditiosis fieri posse sperabant:ut cũ coniugibus ac liberis diffugerent:eosq; latronibus relinquere nõ patiebantur uice sua iugulandos. Audaciores aũt faciebat ad exeundũ fames: restabatq; iam latitantes egredi & ab oĩbus capi.Deprahẽsi aũt necessitate repugnabãt:metu supplicii rerũq; uidebantur supplicare.Post pugnã itaq; uerberati:& ante morté modis oĩbus excruciati cõtra murum excruciabanꝫ.Tito quidẽ miserabilis uidebaꝫ ista calamitas cũ iudæi in dies singulos quingenti nõnũquã etiã plures caperenꝫ:sed neq; captos dimittere tutũ erat tantãq; asseruare multitudinem custodũ uidebant esse custodiã:maxime uero ꝓpterea nõ ꝓhibuit citius eos existimãs ea facie remissuros:tanquã similia passuros nisi se dedissent.Milites ãt diuersis modis suffigebãt: ira & odio & ludibrii causa & ꝓp multitudiné quã cœpissent.Iamq; spatiũ crucibus deerat:& corporibus cruces.Seditiosis uero tantũ defuit ut ea clade mouerenꝫ:quod etiã in contrariũ eis cesserit ad decurrendã reliquã multitudiné. Trãsfugarꝫ enĩ familiaribus ad murũ tractis:& siqui erãt populariũ proniores ad pacé:& quæ paterentur qui ad romanos ꝓfugerẽt demonstrabãt: & qui cõpræhensi tenebantur eos supplices nõ captiuos esse ducebãt.Ea res multos perfugere cupientium donec uerum cognosceretꝫ inhibuit.Fuerunt aũt qui stati dilapsi sunt q̃si ad uerꝫ suppliciũ properãtes.Illatã enĩ ab hostibus morté cõperatione famis requiẽ eẽ ducebãt:multis aũt captiuorum Titus etiã manus abscidi ꝓcepit:eosq; ad ioanné & simonem itromisit ut ꝓp calamitaté nec uiderenꝫ ꝓfugi:nec crederentꝫ:saltẽ nunc desinerẽt admonẽs:nec uere cõpellerent ad excidiũ ciuitatis:lucrarenꝫ in extremis mutata uolũtate:& ꝓprias aias & pñam tantã & tẽplum cuius pticipem nõ habebant.Simul aũt dictis aggeres circũeundo opantes urgebat ueluti facta uerbis non multo post secutura.Ad hæc ĩ muros stantes & ipsi cæsari:& pñi eius maledicebãt:mortẽq; se cõtemnere clamabãt:eãq; seruituti recte præferre:multa uero mala in rõanos facere dum sperãt se nec patriã curare ut ipse diceret pituros mundũq; deo templũ hoc melius eẽ quãuis & his secutus sit qui incoleret:qué ipsi quoq; auxiliatoré habẽtes oĩbus intermissionibus illusores quibus facta nõ addere finẽ enĩ dei eẽ.Talia cõuitiis admiscẽtes uociferabanꝫ. Cap.XXI.

AT inter hæc antiochus quoq; aderat Epiphanes:multos alios armatos ducens:& præterea caterua stipatus q; macedões appellabanꝫ:oẽs ætate pares & paulo magis ꝓceres

adoleſcentuli more macedonum inſtructi armis & eruditi unde etiam nomen habebãt: plæriq; tamen famam gentis æquare non poterant. Omnium enim regum qui romanis parebant felicíſſimum cõmagenũ fieri contigit priuſquã fortuna mutaretur. Oſtendit ille quoq; in ſenecta ætate nullum ante mortem beatum dici oportere. Cæteꝝ filius eius adhuc eo uigẽte præſens ſe mirari aiebat: quidnam eſſet quod romanos adire pigebat muros. Erat enim bellator ipſe naturaq; promptiſſimus: rãtuſq; uiribus ut multum peccaret audacia. Cum uero Titus ad hoc ſubriſiſſet: laboremq; cõmunem eſſe dixiſſet: ſicut erat antiochus cum macedonibus in murum impetum fecit: & ipſe quidem pro uiribus ſuis ac peritia cauebat tæla iudæoꝝ ſagittis eos appetens adoleſcentuli aũt omnes præter paucos attriti ſunt. Nam pudore promiſſionis diutius pugna certauerat: & ad extremum multi ſautii receſſere: hoc reputantes q; etiã uiris macedonibus uincere cupientibus fortuna opus ſit alexandri. A romanis enim duodecimo die menſis maii. aggeres inchoati uix nono & uigeſimo perfecti ſunt: cum totos dies ſeptem & decem laboraſſent ingẽtes enim quattuor acti ſunt: & unus quidem qui erat ad antoniã & a quinta legione fuerat extructus contra medium ſtagnũ quod ſtrunthium uocatur: alter uero a. xii. uigiti cubitis diſtans. Decima uero legio quæ ſupra memoratis præſtabat in ſeptentrionali parte opus erexerat: ubi ſtagnũ eſt qđ appellatur amigdalon. Adhuc aũt quintadecima legio. xxx. deſcendentem cubitis aggerem fecit ad pontificis monumentũ. Iam uero admotis aggeribus ioannes ſuffoſſa intus terra uſq; ad aggeres antoniam uerſus diſpoſitis per cuniculum ſubdibus opera ſuſpendit: illataq; ſilua pice ac bitumine illita ignẽ imittit. Succenſis aũt fulcimentis foſſa repente ſubſedit: cunq; magno ſonitu in ea aggeres decidere: ac primo quidem cum puluere fumus ex alto excitatus eſt cum ignẽ ruina concluderet. Peræſa uero materia: qua premebatur flamma iam clarior apparebat. Et romãos repentini quidem facti ſtupor occupat molitionẽ iudæoꝝ ægre ferebant: iamq; ſe uiciſſe credẽtium: & ſpes eos caſſa refrixit: & in poſterum ſubuenire aduerſus ignem minus utile uidebaẽ ẽt ſi eſſet extinctus ſemel aggeribus deuoratis. Biduo uero poſt alios etiã aggeres Simõ cum ſociis aggreditur. Illa enim parte romanis admotis arietibus concutere murum cœperant. Teſteus aũt quidam ex Garſi ortus ciuitate galileæ & Magaſſarius ex regalibus familiis mariãnes: cunq; his Adiabenus quidã filius Nabatæ nomen habens ex fortuna Egiras: cuius eſt interpretatatio claudus: raptis facibus in machinas euolarunt: hiſq; uiris neq; audaciores ĩ illo bello extra ciuitatem apparuere neq; magis horrendi. Nam uelut in amicos: non ut in agmen hoſtium excurrerent nihil contati ſunt aut ſubſtitere: ſed per medios inimicos facto ĩpetu machinas incendere. Acti aũt miſſilibus & gladiis detruſi non prius a periculo dimoti ſunt quã ignis inſtrumenta corriperet. Sublata uero iam flamma romani quidem concurrentes e caſtris auxilio properabant: iudæi uero ex muro eas prohibebant: manuſq; cum his conſerebant qui flammas extinguere conarentur propriis corporibus nullo modo parcẽtes. Et illi quidem arietes igni ſubtrahere cum eoꝝ tegmina cremarentur: iudæi etiam per flammas eos retinere certabant: & quãuis feruens nacti eſſent: ferrum tamen arietes non amiſere. Hinc aũt auxiliantes flamma tranſiit: & aggeres iam occupabat incendium. Itaq; romani flãma circundati: quoniã ſeruare poſſe opera deſperabant in caſtra deſcendunt. Iudæi uero magis inſtabant: cum ſemper eoꝝ numerus creſceret ex ciuitate accedẽtibns adiumentis minuſq; cautos haberent impetus freti uictoria. Progreſſi aũt uſq; ad munimẽta caſtroꝝ prælio cum eoꝝ cuſtodibus dimicabant. Eſt ergo quædã pro caſtris per uices ſtantiũ armatoꝝ & acerbiſſima in eos ſanctio romanoꝝ: ut qui loco de qualibet cauſa ceſſiſſet occideretur: hi pœnali loco de glorioſa morte prælata ſteterunt fortiter: eorũq; neceſſitate ſimul ac pudore plurimi fugientiũ redierunt: baliſtiſq; in muro diſpoſitis ex ciuitate accedentẽ multitudinẽ prohibebãt: nihil pro cautione ſiue tutamine ſuoꝝ corpoꝝ prouidentẽ: nam quoſcunq; obuios habuiſſent cum his congrediebantur iudæi: & in ſpicula irruẽtes incaute ipſis corporibus inimicos feriebant. Sed neq; hi iactus magis quã fiducia ſuperabant: & romani plus audaciæ quã q; male tractarentur cedebãt. Iam uero Titus aderat ab antonia quo ſeceſſerat locũ aliis aggeribus proſpiciens: multumq; increpatis militibus ſi cum hoſtibus muros optinebant in ſuis periclitarent: & uelut ex carcere contra ſe dimiſſis iudæis obſeſſoꝝ paterentur ipſi fortunam cum electis militibus hoſtes alatere circũuenit: illi aũt cũ mora ferirentur contra eum conuerſi durabãt: mixta uero acie puluis quidẽ lumina: clamor uero aures exuperabat. Neq; aũt amicum quiſquã ĩterno ſcere poterat aut inimicum. Iudæis aũt non tam uirium fiducia quantum ſalutis deſperatione pſeuerãtibus: etiam Romanos pudor armoꝝ & gloriæ & præſentiæ periclitãtis Cæſaris reddidit fortiores. Itaq; putauere in eos ad extremũ nimia ferocitate aſorum uel totam multitudinem iudæorum fuiſſe rapturos niſi præuento pugnæ momento in ciuitatẽ ſe recepiſſent. Corruptis ãt aggeribus romani ſono tenebantur q; tam longum laborem una hora perdidere: & multi quidẽ

ſolutis machinis captum iri ciuitatem iam deſperabant.

Capitulum.XXII.

TItus aũt cũ ducibus quid fieret deliberabat.Et callidioribus quidẽ placebat omni admoto milite ui muros experiri:adhuc eĩ iudæos cũ exercitus pte dimicaſſe:uniuerſi uero militis impetum tolerare non poſſe uerũ ſagittis eſſe obruendos.Prudentiores autẽ rurſus aggeres fieri ſuadebant:alii & ſine aggeribus aſſideri greſſus eoꝝ tãtũmõ obſeruantes:ac ne uictus intro ferretur monebant:& ciuitatẽ fami relinquere:neq; cũ hoſte manu confligere:nec enĩ expugnari eoꝝ confidentiã poſſe:quibus optatũ ẽ ferro procũbere :uel ẽt ſine hoc iterficere:quæ ſæuior eſt cupiditas:ipſi aũtẽ Tito cæſari quidẽ prorſus tãto cũ exercitu honeſtum non uidebatur & pugnare cũ his ſuperuacuũ qui ſemetipſos perdituri eſſent.Aggeres autem fieri impendioꝝ penuria opoſum iudicabat:egreſſus uero ciuitatis obſeruari operoſius. Nec.n.circũdari eam ptopter magnitudinẽ locorũq; difficultatẽ ab exercitu poſſe : & propterea ad excurſus incautum:cõtra mãifeſtã uiã obſeruatã occultas uias excogitaturos iudæos tã neceſſitate q̃ locorũ ſcia.Si quid aũt clã eſſet illatũ diutius obſidionẽ trahẽdã uerẽdũq; ne uictoriæ gloriã diminuat tpis lõgitudo.Hæc.n.quidẽ effici poſſe:ſed celeritatẽ ãte gloriã duci debere tamen ſi celeritate uti uelit & cautiõe totã muro cingere ciuitatẽ.Hoc.n.mõ omnes exitus poſſe percludi:& iudæos aut omnibus modis ſalute deſpata ciuitatẽ tradituros aut fame uictos facillime capiendos:alter.n.ſe non poſſe quieſcere:uerũ & aggeres curaturũ eſſe:cũ infirmiores héat qui prohibent:q; ſi cuiq; magnũ opus & inextricabile uideatur eum conſiderare debere q; neq; paruũ opus romanos decebat facere:&ſine labore magnũ quid pficere ne deo quidẽ facile ſit.

Capitplum.XXIII.

IIs duces exhortatus ſubet eos exercitus in opera diſtribuere.Diuinus aũt quidẽ impetus militibus incidit:ãbitũq; ptiti non ſolũ rectores inter ſe:ueꝝ ipſi etiã ordines certabãt.Et miles quidẽ decatarcho.Decatarchus aũt Ecatontarcho iſq; Chiliarcho placere properabat.Chiliarchoꝝ uero oſtẽtatio ad duces uſq; ptinebat. Ducũ uero certamina cæſar ipſe diiudicabat.In dies enĩ ſingulos circuiẽs opus ſepiſſime inſpiciebat.Cœptum enim a caſtris aſſyriorũ:ubi ipſe tendebat ad iferiorẽ cenopolim murum duxit . Hinc p cedronẽ ad Elcona monteẽ reuertens a meridie monteẽ cõplectitur uſq; ad ſaxũ quod p inſterconos uocatur:eſq; proximũ collẽ qui ſup uallẽ iminet. Siloã ac inde ad occidentẽ flexo ædificio ad uallem fontis deſcendit.Hinc ſubiẽs ad Anani pontificis monumentũ circũdato monte ubi Pompeius caſtra poſuerat:ad ſeptẽtrionalẽ redit regionẽ eã cũ p̃ceſſiſſet ad uici parteẽ cui nomen eſt crebinicus.Poſt illum Herodis monumentũ ab oriente clauſum caſtris ſuis coniunxit unde cœperat murus quidẽ uno minus.xl.ſtadiis erat.Adhuc aũt foris'caſtella.xiii.ædificata ſunt:eorum gyrus denis ſtadiis nũerabatur.Totũ aũt opus triduo cõſtructum eſt ut id quidẽ dignum menſibus uideretur:celeritas uero fide careret.Muro aũt circũcluſa ciuitate p caſtella cuſtodibus collocatis: primam quidẽ uigiliã noctis ipſe circuiẽs explorabat. Secunda uero Alexandro pmiſerat. Tertia uero obtigit agminum ducibus.Somnos autem uigiles inter ſe ſortiebantur:totaq; nocte per caſtellorum ſpatia circuibant.

Capitulum.XXIIII.

IVdæis aũt cũ exeundi facultate:omnis etiã ſpes ſalutis a dẽpta eſt:auctaq; iam fames tota domus ac familias depaſcebatur.Et tecta qdẽ plena erãt mulieribus exanimatis atq; infantibus: uiarum autẽ anguſta ſenibus mortuis.Adoleſcentes aũt ac iuuenes turgidi uelut umbra mortuorum per oppidũ uolutabant & ubi quẽ caſus occupauerat decidebant.Sepelire aũt funera neq; poterant præ labore: & eos quibus aliqua uis ſupererat pigebat & propter multitudinẽ mortuoꝝ:& quod de ipſis erat ĩcertũ.Deniq; ſup eos quos ſepelierant multi moriebantur.Multi aũt ad ſepulchra priuſquã fati dies ueniret & uiui properabãt: neq; luctus in illis calamitatibus neq; fletus erat:ſed fame ſupabant affectus.Siccis autẽ oculis & corruptis oribus qui tardius morerent eos qui ante ſe requieſcerent tuebant.Altũ uero ſilentiũ ciuitatẽ plenaq; mortuis nox cõpræhenderat.Et latrones his acerbiores domus enĩ tantũ ſepulchra erant:& cadauera ſpoliabant uelamina corporibus detrahẽtes cũ riſu egrediebãt.Hiſq; gladiorũ mucrones propinabãt:nõnulloſq; iacentiũ adhuc ſpirãtes ferro expiẽdi cã trãſuerberabãt. Si quis aũt manũ rogaſſet aut ferrũ ſibi cõmodari quo famẽ euaderat:ſupbiſſime negligebatur. Animas uero efflantiũ q̃ſq; in morte tẽplũ obtutibus intuebant cũ uiuos relinqueret ſeditioſos. Illi aũt primo quidẽ ſumptu publico iubebant mortuos ſeperiri cũ doloreẽ ferre nõ poſſent.Deinde q; non ſufficiebant in ualles eos ex muro p̃cipitabant. Quas circuiens Titus ubi plenas cadaueribus uidit:altaq; ſanie tabefactis corporibus defluentes ingemuit & extentis manibus deũ teſtabatur factum illud ſuum non eſſe.Ciuitas quidẽ ita erat affecta.

Capitulum.XXV.

ROmani uero cum nemo iam seditiosorum auderet excurrere: nâ etiâ eos mœror fames tangebat:dies lætos agebant.Frumenti aliarúmq; reꝫ necessariaꝫ hẽntes copiâ de syria ꝓximisq; ꝓuintiis.Multi aũt iuxta muꝝ stantes magnáq; alimentorũ abundantiam demõstrantes satietate sui famẽ hostiũ incẽdebãt.Seditiosis aũt nihilomagis calamitate cedentibus Titus reliquias populi miseratus:& ꝓperás sãltẽ hoc liberare quod supest: iterũ aggeres inchoabat quãq̃ difficulter materiã repiret.Omnes enĩ ciuitati ꝓximas siluas opa prima cõsumpserant.Ex nonagesimo uero stadio milites alías congregabãt & ad antoniã solã ex quattuor ptibus maiores prioribus aggeres struebãt.Cæsar aũt agmina circuiẽs atq; opus urgẽs demonstrabat:q; in máibus eoꝝ latrões haberet.Sed illis pœnitudo plane pierat:& aĩmis & corporibus sepati utriq; uelut alienis utebant.Nec enĩ uel aias affectio másueta uel corpora dolor tangebat:qui etiã mortuã plebẽ quasi canes lacerabant:replebãtq; languentibus carcerem.

Capitulum.XXVI.

DEniq; Simõ & mathiã quidẽ ꝑ quẽ obtinuerat ciuitatẽ ĩ cruciatũ pemit boechi filius erat ex pontificibus populo maxie fidelis & carus.Is cũ a zelotis male populus tractaretur:quibus iam ioannes accesserat ut adiutorẽ Simonẽ reciꝑet populo ꝑ suasit: nulla cũ eo prius habita pactiõe:aut aliq̃d mali metuẽs.Ingressus aũt ille postq̃ obtinuit ciuitatẽ:inimicũ eũ æque atq; alios esse dicebat:qui ꝑ se cõsiliũ dederat:uelut hoc simplicitate suasisset ꝓductũ eũ & accusatũ q; cũ romanis sentiret morte dãnauit:ne purgatiõis ei facultate cõcessa cũ tribus filiis suis.Quartus enĩ ad Titũ ante ꝓfugerat.Prius aũt se occidi quã filios obsecrantẽ:atq; hanc ꝑ illa q; ciuitatẽ ei apuissent grãm postulátẽ:ut augeret eius doloré nouissimum iussit interfici.Ille quidẽ sup cæsos in conspectu suo filios iugulat corã romãis ꝓductus: ita enĩ Simon Anano magadi filio ꝑcepat:qui erat eius satellitũ crudelissimus: cauillatus si quid eum iuuarẽt ad quos exire uoluisset.Corpa uero sepeliri ꝓhibuit:post hos anáias quidã põtifex filius Masãbali nobilis & scriba curiæ uir fortis ex Amua genus ducens:& cũ his.xv. ex populo clariores necabant.Iosippi uero patrẽ cõclusum asseruabant: missoq; præcone denunciant ne qs in ciuitate degentiũ uel colloqueretur cũ eo:uel in unũ ueniret ꝓditionis metu ꝓposito :& eos qui hæc cum illo deflerent ante questionẽ ꝑimebant.

CapitulumXXVII.

ISta uidẽs quidã iudas filius Dudi unus ex nũero præfectoꝝ Simõis qui turrim ab eo sibi creditã custodiebat.Fortasse quidẽ non nihil etiã misericordia crudeliter peũtiũ: magis autẽ sui ꝓuidentia conuocatis.x.fidissimis contubernalium:quousq; tandem inquit hæc mala sustinebimus?quã ue salutis spẽ hẽmus seruantes pessimo fidẽ?Ecce iam fames oppugnat:romani uero pœne intus sunt.Simon aũt bene quoq; meritis infidelis est: metusq; sibi etiã apud eũ pœne & apud romãos certa fœderis dexterã.Ergo age tradito muro & nosmet seruemus & ciuitatẽ.Nihil aũt graue simon patietur si cũ de se despauerit pœnas citius pẽdet.His ubi decẽ assensi sũt mane cæteros quos subiectos habebat ꝑ diuersum dimittit:ne qd eoꝝ q̃ cogitauerat ꝓderet.Ipse uero de turri hora tertia romanos iuocabat:illoꝝ aũt alii supbiã contẽnebant:alii nõ credebant:alios etiã pigebat uelut mox capturos ciuitatẽ nullo piculo.Interea uero cũ Titus ad muꝝ cũ armatis accederet:ante rẽ Simon cognouit:turrimq; uelociter occupat.Romanis eos inspectantibus pemít:& ꝑ muꝝ ꝓiecit corpora mortuoꝝ.Ibiq; circuiens Iosippus:nec enĩ rogare cessabat:caput uulneratũ lapide:statĩ attonitus cadit. Excursus aũt ad eius casum factus est iudæoꝝ:abreptusq; esset in ciuitatẽ nisi Cæsar misisset:qui eũ ꝓtegerent.Illis ãt pugnãtibus Iosippus quidẽ tollitur nihil quod agereẽ intelligẽs.Seditiosi uero tãquã interfecto quẽ maxie cupiebãt cũ lætícia cõclamauerũt.Dicit aũt hic núcius ꝑ ciuitatẽ ex quo residuã multitudinẽ mœror tenuit uere pisse credẽtẽ:cuius fiducia ꝓfugere cogitabãt.Audito ãt iosippi mr in carcere mortuũ esse filiũ suũ ad custodes qdẽ ex iotapatis hæc ait:certo se credere nec ei uiuo potiri.Secreto aũt flens ad ancillas:hunc iquit fœcunditatis recepisse fructũ q; ne sepelire quidẽ sibi filiũ licuisset a quo sepeliri spasset.Veꝝ ne illã quidẽ mendaciũ diutius cruciauit:neq; latrones refecit.Cito ei curato uulnere Iosippus resipuit:ꝓgressusq; clamabat illos qdẽ nõ sibi multo post uulneris pœnas daturos:populũ aut rursũ ad fidẽ rogabat.Vnde populo quidẽ fiducia:sedi tiosis uero stupor incidit eius aspectu.Profugoꝝ aũt alii státi de muro necessitate ꝓsiliebãt: alii uelut ad pugnã cũ lãpadibus ꝓgressi simulantes mox ad romanos ꝓfugiebant.Hos aũt scæuior ea quã intus ptulerant fortuna consequebat & fame quã domi reliquerãt uelociorẽ apud romanos inueniebant ad exitiũ satietatẽ.Aderant aũt inflati ex inedia & uelut morbo itercutis aquæ turgidi.Deinde uacuata replentes corpora disrũpebant:nisi q; periti desideria cohibuissent:pau-

latimq; cibum desueto corpore obtulissent. Verum & eos qui hoc modo seruarentur alia plaga suscepit. Quidā enī apud syrios ex transfugis deꝑhendit̄ e fimo uentris aureos colligens. Transglutientes aūt: ut supra diximus: eo ueniebant ꝙ cūctos seditiosi scrutabant̄: & maxima uis auri fuerat in ciuitate. Deniq; .xii. atticis cōparabāt qđ antea .xxv. ualebat. Veꝝ hac arte ꝑ unū detecta totis castris fama ꝑcrebruit ꝙ auro transfuge pleni uenirent. Arabū aūt multitudo & Syri scissis uentribus suppliciū minitabant̄. Et hac ego clade nullā credo scæuiorē cōtigisse iudæis: yna deniq; nocte duoꝝ miliū patefacta sūt uiscera. Et hac Titus iniusticia cognita pœne iusisset auctores circunfuso equitatu iaculis appeti: nisi magna fuisset multitudo noxioꝝ: multoq; plures puniendiq̄ q fuerant interempti. Conuocatis aūt auxiliatoꝝ ducibus itemq; militū romāoꝝ: nā ēt militū quosdā hæc tangebat inuidia utrisq; iratus dicebat: si qui militū suoꝝ hæc cōmitterēt lucri causa incerti nec arma propria qsquā erubesceret auro argentoq; facta. Arabi āt & Syri primo quidē ī alieno bello iure suo calamitatibus uterēt̄. Deinde qui crudelitatē ī cædibus & ī iudæis odia romanis ascriberēt. Hac enī quosdā eoꝝ milites infamia ꝑticipare. Et his quidē mortē īterminatus ē: si quis in eadē postea reptus fuisset audacia. Ad legiones aūt litteras dedit ut suspectos inuestigarent atq; ad se referrent. Veꝝ ꝓfecto auaritia cōtēnit omne suppliciū scæuusq; hoībus lucrandi amor īnatus ē nullaq; oīo calamitas plus habēdi cupidine cōparat̄: īmo uero hæc alios & modum habentē metus subiungit̄. Deus aūt qui dānauerat populū oēmq; uiā salutis ad īteritum uerterat. Deniq; id qđ cum pœna interdixerat Cæsar occulte in profugos admittebat̄. & si quis transfugisset circunspectantes aūt ne quis romāoꝝ uideret: eos scindebant: & ex uisceribus questum nefariū trahebāt. Illi paucis aūt reperiebat̄: & plærosq; sola spes consumebat. Hic quidē casus multos transfugarum seduxit.

Capitulum. XXVIII.

IOannes āt ubi rapinæ ex templo defuere: ad sacrilegiū sese cōuertit: multaq; donaria templi retinēs: multaq; uasa diuinæ rei ministerio necessaria crateras & lances & mēsas: urceolis quidē abstinuit quos Augustus eiusq; uxor miserat. Romanoꝝ quidem imperatores honorauerunt semꝑ tēplum atq; ornauerunt: tunc aūt iudæus etiā alienigenarum dona detrahebat: ad sotios aūt dicebat sine metu diuinis abuti debere: qui pro deo: qui pro templo militarent. Ex ipso alii propterea q; sacrū uinū & oleū quod sacerdotes sacrificiis reseruabant: tutum erat effudisse. Nanq; in templo & multitudini distribuisse: & illi sine horror̄ ungebantur & potabant. Non equidem recusabo dicere quæ dolor iubet. Puto si romani contra noxios uenire tardassent: aut hiatu terræ deuorandā esse ciuitatē: aut diluuio ꝑiturā: aut fulgura: aut sodomitana incendia passurā. Multo enī magis impiam progeniē tulit: q̄ quæ illa ꝑtulerant. Deniq; cū eoꝝ pertinacia desꝑata totus populus interiit. Et quid opus est sigillatim narrare cædes? Ac Aninus Eleazari filius transgressus ad Titum ꝑ unā portā quæ sibi credita fuerat: centū &.xv. milia &.lxxx. dixit elata cadauera: ex quo die castra ꝓpe ciuitatē posita sūt. Et die q̄rtadecīa mensis aprilis usq; ad calendas iulii. Hæc aūt immensa est multitudo: nec tamen uel ipse fuit appositus portæ: sed publicā mercedē diuidens mortuos ex necessitate numerabat. Cæteros enim propinqui sepeliebant. Sepultura aūt fuit elatos ex oppido proiicere. Post hūc aūt nobiles ꝓfugi omnia mortuoꝝ sexcenta milia portis eiecta nunciabant. Alioꝝ uero numeꝝ minime posse cōpræhendi. Cum aūt paupes ferendos nō sufficerēt: congesta in maximis ædibus cadauera essent inclusa. Et frumenti quidē modiū uenisse talento. Post ubi aūt muro circundata ciuitate ne herbas quidē legere iam liceret: ad hoc necessitatis quosdā fuisse cōpulsos ut cloacas rimarēt̄: boūq; ueterem fimū alimentū haberent. Stercus inde collectū & quod nec usui quidē tolerabile fuerat cibus erat. Hoc romani quidē audiētes miserati sunt: seditiosos aūt ne uidētes quidē pœnitebāt: sed patiebant̄ usq; ad ea ꝓgredi: fatū enī eos reddiderat cæcos: quod iam & ipsis erat & ciuitati.

legere .i. collig[illegible] rimarent̄ .i. dili[illegible] quærerent.

Iosephi de bello iudaico liber septimus incipit feliciter.

CLades quidē hierosolymoꝝ ī peius quotidie procedebāt: cū & seditiosi magis accederentur inclusi: postq̄ populū fames ipsosq; iam possederat. Quin & multitudo cōgestoꝝ in ciuitate cadaueꝝ & uisu horrēda erat: odorēq; pestiferꝝ emittebat: cū excursus etiā pugnātiū moraret̄. Nam ueluti ꝑ aciem ruerēt plurima cæde excitata cōculcare mortuos cogebantur: & qui suꝑ eos pedē ponerent neq; suꝑabantur neq; horrebant: nec saltē sibi augurio fore putabant contumeliam mortuorum. Gentili aūt cæde polluti dextras ad extremū bellū præparabāt: tāq̄ ex probrātes deo: ut mihi uidet̄: supplicii sui tarditatē. Nō eī spe uictoriæ

maior pars eorũ: sed desperatione salutis ferocius ferebant. Romani aũt quãuis plurimũ i aggreganda materia laborarent: tamen intra .xxi. dies aggeres erexerunt attonitis oĩbus ad nonaginta usq; stadia circũ oppidũ lucis: erat aũt miserabilis terræ facies. Nanq; antea arboribus & pdisiis ornata fuerat: ea tũc deserta præcisis undiq; arboribus cernebat: nec ullus qui prius iudæã uiderat alienigena & suburbana pulcherria ciuitatis: cũ eius solitudiné tunc uideret continere lachrymas poterat: uel nõ gemere mutationé naturæ quantũ pristinæ derogassent. Omnia náq; isignia pulchritudinis bellũ deleuerat: ne si quis subito aduenies qui locũ prius scierat eũ cognosceret: sed præsens quereret ciuitaté. Romanis aũt ac iudæis finitũ opus aggerũ par faciebat timoris initium. Náq; hi nisi eos quoq; exuerét captũ iri ciuitaté putabãt. Romanis ãt fortasse nec uolútatẽ sibi fore illis incensis: ná & materiæ defecerãt: & labori quidé corpora militũ crebris ãt ofensionibus cessarãt. Verũ ciuitatis cladibus tristius romãi quã ciues ea habitántes afficiebant. Ad mala enim q̃ hinc accedebant etiã pugnatoribus nihilo segnius utebant. Sed eorũ spes frangebat cũ aggeres insidiis machinæ siue soliditate muri: manus uero cõflictus audacia repugnántiũ superet: & præcipue q̃ cũ seditione fameq; ac bello: totq; malis pstátiores iudæorũ aios inuenirẽt. Virorũ quidẽ in expugnabiles esse ipetus arbitrabant: inuictá uero aiorũ magnitudiné q̃ calamitatibus aleret. Ná qs eos in rebus secúdis sustineat qui malis ad uirtutẽ incitaret. Illi quidẽ ꝓpterea cautius custodias præparabãt. Ioannis aũt factio apud Antoniã simul & futura timebant. Si discederetur murus cauebat & antequã arietes admouebant opibus instabat: nisi qa conatus irritus fuerit. Aggressi enĩ cũ facibus aggerẽ spe decepti remeare. Ná primũ ne cõcordare quidẽ eorũ uidebatur consiliũ paulati & p interualla & cunctanter nõ sine metu ꝓsilientiũ neq; iudæorũ more: ut breuiter dicam. Deerant enĩ quæ ꝓpria gentis essent audacia cursus & oĩm simul impetus: & ut sine offensione recederent. Languidiores ꝓgressi quã solebant etiã romanos solito promptiores offendere: qui corporibus quidẽ atq; armis ita undiq; aggeres sepsere: ut nusquã igni aditũ relinquerent. Animũ uero ita cõfirmauerunt ne quis loco antequã occũberent moueret. Náꝑter omniũ reꝝ desꝑationé si etiã illud opus esset exustũ acerbissimus pudor milites occupauerat: si aut calliditati uirtus cederet aut arma temeritati aut pitia multitudini aut iudæis romãi. Simul autem missilia cũ illis faciebant in ꝓsilientes delata: & qui cecidisset posteriores ipediebat ac piculũ antecedentes meliores afficiebat. Qui uero intra cæli iactũ uenĩ ꝓperassent: alii disciplina hostium & densitate perterriti: alii confixi hastis retrocedebant: & ad extremũ alius aliũ timiditatis arguens re infecta reuertebant. Calendis aũt iulii tentata fuerat expugnatio. Iudæis auté inde digressis romani machinas admouere: qui cũ ab antonia saxis atq; igni ferroq; peterent: & quodcunq; hostibus tælũ necessitas attulisset. Nam licet multũ mœnibus iudæi confiderent machinasq; cõtinerent: tamé eas applicare prohibebant romanos. Illi aũt iudæis studiũ esse ratiõe murorum ne infirmitate antonia læderet: & fragilibus eã fundamentis suspicantes contra certabãt. Nec tamen q̃ feriebat ictibus obediebat sed ipsi quidẽ crebris in se missilibus iactis cũ nullis piculis desup uententibus lassarent arietũ opus urgebant. Cum uero inferiores essent ac lapidibus frangerentur: alii scutis sup corpore cõcameratis: fundamenta manibus & uectibus suffodiebãt. Itaq; saxis quatitur obstinato labore concussis. Quietem utriusq; nox attulit: & in ea murus arietibus labefactatus ex qua parte prioribus Ioannes aggeribus insidiando murum suffoderat subsidente cuniculo repente labitur pars præter spẽ muriq;: & animi aflecti sunt. Nam iudæi quidem quibus memoria esse oportebat quod ruina præter spem accederat & aduersum eã precauti non fuerant tanquã mansura esset antonia confidebant. Romanorũ aũtẽ inopinatã læticiã sub celeri subuersione natam: conspectus alius murus quẽ intrinsecus Ioannes ædificauerat cito restrinxit. Veruntamen prior facilior impetus uidebatur. Tunc enim & ascensum per ruinas promptiorẽ & antoniam satis esse infirmiorem. Murus quoq; qui recens erat cito destrui posse arbitrabatur. Nemo tamen eum audebat ascendere q̃ qui primus id tẽtauisset certissimum esset exitium.

Capitulum. II.

Titus uero spe atq; ratione putans alacritatem pugnantium excitari: & adhortatione atq; promissis sæpe quidem periculorum nasci obliuia: interdum autem mortem solere ac conteni in unum congregatos fortissimos experiebatur dicens. O commilitones hortari quidem ad ea quæ periculum non afferunt aparte & ipsis qui rogantur & qui eos rogant ignauiæ repræhensionem parit. Exhortatione autem opus est in solis rebus ambiguis: quippe illa per se quéq; gerere dignum est. Itaq; difficilem uobis in murum esse ascensum ipse profiteor: q̃ aũt uel maxime oporteat gloriæ cupidos pugnare difficillimis rebus pulchrũq; sit cũ laude mori. Nec erit infructuosum: qui primi fortiter fecerũt prosequar. Primũ quidẽ uos illud hortet: q̃ nõnullos fortasse deterreat iudæorũ patiés aius: & i aduersis rebus dura cõstãtia.

Romanos enim eosq; milites quibus in pace bella discere:in bello autē uincere consuetum est:a iudæis manu uel animo superari turpissimum est:idq; in fine uictoriæ cum etiā dei nitamur auxilio.Nāq; offensionis nostræ iudaicæ desperatiōes sunt.Illoꝝ aūt clades fauore dei uestriscq; uirtutibus crescunt.Etenī seditio fames obsidio murorūq; sine machinis casus:qd sit aliud q̄ i illos ira dei nostrūq; adiumentū.Igitur non solū deterioribus inferiores uideri:sed etiā diuinū p̄sidiū prodere uobis non conueniꝫ.Quo pacto aūt nō turpe uideatur:iudæos quidē quibus nō magni pudoris est uinci:qui seruire didicerint:quo minus in posteꝝ patiantur mortē conten̄ere:atq; i nos medios frequenter excurrere nō uictoriæ spe:sed ostentationis gratia.Vos aūt totius pœne terræ marisq; uictores:quibus etiā non uincere probro habetur otiosos sedentes:ne semel quidē in hostes aliquid audaciter expertos:famā ac fortunā cū his armis opiri:maxīe cū puo discrimīe totum possitis efficere.Deniq; iam in Antoniā si ascenderimus hēbimus ciuitatē. Nam &si pugnandum sit aduersum intus positos quod non arbitror:attamen capta hac respiratione hostiū incedere uictoriā nobis plenissimā repromittit.Et ego prætermissa nunc meorum laude: qui in bello cecidere & immortalitate qui marito furore prostrati sūt ex morbo pacis tempore mortē aliter sentiētibus imp̄cabor:quorum anima cum corpore sepultura dānatur. Quis enī uirorum fortium nescit?q animas in acie ferro corporibusq; absolutas purissimum elementū æther hospitio receptas inter sidera collocat:manesq; se bonos ac propicios heroas uidendos offerre posteris suis.Quas uero morbus corporis tabesq; cōsumpserit:& si maxime probris ac piaculis purgatæ sunt:subterraneæ tenebræ operiunt altaq; obliuio suscipit:& corporis simul ac uitæ ac memoriæ fine circunscriptas.Quod si necessario mors homini fato decreta ē:ad hoc omni morbo leuius est ferri ministerium:qui non uideatur ignauū negare usui quod debito redditurus sit.Et hæc quidē ueluti seruari nequeant:uel qui conati fuerint prosecutus sum. Est aūt salutis spes in maximis quoq; periculis:qui uirilē animū gerūt:primum enī quod didicit patet incessu.Deinde totum quod ædificatum est facillime dissolui pōt.Vosq; plures hoc opus aggredientes:alius alii pro adhortatione fiet atq; subsidio:uestraq; obstinatio in breui animos hostium franget:ac fortasse nobis si eā tātum cæpimus incruenta res efficietur.Etenī ascendentes quidē nos prohibere scilicet conabunt.Si uero clā uel etiā per uim aliquid egerimus semel q̄is paucos nō sustinebūt. Me autem profecto pudeat nisi qui primus hoc fecerit:inuidendū remunerationibus fecero:& qui uixerit quidē similibus p̄sit:beatissima uero p̄mia sequātur occisos. Talia dicente Tito:cætera quidem multitudo piculum magnitudine timuit:eoꝝ uero unus qui in cohortibus militarent Sabinus quidē genere syrus uir & manu simul & aīo fortis apparuit:licet si quis eū ante uidisset:quantū ex hitu corporis ne specie quidē militē esse credidisset.Erat enī colo̅ nigro exilis hītudine:sed anima quædā heroica in macro corpore atq; angustiore uiribus suis habitabats.Cū primus surrexisset:itaq; dedome inquit tibi alacri aīo Cæsar:& ante omnes:in murum ascendo: atq; opto quidē ut uires ac uoluntatē meā sequatur fortuna tua.Quod si cœptū casus inuiderit: scito me nō præter spem q̄ res aliter cesserit:sed q̄ sic decreuerim pro te moriturum. His dictis & scutum læua manu capiti p̄tendēs:strictoq; dextera gladio circa horā diei sextā murū petebat. Sequebantur aūt ex aliis qui soli eius uirtuti æmuli esse cupiebant.xi.uiri.Multo aūt omnes antecedebat diuino quodā impetu excitatus:cum de muro custodes iaculis & sagittis undiq; infinitis appeterent:atq; ingentia saxa deoluerent:qui nōnullos de.xi.deceperunt.Sabinus aūt missilibus occurrens:licet obstrueretur sagittis:non tamen ante impetum cōhibuit quā summā muri p̄tenderet hosteſq; in fugā uerteret. Viribus aūt eius atq; animi ptinacia territi pluresq; ascēdisse rati non steterunt.Qua in re fortunā quis ueluti uirtutibus iuideat supeꝝ præclaris facinoribus officiat non incusauerit?Siquidem hic uir neq; ab incepto errauit & offensione lapidis cum maximo crepitu pronus decidit.Vnde factum est ut iudæi reuersi ubi solum & iacentem uidere ex omni eum parte iaculis peterent.Ille genibus nixus & scuto protectus primo quidem ulciscebat hostes multosq; ad se appropinquantes sauciauit:uulnerum autem multitudie remisit dexterā: & ad extremum priusquam redderet animam sagittis est obrutus uir dignus pro fortitudie qui meliori fortūa uteretur. Pro mensura uero cœpti facinoris cedit.Cæteri autem tres pœne iā iūma tenentes obtriti lapidibus perierūt:& octo sauciati detracti & in castra relati sunt. Hæc quidem tertia die mensis iulii gesta sunt.

Sabinus

Capitulum.III.

BIduo autem post.xx.de numero excubantium per aggeres militū cōgregati signiferꝝ ordinis sui & duos quosdam ex ala equitum & tubicinem unum ad se uocant:nonaque noctis hora per ruinas ad Antoniam ociose procedunt:occisis autem primis

custodibus somno oppressis murum obtinēt:ac buccina signū dari precipiūt:quo cæteri quidē uigiles subito exsuscitantur & fugiunt priusquam multitudinē quæ murū ascenderat cernerent. Nam & timor illis & tuba imaginē quādā ubi magnū hostiū numerū ascēdisse crederēt ostēdit. Cæsar aūt signo audito propēr armat exercitū:& cum ducibus primis lectoꝝ caterua comitatus ascendit.Cum aūt iudæi ad templum interius confugissent:ipsi quoq; p cuniculū irruperūt:quē Ioannes aduersum ro. nanorum aggeres aperuerat.Dispositiq; amboꝝ agminū seditiosi tam Ioannis quam Simonis arcebant eos summa ui atq; alacritate repugnandi. Si quidē excidii finem putabant locum sanctū penetrasse romanos quod & his uictoriæ principiū fuit. Ad ipsum autē adytum ualidissima pugna cōmittitur.His quidē templum ui occupare conantibus:iudæis uero antoniam uersus eos repellentibus.Et sagittæ quidē atque hastæ utrisq; inutiles erant.Strictis autem ensibus dimicabant.Neque cōfictu discerni poterat:ex qua parte quisque pugnaret p̄mixtis uiris & propter angustias permutatis:cum & uocis intellectū magnitudo confunderet:multaque mors esset utrinque arma simul & cadauera iacentiū cōculcata frangerēt prælia tes.Semp autem si bellum fluens grauasset alteram partem potioꝝ exhortatio & inferioꝝ conquestio nascebatur:neque aut fugæ aut persecutioni locus erat sed propinquæ mutationes confligentium & inclinationes permixtæ fiebant exercitus.Qui uero inter primos stetissent aut occidendi aut moriendi necessitatem habebant:q; refugere non dabatur.Nam & posteriores utriusque partes suos in frontem urgebant:nullūq; inter dimicantes bello uacuū interuallum reliquerant. Cum autem iudæoꝝ animi romanorum pitiam uincerent iamque oīno tota acies pelleret:ex nona enim hora noctis ad septimam usque diei pugnabant.Hi quidē simul omnes & excidii periculū pro nutrimento uirtutis habentes:romani uero exercitus parte nondum enim ascēderat agmia illisq; spes pugnantiū nitebatur satis esse uisum est in præsentia Antoniā obtinere.

Capitulum.IIII.

IVlianus uero quidā ecatontarchus ex Bithynia nō ignobilis quidē in illo bello & armoꝝ peritia & uiribus corporis & cum spū oīum fortissimum ipse cognoui ubi romanos iam cedere & male repugnare conspexit:propter Titū aūt qui apud antoniā stabat:subito prosilit iamq; iudæos uincentes solus ad interioré usq; templi águlum persecutus est.Fugiebat aūt uniuersa multitudo:neq; ui eius neq; audaciā hominis esse opinātes. At ille per medios ruens quo alios alio diiecerat p̄ ipsos quē occupasset interficiebat: eaq; facie nihil Cæsari admirabilius aut aliis horribilius uisum est.Verum & ipsum profecto fata p̄sequebantur quæ ab homine uitari non possunt.Calceos nanq; habens creberrimis atq; acutis:ut cæteri solent milites:fixos.Dum strato saxeis crustis solo occurreret labitur:magnoq; cum armoꝝ sono deiectus in tergum fugientes reduxit.Et romanorum quidem clamor ex ātonia sublatus saluti eius metuentium:iudæi uero multis simul gladiis & hastis undiq; feriebant.Ille aūt multam quidem ferri uim scuto excipiebat:sæpe aūt conatus erigere percutientiū multitudine reuolutus est.Et iacens tamen gladio multos perculit.Nec enī cito pemptus est:quando galea & thorace omnia membra neci oportuna septus erat. Nanq; diu uerticē contraxerat:donec concissis aliis eius membris remisit uires:cum ei nemo auderet succurrere.Nimius autem dolor cæsarem tenuit:ubi tantæ fortitudinis uirum in conspectu tantæ multitudinis uidit occidi: & q̄ locus se quidem intercludebat auxilium ferre cupientem.Alios autem ne possent metus impediebat. Iulianus qnidē diu cum morte luctatus:cum non paucos interfectorum suoꝝ sautios reliquisset ægre peremptus est:magna sui gloria non apud romanos tantum & cæsarē: uerum apud hostes quoq; relicta.Iudæi uero etiam mortui rapto corpore romanos in fugam uersos in Antoniam concluserē.Fortiter autem in eo prælio decertare Alexas quidam ægyptius ex agmine Ioannis: ex parte uero Simōis Malchius & Militonis filius Iudas & Iosuæ filius Iacobus duces idumeoꝝ. Zelotarum uero fratres duo iuuenes Arsimō & Iudas.

Capitulum.V.

TItus autem militibus suis impat Antoniæ fundamenta diruere:facileq; ascensum cūcto exercitui præparare.Ipse uero Iosippo ad se uocato:nanq; audierat eo die qui erat mensis Iulii septimusdecimus diuinā obseruantiā quæ entelechismos uocatur uiroꝝ penuria defuisse:eaq; re populū nimis dolere:iterum dici Ioanni præcepit quæ antemandauerat:quod etiā si quis eum pugnandi scæuus amor teneret:cum qua placeret ei multitudine ad bellum progredi liceret.Dummodo non una secū & ciuitas interiret simul & templum: sanctū tamē locū uiolare desineret:ne ue in deū nephas admitteret.Potestatē aūt habere si uellet sacra ītermissa celebrare p̄ iudæos quos ipse delegisset.Itaq; Iosippus ne soli Ioāni hæc ītimarēt: sed etiā pluribus:unde exaudiri posset cōstitit & mādata Cæsaris hebraico sermone desseruit.

Multum autē ab his quo patriæ parcerent precabatur:ignemq; depellerēt iam templo cōtiguū: deoq; uota redderent consueta.His dictis populus tristitia simul & silētio tegebatur. Multis aūt conuitiis tyrānus iosippo cū execrationibus lacerato:postremo addidit nunq̄ sibi excidium esse metuendum:quoniā dei ciuitas esset.Atq; cum exclamatione sane uero iquit iosippus rā puram deo conseruasti:inuiolataq; sancta mansere.Nec in eum cuius speras auxilium quicq̄ impiū deliquisti:sed solēnia sacra consequitur.Et si quidē tibi quisquā quotidianum auferat cibum impiū eum hostem putabis?Deum uero quē perpetua religione priuaueris belli auxilio speras futurū? Et romanis peccata imputas:qui nostras leges etiam nunc tuentur:& quæ ipse intercidisti sacra deo reddi compellunt.Quis nō inopinatæ mutationis causam gemat ac defleat ciuitatem: cum alieni quidem hostesq; impietatem tuam corrigant?Tu uero iudæus & inter leges educatus illis quoq; in has scæuior inueniaris?At quin ioannem etiam quidem pœnitere maloꝝ nō est turpe in rebus extremis honorumq; tibi exemplo patriam seruare cupienti propositum est. Iechonias rex iudæorum qui quondam babylonis bellum sibi inferentibus:sponte ciuitatem priusquam caperetur excessit:& cum cognatione sua uoluntariam captiuitatem sustinuit. Ne hæc sancta hostibus proderet:deiq; domum uideret exuri.Ob hæc sacra iudæorum commemoratione laudatur:eumq; memoria transmissa per sæcula semper nouam immortalitatem posteris tradit.Bonum o ioannes exemplar:& si periculum præsto sit:ego aūt ueniam quoq; tibi a romāis spōdeo: dum memineris q̄ gentilis moneo:& iudæis ista permittā spectari quæ oporteat qui sit uictor & unde cōsilium.Absit enim unq̄ ita captiuum uiuere:ut gēus aut leges patrias obliuiscar.Rursum indignaris & clamas mihiq; maledicis.Etiā acerbiora meror qui hæc aduersus fata suadeo: deiq; sententia condemnatos seruare contēdo.Quis ignorat scripta uetera prophetarū & responsum impendens miserrimæ ciuitati.Iam tunc enim eius excidium prædixere cum his homicidiū gētile cœpisset.Vestrorum autem cadauerū non ciuitas tantū:sed etiam templum omne repletū. Deus plane deus ipse cū romanis ignē sibi lustrationis infert totq; scelerū plenā eximit ciuitatē. Hæc Iosippo cum fletu & lachrymis prosequente uox eius singultibus interrupta est. Et romāi quidem miserati dolorem admirati sunt.Ioannes autem eiusq; socii magis contra romanos irritabantur:illum quoq; capere cupientes.Nobilium tamem plurimos cōmouit eius oratio & nōnulli quidem seditiosorum custodias formidantes locis suis manebant:iam dudum certi de suo pariter & ciuitatis exitio.Fuerunt autem qui capto discessionis tempore ad romanos confugere: in quibus erant pontifices.Iosippus & iesses.Filii uero pōtificum tres quidem Hismaeli:cui apud Cyrenem fuerat caput abscissum:& Mathiæ quattuor:alterius uero Mathiæ unus:qui post interitum patris aufugerat:quē Simon Gioræ cum tribus filiis:ut supra dictum est:interemit.Multi autem nobiles cū pontificibus deferre:eosq; imperator cū per alia humane suscepit:tunc sciens aliegenis moribus illic uersari molestum esse:in gnopham dimisit ut ibi manerent:interim monitos etiam pollicitus possessiones cuiq; peracto bello redditurum esse.Illi quidem in destinatū municipium læti cum omni cautione discedunt.His autē in ciuitate non uisis rumor seditiosis iterum diffamatus est q̄ romani transfugas occidissent ut hoc metu uidelicet a fuga reliquos deterrerent.Et paulisper quidē hæc caliditas eoꝝ sicut antea ualuit:timor aūt profugere cupientes inhibuit.Rursus aūt postq̄ eos Titus reuocatos i gnopha cū Iosippo murū circūire & populo cō spici iussit multi ad romanos fugiebant.In unum uero congregati & ante romanos stantes cum lachrymis atq; ululatu seditiosos rogabāt. Primo qdē paucos i ciuitate rōanos suscipēt patriāq; seruarēt.Si hoc displiceret saltē de phano certi exirēt tēplūq; sibi liberarēt. Nec enī ausuros sine maxima necessitate romanos ignem sanctis imittere.His illi magis aduersabantur:multiq; transfugas uociferati conuitia supra sacras portas iacula & balistas & saxorum dispositore tormenta: ut omne quidem circum phanum spacium multitudine mortuorum sepulchro: templum uero ipsum castello simile uideretur. In loca uero sancta & inaccessa cum armis adhuc & manibus gentili cæde calentibus insiliebant : & hancprocessere legis iniuriam ut quam iudæos indignationem oporteret exercere si hæc romani admitterent:& tunc in iudæos propria sacra temerantes uterentur romani milites.Nemo tamen fuit eorum qui nō cum honore templum aspiceret atq; adoraret:latroneſq; optaret anteq̄ intolerandum malū contingeret pœnitere,

Capitulum.VI.

TItus autem dolens uicem eorum iterum ioannem eiusq; socios increpabat dicens. Nonne uos o sceleratissimi cancello sancta loca protexistis?Non litteris græcis ac nostris incisas tabulas constituistis?quibus ne septa cuiq̄ transgredi liceret edicitur.Nō eos qui transissent quāuis romanus quis esset uobis necare permisimus?Quid igit

in eo etiam mortuos conculcastis o nocentissimi. Aut cur templum & extremi & gentilis sanguinis cōfusione polluistis? Testor ego patrios deos: & si quis nunquā hunc locum ante aspexit: nunc enim neminem credo: itemq; testor & exercitum meū & iudæos qui apud me sunt & uos ipsos quod non ego uos uiolare hæc compellam: quin & si locum acies uestra mutauerit: neq; accederet ad sancta quispiam romanorum: neq; quicquam i eius contumeliam faciet. Seruabo aūt uobis etiam templum nolentibus.

Capitulum. VII.

HAec iosippo internunciante principis dicta: latrones ac tyranni existimantes non benuolentia sed timiditate hos sermones fieri in superbiam tollebantur. Titus autem qui neq; seipsos miserari eos: neq; templo parcere perspiciebat: rursus bellum gerere decreuit inuitus. Sed uniuersum quidem his militem q; locus eum non caperet inferre non poterat. Tricenis enim de singulis centuriis uiris fortissimis lectis etiam chiliarchis singulis millenos attribuit: hisq; duce præposito Cereali hora noctis nona iubet in custodias impetū fieri. Cum autem ipse quoq; in armis esset unaq; descendere statuisset: amici eum propter periculi magnitudinem ducumq; dicta continuerunt. Plus enim operis Antonia sedentem: q̄ militū certamine facturum esse dixerunt: quā si periculum subisset. Omnes enim fore sub oculis imperatoris optimos bellatores: his dictis paruit. Deinde ob hoc solum se manere locutus ad milites: ut de eorum uirtute iudicaret: ne aut fortis quisquam indonatus abiret: aut contra impunitus ignauus lateret: sed omnium spectator ac testis fieret ipse: qui & ulciscendi & remunerandi esset dominus: illos quidem ad aciem hora qua supra memoratum est dimisit. Progressus autem ad Speluncam de Antonia quid fieret expectabat. Verum hi qui missi fuerant non ita ut sperabaut somno oppressos inuenere custodes: sed excitatis cum clamore confestim manus conseruere ex excubitorum intus. Mane autem cæteri cateruatim excurrerere. Itaq; primoq; quidem impetū excipiebant romani. Qui autem illos sequerentur: in agmen proprium incidebant: multisq; suorum uelut hostibus utebantur. Vocis nanq; agnitionem confusus partim clamor oculorum singulis nox ademerat: cum præterea quosdam furor cœtus: alios iracundia alios timor efficeret: iccirco obuium quenq; sine discretione feriebant. Romanis quidem scutorum coniunctione septis & per globos prosilientibus ignoratio minus nocebat: signi enim sui quisq; meminerat. Iudæi uero disiecti tam: impetus quam recessus temere facientes: sæpe imaginem inter se hostium alius alii demonstrabant: cum reuertentem suum quisq; per tenebras romanum quasi aggredientem exciperet. Deniq; plures a suis quam ab hostibus sauciati sunt: donec orto die uisu iam pugna discerneretur: & in acie stantes ordine sagittis atq; lapidibus agerentur. Neutri uero cedebāt neq; labore fatigabātur. Sed romani quidem & sigillatim & multi simul in cōspectu imperatoris de uirtute certabant. Illumq; diem sibi quisq; promptionis initium fore putabat: si fortiter dimicasset. Iudæis autem & proprium cuiusq; periculum: & quod templo metuerent ministrabat audaciam: q; tyrannus stans hos rogaret: alios uerberaret: ad pugnandum interminationibus incitaret. Comminus autem plærunq; pūgnantium. Sed cito & breui momenta prælii mutabantur. Neutra enim pars prolixum fugæ spatium uel persecutionis habebat. Pro suorum autem euentu & Antonia tumultus erat: & confidere superantibus: & stare si fugerent: acclamantium eratq; ueluti quoddam belli theatrum. Nec enim uel Titum uel alios qui una erant quicquam eorum quæ in pugna gerebantur latebat. Postremo nona hora noctis cœpto prælio: quinta diei dissoluti sunt. Cum neutri eo loco unde pugnam iniere certa fuga cessissent. Verum mediam in ancipiti prælio uictoriam reliquissent. Romanorum quidem plurimi nobiliter decertarunt. Iudæoq; partis quidem Simonis iudas Marion filius: & Simon iosaiæ. Idumeorum uero iacobus & Simō alter Carthæ filius: Iacobus autem iosiæ. De ioannis autem sotiis Getheus & Alexander. De zelotis autem Simon filius Tagiræ.

Captulum. VIII.

AT romanorum reliqua manus die septimo submersis antoniæ fundamentis: latam uiam usque ad templum composuit. Admotaque muro agmina mox aggeres inchoabant: unum contra interioris templi angulum qui ad septentrionem orientēq; spectabat: alteq; cōtra exdrā ad aq̄lonis partē inter duos muros ædificatū. Alioq; duoq; unū cōtra portā occidentalē tēpli exterioris: alteq; ab aquilone. Magno tamen opus cū labore ac miseriis ꝓficiebat cū materias sexcēteſimo usq; stadio deportarēt. Interdū aūt insidiis lædebant: cū ipsi qdē uincēdi facultate minie cauerent: iudæis uero ꝓpter despationē salutis audacioribus uterentur. Nonnulli enī equitum quotiens ad ligna siue fœnū colligendū exissent: interea dū id

facerent equos suos frænis exutos pasci sinebant:quos iudæi per cuneos erumpentes rapiebãt. Itaq; dum id crebro fieret cæsar existimans quod erat uerum negligentia suoꝝ magis quam iudæorum uirtute rapinas contingere:tristi aiaduersione cæteros ad equoꝝ custodiam reuocare statuit:unoq; milite qui equum perdiderat morte dánato eo metu equos suos cæteris conserua uit.Nunquã enĩ eos post hæc in pascua dimittebant:sed tanquã natura his cõnexi ad necessitatẽ egrediebantur.Illi quidẽ templum oppugnabant aggeresq; erigebant. Altera uero die post eorũ ascensum multi seditiosoꝝ quos rapinæ defecerant & fames urgebant:cõgregati in præsidia romanorum quæ Elenoã montem uersus collocata erant circa undecimã diei horã ipetum faciũt. Sperabant enĩ primo quidẽ inopinatos: deinde curandi corporis causa quiescentes facile decipi posse. Verum cognito illoꝝ conatu romani & de propriis custodiis celeriter collecti obstabant eis muꝝ transcendere ac perrumpere uiolenter conatis. Conflato aũt uehementi prælio multa quidem & alia ab utraq; parte fortiter gesta sunt cũ romani præter fortitudinẽ etiã bellandi peritia:iudæi uero ĩmoderato impetu & effrenatis animis uterentur. Dux aũt his pudor erat: illis necessitas.Nam & amittere iudæos ueluti laqueis irretitos romanis turpissimũ uidebatur & illi unam spem salutis si muꝝ ui perrũpere potuissent habebant.Ibi tum quidã ex alia equitum Pedanius nomine iudæis in fugam uersis atque in uallem coactis:equo in aduersum montem a latere incitato præteruectus rapit unum exhostibus fugam petentem iuuenem & grauem corpore & armis undiq; septum:talo compræhensum tantum se inclinauit equo currente:tãq; dexteræ uim itemq; cæteri corporis & equestris peritiam demonstrauit.Iste quidem tanquam munus aliquod rapuisset captiuum ferens ad cæsarem uenit. Titus autem uires eius qui cœperat admiratus & captum quia ad murum uel aggredi tentauerat supplicio affici iussit. Et ipse quidem tẽpli oppugnationem curabat:utq; aggeres mature fierent perurgebat.

Capitulum.IX.

INterq; iudæos aduersis præliis male tractatos tumescente paulatĩ bello & in serpente templi pernicie sicut in putrefacto corpore ad sola membra peste occupata præueni entes ne ulterius procederet abscindebat.Porticus enim parte quæ ab aquilone ĩ orientem pertinens ãtoniæ iungebatur incensa. Deinde ad.xx.fere cubitos abrupere: ĩmisso sanctis incendio manibus suis. Biduo aũt post idus prædicti mẽsis uicesimo & quarto die romani porticum inflammare:& usque ad quartumdecimum cubitum igne progresso:iudæi similiter culmen abiiciunt:neq; oĩno recedentes operibus & antoniæ continentia diruentes:cum liceret eis ac deberent incendium prohibere.Itaq; immisso igne cursum eius ociose pro sua utilitate metiebantur. Circa templum autem nunquã prælia cessauere: sed frequens paulatim contra se excurrentium bellum. Hisdem aũt diebus quidã ex iudæis uir & corpore breuis & uultu despicabilis tanq; genere quã rebus aliis uilissimus Ionathes nomine progressus ad Ioannis põtificis monumẽtum : cũ alia multa superbe ad romanos prolocutus est:tum quem fortissimum habrent ad singulare prælium prouocauit. At qui contra stetere multi quidem dedignabantur: erant autem inter eos ut assolet etiam qui timerent:quosdam uero non inconsulta moueret ratio cum mortis cupidine non debere confligere.Nam qui de salute desperassent eos neq; cautos impetus neq; deum habere placabilem:& cum his in discrimen uenire quos neq; uicere magnũ sit & uinci cum dehonestaméto periculosum nõ fortitudinis sed ferocitatis uideri.Cum aũt diu nemo procederet multaq; iudæus eoꝝ timiditati illuderet:erat arrogantissimus quidã superbus e romanis ex ala equitum putans nomini addere uerba:& insolentiam eius exosus.Fortasse autẽ etiam corporis breuitate sublatus inconsulte prosiliit: & cæteris commissa cum eo pugna risum præbuit:sed a fortuna proditus est. Ipsum enim Ionathes interfecit:deinde pede supra mortuũ posito:læua scutum dextraq; cruentum gladium coruscabat armisq; cum fremitu concussis exercitui & iacenti insultans spectantes romanos increpabat:donec eum tripudiantem & uana iactantem quidam priscus centurio sagitta transfixit.Eoq; facto & iudæorum & romanorum clamor excitatus est.ille autem dolore in uertiginem tortus supra corpus hostis incubuit:belliq; felicitatem ratione carentem quam uelox ultio sequeretur ostendit.

Capitulum.X.

SEditiosi uero templum tenentes aperte quidem & quotidie militibus in aggeribus positis repugnabant. Vicesimo autem septimo die prædicti mensis huiusmodi dolum excogitant. Occidentalis porticus spatium quod inter culmen & trabes erat uacum siluis aridis: itemque sulfure ac bitumine repleuere. Deinde uelut oppressi cedebant. Quare multi quidem temerari fugientibus instabant:& in porticum ascendere positis scalis nitebant. Qui uero prudẽtiores erãt nullã fugæ cãm iudæis fuisse cogitãtes loccis suis

manebant. Verum porticu repleta his qui aſcenderant ignem īmittunt iudæi. Excitata undique ſubito flamma: romanos & qui extra periculū ſteterunt ingens ſtupor īuaſit: & deſperatio quos incendium cœperat occupauit. Flammis enim cincti ſemetipſos in oppidū: alii uero in hoſtes præcipitabant. Multi ſpe ſalutis deſilientes inputeos ilico debilitabantur. Alios dum conantur præueniebat incendiū: alii ferro flammā antecedebant. Statim uero & alios fugientes ignis com prehendebat plurimū peruagatus. Cæſarē uero licet præmorientibus indignaret: q̄ iniuſſi porticum aſcenderant: miſericordia tamē eoꝝ tetigit. Cunq̄ nemo ꝓhibere poſſet incendium: hoc erat tamen ſolatio petentibus: quia uidebant eius dolorē pro quo ipſi animā perderent. Vociferans enī & ante alios proſiliens: & comites ſuos quā poſſent auxiliū ferre obſecrans cernebatur. Eiuſq̄ uoces & affectiones quiſq̄ uelut aliquā præclariſſimā ſepulturā ſecum afferens morieba tur. Nonnulli tamen recepti in partē porticus latiorē: flammaꝝ quidē periculū euaſere. Obſeſſi aūt iudæi cū diu ſautii reſtitiſſent: poſtremo uniuerſi cecidere.

Capitulum. XI.

POſt omnes autem quidam iuuenis nomine Loguſtoti huic ornamento fuit calamita ti: & quamuis ſigillatim digni ſint memoria qui periere: omnium tamen fortiſſimus demonſtratus eſt. Quem iudæi quidem & quia fortis erat: & quia interſicere eum cupiebant: ad ſe deſcendere promiſſa fide hortabantur. Frater uero eius Cornelius qui ex altera parte ſtabat: ne gloriam ſuam romanāq̄ militiam dehoneſtaret orabat: cui magis obtēperauit: ſublatoq̄ altius gladio ut ab utriſq̄ partibus cerneretur ſemetipſum occidit. Eoꝝ quos ignis obſederat Argorius quidam calliditate ſeruatus eſt. Appellato enim clara uoce Lucio quodam commilitone & contubernali ſuo: hæredem te iquit relinquo totius patrimonii mei: ſi me exceperis. Cum autem ille prompto animo accurriſſet: ipſe quidem qui ſe in eum proiecerat uinxit. Lucius uero pondere oppreſſus: conſtratoq̄ lapidibus ſolo alliſus continuo moritur. Ea calamitas pauliſper quidem romanis triſtitiam comparauit. In poſterum tamen cautiores effecit: & aduerſus iudæorum inſidias iniit: quibus plærumq̄ loca moreſq̄ hominum neſcientes lædebātur. Exuſta eſt uero porticus ad turrim uſq̄ ioannis: quam ille belli tempore quod cum Simone gerebat ſupra poſtes quæ in Xiſtum ducerent ædificauerat. Reliquum uero iudæi quoniam cōſumpti fuerant qui aſcenderant abſciderunt. Poſtero autem die Romani quoq̄ porticum quæ in borræ parte fuit ad orientalem uſq̄ totam incendunt: continentem angulos eius qui appellat cedronus ſuper uallem ædificata: unde etiam profunda erat & horribilis eius altitudo.

CIrca templum quidem ita res ſe habebant. Eoꝝ uero qui per ciuitatem fame corrumpebantur infinita multitudo moriebatur. Inenarrabiles aūt clades eueniebant. In dies nāq̄ ſingulos ſi uel unquā aliquid cibi apparuiſſet bellum ilico gerebatur: & amiciſſimi inter ſe ad manus ueniebant miſeris diripientes animæ uiaticum. Fides aūt penuriæ nec morientibus habebatur: ſed etiā quos uiderent expirare ſcrutabant latrones: ne quē forte cibū ſinu occultans quiſpiā moreret. Ipſos aūt ſpes egeſtate uictus hiātes ueluti canes rabidos decipiebat: & impingētes in hoſtia tanquā ebrii ferebant: eaſdemq̄ domos bis ac ter eodē momento deſperatione inquietabant: oſaq̄ dentibus neceſſitas ſubigebat: & ea colligentes quæ nullū quāuis ſordidiſſimū mutoꝝ animaliū nō horreret comedere patiebant. Denicq̄ nec cingulis nec calciamentis abſtinuere coriaq̄ ſcutis detracta mandebant. Quin etiā fœni ueteris laceramenta uictui habebant: cuius nonnulli exiguum pondus quattuor atticis uenundabāt. Et quid opus eſt famis īprobitate ex rebus aīa carentibus demonſtrare? Factum enī relaturus ſum neq̄ apud græcos neq̄ apud barb aros cognitū & dictu quidē horrendū: auditu uero incredibile. Itaq̄ libenter hanc calamitatem intermitterem ne mentiri me poſteri æſtimarent: niſi teſtes multos haberē & fortaſſe aliquā pīriæ referrem gratiam ptius ea diſſerens quoꝝ facta perpeſſa eſt. Cap. XIII.

MVlier quædā ex plebe trans iordanē habitantiū incolarū Maria noīe Eleazari filia de uico Vatezbbra qđ ſignificat domos Eſopi geneſ ac diuitis nobilis cū alia multitudīe fugiens ī hieroſolyma recepta cū cæteris obſidebat. Huius alia qdē bona tyrāni diripuerunt: q̄ ex tranſamnanis locis in oppidū cōportauerat. Reliqas uero cōditoꝝ & ſi aliēta reppiſſent irrūpentes domū eius ſatellites quotidie auferebant. Grauiter aūt mulier īdignabatur: propterea q̄ ſæpiſſime raptoribus maledicēs: & īprecans eos contra ſe uehemētius irritabat cum neq̄ iratus neq̄ miſerās eam quiſquam ueelet interficere. Sed uictum quidem patrādo aliis parabat. Vndique autem adempta iam erat ei etiam reperiendi facultas fameſque uiſceribus & medullis irrepſerat. Plus uero quam fames iracundia ſuccendebat. Igitur uī animī ac neceſſitate impulſa rebus aduerſus naturam excitatur: raptoque filio quem latentem habebat

Ex dicta horrēda. de Eusebium Caesar: lib: 3: Bel: li 18:

miserum te ait infans in bello & fame & seditione cui te seruauero? Apud romanos etiam si uixeris seruiturus es: fames autem præuenit seruitutem. His uero seditiosi scæuiores sunt. Esto igitur mihi cibus & seditiosis furia & humão uitæ fabula quæ sola deest calamitatibus iudæoꝝ Et hoc simul dicens occidit filium coctumq; medium comedit. Adopertũ autẽ reliquum seruauit. Ecce aderant seditiosi & contaminatissimi nidoris odore capti mortem ei statim nisi qđ parasset ostenderet minabantur. Illa uero bonam partem se reseruasse respondẽs aperit filii reliqas. Illos autem confestim horror cœpit atque dementia uisuque ipso diriguerunt. At mulier & hic inquit est uere filius & facinus comedite: nam & ego comedi. Nolo ut sitis aut fœmina molliores: aut matre misericordiores: q; si uos pietatem colitis & mea sacrificia repuditatis: ego quidem comedi: reliquum eius me manebit. Post hoc illi quidẽ trementes exierunt: ad hoc solum timidi uixque hoc cibi matri cessere. Mox aũt repleta est eo scelere tota ciuitas: & unusquisq; antẽ oculos sibi cladem illã proponẽs tanquã hoc ipse admisisset horrebat. Ab oibus aũt quos fames urgebat properabatur ad mortem & beati appellabant̃ qui priusquã id paterentur iteriissent. Cito aũt romanis nunciata est illa calamitas: eorũque alii non credebant: alii miserabant̃: multos aũt uehementius eius gentis odium cœpit. Cæsar aũt super hoc deum placabat: siquidem iudæis pacem obtulisset eisq; liberã proposuisset oium obliuionem quæ cõmiserant. Illos autem pro concordia seditionem: bellũ pro pace: pro satietate atq; opulentia famẽ optasse: & qui propriis manibus templum quod ipsa eis seruasset incendere cœperant: huiusmodi alimentis eos esse dignissimos. Verumtamen scelus huius nefandi uictus ruina sese patriæ operturꝝ: neq; relicturꝝ in orbe terræ: ut sol inspiciat ciuitatẽ in qua matres sic uescerẽtur. Ante matres aũt patribus huiusmodi alimenta deberi: qui nec post eiusmodi clades arma deponerent. Simul hæc dicens desperationẽ hostium reputabat: nec eos sanã mentẽ recepturos existimabat: qui cuncta iã ptulissent quibus antequã ea paterentur mutare sententiã sperabãtur.

Capitulum. XIIII.

OCtauo aũt die mensis augusti: cum duæ legiones aggeres perfecissent ad exedram occidentalem templi exterioris admoueri arietes fussit. Cum diebus autem sex qui firmissimus erat aries parientem sine intermissione pulsando nihil oino profecisset. Verum & huius & ceterorꝝ magnitudines structura lapidũ superabat. Septẽtrionalis ãt portæ alii fundamenta suffodiebant: multũq; fatigati exteriores tantum lapides euellere potuere. Ab interioribus autem portæ sustinebantur: iamq; diu mansere donec instrumentorꝝ & uectium conatibus desperatis romani scalas porticibus applicauere. Iudæi uero præuenti ne eos subire prohiberent cum his congressi dimicabãt. Et alios quidem retro depellẽtes præcipitabãt: accedentes alios subsidio trucidabant. Multos de scalis egredientes priusquã scutis obtegerẽt ferientes gladiis præueniebant. Nonnullas aũt scalas armatorum plenas in latus deiicientes declinabant. Vnde romanorꝝ quoq; non parua cædes sequebatur. Alii signis ablatis pro his decertabant: rapinam eorum grauissime fore turpidini ducentes. Postremo tamen iudæi & signis potiũtur: & eos qui una ascenderent interficiunt. Cæteri uero clade intereuntium perterriti descẽdũt. Romanorꝝ quidẽ nemo non aliquo facto opere procubuit. Seditiosorꝝ aũt qui prioribus præliis etiam tunc fortiter pugnauerũt. Et præterea Eleazarus fratris Simonis tyranni filius. Titus autẽ cũ uideret se alienis & templo cũ damno & necẽ militum parcere: ignem portis subiici iussit. Inter hæc aũt ad eũ profugi ueniũt Ananus ex Maue Simonis satellites crudelissimus: & Archelaus filius Magaditi: iccirco sperantes ueniã q; iudæos uictores relinquerãt. Titus aũt cũ hanc eorꝝ in iudæos crudelitatẽ audiuit: utrũq; obtruncare decreuit. Dicebat enĩ necessitate nõ uoluntate uenisse: ne salute dignos esse incẽsam ipsorꝝ causa patriã deserentẽs. Verũtamen cohibuit iracũdiam fides: eosq; dimisit: sed nisi eo loco habendos quo & iam alios credidit. Iam uero portis milites ignem admouerant: lique factoq; argento cito lignum flammæ absumpserant: cum subito auctæ proximas inde porticus corripuere. Iudæis uero ignem circum se uidentibus: corpora simul animæq; ceciderunt: & stupore attoniti adiuuare quidem uel extinguere nemo conatus est. Stantes uero aspiciebãt: nec tamẽ his quæ absumerentur dolẽtes: saltẽ ut quod reliquũ eẽt saluũ haberent aium colligebant. Illo quidẽ die & quæ secuta est nocte crescebat incendiũ: paulati enĩ nec simul undiq; inflãmare porticus potuerunt. Postero autem die Titus partem militum iussit incendium restringere: perq; proxima portis loca uiam sternere: ut facilior. agminibus eẽt ascensus: rectores ad se conuocat: sexq; collectis qui erant proceres: Tiberio Alexandro totius militiæ præfecto: & Sexto cereali quintæ legionis præposito: & Largio lepido decimæ: & Tito phrygio quintedecimæ: cum quibus erat etiam frõto ac ternius magister duarum alexãdrinarꝝ legionum &. M. antonius iulianus ꝓcurator iudeæ. Congregatisq; terea chiliarchis & ꝓcuratoribus

consilium de templo proposuit. Aliis quidē uidebatur lege belli utendū esse: nunquā enī iudæos a nouis rebus posse desinere templo manente: quo omnes ubicunq; essent colligerētur. Nōnulli monebant: ut si templū reliquissent iudæi neq; armis pro eo quisquā certaret: conseruandū esse suadebant. Si uero id pugna obtinuissent ignibus consumendum: quoniā castellum iam uideretur esse non templum & piaculum: non ipse id uerum illi qui fieri coegere cōmitterent. Tito āt nec si stantes dimicarent iudæi pro hominibus animo carentibus: ulciscendum esse dicente: neque se unquā tantū opus incensurum: iam enī romanoꝝ fore hoc damnū: sic ornamentū quoq; foret imperii si maneret: iam certi quid uellet: ad eius accedunt sententiā fronto Alexāder & Cerealis tunc quidem cōsiliū dimisit. Iussisq; militibus requiescere itēq; ducibus ut his in ꝓcinctu ualidioribus uteret: uiā sternere per ruinas lectis ex cohortibus iperat ignēq; restīguere. Illo quidem die iudæos labor itemq; timor ab impetu continuit. Postremo aūt collectis uiribus & recepta fiducia per orientalem portam contra tēpli exterioris custodes secunda hora diei ꝓcurritur. Illi aūt primā quidē concionē fortiter excepere: septiq; scutis a fronte murum condensa acie iclinantur. Certum tamen erat eos non diu duraturos q; & multitudine infestantiū & aīs uincerentur. Cæsar aūt priusquā uerterentur acies: nam pugnā ex antonia prospectabat: cū equitibus lectis uenit auxilio. Impetum uero eius non sustinuere iudæi: sed primis interfectis plærisq; fugam petunt. Et cedentibus quidē romanis reuertentes instabant. Cum aūt illi retorsissent iterū refugiebant: donec circa horam quintā iudæi ui coacti templo introire conclusi sunt. Titus auté discessit in atoniā decreto postridie mane cū omni exercitu aggredi templūq; obsidere. Sed id plane dei sententia iamdudum igne dānauerat: euolutisq; tēporibus aderat fatalis dies qui erat decimus mensis augusti: quo etiā prius a rege babyloniorū fuerat crematū. Ex ædibus aūt cām principiūq; sumpsit incendium. Nam cū paulisper Titi discessu seditiosi quieuissent romāos rursus aggrediunt custodumq; templi cum ignem interioris phani restinguentibus pugna cōmittitur. Hicq; iudæis in fugam uersis usq; ad templum transierunt. Cap. XV.

Hic itaq; tunc militum unus nō expectato cuiusquā edicto neq; tantū facinus ueritus: sed diuino quodam motus īpetu a contubernali suo sustollitur: & ex ardente materia raptū ignem in fenestram inserit aureā inde membra circū tēplum ædificata de septentrionali regiōe aditus erat. Flamma uero excitata iudæoꝝ quidē calamitati dignus clamor exorit: & ad ulciscendum properabāt: neq; iam uitæ pcendum rati neq; uiribus tēperandum: amisso eo cuius gra cautissimi uidebant. Mature aūt hoc Tito qdā nunciat. Et ille nāq; casu in tabernaculo qescebat sicut a prælio redierat: exiliit templūq; curriculo petit prohibiturus incendiū: oēsq; post eum duces & hos agmina perterrita sequebantur. Clamor auté ac tumultus erat tanto exercitu sine ordine concitato. Cæsar aūt uoce simul ac dextera pugnantibus signo dato ignem iubebat extingui. Sed neq; uox eius audiebatur q; aures eoꝝ maior clamor obstrueret: nutumq; dexteræ non attendebant cum alios bellum alios ira distraheret. Introcurrētium uero agminum īpetum non præcepta neq; interminatio continebant: sed quo furor ea duceret sequebātur. Ad ipsos aūt introitus obstrusi multi quidē sese inuicem conculcabant multi uero ardentibus adhuc & fumātibus porticum incedētes ruinis liuore quidē utebantur. Cum uero ad templum accessissent edicta quidem cæsaris non audire simulantes: præcedentē quisq; ut ignē imitteret hortabatur. Seditiosis autem iam subeundi quidem spes nulla erat: sed fuga & cædes omnia possidebat. Magna uero populi multitudo inualida & inermis ubicunq; occupati fuerant interficiebātur: & circum aram quidam ingens mortuorum numerus congerebatur. Per gradus uero tēpli & sanguis multus profluebat: & eorum corpora qui supra ceciderant delabebantur. Cæsar autem ubi neq; impetum insanientium militum continere poterat: & flamma dominabatur intro cum rectoribus ingressus & secundum templi & quicquid illic erat aspexit: ea quidem quæ apud alienigenas erant fama maiora. Pompa uero & opinione domestica non minora. Cum autem flamma nondum ex ulla parte ad interiora penetrasset: nec membra quæ circum erant templum depasceret: quod erat uerum existimans adhuc illud opus posse seruari: & ipse prosiluit militesque rogare ut ignem restinguerent conabatur: & liberalem & hecatontarchum destipatoribus suis fuste mulctatos: qui non obedirent iussit arcere. Illorum autem furor belliq; impetus quidam uehementior iudæorumque odia & cæsaris reuerentiam & prohibentis metum superabant. Plæroſq; aūt prædarum spes incitabat suspicantes intus omnia pecuniæ referta esse: quoniā fores auro factas conspicerent. Præterea quidam miles ex his qui intrauerant: cum cæsar ad inhibēdum incendiū cucurrisset ignem iam cardinibus portæ subiecerat. Tumque subito postquā flamma intus appe ruit: & duces cum cæsare discedebant: & stantes extra succendere nemo prohibebat. Templum quidem hoc modo inuito Tito exuritur. Capitulum. XVI.

SEd hoc multum quis deflendū putet? ut opus oīum quæ audiuīmus aut uidimus maxīe ad mirabile tam extructiōis genere quā magnitudīs: itēq; munificētiæ ī singulis rebus & gloriæ quæ de sanctis habebantur: maximū tamē ex facto capiet solatium: qđ ut animalibus ita operibus locisq; fatū sit ineluctabile. Mirabiſ aūt in eo etiā circunacti tēporis fidē. Nam & mensem ut dictū est eūq; diem seruauit: quo primū ab babylonis tēplum erat incensum. Et a prima structione tēpli quā Solomon rex inchoauerat: usq; ad hoc excidiū quod euenit secundo anno principis uespasiani: mille. cxxx. colligunt anni: & septē menses ac dies. xv. A posteriore uero quā secundo anno Cyri regis aggeus fecerat: usq; ad excidiū quod uespasiāo īperante sustinuit ciuitas anni. dcxxxix. & dies. xlv. Dum tēplum aūt incenderet etiā quicquid in manus forte uenis set rapiebat: & cædes erat īfinita depræhensoꝝ. Nec ætæ fuit ætatis miseratio aut reuerentia cā stitatis: sed & pueri & senes & sacri cappphani similiter interficiebātur: atq; omne genus hominū belli calamitas pſequebatur unaq; supplices cū repugnātibus necabantur: flāmaq; ulterius ꝓgrediens cū gemitu occūbentium cōcrepabat. Et pro altitudine quidē collis ardētisq; operis magnitudine totā quis ardere crederet ciuitatē. Illo aūt clamore nihil maius aut horribilius excogitari potest. Nam & rōanoꝝ agminū fremitus erat & seditioſoꝝ: ferro ignīq; clausoꝝ clamor ingens tollebat: & populi sursum depræhēſi ad hostes fuga cū stupore ac calamitate cōquestio. Incolle autē cōstitutis etiā multitudo oppidi cōsonabat. Iam uero multi fame marcidi in mortē pœne luminibus clausis postquā ignē templi uidere in questus interi clamoréq; uiresq; receperūt. Resonabat aūt & trans fluuiū regio: & montes circunpositi grauiorē impetum faciebant: & tamen erant clades acerbiores tumultuū. Nam collē quidē in quo tēplum erat euelli radicitus quis putaret? ita undiq; belli plenus uidebatur & sanguis igne largior esse pluresq; interfectoribus interfecti oīsq; terra cadaueribus tegebat: & supra corpora mortuoꝝ gradientes milites cursum fugientium sequebant. Latrocinalis quidē multitudo tandē pulsis romanis in exterius tēplum: deinde ciuitatē euadit. Populi aūt quod fuit reliquū in exteriorem porticum cōfugerunt. Sacerdotū aūt iudæorūq; nonnulli primum quidē uiribus itēq; sedibus suis quæ ex plumbo factæ erāt: auulsis in romanos promiſſilibus utebantur. Deinde cum nihil proficerent igniſq; in eos euomeret: in parietem descendentes octo cubitis latum ibi manebāt. Duo tamen ex nobilibus cum ad romanos transeundo seruari possent aut cōem cum cæteris durare fortunā: semetipsos in ignem iniecere: & cum tēplo cōcremati sunt Hynerius filius Velgæ: & iosippus Dareæ. Romani aūt q; frustra se circum tēplum ædificiis parcere iudicabant: cū ipsum tēplum arderet oīa simul incēdunt: & quicquid ex porticibus reliquū erat & portis: præter unā ex parte orientali: alterā ex meridiana quauis eas quoq; postea funditus euerterint: qn etiā arculas quæ gazophilatia uocant incēdunt in quibus magna uis erat pecuniæ ac plurimū uestium: aliaq; substantia. Et ut breuiter dicā oēs iudæoꝝ congestæ diuitiæ q; opulentiſſimus quiſq; illuc totas domos exhauserāt. Venerunt aūt etiam super eam quæ restabat unā porticū extra tēplum quo confugerant ex populo mulierculæ itemq; pueri & promiſcuæ multitudinis prope ad sex hominum milia. Sed priusquā de his Cæsar quicquā decerneret uel ducibus imperaret: ira flagrantes milites incēdunt porticum. Hincq; contigit ut alii cum se ex flamma præcipitarent morerentur: alios ipsa corrumperet. Ex tāto autem numero nemo seruatus. His causa iteritus quidam pseudo propheta fuerat: qui eo die prædicauerat in ciuitate: q; eos in templum deus ascendere signa salutis accepturos iuberet. Multi enim a tyrannis tunc subornati prophetæ populo denunciabant ut expectarent dei auxilium: quo propterea minus profugerent: & eos qui supra timorem & custodiam fierent spes retineret: cito autem in aduersis persuadetur. Quod si etiam malorum instantium liberationem pollicea-
tur qui fallit: necessario qui ea patitur spei totus efficitur.

Capitulum. XVII.

DEnicq; miserabilis populis illis quidē fallacibus deūq; calūniantibus credulus erat Certis uero ꝓdigiis & futurā solitudinē ꝓnunciantibus neq; attēdebant aīo neq; credebant: sed uelut attoniti nec aut oculos habētes aut aīas edicta dei dissimulauere: mō cū supra ciuitatem sidus stetit simile gladio & per annū pseuerauerit cometes: mō cū ante defectionē ꝑmiq; belli motus ad diē festū azymoꝝ populo cōueniente. Octauus aūt dies erat aprilis mensis: nona hora nocturna circū aram itēq; tēplū tantū lumē effulsit ut clariſſimus dies putaret. Et hoc usq; ad mediā permansit horam quod ꝑitis quidē bonum auguriū esse uidebatur: sacroꝝ uero peritis priusquā ueniret stati diiudicatū est. Eodēq; festo die etiā bos cū ad hostiā duceret agnū in medio phani peperit. Orientalis aūt porta interioris templi cū esset ænea arq; grauiſſima: & post meridiem uix a. xx. uiris claudaretur; seriſque ferro iunctis obseraretur; pessuloſque altos habe-

ret in saxeum limen dimissos uno perpetuo lapide fabricatum uisa est noctis hora sexta patere. His autem curriculo per custodes templi magistratui nunciatis ascendit:ille uixq; eā potuit clau dere.Verum & hoc iterum ignaris quidē signum optimū uidebatur. Deum nāq; bonoꝝ portā sibi aperuisse dicebant.Prudentiores uero tēpli tutamē sponte sua dissolutū iri cogitabāt & hostium domū esse.Portas aperiri solitudinē uero illo ostēto signari inter se pnunciabāt. Post dies aūt festos in diebus paucis uicesimoprimo die mēsis maii Larualis quædā imago uisa est fidē superans.Monstrū aūt fortasse quod dicturus sum etiā his est cognitū qui uiderunt & quæ secutæ sunt clades dignæ p̄fagiis extitere.Nanq; ante solis occasum uisi sunt per inane ferri currus totis regionibus & armatæ acies tranantes nubila & ciuitatibus circunfusæ.Festo aūt die quā penteco sten uocant nocte sacerdotes intimū tēplum more suo ad diuinas res celebrandas ingressi primū quidem motū quendāq; strepitum senserunt.Postea uero subitā uocē audiere quæ diceret migremus hīc.Quid aūt his horribilius fuit?Iesus quidā filius Anani plebeius & rusticus quadriennīū priusquā bellum gereret in summa ciuitatis pace atq; opulentia cū ad festum diem uenisset quo Attegias in honore dei componi in tēplo ab hoibus mos est repente exclamare cœpit. Vox ab oriente.Vox ab occidente.Vox a quattuor uentis.Vox in Hierosolymā & templū.Vox in maritos nouos nouasq; nuptas.Vox in oēm hunc populum:atq; hæc interdiu noctuq; omnes ciuitatis uicos clamitans circuibat.Nonnulli aūt uiroꝝ insigniū aduersum omen indigne ferētes corripiunt hoiem:multis uerberibus afficiunt.Ille aūt neq; pro se nec ad eos qui se mulctabāt secreto quicquā locutus eadem quæ prius uociferans perseuerabat.Magistratus aūt rati quod erat uerum:magis diuinum esse hois motum:ducunt eū ad romanoꝝ præfectū ubi plagis usq; ad ossa laceratus:neq; supplex quicquā fuit neq; lachrymauit:sed ut poterat inclinans maxime flebiliter uocem ad singulos ictus respondebat.Veh ueh hierosolymis. Albino aūt interrogati:is nanq; iudex erat:quis esset uel unde ortus:aut cur ista diceret:nihil rettulit. Non prius autē cessauit luctus miseræ ciuitatis donec eum Albinus furere iudicatū dimisit.Ille aūt ad belli usq; tempus neque adibat quēquā ciuium nec quēquā uidit:sed quotidie uelut orationem quandam meditatus ueh ueh hierosolymis querebatur. Sed nec in precatus est cum in dies singulos mulctaretur: nec uictum offerentibus benedicebat.Sola uero eius responsio ad omnes erat in triste p̄fagium.Maxime aūt diebus festis uociferabatur:idq; per annos septem & quinq; menses continuos faciens neq; uoce raucior fuit: neq; laborauit donec obsidionis tēpore perspectis auguriis ipse quieuit. Supra murum enim circuiēs iterum:ueh ueh ciuitati ac phano ac populo uoce maxima clamitabat.Cum aūt ad extremum addidisset:ueh etiā mihi:lapis tormento missus eum statim peremit anituāq; adhuc illa omnia lugentem dimisit.

Cap.XVIII.

HAec si quis reputet profecto inueniet. Deum quidem hominibus consulere: modisq; omnibus præmonstrare quæ sunt eoꝝ generi salutaria:ipsos aūt ad dementiā suā malis uoluntariis interire:quando quidē & iudæi post antoniā captā quadratum phanū fecerāt:cum in sacris libris scriptū haberent capiendā ciuitatē ac templū:si phanū q̄tuor angulis esset effectum. Sed quod maxime eos ad bellū excitauerat respōsum erat ambiguū itidem in sacris libris inuentum q̄ eo tēpore quidē esset ex eoꝝ finibus orbis terræ habiturus īperium.Id enim illi quidē quasi proprium acceperunt:multiq; sapientes interpretatione decepti sunt.Hoc aūt plane responso Vespasiani designabatur īperium qui apud iudæam creatus est imperator. Sed etiā homines fatum uitare non possunt etiam si præuiderint. At uero his signorū quædam pro sua libidine interpretati sunt; alia contempsere; donec patriæ excidio suaq; pernicie eoꝝ iniquitas confutata est.

Cap.XIX.

ROmani quidem postquā seditiosi ad ciuitatem confugere templo itemq; oībus circū locis ardētibus signa in phano reposuere contra portā orientalē:hiq; ibi sacrificio celebrato maximis cū clamoribus declarant titum imperatorē. Vsq; adeo uero præda satiati sunt milites uniuersi ut in Syria dimidio quāpridē fuerat p̄cio pondus auri uenisset. Et his aūt sacerdotibus qui in tēpli piete perdurauerāt:puer sitiēs rōanis custodibus pacem petebat: sitiq; fatebatur.Sed ubi illi tā ætatis quā necessitatis miserati dedere ei dexteram:& ipse bibit.& quā secū attulerat lagenā repletā sursum refugiēs abiit ad suos.nec eū quisquā custodum insequi ualuit:sed eius perfidiæ maledicebant.Ille aūt nihil se præter placita fecisse dicebat. Dextera enī sibi data non ut apud ipsos remaneret:sed ut tantum descēderet atq; ut aquam acciperet:quæ cum fecerit in fide mansisse. Astutiā quidē præter ætatē maxime pueri qui decepti fuerāt mirabātur.Quinta uero die sacerdotes opressi fame descēdunt:& a custodibus ad Titum perducti ut salutem sibi concederet orabant.Ille autem ueniæ quidem tempus illis præteriisse satus:periisse uero id cuius eos gratia merito conseruasset. Decere autem sacerdotes interire cum

templo ducí homines ad ſupplicium iubet. Sed tyranni cum ſociis quoniã bello undiq; tenebãtur:circundatis autem nuſquã erat fugere copia:Titum ad colloquia prouocant. Ille autem pro humanitate naturali ſaltem oppidum ſeruare cupiens & amicis præterea ſuadentibus. Latrones enim iam moderatiores factos eſſe arbitrabant:in parte occidua tẽpli exterioris cõſiſtit. Hac ei ſuper xiſtũ erãt portæ ac pons qui ciuitatẽ tẽplo iungebat:iſq; tunc inter tyrannos ac Titũ inter ueniebat.Multitudo aũt utrinq; denſi aſtabant:iudæi quidẽ circũ Simonẽ ac Ioannẽ ſuſpenſi uel ſpe.Romani uero ad cæſarẽ ſpeculandi ſtudio qualiter eos reciperet. Edicto aũt dato militibus titus ut & iracundiã & ſagittas cõtinerent: adhibitoq; interprete:quo argumẽto ſupior oſtẽdebatur prior alloqui cœpit. Etiã ne ſaturati eſtis patriæ malis?O uiri q̃bus neq; uirtutis noſtræ neq; infirmitatis ꝓpriæ uenit in mentẽ:ſed incõſulto ipetu ac furore ꝓditis populo & ciuitate ſimul ac templo ipſi quoq; iuſte pituri.Qui primũ quidẽ poſtquã uos Põpeius fortiter debellauerat nouas res affecta re nõ debuiſtis.Deinde etiã bellũ apertũ contra romanũ populũ extuliſtis? Vtrum ne multitudine fretiſ an q̃ pua manus uobis rõani exercitus ſatis reſtitit auxiliatorũq; fide? Et quæ gens ĩperio noſtro libera iudæos præ rõanis optaret? ſed uiribus corporũq;? At q̃ ſcitis nobis ſeruire germanos.Firmitate murorũq; & maior oceano murus atq; obſtaculũ quo ſepti britanni adorãt arma romanorũ.Animorũq; obſtinatõe uel aſtutia ducũ.an q̃ etiã carthaginẽſes captos eſſe noueratis? itaq; uos cõtra rõanos ipſorũq; excitauit humanitas qui primũ uobis & terrã dedimus poſſidendã: & gẽtiles ĩpoſuimus reges.Deide leges ſeruauimus patrias;& uiuere uos nõ ſolũ diſcretos:ſed cum aliis etiã ueſtra uoluntate conceſſimus:quodq; maximũ eſt:tributũ capere dei noſe ac donaria colligere permiximus:eaq; offerẽtes neq; monuimus neq; ꝓhibuimus:ut hoſtes nobis efficeremini ditiores:noſtraq; pecunia uos contra nos inſtrueretis.Ergo tantis bonis affecti ſatietatẽ in eos qui hæc uobis præſtiterant extuliſtis & ĩmitium exemplũ ſerpentiũ uirus blãdientibus infudiſtis.Eſto Neronis negligentiam contẽpſiſtis & ueluti ruptũ aliquod membrorũq; ſiue contractum alias male quieti in maiore uitio detecti eſtis:& ad ſpes ĩprobas etiã cupiditates ĩmodicas explicaſtis.Venit pater meus ad patriã ueſtrã non ut pœnas a uobis ob ea quæ incerte cõmiſeratis exigeret:ſed monitis emendaret.deniq; cũ deberet ſi depopulandæ nationis cauſa uenſſet ſtirpem ueſtrã petere atq; hanc delere ciuitatem galileã & circa eam loca uaſtare maluit ut pœnitendi uobis præberet indutias.Sed hæc eius humanitatis infirmitas uidebatur:noſtraq; lenitate aluiſtis audaciam.Et nerone mortuo feciſtis quod nequiſſimi ſolent:& ex ĩteſtinis ueſtris diſſenſionibus fiduciam præſumpſiſtis meq; ac patre meo digreſſis ad ægyptũ ad ſtruendũ bello tempus illud utile putauiſtis. Neq; uos puduit perturbare principes declaratos:quos etiã duces humaniſſimos fueratis experti.Deniq; ubi ad nos confugit ĩperium & oĩbus in eo quieſcentibus per legatos aũt gratulãtibus exteris nationibus iterum hoſtes iudæi & legationes quidẽ a uobis trans euphraten uſq; nouarũq; rerũq; gratia miſſæ:murorũq; aũt ambitus repabantur.Seditio uero tyrannorũq; contentio & bellum inteſtinũ quæ ſola huiuſcemodi nequiſſimos decẽt. Iuſſus eo ab initio patre cum mãdatis triſtibus ad ciuitatẽ uenire lætabar: cognito populum de pace ſentire. Ante bellum rogabam uos deſiſtere pugnantibus aliquãdiu parcebã ſponte aduenientibus dexteram dedi fidem ſeruaui confugientibus:multos captiuos miſeratus uerberibus urgentes bellum coercui:muris ueſtris machinas inuitus admoui:ſemper cædis ueſtræ cupidos milites continui. Quotiens uici totiens uos ad pacem tanquã uictus prouocaui.Cum prope ad templum acceſſiſſem: conſulto iterum legis belli oblitus parceſ uos propriis ſanctis orabam templum ſeruare data uobis exeundi copia & fide ſalutis:uel etiam pugnare alio tempore ſi uelletis in alio loco facultates præbui.iſta omnia ſpreuiſtis & templum manibus ueſtris incendiſtis.Deinde ſceleratiſſimi nunc me ad colloquium prouocatis:ut quid tale conſeruetis quale periit? Qua uoſmetipſos ſalute dignos eſſe poſt templi excidium iudicatis? Quin etiam nunc armati ſtatis & nec ĩ extremis ſupplices aſſimilatis. O miſeri quæ fiducia?Nonne populus ueſter examinatus? Templum uero periit: mihiq; ſubdita eſt ciuitas:in manibus aũt meis habetis animas ueſtras.Et tamen fortitudinis eſſe gloriã mortem arbitramini?Non contendam cum pertinacia ueſtra.Proiectis aũt armis traditiſq; corporibus uitam uobis indulgeo:& ſicut in priuata domo dominus mitis ultus grauiora cætera mihi ſeruo.Ad hæc illi reſponderũt:fidem q̃dẽ ſe ab eo miniẽ poſſe accipere.Nam iuraſſe nunquã id eſſe facturos: exeundi uero per munitiones qua murũ ſepſerat cũ coniugibus ac liberis facultatẽ petebãt. Ituros enim ſe in ſolitudinem ipſiſq; oppidum relicturos. Hoc titus uehementer iratus q̃ in ſorte captorum conſtituti uictorũq; cõditiones ſibi ponerẽt.Declarari quidẽ his iuſſit uoce præconis ne ulterius ad ſe profugerent:ne ue fidem ſperarẽt:nulli enim eſſe pcendum:cũctis aũt uiribus dimicarẽt quantũ poſſent ſaluti ſuæ conſulerent.Iam enĩ ſe oĩa iure belli geſturũ:militibus autem diripere ciuitatẽ atq; inflãmare pmiſit.Illi aũt ipſo q̃dẽ die nihil egerũt.

Postremo autem die archium & aeram & curiam & qui uocatur ephlam succendere:& pgrediebatur ignis usq; ad helenæ regiam:quæ ī media erat acra: nec minus ciuitatis mortuis plene eodem die galeza regis filia & fratres cum his multi nobiles ex populo congregati ut fidē sibi daret cæsari supplicarunt.Ille aūt quāquā cæteris omnibus iratus erat:mores tamen non mutauit: sed eos suscepit.Et tunc quidem omnes in custodia habebat: regis aūt filios ac propinquos postea uinctos romam perduxit fidem obsidū præstaturus. Cap.XX.

Seditiosi auté ad domum regiam profecti ubi quia tuta erat multi facultates suas deposuerant & romanos hinc pellunt:& omnibus popularibus qui eo conuenerāt ꝓpe ad octo milia &.cccc.occisis pecuniam etiā diripuere. Viuos aūt duos milites romanos cœpere unum equitem alterum peditem:& peditem quidem interfectū per omnem traxere ciuitatem uelut uno corpore omnes romanos ulciscerentur. Eques uero quidā his quod saluti foret suadere pollicitus deducitur ad Simonem.Cuiq; quod diceret nihil saperet:Ar dali cuidam ex numero ducū traitur puniendus.is aūt reuinctis post terga manibus:ceruice atq; oculis in conspectu romanoꝝ ueluti capite cæsurus produxit.Verum ille dum gladium iudæus educeret ad romanos refugit. Hunc Titus quoniā ab hostibus esset lapsus nō est passus quidem occidere.indignum uero esse romanorum militem iudicauit.quia uiuus fuerat captus: & armis ablatis eum agmine pepulit.Quæ res prudenti uiro grauior esse morte uidebatur.

Capitulum.XXI.

Postero aūt die romani uersis in fugam ex interiori ciuitate latronibus omnia Siloam usq; igni tradidere:& oppidum quidē gaudebant absumi rapinis uero carebant:quoniā latrones ex inanitis prius oībus in superioré ciuitatē recedebant. Erat nanq; illis maloꝝ quidem nulla pœnitudo:arrogantia aūt tanquā in rebus secundis.Deniq; ardere ciuitatem lætis uultibus aspicientes alacri uoto morté expectare dicebant q; perempto populo incenso templo:& flagrante oppido nihil essent hostibus relicturi.Sed tamen iosippus ī extremis eoꝝ rebus pro reliquiis ciuitatis obsecrando laborabat.Sed multa quidem in eoꝝ crudelitatem atq; ipietatē locutus multa uero pro salute adhortatus nihil amplius quā elusus est:quia neq; se tradere propter iusiurandū patiebantur:neq; pugnare cum romanis ex equo iam poterāt ueluti custodia circūuallati:cædisq; insuper consuetudo dexteras cōmouebat.Dispersi aūt per ciuitatem per ruinas latitabant profugere parati insidiantes.Multi auté capiebantur oēsq; interficiebantur.Nam propter inediam fugere non ualebant:mortuos aūt canibus ꝓiiciebant. Omne autem per eundi genus fame leuius uidebatur:adeo ut ad romanos quoq; sine licentia desperata misericordia tamen fugerent atq; in seditiosos a cæde non cessantes sponte incederent: nullusq; in ciuitate locus uacuus erat:sed cuncta mortuos habebant:quos fames aut latrones confecerāt: & cadaueribus eoꝝ plena erant oīa:qui alimētoꝝ penuria uel seditione perierant.Tyrannos aūt fouebat factionum quæ latronum spes ultima sita in cloacis. Quo si fugissent minime inueniri posse arbitrabantur.Sed peracto excidio post romanoꝝ digressum prodire ac fugere cogitabāt. Id enim plane illis erat somniū.Nec enim uel deum uel romanos fuerant latituri. Tunc quidem subterraneis freti plura quā romani concremabant.& qui ex incendiis fugientes in cuniculos descendissent eos improbe necabant itemq; spoliabant.Quin etiā cibum sicubi reperissent concretum sanguine deuorabat.Erat aūt inter se illis iam rapinaꝝ causa bellū:eosq; putaueri niū excidio præuenti essent nimia crudelitate mortuorum quoq; corpora degustaturos fuisse.

Capitulum.XXII.

Cæsar aūt fieri non posse prospiciens ut sine aggeribus superiorem caperet ciuitatem in prærupto undiq; loco sitam.distribuit operibus militē uicesimo die mensis augusti.Erat aūt transuectio impendioꝝ difficilis oībus. ut dictum est.circū ciuitatē usq; ad cēteſimum stadium imprioꝝ aggerum extructionē detōsis.Quatuor quidem legionum opus in occidentali parte ciuitatis contra aulam regiā erigitur.auxiliatoꝝ uero manus & cætera multitudo xistum uersus ac pontem & Simonis turrim quā Ioannes bellum gerēs pro castello sibi ædificauerat.His aūt diebus idumeoꝝ duces clam congregati consilium de sui traditione cœpere missis ad Titum quinq; uiris ut dexteram sibi darent ꝓcabantur.ille tyrannos sperans esse cessuros idumeis abstractis quoniā belli pars uidebantur:sero quidem uerum tamen uitam his pollicitus legatos remisit.Discessum auté parantibus Simon præsensit.& eos quidem q ad Titum perrexerant quiq; uiros statim occidit.duces uero quoꝝ nobilissimus erat Sosæ filius Iacobus correptos in custodiā coniicit.nec multitudinē idumeoꝝ abductis rectoribus quid ageret nescintem sine custodia habebat:sed diligentioribus eam custodiis amplectebatur & tamen custodes profugientibus obstare non poterant.Quāuis multi necarentur:plures tamen erāt qui

fugerent.Omnes autē ſuſcipiebantur a romanis:q; Titus nimia lenitate priora præcepta negle-
xerat:ipſiq; milites iam & ſpe lucri & ſatietate cædibus tpabant. ſola enī relicta plebe aliud uul-
gus cum coniugibus ac liberis paruo quemq; pretio uenundabant. Cum multi autem diſtra-
herentur & emptores pauci eſſent:q̄q̄ uoce præconis edixerat ne quis ſolus trāſfugeret:ut eo mō
familias ſuas educerēt:tamē hos quoq; recipiebat:appoſitiſq; qui ab his ſecerneret ſi quis digno
ſupplicio uideretur.Et infinita quidem multitudo uēit. Ex populo uero ſeruati ſunt pluſquam
milia.xl.quos imperator quō cuiq; gratum erat dimiſit.

Capitulum.XXIII.

ISdem aūt diebus etiā ſacerdotū aliquis filius nebuthi nomine ieſus accepta fide ſalu-
tis a cæſare ut de ſacris donariis quædā traderet:egrediē ac tradit ex phani pariete cā
delabra duo.His quæ in templo erant poſita ſimilia menſaſq; & crateras oia ex auro
ſolido & grauiſſimo facta.Tradit etiā uela & pontificum indumenta cū gemmis &
uaſa multa ſacrificio cōparata.Quin etiā cuſtos ſacræ pecuniæ cōprehenſus phinees noīe ueſtes
& cingula ſacerdotum oſtēdit:multaq; purpurā & cocchum quæ ad uſum repoſita catapitiſma-
tis ſeruabantur. Cum quibus aliquantum cinami erat caſiæ pigmentorūq; aliorum multitudo
quibus cōmixta deo in dies ſingulos adolebant.Tradita ſunt autē ab eo & ex aliis opibus multa
& ſacra ornamenta non pauca:quoꝝ gratia licet ui capto tranſfugæ tamen data eſt uenia.

Capitulum.XXIIII.

IAm uero perfectis aggeribus ſeptēbris menſis die ſeptimo:qui erat cœpto opeī octa-
uus & decimus dies:romani quidem machinas admouebāt.Seditioſorum quide alii
qui ciuitatem deſperauerant muris relictis in acram recedebant:alii aūt ſe in cloacas
demittebant.Multi aūt diſpoſiti ulciſcebantur eos qui arietes applicarent:& hos aūt
ſuperabant multitudine ac uirtute romani.quodq; maximum eſt.læti mœſtos atq; iam debiles.
Cum āt pars eſſet aliqua muri ſubruta nōnullæq; turres arietibus pulſatæ ceſſiſſent:ſtati quidē
propugnatores earum diffugiunt timor aūt etiā tyrannos neceſſitate maior inuadit. Nam &
priuſquam tranſgrederentur hoſtes torpore tenebātur:& ad fugiendum ſuſpenſi erant. Videres
autem paulo ante ſuperbos & factis impiis arrogantes ita tunc humiles eſſe ac tremere ut miſe-
randa eſſet.quāquā in nequiſſimis.tanta mutatio.Conati ſunt quidē ambitu & muro quo mœ-
nia cingebantur inuaſo atq; perrupto cuſtodes pellere atq; egredi.Cum uero quos antea fideles
habuerant nuſquam uiderent fugiebant quo quēq; neceſſitas impuliſſet.Adeuntes aūt alii totū
ab occidente muꝝ ſubuerſum eſſe nunciarent:alii ſubiiſſe romanos aciē propinquare quæren-
tes:alii etiā uidere hoſtes in turribus affirmarent metu fallente conſpectū in ora proſtrati ,p ſua
dementia querebantur:ac ueluti ſucciſi neruos qua fugerent hæſitabant. Vnde & maxime quis
& uirutem dei pſpexerit contra iniuſtos & fortunā romāoꝝ. Tyranni quidē ſemetipſos tuitiōe
priuauere:ac ſponte de turribus deſcendere:unde ui nunquā ſola uero fame capi poterāt.Roma
ni uero q tantū in muris infirmioribus laboraueranteos quos inſtrumentis nō potuiſſent nūc
fortuna cœpere.Omnibus enī machinis tres turres ualidiores erant de quibus ſupra memora-
uimus.Relictis itaq; his uel.quod eſt uerius.dei nutu in his deprehenſi cōſeſtim quidē ad uallē
ſiloam confugere.Rurſum aūt ibi a metu paululū reſpiraverunt munitionē qua murus erat ac-
cinctus ex ea parte partire.Vſi aūt infirmiori audacia quā neceſſitate.iam enī uires eorum labor
metus:& calamitas fregerat.a cuſtodibus retrudūtur:& per diuerſa diſiecti in cloacis deliteſcūt.
Romani uero muris potiti ſigna i turribus poſuere:& plauſu atq; læticia uictoriā cātu celebrāt:
q; principio finē belli multo ſenſerant leuiorē.Deniq; ſine ſanguine muꝝ nacti nouiſſimū non
eſſe credebant.cunq; nullū reluctantē uiderent.pro in certo mirabantnr.In anguſtias aūt uiarū
ſtrictis gladiis fuſi & quos cœpiſſent interficiebant:nullo diſcrimie:domoſq; totas cū omnibus
qui eo confugerant igni tradebant.Multas uero uaſtantes quas prædæ cauſa penetraſſent. inte-
gras mortuoꝝ familias & plena mortuis tecta.quos fames cōfecerat offendebant.Ipſum deinde
horrentes aſpectū uacuis manibus egrediebantur.Nec tamen eodē modo peremptos miſerātes.
Non idem aūt circa uiuos patiebantur:ſed unū quēq; obuiū tranſfigendū & anguſta uiarū ca-
daueribus obſtruxere:totāq; ciuitatē ſanguine diluere ut plæroſq; inciſoꝝ cædes extinguerent.
Et occidentes quidem ueſpe ceſſabant.nocte uero creſcebat incendium. Ardentibus aūt Hiero
ſolymis illuxit dies ſeptēbris menſis octauus ciuitati tot clades cū obſideretur expertæ:quot bo-
nis ſi uſa eſſet ex quo condita inuidenda māſiſſet.nulla tamen alia re tantis infelicitatibus digna:
niſi quoniā talē progeniē qua ſubuerſa eſt edidit.Intro aūt Titus ingreſſus & alia & ciuitatis mu
nitiones ac turriū cās miratus eſt.quas tyranni per dementiā deſeruerant.Conſpecta quidē eaꝝ
ſolida altitudine itēq; magnitudine ſubtiliq; lapidū cōpagine ſingulorꝝ quantumq; paterent uel

quantum erigerentur:deo inquit plane adiuuante pugnauimus:& deus erat qui detraxit ab istis munimentis iudæos.nam quæ hominũ manus:aut quæ machinæ ad istas ualerent? Tunc quidé multa eiusmodi cum amicis collocutus est. Quos uero a tyrannis uinctos in eastellis repperit relaxauit.Cum autẽ alia ciuitatis deleret muroſq; subuerteret eas turres fortunæ suæ monumẽtum reliquit:quia eo militante his potitus fuisset quæ capi non potuissent. Quod ergo milites interficiendo laborabant magna adhuc extabat superstitum multitudo: solos quidem armatos Cæsar & qui manum opponerent iubet interfici.reliquam uero multitudinem saluã esse.Illi aũt cum his quos occidi mandatum fuerat:etiam senes ac debiles trucidabãt.uegetos aũt atq; utilio res coactos in templum indestinatum mulieribus ambitum concluserunt. Custodes autem his Cæsar apposuit:unum ex libertis & amicis suis Frõtonem:qui fortunam quã meritus esset q̃sq; decerneret.Ille autem latrones quidem omnes atq; seditiosos cum alius ab alio iudicarentur:occidit.Iuuenes autem lectos qui procero atq; formoso essent corpore triumphò seruabat.Ex residua multitudine septem & decem milia maiores annis uinctos mittit ad ægyptum operibus deputandos.Plurimos autem per prouincias Titus distribuit in spectaculis ferro & bestiis cõsumẽdos.Qui uero infra decimum & sextum annum ætatis agerent uendidere. Hisdem autẽ diebus quibus secernebantur a Frontone mortui sunt fame.xii.milia quibus partim odio custodũ non præbebatur cibus.partim quoniã ipsi uictus fastidio tenebantur. Erat autem præ multitudine hominum frumenti penuria. Cap.XXV.

AT captiuorum quidem omnium qui toto bello cõpræhensi sunt.xc.& vii.miliũ cõpræhensus est numerus. Hostium uero per omne tempus obsidionis decies centena milia.Horum plærique gentiles fuere:sed non indigenæ. A totis enim regionibus ad azimorum diem festum congregati bello subito circũfusi sunt:ubi primo quidé illis pestifera lues ex loci angustia nasceretur.deinde citius fames.q; autem caperet tantã hominum multitudinem ciuitas certum erat ex his qui sub Cestio fuerãt.enumeratis enim tunc uiris ciuitatis ac florus neroni significare cupiens cõtenenti nationem a pontificibus petiit ut si quo mõ possent multitudinem numerarent.Illi aũt cum dies festus adesset qui pascha uocatur quãdo a nona quidem hora usq; ad undecimam hostias cædunt per singula quidem contubernia nõ pauciorum quã decem hominũ fiunt:solum enim epulari non licet:multi etiam uicini cõueniunt. Hostiarum quidem ducenta & quinquaginta milia & quingentas numerauere.Fiunt autem ut denos epulatores per singulas imputemus uicies centena ac septingẽtena milia sancti omnes & puri.nec enim leprosis siue uitiliginosis & semine fluentibus:quos gonotitos uocant:neq; mulieribus menstruo cruore pollutis neq; aliis iniquitatis participare sacrificia permittebãtur: sed nec ailenigenis quidẽ nisi qui legionis causa uenissent.Magna uero hæc multitudo ab extraneis cõgregabatur.Tunc tamen tota gens fato conclusa est & farta hominibus ciuitas bello obsidebat. Itaq; superat omnem humanã & diuinitus emissam pestẽ numerus peremptorũ.quos ptim palã occidere partim cœpere romani.Rimantes enim cloacas & sepulchra ruentes quos offendissent iugulabant.Inuenti sunt aũt ibi quoq; plusquã duo milia quorũ alii manu sua plures aũt mutuis se uulneribus interfecerant:cũ alios fames corrupisset.Scæuus aũt corporũ odor introeuntibus excurrebat adeo ut stati multi recederent:alii pluris habendi cupidine cõgesta cadauera calcãtes se imergerent.Multæ nanq; opes in cuniculis inueniebantur:nephasq; oẽm uiam lucri faciebat. Subducebantur aũt multi quos tyranni uinxerãt:nec enim in extremis a crudelitate cessauerãt. Vltus est aũt deus utrũq; merito.Et ioannes qdẽ oppressus fame cũ fratribus i cloacis:qua sæpe despexit a romanis dextrã sibi dari precatus est.Simõ uero multa ui cũ necessitate luctatus.sicut designabimus.semet tradidit.Seruatus est aũt alter triumpho.Ioannes aũt uinculis sempiternis. Romani uero extremas oppidi ptes incendunt:muroſq; subuertunt. Cap.XXVI.

ITa quidé hierosolyma capta est secundo anno principatus uespasiani septẽbris mẽsis octauo die.Quinquies aũt prius capta tunc itẽ uastata ẽ.Aegyptiorũ quidé rex asobeus & post eũ antiochus:deinde põpeius & post hos cũ herodes & sossius captũ oppidũ seruauere.Antea uero rex babyloniorũ eo potitus excidit.Post ános ex quo ædificatum est mille.cccIx.& menses octo & dies sex.Primus aũt conditor eius fuerat chanã eorũ potentissimus qui pria ligua iustus appellatus est rex.Erat qppe talis ideoq; sacerdotũ deo primus exhibuit & phano primũ ædificato hierosolymã ciuitatẽ uocauit cum ante solyma uocaret chananeorũ quidé populo rex iudæorũ leobius pulso colendã suo tradidit:&.cccclxiiii.anno post ac mensibus tribus a babyloniis euersa est.A rege aũt leobio qui primus iudæus i ea regnauit usq; ad id quod titus fecit excidiũ anni.mille.clxxiiii.Ex quo primũ aũt cõdita ẽ usq; ad excidiũ ánı. Mclxxvii.sed enĩ neq; antiquitas neq; ingentes diuitiæ neq; p totũ orbẽ terrræ diffusa notio nec

magna religionis gloria quicq̃ iuuit quo minus piret. Talis quidē finis heroſolymoꝝ obſidiōis fuit: q̃ uero quos occideret quidue raperet non habebat exercitus q̃ iratis aſs oia deerant: nec ei pcendo ſi eſſet quod agerent abſtinuiſſent: iubet eū cæſar totā funditus iam erueſ ciuitatē ac tē plum relictis quidē turribus quæ præter alias eminebāt: phaſello & hyppico & mariāne: muriq̃ tanto quanto ciuitatē ab occidente cingebat. Id quidē ut eſſet caſtrum illis cuſtodiæ cauſa relinquendis: turres aūt ut poſteris indicarent: qualē ciuitatē q̃ue munitiſſimā romanoꝝ uirtus obtinuiſſet. Alium uero totū ambitū ciuitatis ita cōplanauere diruentes ut qui ad eā acceſſiſſent habitatā aliquando uix eſſe crederent. Hic quidē finis eoꝝ dementiæ: qui nouas res mouere tentauerunt hieroſolymis fuit clariſſimæ ciuitati & apud omnes hoies prædicatiſſimæ. Cæſar aūt p̃ſi dio quidem illic ſtatuit relinquere decimā legionē: nonnullaſq̃ alas equitū ac peditum cuneos Omnibus aūt belli p̃tibus adminiſtratis & laudare uniuerſum cupiēbat exercitū pro rebus fortiter geſtis & debita uiris fortibus p̃mia perſoluere. Cōpoſito aūt in medio ante hæc caſtris magno tribunali ſtans in eo cū procerum eminētiſſimis unde ab oī milite poſſet audiri: magnā illis ait habere ſe gratiā q̃ beniuolentia erga ſe utendo p̃ſeueraſſent. Laudabat aūt q̃ per omnia bella morigeri fuiſſent quāq̃ præliando fortitudinē in multis magniſq̃ periculis monſtraſſent patriæ p̃ ſe amplificantes imperiū oībuſq̃ planū facientes hominibus: quia neq̃ hoſtiū multitudo neq̃ munitiones regionū: neq̃ magnitudines ciuitatū uel audacia incōſulta & īmanitates efferre aduerſantium poſſint unq̃ romanoꝝ uires uel manus effugere: q̃uis in multis rebus aliqui fortunā opitulantē habuerint. Bonū quidē eſſet ait illos etiā bello finē ponere: quod & multo tēpoſ geſtum ſit. Nec enī optaſſe his quicq̃ melius cū id ingrederētur. Hoc aūt pulchrius atq̃ p̃clarius q̃ duces romani & procuratores imperii ab his declaratos ac p̃miſſos imperū cuncti libenter ſuſcipiunt. Et his quæ ipſi decreuere manendū putāt agentes his gr̃as q̃ legiſſent: mirari aūt ſe eos ac diligere oēs quia nemo uiribus alacritatē habuit tardioré. Et illis tamē qui pro maiore ui clarius decertaſſent uitāq̃ ſuā cōdecoraſſent fortibus factis etiā re bene geſta militiā ſuā nobilioré feciſſent. Dixit ſe & honores & p̃mia redditurū nec ullū eoꝝ q̃ plus alio laboraſſ uoluiſſent iuſta uiciſſitudīe caritureꝝ: magnāq̃ ſibi huius rei fore diligētiā q̃ magis uellet honorare uirtutes eoꝝ qui militiæ ſocii fuiſſent q̃ puniſ peccata. Confeſtim ergo iuſſit eos quoꝝ ptes ſunt idicaſ: quos nā ſciret fortiter aliquid in bello feciſſe: & noīatim ſingulos appellatos p̃ſentes collaudabat: q̃ſi qui domeſticis recte geſtis nimiū lætareſ: & coronas eis aureas imponebat & torques longaſq̃ haſtas. & ſigna ex argento facta donabat: & uniuſcuiuſq̃ ordinē mutabat in melius. Quin & ex manibus aurum & argentum itemq̃ ueſtes aliāq̃ prædam largiter diſtribuebat.

Capitulum. XX. VII.

OMnibus aūt ita donatis ut quiſq̃ ſe meritū p̃buerat: uotiſq̃ cū uniuerſo exercitu factis magno fauore deſcēdit uertitq̃ ſe ad ſacra pro uictoria celebrāda. magnaq̃ aſtāte boū multitudine circū aras īmolatos oēs exercitui dedit ad epulas. Ipſe cū honoratis per triduū lætatus milites quidē alios quo quēq̃ cōueniret: dimittit. Hieroſolymorū aūt cuſtodiā decimæ legioni credit. Neq̃ ad Euphratē qui prīdē ibi fuerāt miſit duodeciæ legionis memor: qđ Ceſtio duce iudæis cōceſſerat: totā quidē illā de Syria pepulit. Erat aūt olim apud Taphaneos ad militē aūt qui ſic uocaſ miſit. Hæc ad Euphratē in cōfinio Armeniæ & Cappadociæ ſita eſt. Duas uero ſibi obſequi ſatis eſſe dixit: donec ad Aegyptū p̃ueniret quinta & decima legiones. Deinde cū ad maritimā Cæſareā cū exercitu deſcendiſſet in eā manubiaꝝ multitudinē repoſuit: captiuoſq̃ ibi aſſeruari præcepit: q̃ ad Italiā nauigare tēpus hyemis prohibebat.

Capitulum. XXVIII.

PEer idē uero tps quo Titus Cæſar obſidionis cā apud hieroſolymā cōmorabaſ aſcēſa naui onoraria Veſpaſianus Rhodū tranſmittit. hinc aūt uectus triremibus poſtq̃ oēs quas p̃ternauigauit ciuitatis inuaſit. & ab his cū uotis exceptus in Græciā ex Ionia trā ſiit. egreſſus deinde Cercica in Apigiā delatus eſt unde iam terra iter agebat. Titus āt ex maritima Cæſarea reuerſus in Cæſareā quæ Phillippi uocaſ aduenit: diuq̃ ibi cōmorabatur: celebrans omnia genera ſpectaculoꝝ: multiq̃ in ea captiui conſumpti ſunt. Alii beſtiis obiecti. Alii aūt cateruatim more hoſtiū inter ſe depugnare coacti.

Capitulum. XXIX.

HIc Simonē etiā minoré Gorgiæ filiū cōperit hoc mō cōpræhenſum. iſte Simon cum Hieroſolyma obſideret in ſupiore ciuitate conſtitutus poſtquā muros ingreſſus fuit exercitus totā uaſtare ciuitatē cœpat: tunc fideliſſimis amicoꝝ aſcitis & lapidariis cū ferramentis eoꝝ neceſſitati cōgruis & alimentis quæ multis diebus ſufficeſ poſſent. una cū illis omnibus in aliquā occultioré cloacā ſeſe demittit: & quoad foſſa patebat illa progre-

diebantur:ubi uero soliditas obstitisset:eam suffodiebant spantes posse ulterius progressos tuto emergere atq; ita seruari.Sed hanc expectationē uerā non esse rei piculū repellebat.Vix enī paulum fossores processerant:iāq; alimenta quāuis ex pte his uterent eos deficiebant.Et nūc igit uelut stupore possit romanos fallere:albis tunicis inexaq; fibula ac chlamide purpurea indutus illum ipsum ex terra editus ubi tēplū fuerat ante appuit.Ac primo quidē obstupuere qui eū uiderunt lociscq; suis manebant.Deinde ꝓpius cū accessissent qui eēnt pcōtanti sunt.& id quidem Simon non dicebat iubebat aūt ad se ducē uocari.statiq; accersitus ab his q ad eū cucurrerāt uēit terentius rufus.nāq; his rector militiæ relictus erat.oī aūt ab eo ueritate cōpta ipsum quidē uinctū custodiebat.cæsari uero quēadmodū essetcōpræhēsus indicauit.simonē quidē in ultionem crudelitatis quā in ciues suos amare ac tyrannice fuerat in potestate hostiū quibus maxime inuisus erat ita deus posuit.nō ui subditū eoꝝ manibus:sed sua sponte ad suppliciū aductū ꝓpterea q; plurimos ipse crudeliter interemerat falsis crimiatiōibus insimulatos defectiōis.s.ad rōanos: nec enī pōt irā dei effugere nequicia:nec inualida ē res iusticia:sed quandoq; sui temeratores ulciscit:& grauioré pœnā ingerit crimiosis cū iā se liberatos esse crediderit:eo q; nō stati luere cōmissa.Id etiā simon didicit postquā in iras rōanoꝝ incidit.illius aūt ascensus e terra magnā etiam alioꝝ seditiosoꝝ multitudinē hisdē diebus fecit in cloacis deprædi.Cæsari aūt maritimā cæsareā reuerso uictus simon oblatus ē:& illū quidē triūpho quē romæ acturus erat seruari iussit. Ibi āt moratus fratris sui natalē diē clarissime celebrabat multā ptē dānatoꝝ eius honori attribuens.Numerus enī eoꝝ qui cū bestiis depugnarunt quiq; ignibus cremati sunt & inter se digladiatores piere.Duo milia quingentos excessit.Omnia tamē romanis uidebāt hæc licet mille mōis illi consumerent minus esse supplicii.Postea cæsar beritū uenit:hæc aūt ē ciuitas phœnicis ꝓuinciæ:Colonia romanoꝝ:& in hac quoq; diutius demoratus est:maiore usus claritudine circa natalē patris diē tā magnificentia spectaculoꝝ quā sumptibus aliis excogitatis cū etiam captiuoꝝ multitudo eodem quo antea modo piret. Capitulum.XXX.

EVenit aūt p idē tēpus iudæos qui apud antiochiā reliqui erāt acerba & exicioſa picula perpeti concitata in eos antiochēsiū ciuitate tā ꝓpter criminatiōes illatas eis in præsentia quā ꝓpter eas q̄ fuerant nō multo ante cōmissa.De quibus necessariū mihi uidetur pauca prædicere:ut etiā quæ postea gesta sunt cōsequēti narratione referamus. Iudæoꝝ nanq; gens multū quidē totius orbis indigenis asseminata est.Plurimū aūt syris in ciuitate pmixta præcipuæ apud antiochiā uersabat ꝓpter magnitudinē ciuitatis. Maxime uero his liberā domicilii facultatē reges qui post antiochū fuerant præbuerunt. Nanq; antiochus quidē qui epiphanes ductus est uastatis hierosolymis tēplum spoliauit.Qui uero post eū regnū assecuti sunt: quicquid æneū in donariis fuit hoc iudæis apud antiochiā degentibus reddidere:in eoꝝ sinagoga dedicatū est. Concesseruntq; ut pari cū græcis iure ciuitatis uterēt.A secutis quoq; eodem postea regibus mō tractata & multitudine prefecere & extructione:itēq; magnificentia munerum tēplū clarius reddidere:sempq; religione sibi sociantes magnā paganoꝝ multitudinē etiā illos quodāmodo sui ptem fecerunt.Quo tēpore bellū autē fuerat conclamatū & recens i syriā uespasianus delatus est nauigio:iudæoꝝ uero odiū apud omnes pullulabat tunc unus eoꝝ ātiochus quidā plurimū pris cā honorabilis:erat enī princeps apud antiochiā iudæoꝝ cū antiochēsium populus cōcionaret in theatro ꝓgressus in mediū patrē suū & cæteros deferebat: ſimulās eos q; una nocte totā ciuitatē incendere statuissent:& ueluti gestoꝝ ptices quosdā hospites iudæos tradidit.His autē auditis populus irā cohibere nō poterat:sed in eos quidē qui traditi fuerant ignē iussit afferri:statiq; oēs in theatro cōcremati sunt.In multitudine uero iudæoꝝ ꝓperabat irruere:si eos celeriter ulti essent patriā suā seruatū iri existimantes.Antiochus aūt iracundiā magis accendere mutato quidē uolūtatis argumento quodq; iudæoꝝ mores exhibere se tredēs si paganoꝝ ritu sacrificaret.itēq; iussit & cæteros cōpelli facere:renuendo enī mānifestos insidiatores fore.huius item rei piculo ab antiochensibus facto pauci quidē cōsenserunt: alii uero qui noluerunt perempti sunt. Antioehus aūt acceptis a rōanoꝝ duce militibus scæuus instabat suis ciuibus nequaquā eos die septimo ab ope cessare ꝑmittens:sed oīa cogēs facere quæ diebus aliis agerent.Tāq; ualidā necessitatē imposuit:ut nō mō apud antiochiā ut septimi diei feriæ soluerētur:sed ad hoc exordio i cæteris quoq; ciuitatibus ad breue similiter tps fieret. Cap.XXXI.

IVdæis aūt apud antiochiā qui tunc erāt eiusmodi mala perpessis:altera denuo calamitas accidit:de qua narrare conati hæc quoq; ꝓsecuti fuimus.Nanq; q; quadratū foꝝ exuri contigit & archiua monimentorūq; receptacula publicoꝝ:itēq; basilicas uix q; ignis inhibitus est:sup oēm ciuitatē magnanimus uiuēs Huius facti Antiochus iudæos accusat:& antiochēses quo scilicet his infesti antea non fuissent recenti ex incendio tumultu

facile calūnia ꝓpulisset:multomagis ex anteactis fidē habeꝝ dictis suis ꝑsuasit:ut pœne se uidisse ignem ab iudæis inicii arbitrarentᵉ:& tanꝯ furore correpti magno cū ardore cūcti aduersus eos qui accusabantᵉ:impetū facerent. Vix āt motus eoꝝ potuit reprimere collegas adhuc iuuenis legatus postulans sibi ꝓmitti referre ad cæsarē gesta. Rectoꝝ nanq; Syriæ cessennium Priscū.Iam quidem Vespasianus eū miserat:nōdū aūt ille puenerat. Habita uero diligenti qōne collega reperit ueritatē.& eoꝝ iudæoꝝ qdē quos Antiochus accusauerat nēo conscius fuit.Omne āt facinus admisere hoīes qdā nocentissimi necessitate debitoꝝ rati:quod si foꝝ & scripta publica cōcremasset:exactione liberarentᵉ.iudæi quidē pro suspectis cōsultatione cīatiōibus futura expectantes magna fluctuabant. Cap.XXXII.

TItus aūt cæsar a patre sibi allato nuntio q; uniuersis quidā italiæ ciuitatibus desiderabilis peruenisset:maxime uero q; urbs eū Roma summa cū alacritate & claritudine suscepisset:in maximā lætitiā uoluptatēq; trāslatus ē.curis de eo sibi erat suauissimū liberari.Vespasianū enī etiā longe absentē oēs hoīes Italiæ uoluptatibus ut ꝑsentē colebant expectatione sua q; nimis eū uenire cupiebant ꝓ eius aduentu ducentes: & oī héntes necessitate liberā erga illū beniuolentiā.Nā & senatus memor calamitatū q̄ mutatiōe principū cōtigissentᵉ:optatū erat impatorē suscipe senectutis honore:bellicorūq; gestoꝝ maturitate decora tum:cuius ꝑsentiā sciebant soli saluti subiectoꝝ cōmodaturā:qd & populus malis intestinis sollicitus magis eū uenire cupiebat.tunc se calamitatibus quidē ꝓ certo absoluendū eē cōfidens:antiquā uero libertatē cū opulētia receptuꝝ:præcipue pars militaris ad eū respiciebat. Hi eī maxie belloꝝ ꝓ illū patratoꝝ nouerant magnitudinē:impitiā uero alioꝝ ducū expti atq; ignauiā magna quidē se optabāt turpitudīe liberari.Eū uero qui se & seruare & honestare solus posset recipere precabantᵉ. Cū uero hac beniuolentia diligeretᵉ ab oībus honore quidē precipuis uiris ulterius expectare intolerabile uidebatᵉ.sed eū longissime ab urbe Roma cōuenire ante ꝓpabat:nec tamen quisquā moras eius cōueniēdi ferebat:sed ita simul oēs effundebantᵉ & uniuersis facilius & ꝓmptius ire q̄ manere uidebatᵉ ut etiā ciuitas ipsa tūc primū inter se iocundā sentiret hoium raritatē.Erant āt pauciores abeūtibus remanētes. Vbi uero eū appropinq̄re nūciatū ē:quāq; māsuete singulos suscepisset qui precesserāt nūciatū ē.oīs iā reliq̄ multitudo ꝓ uias cū cōiugibus & liberis præstolabantᵉ.& quo trans̄iens aduenisset:uidendi eius uoluntatē uultusq; lenitatē oīum geneꝝ uocibus ꝓsequebantᵉ bene meritū & salutis datorē solūq; dignū rōanoꝝ principē appellantes.tota uero ciuitas ueluti tēplū erat sertis atq; odoribus plena.cū āt uix ꝓ circūstantiā multitudinē in palatiū uenire potuisset.ipse quidē penatibus diis aduentus sui gratulatiora sacra celebrauit uertūt āt se ad epulas turbæ pq; tribus & genera & uicinias cōuiuia exercētes deo delibabant & ab eo precabantᵉ ipsum uespasianū quāplurimū tpis ī rōano impio ꝑseuerare & filiū eius & qui ex his nasceretᵉ seruari inexpugnabilē principatū.urbs quidē rōana uespasiāo ita suscepto statim maxima felicitate crescebat. Cap.XXXIII.

tuta bellique apparatum uix capiens:tot autem uirorum pro se pugnantiũ multitudinẽ cõtiens Quid nobis facta est:quæ deum habere incolam credebatur:radicitus ex fondamẽtis erepta est: solaq; eius monumenta restant eoꝝ a quibus excisa est:imposita reliquis castra.Senes uero infelices ad cineres templi assidẽt:& paucæ mulieres ad turpissimã pudoris iniuriam ab hostibus reseruatæ.Hæc secum reputans quisquã nostroꝝ aspicere solem durabit:etiã si uiuere sine periculo possit.Quis inimicus adeo patriæ:quis tam ibellis aut parcus animæ ut eũ non pœniteat hucusq; dixisse:Atq; utinam omnes fuissemus mortui priusquã illam sacrã ciuitatẽ hostiũ mãibus uideremus excindi priusquã tẽplum sanctum tanta ipietate funditus erui:sed quoniã spes nõ instrenua nos illexit:quasi forte poterimus pro ea hostes ulcisci:nunc aũt euanuit ac solos necessitate dereliquit.Mori bene properemus nostri metipsi misereamur:& coniugum liberoꝝ dũ nobis licet a nobisipsis misericordiam capere:ad mortẽ nanq; ipsi nati sumus:& quos ex nobis genuimus:eamq; fugere:ne fortissimi quidem possunt:iniuria uero & seruitus & uidere cõiuges ad turpitudinẽ duci cum liberis non est malum hoibus ex naturæ necessitate profectum: sed hæc sua timiditate perferunt qui ante mori cũ licuit noluere. Nos aũt multum freti fortitudine a romanis defecimus:& postremo nunc illis ad salutem hortantibus non paruimus.Cui igitur nõ est eoꝝ iracundia manifesta:si nos uiuos subiugare potuerint:miserandi quidem adolescentes erũt quoꝝ uires corporis ad multos sufficient cruciatus:miserãdi aũt prouectiores quoꝝ ætas clades ferre non poterit:uidebit alius coniugem abduci:alius manibus reuinctus uocem filii patrẽ implorantis exaudiet.Sed dum liberi sunt & gladios habent pulchrum ministerium nobis præbeant expertes seruitutis hostium:moriantur liberi cum filiis & coniugibus uita decedamus nobis leges præcipiunt:hæc nos coniuges & filii deprecantur:horum necessitatem deus misit his contraria romani uolunt:& ne quis nostrum ante excidiũ pereat timent.Festinemus igitur eis prosperata potiundi nostri uoluptate stuporem mortis admirationẽq; relinquere audaciæ.

Capitulum.XLVI.

ADhuc eũ orare cupientem oẽs interpellabãt:& effrenato quodam ipetu pleni ad opus incitabant:ac ueluti laruis exagitati alius aliũ antecapere cupiebat:hoc specimẽ esse fortitudinis:rectiq; cõsilii existimantes ne qs extremus remanere uideret tantus eos & coniugũ & filioꝝ & ꝓpriæ cædis amor iuasit.Sed nec id qđ aliquis putauerit cũ facinus accederet obtusi sunt:uerũ etiã seruare sententiã quã cũ dicta pciperent habuerũt:propriũ quidẽ earũq; effectum retinẽtibus cunctis:rõni uero cedẽtibus qa iã optie filiis cõsuluissent.Simul enĩ ualere uxoribus cũ amplexu dicebãt:ac liberos gremiis captos extremũ lachrymãtes osculabant. Et simul quidẽ manibus alienis iussa pagentibus ualentes eas configebãt:malorũq; subditi hostibus passuri fuerant cogitationẽ habentes prosolatio necessitatis ad cædẽ. Deniq; nemo hac audacia minor inuentus est. Cuncti aũt cõiunctissimos transfixere miseri qbus id necesse fuit:quibusq; filios atq; uxores occidere:maloꝝ oĩum uidebatur esse leuissimum.Igitur neq; hoꝝ iam factoꝝ dolorem tolerantes:& interfectos læsum existimantes si illis breuissimũ tẽpus ei superuiueret:cito quidẽ uniuersis bonis in unũ congestis ignẽ iniiciunt.Sorte uero ex numero suo decẽ lectis oĩum percussoribus uniuersi ẽt ꝓpter liberos ac coniuges ꝓstratas cõpositi:eosque cõplexi manibus cũ cõmunicauissent parato aniõ se ĩmactandos præbebant infelicissimũ illud exhibentibus ministeriũ:isti aũt intrepide cunctis occisis eandẽ sortis legẽ in sua quoq; morte statuerũt:ut cui obtigisset nouẽ peremptis semet super eos occideret.Ita omnes sibi confidebant: quod neq; in audiendo neq; in sustinendo facinore præstaret alius alii.Et ad extremum cæteri quidem se neci suppo suere.Vnus uero atque nouissimus circunspecta multitudine mortuorum:ne quis forte in multa cæde supereſſet qui suæ manus egeret:ubi cognouit omnes peremptos: ignem quidem ĩmittit regiæ:uehementi uero manu toto per se transacto gladio iuxta suos affectus occubuit. Et illi quidem perierant nullam credẽtes animam ex numero suo romanis subditam reliquisse: latuit autem una mulier senior: & alia quædam Eleazari cognata plurimum doctrina sapientiaq; mulieribus præstãs. Et quinq; pueri per cuniculos:qui aquam sub terra potui ducebãt abditi:cũ alii cædibus occupatas mẽtes haberẽt:qui erãt noningẽti nũero:& sexaginta cũ mulieribus simul ac pueris.Hæc aũt calamitas acta est Aprilis mẽsis quintodecio die.Romani aũt adhuc pugnã expectantes mane desistunt & aggeribus scalaꝝ pontibus iunctis muros aggrediebãtur. Cum uero hostium neminem uiderent:sed undiq; uersum acerbam solitudinẽ ignẽq; intus silentiũ quid factum esset coniicere non poterant: ad extremum uelut impellẽtes ictum arietis ululatum siquidem forte prouocarent dederant.Clamorem autem sensere mulieres & ex cloacis emersæ factũ romanis ut erat indicarunt altera earum quemadmodum dicta uel gesta fuissent omnia narrante manifeste.Non tamen romani facile his uerbis adducebantur ausi magnitudinẽ ueri similem

non credentes. Ignem uero extinguere conabantur per quæ hanc uiam sectantes cito in regiam peruenere: conspectaq; multitudine mortuoꝝ non ut in hostibus gauisi sunt: sed consilii fortitudinem & obstinatum in tanto numero rebus ipsis contemptum mortis admirabantur.

Capitulum. XLVII.

HIusmodi autem peracto excidio in castello quidem præsidium dux reliquit: ipse uero cum exercitu cæsarem profectus est. Nec enim quisquã supererat in illis regionibus hostium: sed iam tota iudæa belli fuerat longinquitate subuersa: multisq; suorũ etiam procul incolentibus sensim perturbationis periculum exhibuerat. Nam & circum alexandriã ægypti ciuitatẽ postea contigit multos iudeoꝝ perire. His enĩ qui ex factione sicariorum illuc effugere potuerunt non satis erat saluos esse: uerum & illic nouas res conabantẽ ut libertatem defenderent: & romanos quidem nihil se meliores putarent: deum uero solum dominum dicerent. Cum aũt quidã is iudæoꝝ non ignobiles aduersarentur: illos quidẽ mactauere: aliis quidem instabant ad defectionẽ eos rogantes. Eoꝝ aũt uidentes confidentiam principes seniorum iam cohibere tutum sibi non esse arbitrabantur: sed congregatis oĩbus in congregationem iudæis sicarioꝝ temeritatem publicabant: illos oĩum maloꝝ causam esse demonstrãtes: & nunc aiebant eos q̃ nec sic fugissent certam spem salutis habituri uiderentur: a romanis enim cognitos statim esse perituros proprias calamitates explere. Ipsis aũt qui nullius fuissent eorum delicti participes cauendum esse ab eoꝝ exitio: & multitudinẽ precabantur ut illoꝝ causa romanis ipsoꝝ traditione satisfacerent. His dictis prospecta periculi magnitudine paruere: multoque impetu sicarios aggressi corripuere: quoꝝ sexcẽti quidẽ statim capti sunt. Qui uero in ægyptũ ac Thebas qui in illo tractu erant elapsi sunt non multo post compræhensi reducti sunt: quoꝝ non ẽ q duritia siue confidentia siue pertinacia uoluntatis sit dicenda nõ obstupescat. Omni enĩ genere tormentoꝝ & uexatione corpoꝝ in eos excogitata ob hoc solũmodo ut cæsarẽ dominũ fatерentur: nemo cessit neq; dicere uelle uisus est: sed omnes ille necessitates ualidioꝝ sententiã conseruare tanquã brutis corporibus non animis etiã cruciatus ignemq; susciperẽt: maxie uero puerorũ ætas miraculo spectãtium fuit. Nec enim uel eoꝝ quisquã cõmotus ut dominũ cæsarẽ nominaret: usq; adeo corpoꝝ infirmitatẽ uis audaciæ supabat.

Capitulum. XLVIII.

LUpus tunc Alexandriam rector administrabat: & de hoc ad cæsarem motu uelociter retulit. Ille aũt inquietum iudæoꝝ circa res nouas studium cauendum esse existimãs ac ueritus ne rursus in unum congregarentur: & quosdã sibi adiungant præcepit Lupo ut templum iudæoꝝ quod esset apud Thannis quæ sic appellatur ciuitatẽ destrueret: hæc aũt in Aegypto. Quæ ob hanc causam & coli cœpit: & nomen sumpsit.

Capitulum. XLIX.

ONias Simonis filius unus ex pontificibus ex hierosolymis fugatus Antiocho rege Syriæ cum iudæis bellum gerente Alexandriam uenit: & aptolomæo suscipitur humanissime propterea q̃ antiocho erat inimicus: ait se gentem iudeoꝝ eius auxilio sociaturum si dictis suis obtemperassent. Cum aũt rex ea quæ possent fieri annuisset rogauit ut ĩ aliqua parte ægypti templum sibi ædificare permitteret: & more patrio deum colere. Ira enim & antiochum magis odiosum iudæis qui templum apud hierosolymã uastauisset: ipsique beniuolentiores fore eosque multos ad eos religionis diligentia colligendos. Paruit his ptolomæus eiq; locũ dedit centũ & octuaginta stadiis a Méphi distantem. Heliopolitanus aũt ille tractus dicitur: ubi castello fabricato Onias templum quidẽ dissimile ab eo quod est in hierosolymis: turrim aũt similẽ instruxit ingentibus saxis sexaginta cubitis erectã. Areæ aũt fabricã secundum patriam imitatus est: & donariis similiter exornauit præter candelabri confectionẽ: candelabra enim non fecit: sed informatũ aureũ lignum tanquã iubare in luce radiante de aurea catæna suspendit. Totum uero circa templum spatium structo latere circundedit saxeas portas habẽte: concessit auteé rex etiã multum agri modũ ac pecuniæ redditus: ut & sacerdotibus esset copia ad multa quæ dei cultus desideraret: nõ tamen hæc Onias sana uoluntate faciebat sed erat ei cõtentio cum iudæis apud Hierosolymam degentibus propter fugæ memorem iracundiam. Et hoc templo ædificato arbitrabatur ad id oẽm ab hierosolymis multitudinem reuocatuꝝ. Fuerat aũt olim prædictio quædam annis noningentis septuaginta. Esaiasq; prædixerat huius templi futuram in ægypto constructiõem a quodam uiro iudæo: templũ quidẽ ita fuerat ædificatũ.

Capitulum. L.

LUpus aũt rector Alexandriæ suscepti litteris imperatoris cũ ad templum adueniſſet nõnullis ablatis donariis tẽplum claudit. Postmodũ Lupo mortuo Paulinus qui eius

poteſtati ſucceſſit:neq; donariorum quicq̃ reliquit:uehemẽter enim ſacerdotibus comminatus eſt niſi omnia protuliſſent:neq; ad templũ religionis cauſa adire uolentes admiſit:ſed clauſis foribus ita inacceſſum fecit ut ne ueſtigiũ quidẽ diuini cultus in eo reſideret.Tempus autẽ fluxerat uſq; clauſum templum ex quo fuerat conditum anni.ccc.xxxiii.

Capitulum.LI.

AVdacia uero ſicariorũ ueluti moribus quædã etiã ea quæ circũ Cyrenẽ oppida erant contigerat.Elapſus.n. ad eos Ionathes homo neqſſimus:& arte geneciarius non paucis imperitorũ ut ſe attenderẽt pſuaſit:perduxitq; in ſolitudines cum ſigna umbrarũ imagines ſe polliceretur aſcendere:& alios quidem hæc agendo atq; fallendo latebat. Dignitate uero præſtantes cyrenẽ ſiue iudeorũ apparatum eius & profectionem pentapolitanæ Lybiæ rectori catullo pronunciant.Ille aũt equitibus ac peditibus miſſis iermes facile cõpræhẽdit:& magna quidẽ pars mãibus interiit.Nõnulli aũt uiui capti ad catullũ perducti ſunt.Auctor autẽ conſilii Ionathes tunc quidẽ potuit effugere:multũ uero ac diligenter p oẽs quæſitus regiones incidit:adductus eſt ad catullũ ſibi quidẽ moram pœnæ moliebatur catullus aũt iniquitatis p̃buit occaſionẽ:nã ipſe quidẽ locupletiſſimos iudæorũ falſo inſimulans auctores ſibi huius conſilii fuiſſe dicebat.Catullus aũt criminationes alacri animo ſuſcipiebat:remq; delatã multimode incumulabat.Tragicis etiã uerbis exaggerans:ut & ipſe quoddã bellũ iudæorũ patraſſe uideret: quodq; hoc atrocius eſt præter credendi facultatẽ etiã doctor erat calumniandi Sicarios.Deniq; cum uidiſſet iudoærum aliquẽ Alexandrum nomine:cui iamdudum inſenſus odium publicauerat etiam uxore eius.Berenice criminationibus implicata.hos quidem priores occidit. Deinde oẽs ſimul pecũiarũ copiis eximios tria ſimul milia trucidauit.Et hæc ſecure facere arbitrabat: quod eorum patrimonia redditibus cæſaris ſotiabat.Ne uero uel alibi degentiũ quiſquã iudæorum eius iniuſtitiam confutaret:etiam longius mendacium propagauit ac ionathæ nonnulliſq; aliis qui cõpræhenſi fuerant perſuadet nouarum rerum accuſationẽ uiris inferre probatiſſimis iudæorum apud Alexandriam Romãq; degentium.Horum autem qui per inſidias accuſati ſũt: unus erat Ioſippus qui hæc ſcripſit. Nõ tamẽ catullo factio:ita ut ſperauerat:ceſſit.Nam Romã quidem Ionathen cæteroſq; uinctos ducens finemq; arbitrabatur eſſe quæſtionis apud ſe:ac per illam conflatam calumniam.Veſpaſianus autem rem ſuſpicatus ueritatem requirebat cognitiõe non iure hominibus accuſationem illatam:illos quidem Titi ſtudio criminibus ſoluit: merito uero pœnam in ionathen ſtatuit.Prius enim uerberatus exuſtus eſt, Catullo autem tũc quidem ob lenitatem principum obtigit ne quid ampliusrepræhenſibile experiretur.Non multo autem poſt multiplici morbo & inſanabili correptus acerbiſſime liberatus eſt:non corporis tantũ cruciatum ſuſtines:ſed erat ei maior animi morbus & grauior. Terroribus enim expaueſcebat & crebro uidebat ſibi inſtantes umbras eorum quos peremerat & clamitabat.Cunq; ſe tenere non poſſet exiliebat ſtratis tanq̃ tormentis ſibi & flammis adhibitis.Hoc autem ſemper multũ proficiente malo extiſq; defluentibus ac in teſtinis exhauſtis:ita eſt mortuus:nulla re alia minus diuinæ prouidentiæ factus iudicio quam q; nequiſſimus ulciſcatur.

Capitulum.LII.

HIc nobis eſt finis hiſtoriæ:quã promiſimus nos cum omni ueritate traditurus cognoſcere cupientibus quemadmodum hoc bellum romanis ita geſtum eſt cum iudæis: & qualiter ſit quidem expoſitum lecturis ut dicant relinquatur. De ueritate autem confidẽter dicere nõ pigebit q; eam ſolã per omnia quæ ſcripſi habuerim cõiecturã.

De bello Iudaico explicit feliciter Ioſephi Mathahtie filii hebrei genere ſacerdotis ex hieroſolymis de antiquitate iudæorum contra Appionem grãmaticum alexandrinum.

SVfficienter ut arbitror & per libros antiquitatum opulẽtiſſime uiroꝝ Epaphrodite legẽtibus eos aperui de noſtro geneꝝ iudæorum: quia & ueuſtiſſimũ eſt & primã cõſcientiã propriam habuit: quiq; milia enĩ annorum numerum hiſtoriã continentẽ ex noſtris ſacris libris græco ſermone cõſcripſi.Quoniã uero multos uideo reſpiciẽtes blaſphemiã quorundam inſane prolatam:& ea quæ a me de antiquitate cõſcripta ſunt non credentes:putantes mendacium noſtrum ſit genus:eo q; nulla memoria apud græcorum nobiles hiſtoriographos digni ſũt habiti noſtri maiores.Pro omnibus his arbitratus ſum oporteꝝ me breuiter hæc dicta conſcribere:& derogantium quidem ueſanum ſpontaneũq;

L

† Duo ſequentes libri extra locum poſiti legendi ſunt poſt pag: 1502 ubi deſiderantur.

increpare mendacium:aliorum uero ignorantiã pariter emendare:uniuersosq; de nostra antiquitate qui scilicet ueritatẽ amplectuntur edocere. Vtar aũt in meis dictis testibus eis: qui de omni antiquitate apud græcos fide digni sunt iudicandi:eos autẽ q blaspheme de nobis atq; fallaciter conscripsere aliqua per semetipsos conuicta indubitanter ostendam. Conabor etiã causas exponere propter quas nõ multi in græcis historiis gentis nostræ fecere memoriã:necnon & eos quidem nobis nequaquã scribere uoluerunt nescientibus aut nescire simulantibus indicabo. Primitus itaq; satis admiror eos qui existimant oportere de rebus antiquis græcis tantummodo fidem habere & ab eis consulendã esse ueritatis integritatẽ. Nobis autẽ & aliis hominibus non esse credendũ. Sed ego omnia in his contraria uideo contigisse. Quapropter decet non uarias opiniões inspicere:sed ex ipsis rebus iustitiam ponderare. Omnia siquidẽ græcoꝝ noua & herius:ut ita dicam:nuper facta cognoui. Et hæc fabricas ciuitatũ & adinuctiones artiũ conscriptionesq; legũ cunctarumq; regũ iunior apud eos est historiæ diligentia conscribenda. Apud ægyptios autẽ atq; Chaldeos & phœnicas:desino enĩ nos illis cõnumerare sicut ipsi fatentur:res gestæ antiquissimã & permanentem habẽt memoriæ traditionẽ. Nam & locis omnes inhabitant quæ nequaquam aeris corruptioni subiaceant. Et multam prouidentiam habuere:ut nihil horum quæ apud eos aguntur sine memoria linquerentur:sed in publicis conscriptionibus semper a uiris sapientissimis dicerentur. Græcorum uero regionem innumeræ corruptiones inuasere:rerum memoriam delentes. Qui aũt nouas constituentes conuersationes omniũ se præesse credidere. Sciant quia etiam sero & uix naturã potuere agnoscere litterarũ. Nam antiquissimũ eaꝝ usum habuisse creduntur a phœnicibus:& a cadmo se didicisse gloriantur. Sed neq; illo tempore poterit aliquis demonstrare seruatã conscriptionẽ neq; in tẽplis:neq; in publicis anathematibus:quando etiam de troianis rebus ubi tot annis militatũ est. Postea multa quæstio atq; contentio facta est:utrũ litteris usi sunt. Et magis ueritas obtinuit eo q; usus modernaꝝ litteraꝝ illis fuisset incognitus. Cõstat aũt quoniã apud græcos nulla inuenĩ absolute conscriptio poemate Homeri uetustior. Et hunc etiã post bella troiana fuisse manifestũ est. Et ante neq; hũc litteris suũ poema reliq sse: sed cantibus memoria reseruatũ:postea fuisse cõpositũ & ꝓpterea multã i eo cõspexi dissonãtiã Qui aũt historias apud eos conscribere tentauer.i.hi q Circadamũ milesiũ & acusilaus argiuus: & post hunc quicũq; alii fuisse referunt. Paululum tẽpus persicã apud hellanicũ militiã ꝓcesser. Sed eos etiã qui de cælestibus & diuinis primitus apud græcos philosophati : idem pherecidem Syrum & Pythagoram & thaleté oẽs concorditer consitentur. Aegyptiorum & chaldeoꝝ fuisse discipulos:& breuiter conscripsisse quæ a græcis omniũ antiquissima iudicãtur:ita uix ea credãt ab illis fuisse conscripta. Quomodo ergo nõ est irrationabile:ut tali factu uegetentur græci tanquam soli sciant uetera:& ueritatẽ eorum sub scrupulositate de antiquis nõ ab ipsis conscriptoribus facillime discant:quia neq; firmiter scientes aliquid cõscripsere:sed q; unusquisq; opinatus est hoc studuit explanare. Vnde etiã libris suis alterutros arguũt:& ualde cõtraria ex rebus eisdẽ nõ piget edicere. Sed ego uidebor ne potioribus eẽ superfluũ si explanare uoluero:quantis quidẽ locis hellanicus ab agesilao de genealogiis discrepat:& in quantis herodotum corrigit acusilaus. Aut quomodo ephorus quidem hellanicũ in plurimis ostendit esse mendacẽ. Ephorum uero timeus: Timeum qui post illũ fuere. Herodotũ uero cuncti:sed neq; de singulis cum antiocho & philisto aut callia timeus concordare dignatus est. Neq; rursus de atticis hi qui attidas cõscripserunt:aut de argolicis:qui de argis historiam protulere:alterutros cõsecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus breuibusq; rebus:quando de militia persica & his quæ in ea sunt gesta:tantum uiri probatissimi discordasse noscũtur. In multis autem etiã thucydides tanquã fallax accusatur:licet scrupulosissimam secundũ se historiam conscripsisse uideatur. Causæ uero huius dissonantiæ multæ forsan & aliæ quærere uolentibus apparebũt. Ego uero duabus quas dicturus sum maximam huius summã diuersitatis ascribo. Et quidẽ primũ dico eam quæ mihi ꝓprior eẽ uidetur. Id est eo quod ab initio nõ fuerit studiũ apud græcos publicas de his quæ semper agũt proferre conscriptiones. Hoc eteni præcipue & errorẽ & potestatẽ mentiendi posteris uetus aliquid uolentibus scriptitare concessit. Non enim solummodo apud alios græcos publica conscriptio est neglecta. Sed neq; apud ipsos Athenienses quos terrigenas esse dicunt:disciplinaeq; cultores aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicaꝝ litterarum antiquissimas esse dicunt leges:quæ a dracone eis ex phœnicibus sũt conscriptæ ante modicum tempus tyrannidis Pisistrati. De arcadibus autem in antiquitate gloriantibus quid oportet dici? Vix enim isti & postea litteris eruditi sunt. Cum ergo cõscriptõ nulla ꝓponeret q & discere uolẽtibus edoceret:& mẽtientes argueret: multa inter alterutros conscriptores discordia generata est. Quoniã qui ad ꝑscribendũ se præparabant nõ studiũ ueritatis exhibuerũt. Licet hæc ꝓmissio semp habeat in promptu:sed uerboꝝ

magis habere prolationem maximā.Et quēadmodum laudari se in hoc super alios estimarēt: ad hoc potius semetipsos aptabāt.Aliqui uero ad fabulas sunt conuersi. Aliqui autem ad gratiā aut ciuitates laudantes:aut reges.Alii semetipsos ad accusandas causas aut conscriptores tradidere.In hoc se forte probabiles æstimantes & oino hoc agētes quod historiæ nimis aduersum est.Veræ siquidem historiæ indicium est:si eisdem rebus omnes eadem dicant atq; conscribāt.Hi uero cū quædā aliter cōscriberent q̄ alii tunc se putabāt oium ueratiores ostendi.Qua ꝓpter causas qdē uerborum & caliditatis eorum cedere nos græcis oportet.Non aūt de antiqua historiæ ueritate & maxime de rebus propriæ uniuscuiusq; prouintiæ.Quoniā uero Aegyptios & babylonios ex longissimis olim temporibus circa conscriptiones diligentia fuit:quando sacerdotibus erat iniūctum & circa eas ipsi philosophabantur.chaldei uero apud Babylonios:& quia præcipue græcis immixti usi sunt phœnicis litteris circa dispēsatiōes uitæ:& cōmuniū operum traditionē.Dum consentiant omnes tacendum hoc puto.De nostris uero progenitoribus quia eandē quā p̄dicti habuerunt in conscriptionibus solicitudinē desino dicere:etiam potiorē pōtificibus & ꝓphetis hoc imperantes.Et quia usq; ad nostra tēpora cū multa integritate seruatū est:si oportet audentius etiā seruabitur.Conabor breuiter edocere:non enī solummō ab initio probatissimos uiros & inde placatione præparatos ad hæc exercenda constituerunt.Sed quatenus etiā genus sacerdotum sine permixtione purumq; consisteret prouiderūt.Oportet enī eū qui sacerdotiū habiturus est ex eiusdē gentis nasci muliere:& neq; ad pecunias & neq; ad honores inspicere.Et de hoc per antiquam lineam & multis testibus approbare.Quod scilicet agimus non solū in ipsa iudæa:sed ubicunq; nostri generis cōstitutio reperitur:etiā ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotum:hoc est in ægypto & Babylonia & quocunq; terrarum orbe quilibet de sacerdotum genere sunt dispersi.Mittunt enim in hierosolymam conscribētes a patre nomen nuptiæ:& antiquoꝝ progenitorum quicunq; huius rei testimonia præbuere.Si autem bella proueniāt sicut iam crebro factum est.Dum antiochus epiphanes ad nostram uenisset regionem & pompeius magnus: & Quintilius uarus:& præcipue nostris gesta temporibus:tūc hi qui de sacerdotibus supersunt: ex antiquis litteris iterum noua conficiunt & probant mulieres quæ relinquūtur. Non enim ad captiuas accedunt alienigenarum consortia formidantes. Indicium uero integritatis hoc maximum est:quia pontifices apud nos a duobus milibus annis denominati filii a patre cōscripti sūt. His autem qui prædicti sunt si quid p̄uaricentur interdicitur:ne uel ad altare accedant : uel alia sanctificatione fungantur.Recte siquidē potius autem necārie:cum neq; conscribendi potestas omnibus data:neq; alia sit in discretione discordia.Sed solummō prophetis antiquissima quidē & ueterrima secundum inspirationē factā a deo cognoscentibus.Alia uero secundū se sicuti sūt facti palam conferibentibus infiniti libri non sunt apud nos discordātes & sibimet repugnātes: sed solummodo duo &.xx.libri habentes temporis totius conscriptionē:quorum iuste fides admittitur. Horum ergo quinq; quidē sunt Moyseos qui natiuitates cotinent:& humanæ generationis traditionem habēt usq; ad eius mortē.Hoc tempus de tribus milibus annis paululum minus est.A morte uero Moyseos usq; ad Artaxerxē persarum regē qui fuit post Xerxem:prophetæ post Moysen:& quæ secūdū eos sunt gesta conscripserūt in.xiii.libris.Reliqui uero.iiii.hymnos in deum:& uitæ humanæ noscuntur pignora cōtinere. Ab artaxerxe uero usq; ad nostrum tempus singula quidem conscripta non tamen priori simili fide sunt:habita eo quod nō fuerit certa successio prophetarum.Palā nanq; est ipsis operibus quēadmodū nos propriis litteris credimus:tāto nāq; seculo iā p̄terito neq; addicere quicq̄ aliqs nec auferre nec trāsformare p̄sūpsit. Omnibus enī insertū est mox & prima generatione iudæis hæc diuina dogmata nominare:& in his utiq; permanere.Et propterea si oporteat mori libenter.Iam itaq; multi captiuorū frequēter tormentis affecti sunt:& mortes uarias in theatris sustinuere:ne ullum uerbum contra leges admitterent aut conscriptiones habitas uiolarēt.Qui græcorum aliquid tale perpessus est? quādo neq; fortuitam sustinere læsionē uolunt:licet omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hæc esse putant secundum conscribentium uoluntates exposita.Et hoc iuste etiā de antiquis sapiunt quoniam aliquos nunc quoq; uident præsumentes de his rebus conscribere quibus neq; ipsi interfuere:neq; credere scientibus aquiescunt.Deniq; de bello quod apud nos contigit nup: quidam historias cōscribentes ædiderunt.Dum neq; ad ea loca uenerint:neq; i proximo rerum gestarum fuerint.Sed ex auditu quædam pauca cōponentes impudenter semetipsos uidentur historiæ nomine iactitare. Ego uero & ex omni bello:& quæ ibi particulariter gesta sunt ueram descriptionem feci:dum ipe rebus omnibus iterfuerim.Dux etenim apud nos galyleorum erā : donec fuit defendendi facultas. Contigit aūt ut caperet a romanis:& habentes me Vespasianus & Titus i custodia uniuersa semper inspicere faciebāt:primo qdē uinctus:postea uero solutus cū

Tito ab alexãdria proeter obſeſſionem Hieroſolymoꝝ directus ſum:eo tempore nihil eſt geſtũ q̃ meam potuiſſet latere noticiam.Nam uidens romanorum exercitum uniuerſa ſub diligentia deſcribebam.Et ea quæ nuntiabantur ab his qui ſemetipſos tradebant:egõ ſolus integrius itelligens diſponebam. Deinde romæ tempus uacationis habens:omni iam negotio præparato uſus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam græcam rerum eruditionẽ exhibui.Tantaq; mihi ſecuritas affuit ueritatis ut primos omnium imperatores belli Veſpaſianum & Titum teſtes non expoſceré.Primum nãq; illis obtuli libros:& poſt illos multis quidem romanorum qui bellis interfuere plurimis uero noſtrorum eos etiam uenũdaui: qui græca ſapientia uidebantur imbuti:quorum eſt iulius Archelaus.Herodes honeſtiſſimus & ipſe admirabilis rex Agrippa.Iſti ſiquidem uniuerſi teſtimonium perhibuere:quia ueritatem diligens excolui:non reprimens forſitan aut tacens:ſi quid geſtorum per ignorantiam aut per gratiam commutaui:aut prætermiſi. Quidam uero praui homines derogare meæ hiſtoriæ ſunt conati tanquam in ſcholis adoleſcẽtium propoſitum exercentes:& accuſationis inſpiratæ atq; detractionis faciẽtes opus:cum oportet illud ſciri:quia quod conuenit promittentem aliis rerum ueracium traditionẽ.Ipſum prius hæc noſce certiſſime:aut rebus geſtis adherendo:aut ab ſcientibus cunſulendo.Quod ego præcipue circa utrumq; me credo feciſſe negocium.Antiquitatis nanq; libros ſicuti dixi ex uolumnibus ſacris interpretatus ſum:cum eſſem genere ſacerdos:& participarem illarum ſapiam litterarum.Hiſtoriam uero pelli conſcripſi multarum quidem actionum ipſe operator:plurmorum uero inſpector exiſtens:& omnino eorum quæ dicta uel geſta ſunt nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet exiſtimabit eos qui aduerſum me nituntur de ueritate contendere? Qui licet imperatorum commenta legiſſe dicuntur:nõ tamen noſtrorum repugnantium rebus interfuere.De rebus itaq; neceſſariã feci deſcriptionẽ ſignificare uolens facultate eoꝝ qui hiſtoriam ſcribere cõpromittunt. Et ſufficiẽter ſicuti reor palã faciũt:qa cõſcriptio reꝝ apud Barbaros potius ſolẽnior q̃ apud græcos eſt.Volo paululũ primitus diſputare aduerſus eos qui cõtendũt nouellã eé noſtrã cõuerſationẽ eo q̃ nihil de nobis:ut aiũt illi:dictũ ſit a cõſcriptoribus græcis.Deinde teſtimonia antiquitatis ex aliis lĩis exhibebo:& eos qui noſtro blaſphemaant genere:ualde ipſi rõe blaſphemare monſtrabo.Nos igitur neq; regiõem maritimã hitamus:neq; mercimoniis cõgaudemus neq; per hoc alterutris pegrinationibus fatigamur.Sed quidẽ noſtræ ciuitates ,pcul a mari poſitæ regionẽq; uberrimam poſſidẽtes. In ea aſſidue laboramus præcipue circa filiorum nutrimenta ſtudentes legumq; cuſtodiam & traditionem pietatis totius opus uitæ neceãrium iudicamus. Cum adſit igitur his quæ prædica ſunt conuerſationi noſtræ etiam uita remotior. Nihil fuit in antiquis temporibus quod faceret nobis permixtionẽ græcorum ſicut Aegyptiis mercimonia quæ ab eis reiiciuntur:& ad eos rurſus introducuntur.Et iterum habitatoribus phœniciæ maritimæ ſtudentibus circa contractus atq; negocia amore pecuniæ requiſita:Sed neq; latrocinia ſicut quidam alii uacuare:aut amplius habere concupiſcentes patres noſtri ad bella conuerſi ſunt licet regio noſtra multa milia uirorum fortium poſſideret.Phœnices ergo propter negocia ad Græcorum prouinciam nauigantes repente ſunt agniti:& per illos ægyptii & omnes a quibus ad græcos honorem deuehebant immenſa maria proſcindẽtes.Medi uero poſtea atq; perſæ palam in aſia regnauerunt:& uſq; ad alteram epirum perſæ militauerunt. Thraces autem propter uicinitatem & Scytiam ab his qui pontum nauigãt cogniti ſunt:& omnino uniuerſa iuxta mare:uel orientale uel heſperiũ habitantes aliquid cõſcribere uolẽtibus cogniti facti ſunt.qui uero ſuperius habitabant:& procul a mari multis ſunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europam contigiſſe:quando de romanorum ciuitate tam longo tẽpore adepta poteſtate tantaſq; cauſas belli cõficiente. Neq; herodotus neq; Hhucydides:nec ullus qui fuit cum iſtis fecit aliquam mentionem.Sed ſero tãdem & uix ad græcos potuit eorum. De galathis enim & hyberis ſic ignorauere hi qui putantur ſubtiliſſimi conſcriptores: quorum eſt ephorus:& unam ciuitatem eſſe arbitraretur hyberas. Qui tantam partem heſperiæ terræ noſcuntur inhabitare. Et neq; mores eorum qui fiunt apud eos uel qui dicuntur tanquam ſic utentibus referre præſumunt.Cauſa uero ignorantiæ ueritatis eſt:eo q̃ procul abeſſent. Vt autẽ falſa conſcriberent:eoq; uellent uideri aliquid amplius ab aliis retuliſſe.Quomodo ergo mirari decet ſi neque noſtra gens plurimis erat certa:neque ad ſcribendum de ſe aliquam dedit occaſionem:& ita conſtituta procul a mari & ita conuerſi deliberans. Pone igitur nos argumento uti uelle græcorum. quia non eſt genus eorum antiquum eo q̃ neq; in noſtris uoluminibus de eis ſit aliquid dictum. Non ne omnino deridebunt cauſas huiuſmodi a me probatas:& teſtes uicinæ regionis adducunt antiquitatis ſuæ. Igitur ego hoc conabor efficere. Aegiptiis & phœnicibus præcipue teſtibus utar:cum nullus eorum potuerit tanquam falſum accuſare teſtimonium.

Et uidentur maxime circa nos inimici in communi quidem omnes ægyptii & phœnicum uero Tyrii. De chaldeis autem nequaquam hoc dicere potero:quoniam & generis nostri principes constituti sunt & propter cognationem in conscriptionibus suis meminere iudæorum. Cum uero fidem de his præbuero:& blasphemias falsas ostendero:tunc etiam Græcorum conscripto res memorabo:qui iudæorum fecere memoriam:ut neq; huiusmodi occasio relinquatur in iudæis nobis faciendæ contentionis.Inchoabo autem primitus a litteris Aegyptiorum quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt.Manethon itaq; genere uir Aegyptiorum græca disciplina participatus sicuti palam est: scripsit enim uoce helladica paternæ religionis historiam ex sacris sicut ait ipse interpretatus libris frequenter arguit herodotum i Aegyptiacis ignoratione mentium.Ipse quidem Manethon in secundo Aegyptiacorum hæc de nobis scripsit.Ponam uero etiam sermonum eius tanquam testimonii iure prolatum honorabile nomen sub hoc:nescio quomodo deus inspirauit:& præter spem ex partibus orientalibus homines genere ignobiles adepta fiducia in prouintia Castrametati sunt. Et facile ac sine bello eam potenterq; cœperunt:& principes eius alligantes:de cætero ciuitates crudeliter incendere:& deorum templa uertere.Circà omnes uero prouintiales inimicissime usi sunt alios quidem perimentes:aliorum uero & filios & cõiuges ad seruitia redigentes:nouissime uero & unum regẽ ex se fecere:cui nomẽ erat sualitis : hic in menfidem ueniens superiorem inferioremque prouitiam diuidens castra in opportunis relinquens locis.Maxime etiam partes muniuit orientales prospiciens:quoniam assiri aliquando plus ualentes erant desideraturi regnum eum inuadere.Inuenies autem in Nomo to suati ciuitatem opportunissimam positam quidem ad orientem Buliastitis fluminisquæ appellabatur a quadam antiqua theologia euaris.Hanc fabricatus est & muris maximis communiuit:collocãs ibi multitudinẽ armatorum usque ad ducenta quadraginta milia uirorum eam custodientium.Hic autem messis tempore ueniebat tam ut frumenta meteret & mercedes exolueret:quam ut armatos pro terrore extraneorum diligenter excitaret. Qui cum regnasset decemnouem annis uita priuatus est.Post hunc autem regnauit alter quattuor &.xl.annis Beon nomine.Post quem alter apachas sex &.xxx.annis & mensibus septem.Deinde & aposis unum & sexaginta:& Samnas quinquaginta & mense uno. Post autem omnes Ases nouem &.xl.& mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuere primi reges debellantes semper & maxime Aegypti radicem amputare cupientes. Vocabatur autem omne genus eorum Sesos:hoc est reges pastores:secundum sed enim sacrarum linguarum regem significat. Sos uero pastorem siue pastores secundum sermonem communis eloquii:& tantum compositum inuenitur.Hyesos quidam uero dicunt eos Arabas esse.In aliis autem exemplaribns non reges significari comperi per appellationem Hyc:sed e diuerso captiuos declarari neque pastores. Hyc enim rursus ægyptiaca lingua:& hac quando pingui sono profertur captiuos apertos significat:& hoc potius uerisimile mihi uidetur:& historiæ antiquæ conueniẽs. Hos ergo quos prædiximus reges:& eos qui pastores uocabantur:& qui ex eis fuere obtinuisse Aegyptum ait annis.xi.& quingentis.Post hæc autem regum thebaidis & alterius Aegypti factam dicit super pastores inuasionem & bellum maximum & longæuum eis illatum.Sub rege uero cui nomen erat Alis fragmutos uictos dicit pastores:& alteram quidem uniuersam Aegyptum perdidisse.Inclusos autem in locum habentem mensuram terræ ulnarum undecim milium. Cui loco nomen est Auarim. Hunc Manethon dicit omem maximo muro atq; robustissimo circumdedisse pastores:quatenus & omnem possessionem munitam haberent simul & prædam suam.Filium uero aliis fragmathoseos thumnosim dicit. Conatum quidem eos per obsessionem capere & fortiter cum quadringentis.lxxx. milibus armatorum eorum muris excubuisse.Cum uero obsessionem desperasset:pacta cum eis fecisse ut ægyptum relinquentes quo uellent innoxi omnes abirent. Illos uero his promissionibus impetratis cum omni domo & possessionibus nõ minus ducenta.xl.milia numero ex ægypto per desertum i Syriam iter egisse & metuentes assyriorum potentiam:tunc enim illi Asiam obtinebant in terra quæ nunc iudæa uocitatur ciuitatem ædificasse:quæ tantis millibus hominum sufficere potuisset:eamq; hierosolymam uocitasse.In alio uero quodam libro Aegyptiacorum Manethon hanc ipsam gentem.i.qui uocabantur pastores in sacris suorum libris captiuos a scriptos rectissime dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat:& pascualem habentes uitam uocabãtur ita pastores.Sed & captiui non irrarionabiliter ab ægyptiis sũt: quoniam progenitor noster ioseph dixit ad regem ægyptiorum se esse captiuũ:& fratres in ægyptum posterius euocauit rege præcipiente. Sed de his quidem in aliis examinationem subtilius faciemus. Nunc autem huius antiquitatis producam testes ægyptios rursumque quomodo se habeant uerba manethonis circa ordinem temporum aperte describam sic enim ait.Postquam

egressus est ex ægypto populus pastorum ad hierosolymam: expulsor eorum rex themusis regnauit post hæc annis:xxv.& mensibus.iiii.& defunctus est. Assumpsit regnum filius Chrebron annis.xiii.huius autem Amenosis annis.xxi.& mensibus.ix. Misris autem.xii.& mensibus nouem.Misranthusis.xxv.& mensibus.x.Et musis autem nouem & mensibus octo. Amenosis uero.xxx.& mensibus.x.Orus uero.xxx.sex & mensibus quinque. huius autem filia Acenchies xii.& mense uno.Rathotis uero frater nouem.Acencheridis autem.xii.menses.iii. Armes uero iiii.& mense uno.Armesis autem unum & menses.iiii.Armesismianus uero sexagitasex & meses ii.Amenosis.xix.& menses sex.Sedhosis autem equestrem & nauale uirtute habens fratre quide Armen procuratorem ægypti constituit:& omnem ei aliam regalem cotulit potestatem:tantumodo autem diademate uti prohibuit:& ne reginam matrem filiorum opprimeret imperauit & ut abstineret etiam ab aliis regalibus concubinis. Ipse uero ad cyprum & phœnice & rursus contra Assyrios atq; medos castrametatus uniuersos quidem alios ferro alios sine bello terrore magno uirtutis sibimet subiugauit.His uero felicitatibus eleuatus confidentius incedebat:orietales urbes ac prouintias subuertendo:multoque tempore procedente Armes qui in Aegypto fuerat derelictus omnia contraria quæ eum frater agere monuerat sine timore faciebat.Nam & reginam uiolenter abiecit:& aliis concubinis sine parcitate iugiter miscebatur:suasusque ab amicis utebatur:& diademate:& rebellabat fratri.Is uero qui cōstitutus erat sup sacra Aegyptia scribens librum Sedhosii direxit:& cuncta significans:& quia rebellaret ei suus frater Armes. Qui repente ad Pelusium destinauit:& proprium tenuit regnum. Prouintia uero uocata est ex eius nomine Aegyptus.Dicit enim quia cethos Aegyptus uocabatur. Armes autem frater eius Danaus.Hæc equidem Manethon.In palam uero est ex prædictis annis tempore computato: quia hi qui uocabantur pastores id est nostri progenitores ex ægypto liberati:ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc prouintiam inhabitaure quam Danaus ad agros accederet:licet hūc antiquissimum Argiui esse confidant.Duas igitur res Manethon maximas pro nobis Aegyptiis litteris protestatus est:primam quidem quia aliunde ad Aegyptum:Deinde gressus eorum exinde ita temporibus antiquissimum:ut pœne mille annis bellum præcedat iliacum. In his autem in quibus Manethon non ægypti litteris:sed sicut ipse confessus est ex fabulis quorundam sine nomine quodam adiecto postea perticulariter hæc redarguam ostendens ea sine uerisimilitudie esse mendacia.Sed uolo ab istis rursus migrare ad ea quæ apud phœnicas de nostro genere conscripta:& eorum testimonio declarata sunt.Itaq; apud Tyrios multorum annorum publicæ litteræ:& conscriptiones diligentissime custoditæ ex his quæ apud eos facta & inuicem gesta noscuntur:quæ tamen memoria digna sunt.Inter hæc ergo conscriptum est: quia in hierosolymis ædificatum est templum a Solomone rege ante annos pœne.c.xliii.& menses octo quam Tyrii carthaginem charcedonam fabricauere.Descripta uero est apud illos constructio templi nostri. Ironius enim Tyriorum rex amicus erat regis nostri Solomonis paternis amicitiis ei deuinctus. Is ergo munificentiam suam exhibens ad claritatem fabricæ præbuit Solomoni auri quidem xx.& centum talenta.Incidensque pulcherrimam siluam in monte qui Libanus nuncupatur ad cameram destinauit ei.Quem redonauit quidem Solomon aliis quidem multis rebus sed etiam terra Galyleæ regionis quæ Zabulon uocatur.Præcipue autem eos ad amicitias sapientiæ concupiscentia conuocauit.propositiones enim soluendas alterutris dirigebant:& melior in his solomodo erat:& in aliis sapientior apparebat.Hactenus uero seruantur apud tyrios epistolæ multæ quas illi scripsere ad inuicem:pro qua re liber est a me compositus litterarum a tyris directarum unde etiam testem producam dionem:quia apud phœnicum historias integerrime approbatus est.Igitur in phœnicis historicis hoc modo scribit. Abibalo moriente filius eius ironius regnauit:hæc partes orientales ciuitatis ampliauit & urbem potiorem fecit & olympii iouis templum destruens terreæ coequans locum medium mœnibus urbis adiunxit:& aureis anathematibus exornauit. Ascendens autem in lybanum siluas incidit ad templorum ædificationem. Regem uero hierosolymorum solomonem misisse dicūt ad ironium quædam enygmata: & popo sciisse ab eo solutionem adiiciens:ut qui non posset discernere pecunia soluenti persolueret.Confessusque ironium nō se posse persoluere propositas questiones & multas pro expensis faciendis pecunias condemnatum.Deinde ad demonum quēdam uirum tyrium propositas soluisse questiones:ipsumque alias proposuisse:quas si non solueret solomodo multas rursus pecunias ironio regi conferret. Dyon igitur hoc modo de prædictis testimonium perhibuit nobis. Sed post hunc producam quoq; Menandrum Ephesium.Is enim singulorum regū actus conscripsit apud græcos & Barbaros studēs ex prouincialibus uniuscuiusq; loci litteris historiæ ueritatem panderere.Scribens enim de his qui in Tyro regnauere:& deinde ueniens ad ironiū Regē sic ait.

Moriente uero Abibalo succeſſit in eius regno filius eius irõius qui uixit ãnis.xxxiiii.hic ſtatuit locum ualde latiſſimum aureamq; columnam iouis in templo repoſuit: & ad ſiluam lignorum proficiſcens abſcidit de monte qui Libanus appellatur ligna cedrina ad tegmina facienda templorum.Defouenſq; antiquiora tmepla fanum ædificauit Herculis.Fecit erectiorem menſe peritio: caſtraq; mouit aduerſus Tyticeos minime tributa reddentes. Quos etiam ſubdẽs ſibimet denuo remeauit .Sub hoc fuit Abdemonus puer iuuenis qui ſemper parabolas ſuperabt:quas ſolomodo Hieroſolymorum rex deſtinabat:ſupputatur uero tempus ab hoc rege uſq; ad cõſtructionem carchedonis hoc modo.Moriente ironio ſucceſſit in eius regno.Balbazerus filius.Qui cum uixiſſet annis quadraginta tribus ſeptem regnauit annis.Poſt hunc Abdatratus filius cum uixiſſet annis.xx.regnauit nouem:hunc filii nutricis eius.iiii.peremere . Quorum ſenior Metuſaſtartus filius leaſtrati regnauit.Qui cum uixiſſet annis.xliiii.regnauit annis.xii. Poſt hunc frater eius Aſtarimus:& hic uiuens annis.iiii.&.l.regnauit annis nouem : & peremptus eſt a fratre pellethe:qui ſuſcipiens regnum menſibus imperauit octo:cum uixiſſet ãnis.l.Hunc peremit Ythobalus Aſtarte ſacerdos:qui cum uixiſſet annis quadraginta octo : regnauit annis.xxxii. huic ſucceſſit badezodus filius.Qui cum uixiſſet annis quadraginta quinque regnauit ſex Huic ſucceſſor factus eſt Mettinus filius:qui cum uixiſſet triginta duobus nouem regnauit annis. Huic ſucceſſor fuit Pigmalion:qui annos egit in ſua uita quinquaginta ſex ex quibus.xl.tenuit principatum. Huius regni anno ſeptimo ſoror Dido in Lybia ciuitatem ædificauit Carchedonam. Colligitur etiam tempus a regno ironi uſq; ad ædificationem carchedonis annorum centum quinquaginta quinque:& menſium octo. Quam uero duodecimo anno huius regni in Hieroſolymis ædificatum eſt templum.Fit ab ædificatione templi uſq; ad conſtructionem carchedonis tempus annorum C.xliii.menſium octo. Teſtimonio ſiquidem phœnicum quid amplius oportet apponi ? Cernit ipſa ueritas fortiter approbata & multo clarius apparet: quoniam præcedit conſtructionem templi progenitorum noſtrorum ad prouintiam hanc aduentus . Cum enim eam uniuerſam bello tenuiſſent:tunc autem templum ædificare cœpere:& hæc a perte ex litteris ſacris etiam a me in antiquitate mãifeſta ſunt.Nunc itaq; ſunt dicenda ea quæ apud chaldeos noſcuntur eſſe conſcripta:& de nobis ad hiſtoriam ſunt delata.Quæ multam habens concordiam cum noſtris uolumnibus etiam de aliis rebus.Teſtis autem horum eſt Beroſus uir genere quidem chaldeus:notus aũt eis qui doctrinæ eruditionicq; congaudent.Quoniam de aſtronomia:& de chaldeorum philoſophia ipſe græcas conſcriptiones expoſuit.Igitur Beroſus antiquiſſimus ſecutus hiſtorias de facto diluuii:& hominum in ea corruptione ſicuti mos eſt ita conſcripſit. Simul & de arca in qua generis noſtri princeps erutus eſt:deuecta ſcilicet ea in ſummitate montium Armeniorum.Deinde ſcribens eos qui ex noe progeniti ſunt:& tempus eorum adiiciens uſque ad Nabulaſſarum peruenit Babyloniorum & chaldeorum regem:& huius actiones exponens ait. Quemadmodum miſit in ægyptum ad noſtram terram filium ſuum Nabuchodonoſor cum multa potentia : qui dum rebellantes eos inueniſſet omnes ſuo ſubiecit imperio: & templum in hieroſolymis concremauit:cunctumq; generis noſtri populum auferens migrauit in Babylonem. Vnde ciuitatem contigit deſolari annis.lxx.uſq; ad cyrum regem Perſarum.Dicit autem quia tenuerit Babylonius Aegyptum:Syriam phœnicem Arabiam: uniuerſos priores chaldeorum Babyloniorum reges actionibus ſuis excellens.Ipſa uero uerba quæ Beroſus protulit hoc modo dicta neceſſario proferẽda ſunt . Audiens autem pater eius Nobolaſſarus: quia ſatrapa conſtitutus in Aegypto & Syria inferiore & Phœnice rebellaret:cum non ualeret iam ipſe labores ferre tribuens filio ſuo Nabuchodonoſor ætate ualenti partem quandam exercitus ſup eum miſit.Nabuchodonoſor autem cum Satrapa deſertore congreſſus prouintiam quæ ab initio eorum fuerat ad proprium reuocauit imperium.Eodem uero tempore contigit patrem eius Nabolaſſarum cum ægrotaſſet in babylonia ciuitate defungi qui regnauit annis.xxi. Nabuchodonoſor aũt nõ poſt multum tempus mortem patris agnoſcens & negocia ægyptiaca diſponẽs reliquam proninciam & captiuos iudæorum & Phœnicum atq; Syriorum qui in ægypto fuerant commendans quibuſdam amicis:ut cum magna uirtute & reliqua utilitate deueherentur ad Babyloniam Ipſe cum paucis aggreſſus per deſertum in Babyloniam uenit.reperienſq; cuncta a Chaldeis diſpenſari:ſeruatumq; regnum ab optimatibus eorum. Dominus factus totius paterni principatus:captiuis quidem aduenientibus præcepit habitacula in oportuniſſimis babyloniæ locis ædificari.Ipſe uero de belli manubiis templum belli & reliqua loca munificentiſſime nimis exornãs: & antiquam ciuitatem & alteram extrinſecus adiiciens cogitans quatenus nequaquam poſſent obſidentes fluuium conuertere:& ad ciuitatem accedere. Tres quidem interiori ciuitate per circuitum porticus:tres uero exteriori conſtituit. Quorum alias ex cocto

latere & bitumine:alias uero ex ipso latere fecit:& largissime muniēs ciuitatem:portasq; diuina pulchritudine comens superædificauit in paternis regalibus:aliaq; regalia celsitudinem illorum multo ualde præcedentia. Quortm ornatum exponere ualde longissimum est. Veruntamen sciendum quoniam hæc maxima atque superba ultra credulitatem rei sunt. Perfecta diebus quinq; & decem.In his ergo regalibus lapideas munitiones celsas ædificauit:& aspectū mōtibus similem reddens:etiam ex arboribus uniuersis plantationes exhibuit. Fecit quoq; horum quod suspensibile uocabatur: eo q̄ eius desideraret huiusmodi qualitatem nutritam in mediæ locis. Hæc itaque retulit de prædicto rege: & multa super hæc in libro chaldaicorum: in quo culpat cōscriptores græcos quasi unam arbitratos a Semiramide Assyriam Babylonem ædificatam:& & mira opera ab illa circa eam fuisse constructa falsē conscripsisse dicens & ipsa quidem chaldeorum conscriptionem fidedignam pudori existmandum est:quando cum archiuis phœnicum concordare uidentur:quæ ab Beroso conscripta suut de rege Babyloniorum. Quoniam & Syriam & uniuersam phœnicem ille subuertit.In his quoq; consonat & Philostratus in historiis dum Tyriæ meminit obsessionis: & Magasthenis in quarto indicorum: ubi declarare conteditur prædictnm regem Babyloniorum Herculem fortitudine & actuum magnitudine præcessisse. Dicit enim eum & maximam Lybiæ partem & Heberiam subuertisse. Quæ uero de templo Hirosolymorum relata sunt:quia & concrematum est pugnantibus Babylonis:& cœpit rursus ædificari Cyro tenente Asyæ principatum. Ex dictis Berosi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonosor itaque postea inchoauit prædictum murum incidens in languorem de uita migrauit: cum regnasset annis tribus &.xl. Huius regni dominus est effectus filius eius: & Helmaradochus propter iniquitates & luxurias passus insidias a marito sororis suæ nirigliſſoris peremptus est: cum duobus regnasset annis. Quo defuncto sumens regnum qui ei fecit insidias Nirigliſſoris annis regnauit quattuor.Huius filius Laborosardochus principatum quidem tenuit puer existens mensibus nouem.Insidias uero passus eo q̄ nimis appareret malorum esse morum ab amicis extinctus est.Hoc itaque pereunte cōuenientes hi qui fecerant insidias illicommuniter regnum imposuere nabonido cuidam qui erat ex babylone ex eadem gente.Sub hoc muri circa fluuium babyloniæ ciuitatis ex latere cocto & bitumine sunt ornati. Cunq; regnum eius esset in anno septimodecimo cōstitutum:egressus Cyrus ex persida cū multa uirtute uniuersam asiam subuertens impetum fecit ad babyloniam urbem. Sentiens autem Nabonidus inuasiouem eius:& occurrens cum exercitu suo:atq; congressus pugna uictus & cū paucis fugatus inclusus est in borsipensium ciuitate.Cyrus autem babyloniam compræhendens & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis:eo q̄ nimis uideretur munita:& esset ad capiendum ualde difficilis:reuersus est ad borsipum nabonidem instanter expugnaturus.Nabonide uero obsessionem non ualente perferre: sed primitus supplicante usus clementia cyri: & dans ei habitaculum in carcamone:expulit eum a babylone. Nabonidus itaque reliquum uitæ tempus in illa prouincia conuersatus est.Hæc concordant cum nostris. Scriptum nanque in eis est quia nabuchodonosor octauodecimo regni sui anno templum nostrum ad desolationem usque perduxit:& fuit exterminatum annis septem. Secundo uero anno regni cyri fundamentis depositis rursus secundo regni dari anno perfectum est. His prolatis adiiciam etiam phœnicum historiaras: non enim probationum abundantia relinquenda est: est enim dinumeratio in illis annorum sic enim habent sub rege thobalo. Nabuchodonorsor obsedit tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnauit bahal annis decem. Post hunc iudices constituti sunt: & iudicauere idem. Hæc nibalus nalbasei mensibus duobus. Chelbisaddei mensibus decem. Abalus pontisex mensibus tribus. Mittinus & gerastratus abdilimi iudices annis sex:inter quos regnauit balatorus anno uno: quo moriente mittentes euocauere meralum ex babylone:& quattuor regnauit annis. Eo quoque moriente euocare fratrē eius ironium: qui regnauit annis.xx. Sub hoc cyrus persarum habuit potestatem.Quapropter omne tempus est annorum.liiii.& mensiū trium.Septimo siquidem anno regni sui nabuchodonosor cœpit obsidere tyrum. Quartodecimo autem anno regis ironii cyrus persaq; tenuit principatum. Consonāt igitur quæ de templo scripta sunt a chaldeis:ac tyris cū litteris nostris.Manifestū uero & sine contentione testimoniū est de prædicta nri generis antiquitate & hi siquidē qui nō ualde cōtēdunt sufficere iudicio quæ ꝓmissa sunt:Oportet aūt nō credētibus barbaricis cōscriptionibus:sed solis græcis fidē habēdā esse dicentibus.Adhuc multos exhiberet testes etiā græcos sciētes nrm genus:& opportuno tpe eoꝝ habentiū mentionē.Pythagoras igitur samius cū sit antiquus quidē ætate sapientia uero & diuina ptetate philosophos omnes excellens:non solū quæ nostra sunt agnouisse manifestum est sed etiam zelatus ea ex multis apparet.Et eius quidem conscriptio nulla reperitur.Multi tamen

de eo retulere:quorum insignior est hermippus uir circa omnem historiam diligentissimus indagator. Refert itaque in primo pythagoræ libro:quia pythagoras una confabulatorum suoꝝ defunto nomine calciphonte genere crotoniate.Illius animam dicebat secum degere die noctuque:& quia præciperet ut non transiret de loco unde asinus onus portaret & ab aqua fetulenta femetipsum abstineret: & ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur: hæc autem agebat atque dicebat iudæorum & tharcensium opiniones imitatus ac transferens. Dicitur enim quia uere ille uir multas iudæorum leges in suam transtulit philosophiam.Fuit autem etiam per ciuitates non ignotas olim gens nostra & multæ nationes ad quos transit etiam zelum eius habuere.Quod manifestat theophrastus in his quæ scripsit delegibus.Ait enim quia prohibent tyriorum leges peregrino sacramento iurare.Inter sacramentum quibusdam aliis etiam iusiurandum quod corbam appellatur enumerat:& apud nullum hoc inuenitur iuramentum:nisi apud iudæos solos. Quod iterpretatur ex hebraica lingua significat enim donum. Verum neq; herodotus alicarnasseus nostram ignorauit gentem. Sed quodammodo eius meminisse cognoscitur. De colchis enim referens in secundo libro sic dicit. Soli autē inter omnes colchi & ægyptii & æthyopes uerenda ab initio circumcidunt:phœnices uero & syri in palestina qui confitentur hoc ab ægyptiis didicisse. Syri autem qui circa thermedontem & parthemium fluuium commorantur & Alsygitiones a Cholchis dicuntur nuper didicisse.Hi iamq; sunt inter homines soli qui circūciduntur:& isti sicut æyptii facere uidentur. De ægyptiis autem & æthiopibus dicere non possum:utrum alteri ab alteris didicere.Dixit ergo Syros qui in palestina sunt circuncidi.Omnium autem qui habitant Palestinam soli iudæi circunciduntur. Quod de eis agnoscens: & Cyrillus antiquus poeta meminit hoc modo degente nostra dicens. Quia castrametati sunt nostri maiores cum Xerxe persarum rege apud Helladam:& dinumerans uniuersas gentes: nouissimam nostram posuit:ita dicens.Poltremum uero transibūt genus mirabile uisione:linguam quidem plenissimam ope proferentes.Habitantes autē in solis montibus:ubi palus amplissima est. Iuuenes capillis sub rotunditate detonsis sup equos erectos habentes uultus:& quasi fumo sicatos.Palam ergo est sicut arbitor:quia nostri meminerit:eo q; &montes in nostrà regione sunt constituti in quibus habitamus.Et palus qui dicitur Asphaltis id est bituminalis. Hæc enim inter omnes palus in Syria latior atq; maior est.Et Cyrillus quidem cum ita meminerit iudæos scissos dignosci tur:quem quilibet legerint admirantur.Non calumniosi græcorum:sed sapientia summa conspicui. Clearchus enim Aristotelis discipulus:& ex peripato philosophorum nullo secundus in primo libro de somno dicit Aristotelem doctorem suum de quodam uiro iudæo ita referre: & ipsi Aristoteli eundem sermonem ascribit. Quod ita conscriptum est.Sed alia quidem longum est dicere.Quæ non habere potuerant illius admiratione quadam atque philosophiam occidi operæpræcium est referre. Et Hyperochides uenerantur inquit audire desideramus uniuersi.Porro secundum præcepta Aristotelis inquit rhetorica eius genus primitus transeamus ne reluctemur doctoribus præceptorum.Dic inquit Hyperochides ita si placet.Ille igitur genere quidē iudæus erat ex inferiori Syria. Qui sunt ex propagine philosophoꝝ indorum: uocantur ut aiunt philophi.Apud indos Calani:apud Syros autē iudæi nomen accipientes a loco. Locus enim ubi habitant appellatur Iuda.Nomen uero eorum ciuitatis ualde difficile est. Vocant enim eam nomine Hierosolymam. Is igitur homo multos hospicio respiciens:& de superioribus ad marina descēdens gratissimus erat non solum eloquio:sed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Asiā quum diuinus homo uenisset ad ea loca cōfabulari cœpit nobiscum:& cum aliis scholasticis eorum sapientiam tentans. Cunque multi eruditarum congregarentur tradebat potius aliquid. Habebat hæc ait Aristoteles apud Clearchum: & super hæc multam ac mirabilem continentiam. Iudæi uero in cibis & castitate narrant.Licet autem uolentibus hæc ex ipsis lectione cognoscere. Ego enim refugio. plusquam decet inserere. Clearchus siquidem facta digressione cum aliud propositum haberet nostri generis ita meminit. Hecateus autem abderita uir philosophus simul:& circa actiones industrius cum alexandro rege nutritus,& cum Ptolomæo lago commoratus non transitorie:sed de ipsis iudæis conscripsit librum. Ex quo uolo capitulariter unum eorum quæ ab eo sunt dicta percurrere .Sed primitus tempus ostendam. Meminit enim belli quod circa Gaium ab Ptolomæo gestum est contra Demetrium quod utique contigit. undecimo quidem anno post mortem Alexandri Olimpyade uero septima & decima atque centesima sicuti refert Castor:adiiciens ei hanc olimpyadem dicit:sub hac Ptolomæus Lagus uicit in gazabello Demetriū antigoni qui uocabaē obsessor.Alexandrū uero profitenē uniuersi cēteſſima & quartadecima olympiade fuisse defunctum.Palā ergo est:quia & secundū illud tempus: & sub Alexādro genus florebat nostrum.dicit igitur Hecateus: quia post Gaii bellum Ptolomæus

locorum quæ sunt circa Syriam dominus est effectus. Et multi hominum cognoscentes mansuetudinem & clementiam Ptolomæi cum eo proficiscī ad Aegyptum & rebus cōmunicare uoluere. Quorum unus inquit erat ezechias pontifex iudæorum: homo ætate quidem quasi sexaginta & sex annorum. Dignitate uero apud contribules maximus & animo sapientissimus: potētissimus ad dicēdum & circa causas sicut nullus alter expertus, dicit etiam omnes sacerdotes iudæorum qui decatas accipiunt: & uniuersa in cōmuni gubernant: circa mille & quingentos existere. Rursus autem prædicti uiri faciens mentionem inquit homo hunc honorem gerens & assuetus esse nobiscum: assumens aliquos suorum differentiam cunctam exposuit: & habitationem suā & conuersationē quam scriptā habebat piter indicauit. deinde palam facit hecateus q̄les circa leges existimus: & quia omnia sustinere: ne transcendamus eas eligimus: & hoc esse optimum indicamus. Dicit igitur hæc & mala sæpius ab aftygitonibus audientes & omnes compulsionum uim passi: a persicis regibus & satrapis non possunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione de his præcipue omnibus respondere parati sunt. Perhibet autem etiam indicia fortis animi circa leges non parua dicens alexandro quondam in babylone constituto: & uolente belli templum quod corruerat renouare: cunctisq; militibus similiter stercora portare præcipiente solos iudæos hoc facere nō fuisse perpessos: sed etiam multas sustinuisse plagas: & detrimēta pertulisse non modica: donec eis ignoscente rege securitas præberetur. Qui dum ad prouinciam inquit propriam reuersi fuissent: templa & altaria fabricata omnia destruxere. Et pro aliis quidem multa satrapæ exoluere, pro aliis uero ueniam consecuti sunt ad ciuitatem: quoniam iustitia apud eos mirabilis est: & quia gens nostra fuit multorum hominum numero copiosa. Sed multa quidem millia nostrorum migrantes in babyloniam per se primitus collocarunt. Non parua etiam morte alexandri in ægyptum & phœnicem sunt translata: propter seditionem in syriam factam: idem itaq; uir & magnitudinem prouinciæ quam icolimus pulchritudinemq; narrauit. Pœne decies trecenta millia inquit integra terraꝝ optimarum uberrimæ ualde prouinciæ possidere noscuntur. Iudeæ nanq; huius est amplitudinis & quia etiam ciuitatem ipsam hierosolymorum spaciosam: & maximā olim inhabitamus: & uirorum multitudine copiosam: necnon & templi constructione idem ipse sic refert. Sunt autem iudæorum in aliis quidem multæ munitiones per prouinciam atq; uici. Vna uero ciuitas munitissima habens præcipue circuitū quinquaginta stadiorum in qua commorantur hominum circa centum & quingintamillia nomine hierosolyma. Est autem in ipsa medietate ciuitatis lapidea quadriporticus centū per circuitum cubitorum habes etiam duplices ianuas. Quo ara est quadranguli figuratione composita ex lapidibus nō dolatis: sed collectis atq; iacentibus unū quoq; latus uiginti cubitoꝝ latitudinē habens: altitudinē uero decē. Et circa eam maxia fabrica ubi altare est constitutū & candelabra utraq; aurea duo talentoꝝ pōdus habētia: & inextinguibile lumē noctibus & diebus. Simulacrū uero aut aliquod anathema ibi nequaquā est nec ulla plātatio. Nullus ibi ueluti lucus aut aliquid huiusmodi. Habitant aūt in eo & noctibus & diebus sacerdotes quasdā purificationes agentes: & omnimode uinū nō bibentes in templo. Super aūt quia & cum alexandri regis successoribus postea castrametati sunt. Testaī hoc modo dicens ea quæ cognouerit a uiro iudæo in expeditione constituto. Cuius uerba hæc habentia declarātur. Ait enim. Me siquidem eunte ad mare rubrū una secutus est quidam cum aliis equestrium iudæoꝝ nos deducentium nomine. Mossolamus uir eficax animo bellator super omnes arcarios: & indubitanter græcos & barbaros ualde præcipimus. Is igitur homo properantibus multis pariter & quodam uate ab ipso auguriū capiente & petente: ut cuncti starent. Interrogauit cur sustinerent omnes. Ostendente uero ei uate auē quē intuebatur atq; dicente. Quasi quidem expediret eis ut sustinerent omnes si staret auis Si ergo surgens anterius euolaret procederent. Si uero post tergū iret: recedere cūctos oportet. Rursum tacens arcūq; trahens sagittas emisit: & auem percuciēs interemit. Indignātibus uero uate: & quibusdam aliis & maledicentibus ei. Quid furitis inquit mali dæmonii auē sumentes in manibus hæc enī suā saluté nesciens de nostro itinere nobis salubritatē potuit indicare. Si enī præscire futura ualuisset: in hūc locū nequaq̄ ueniisset: metuēs ne sagitta a Mossolamo iudæo periret: sed & ad eius testimōia iam quidē quiescāt. Facile nāq; est uolentibus librū ipsū legere: & hæc apertius inuenire. Nō uero me pigebit Agatharchidē itroducere. Licet homo minie malus: & ei uisū ē nobis detraxisse uideaī. Is enī narrās de Stratonice quēadmodū uenit quidē ex Syria de Macedonia ad uirum suum Demetrium derelinquens Seleuco autē uxorem eam ducere non uolente qd illa sperabat. Exercitu eius in Babylōia posito circa Antiochiā bella mouit. Deinde quō reuersus est rex ātiochia capta ī seleutia Metilla fugiens: cū posset seipsam uelotius iterimere somno phibita ne faceret: capta atque defuncta est. Hæc ergo prædicens Agatharchides & derogans superstitio-

nis ſtratonicis utitur inditio generis noſtri præſcribens.Qui uocentur iudæi habitant omnium munitiſſimã ciuitatem quam uocare Hieroſolymam prouinciales ſolent.Hi uacare cõſueti ſunt ſeptima die:& neque arma portare in prædictis diebus:neque terræ culturam contingere:neque alterius cuiuſpiam curam habere patiuntur. Sed in templis extendentes manus adorare uſque ad ueſperam ſoliti ſunt. Ingrediente uero in ciuitatem Ptolomæo lago cum exercitu & multis hoſtibus dum cuſtodire debuerint ciuitatem eis ſtultitiam obſeruantibus, prouincia quidem dominum ſuſcepit amariſſimum. Lex uero manifeſta eſt unam natura habere ſolennitatem: huiuſmodi autẽ caſus præter ſolos illos alios docuit uniuerſos. Vt tũc ad ſomnia & opiniones quæ tradebantur de lege hic confugiant. Dum circa res neceſſarias ratio nihil ualet humana. Hoc quidem Agatharchidi uidetur eſſe ridiculum.Eis autem hæc examinãtur integrius:apparet magnum:& præcipua laude digniſſimum:ſi & ſaluti & patriæ quidam cuſtodiam legum pietatemque diuinam proponere concupiſcant. Quia uero non ignorantes quidam conſcriptorum gentem noſtram:ſed propter quaſdam:aut alias cauſas non ſalubres memoriam noſtri nunc relique re.Hoc inditium me arbitror eſſe prædicturum. Hieronymus enim qui de ſucceſſoribus conſcripſit hiſtoriam:ipſe quidem tempore quo Hecateus fuit:& amicus exiſtens regis Antigoni Syriæ præſidebat. Verum & Hęcateus quidem etiam librum conſcripſit de nobis. Hieronymus autem nequaquam noſtri hiſtoriam meminit: licet pœne in ipſis locis nutritus eſſet in tantum uoluntates hominum differebant. Alio nanque placuit ſtudium habere memoria dignum. Alium uero omnino circa ueritatem quædam paſſio cernitur obſcuraſſe.ſufficiunt tamẽ ad cõprobationem antiquitatis noſtræ Aegyptiorum & Chaldeorum atq; Phœnicum hiſtoriæ: & ſuper illas Græcorum pariter conſcriptiones .Adhuc enim ſuper ea Theophilus & Theodorus & Manaſeas & Ariſtophanes & Hermogenes & Euemerus & Cinum & Zopirion & multi quidam alii ſimul. Non enim ego omnibus libris incubui:non tranſitorie noſtri facere mentionem. Plurimi nanque prædictorum uirorum ueritatem quidem antiquarum cauſarum fruſtrati ſunt.qa lectioni ſacræ noſtrorum non incubuere librorum. Communiter tamen de antiquitate teſtati ſunt:pro qua nunc referre propoſui Phalereus autem Demetrius & ſenior Philon & Eupolemus non multum ueritate fruſtrati ſunt:quibus dari ueniam dignum eſt. Non enim inerat eis ut noſtras litteras poſſent omni ſcrupuloſitate ſequi. His ita dictis unum ad hunc mihi capitulum eſt relictum ex his quæ in principio libri poſui. Quatenus derogationes & maledicta:quibus utuntur quidam contra genus noſtrum falſas oſtendam & conſcriptoribus eorum teſtibus utar quando conſcribentes hæc contra ſemetipſos locuti ſunt talia. Quia uero multis aliis hoc euenit propter quorundam ueſaniam arbitror intelligere.Mens qui uoluerit hiſtorias ipſas percurrere. Quædam igitur gentium & glorioſiſſimarum ciuitatum fœdare nobilitatem & conuerſationi detrahere tentauere. Theopompus quidem athenienſium lacedemoniorum uero pylocratis. His autem tripodem perdurabilem conſcribens. Non enim Theopompus hoc fecit ſicuti quidam putant etiam thebeorum momordit urbem.Multi uero necnon & timeus in hiſtoriis de prædictis & de aliis blaſpemauit. Et hoc præcipue faciunt quando glorioſiſſimi in aliqua parte calumniantur. Quidam propter inuidiam atque maliuolentiam:alii uero propter uerboſam nouitatem memoria ſe dignos fieri iudicantes :& apud ſtultos quidem nequaquam hac ſpe fraudantur.Qui non ſalubre noſcuntur habere iudicium:multas uero eorum miſerias condemnabunt.Blaſphemiarum uero in nos ſæpe geſtarum huiuſmodi cauſa eſt. Volentes ægytii præſtare aliquibus ueritatem corrumpere tẽtauere. Et neq; aduentum in ægyptum noſtrorum progenitorum ſicuti contigit ſunt confeſſi.Nec rurſus egreſſum cum ueritate dixere:multaſq; cauſas odii ac inuidiæ pariter habuere. Principio quidem quia in eorum regione noſtri progenitores potentes effecti ſunt.Vnde regreſſi ad propria denuo fuere felices. Deinde horum aduerſitas multas inter eos fecit inimicitias. In tantum differente noſtra pietate extra ſolẽnitates illorum quantum dei natura animalibus irrationabilibus ſine dubitatione diſtinguitur. Communis nãque apud illos ritus eſt alios arbitrari deos:ſeorſum non ſinguli ſolent diuerſis ea muneribus honorare.Vani ac fatui omnes homines & ab initio uti de his malis opinionibus conſueti. Et propterea nequaquam imitari noſtram honeſtatem de diuina ratione potuere. Videnteſq; multos noſtram zelari conuerſationem iuidiam habuere: & ad tantam fatuitatem ac puſillanimitatem quidam eo perducti ſunt:ut non eos pigeret :etiam contra antiquas ſuorum ſcriptiones aliqua dicere.Quod cum hoc faciunt ſibimetipſis aduerſus conſcribere paſſionẽ cæcitatis ignorauere. In uno tamen & maximo uiro uerbum meum ſtatuam:quo uſus ſum ante paululum noſtræ antiquitatis teſte. Manethon itaque qui ægyotiacam hiſtorjam ex litteris ſacris ſe interpretatum ſum pollicitus eſt prædicens noſtros progenitores cum multis millibus in ægyptum aduenisſe

etenim incolas subiugasse. Deinde ipse confessus est: qnia posteriori tempore amittentes eam prouinciam quæ nunc iudæa uocatur obtinuissent:& ædificantes hierosolymam cõstruxissent templum. Et usque ad hoc conscriptiones secutus est antiquorum. Deinde præbens sibimet po testatem cum utique uideatur scribere ea quæ in fabula sunt atque dicuntur: incredibilia uerba de iudæis inseruit:uolens permittere nobis plebem ægyptiorum leprosorum aliorumque lan guentium. Quod sicut ait abominatione ex ægypto fuga dilapsi sunt. Amenophin ẽt regẽ adiecit quod est falsitatis nomen. Et propterea tempus regni eius nequaquam diffinire præsumpsit cum aliorum regũ omnes annos perfecte protulerit. Hinc itaq; q̃sdã annecti fabulas pœne oblitus:qui egressum pastorum ab hierosolyma ante quingentos decem & octo annos factum esse protulerat. Themusis enim erat rex quando egressi sunt. Et ab hoc tempore regum qui postea fuere anni sunt. ccclxxxxiii. usque ad fratres nomine Sethonem & Hermetum:quorum Sethonem quidem ægyptium:Hermetum uero Deneum denominatum:quem expellens inquit. Sethon regnauit annis quinquaginta & nouem. Et post hunc senior scilicet Tapsis annis sexaginta sex. Ante tantos igitur annos egressos ex Aegypto patres nostros cafessus. Deinde Amenophin adiiciens regem hunc confitetur:& deorum fuisse contemplatorem sicut Osorem quendam priorum regum:& implesse desiderium enim nominis sacerdotem. Idem Amenophin natum ex patre Papio:qui uidebatur quasi diuina participari natura Et secundum hæc sapientiam hãc habere præscientiam futurorum. Et dixisse regi hunc uniuocum enim: quia posset uidere deos:si prouinciam a leprosis & aliis maculatis hominibus purgare contenderet. In quo letatum regem omnes dicit corpore debiles ex Aegypto congregasse & fecisse multitudinem numero octuaginta. Eosque ad sectiones lapidum in partem nili orientalem misisse:ad hoc esse efficiendum. simul & alios ægyptios quibus hoc erat iniunctum fuisse autem quosdam inter eos etiam rationabilium sacerdotum lepra perfusos ait. Amenophin uero illum sapientem diuinumque uirum refert timuisse:& circa semetipsum:& apud regem deorum uulcanum ut aperte suaderet eis uim fieri:sed iecisse quoniam auxiliarentur quidam maculatis hominibus & Aegyptum obtinerent tredecim annis. Et hæc eum non quidam præsumpsisse regi dicere: sed ex his ominibus conscriptum reliquisse librum:& per semetipsum & apud regem:& propterea regem in anxietatem maximam peruenisse pro iudæis:his uerbis hæc refert. His ita que rogatus rex ut ad requiem & tutamen eorum secerneret ciuitatem Desertam urbem quæ tunc fuerat pastorum nomine Auarin præbuit eis. Est autem hæc ciuitas secundum theologiam antiquam ualde præcelsa Porro illi in hanc ingressi:& locum hunc ad resultandum habentes. Opimum ducem sibimet quendam Heliopolitanorum pontificum Osaphipha constituere:& huic se obedire in omnibus iurauerunt:ut ille primum quidem eis legem posuit:ut neque deos adorarent:neq; ab sacris animalibus quæ præcipue festina apud Aegyptios erant:se penitus abstinerent:nullique copularentur nisi cum quibus iusiurandum habere uidebantur. Hæc autem sentiens: & alia plura maxíe ægyptiorum consuetudinibus inimica præcepit multo opere muros ædificari ciuitatis:& ad bella præparari contra Amenophin regem. Ipse uero assumens secum etiam alios sacerdotes & maculatorum quosdam:misit legatos ad pastores qui uidebantur a Thethmuse rege depulsi:ad Hieros olymorum urbem causas suas & aliorum qui simul fuerãt exhonorati:significans & poscens: ut pariter contra ægyptum castrametarentur:promisitque eos fore uenturos. Primum quidem in Auarin progenitorum suorum prouinciam:& necessaria populis abundantius exhibenda:pugnaturos autem opportuno tempore:& prouinciam facillime subdituros. Illi uero lætitia cumulati omnes alacriter usque ad ducenta millia uirorum pariter sunt aggressi: & non post multum ad Auarin usque uenere. Amenophis autem ægyptiorum rex:dum illorum audisset inuasionem:non mediocriter uulneratus est. Dum recordaretur quod ei prædixerat Amenophis papie. Et primũ qdẽ congregans ægyptiacã plebem. Facto consilio cum principibus eorum animalia sacra:& quæ præcipue a sacerdotibus honorabantur ante præmisit & sacerdotibus particulariter iussit: ut simulacra eorum caute celarent. Filium uero Sethonem qui etiam Ramessi a rapso patris nomine uocabatur. Cum quinque esset annorum apud suum commendauit amicum. Ipse uero transiens cum aliis ægyptiis usque ad trecenta milia uirorum bellatoribus uiris occurrens congressus non est: putans enim semetipsum contra deum pugnare. Post tergum reuersus uenit ad Memphin: & sumens apine talia sacra mox in æthiopiam cum uniuersis nauibus & multitudine uenit ægyptiorum Per gratiam nanque erat ei subiectus ægyptiorum rex.q; suscipiens etiam populum uniuersum præbuit alimenta hominibus necessaria.quæ prouincia ministrabat. Et ciuitates ac uicos .xiii. quatenus eis qui fuerant deducti ad fines ægyptios:& in æthiopia quidem hæc gesta sunt. Solymitæ uero descendentes cum uiris pollutis

ægyptiorum sic pessime hominibus usi sunt: ut eorum victoria esset nimis pessima. His qui tunc eorum impietates inspiciebantur: nō solum etenī ciuitates & uicos cōcremauere sacrilegia facientes: & deorum idola deuastantes: sed etiam ipsa sacra animalia quæ colebantur crudelissime dissecpserunt. Per prætores & occisores horū sacerdores atq; prophetas esse cogentes quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaque quia conuersationes & leges eis composuit. Sacerdos quidam genere Heliopolitis nomine Orsasiphas uocatus ex nomie Osireos heliopolitani dei qđ dum conuersus fuisset ad hoc genus mutauit nomen: & uocatus est Moyses. Quæ uero ægyptii de iudæis proferunt hæc sunt. Sed & multa breuitatis causa prætereo. Dicit aūt rursus Manethō quia postea amenophis ex ægypto digressus est: cum magna uirtute simul & filius eius Ransis: & ipse habens magnum exercitum. Et congressi contra pastores atq; pollutos uicerunt eos usq; ad syriæ fines. Hæc equidem & huiusmodi manethon conscripsit. Quia uero anilia loquitur delira menta atq; mentitur: aperta ratione monstrabo illud primo distinguēs quod postea alterna gratia referendum est. Is enim concessit nobis atq; professus est eo q; abinitio non fuerit ægyptii genere sed extrinsecus illuc aduenissent: & ægyptum obtinuissent: & ex ea rursus egressi sunt nostri progenitores: qa uero nobis postea permixti non sunt. Aegyptii corpore debilitati: & quia ex his non fuit Moyses qui populū eduxit ex ægypto: sed ante multas generationes extitit per ea quæ ipse dixit conabor tendere. Primam itaq; causam posuit figmenti risibilem. Rex enī iquit Amenophis cōcupiuit uidere deos: quos putas siquidem quia apud eos solennes erant: bouem & hircum & crocodillos & canicapatos uolebat aspicere. Cælestem aūt quomodo poterat: & cur hoc habuit desiderium. quia utiq; & prior enim rex alter hos uiderat. Ab illo ergo audiens qualis essent & quemadmodum eos uidisset: noua nequaquam agebat arte: sed forte sapiēs erat ille uates: per quem hæc rex posse agere confidebat: quod si ita fuisset: quomodo impossibilitatis concupiscentiam non præsciuit: non euenit quod uoluit. Proinde quam rationem habere potuit: ut propter semimembrios aut leprosos ei inuisibiles essent. Dum irascuntur enim propter impietates: non propter corporum diminutiōes. Deinde tam mutla milia leprosorum & male habentiū una pœne hora quomodo fuit possibile congregari: aut quomodo rex non obediuit uati. Ille nāque præcepit debiles ægyptios exilio deportari. Hi autem eos ad sectiones lapidum destinauit tanquam operariis indigens: & non purgare prouinciam uolens. Ait autem eo q; uates qui dum semetipsum perimerit præuidens eorum iram & quæ erant in ægypto futura: & conscriptum libi regi reliquit. Proinde ab initio uates etiam suum interitum non præsciuit: quomodo nūc repente regi cōtradixit uolenti uidere deos quam q; se ipse perimere festinabat. Quod uero inter omnia est stultius uideamus. Audiens enim hæc inquit: & de futuris iam metuens. Debiles illos ex quibus ægyptum purgare debuerat: neque tunc de prouincia protulit: sed rogantibus eis sicut ait: ciuitatem dedit dudum a pastoribus habitatam quæ uocabatur auarin. Ad quam congregati principem iquit degere ex sacerdotibus Heliopolitanis qui eis ex posuit: ut neq; deos adorarent. Neque ad ægyptiacæ festiuitatis animalibus abstinerent sed omnia perimerent atque consumerent: nulli penitus miscerentur: nisi cum quibus coniurati esse uidebantur: & iureiurādo multitudinem obligatam: quatenus in eis legibus perdurarent. Auarin ciuitatem munitam contra regem dicit eos bella sumpsisse. Adiecit autem subiecit quia misit hierosolymam rogans illos pro auxiliis exhibendis: & daturum auarin compromittens quæ foret ex hierosolymis egredientibus exire maiorum: & ex qua procedens omnem ægyptum obtinerent. Deinde subiūgit illos quidem uetus secum ducentis milibus armatorum. Regem uero Amenophin ægyptiorum cum non cessaret repugnādum deo: mox ad æthiopiam refugisse & Apinum cum aliis sacris animalibus deuexisse. Hierosolymitis uero inuasione facta & ciuitates depopulatas: & templa cōcremasse: & equestres pemisse refert. & nulla iniquitate aut opere iniqtatis abstinuisse. Quod uero conuersationem & leges eis exhibuit. Sacerdos inquit erat genere Hieropolitis nomine Arsiphas uocatus ab appellatione Osireos heliopolitani dei. & mutato nomine dictus postea Moyses Tertiodecimo uero inquit anno Amenophin postquam regno pulsus est ex æthiopia profectū cum multa milia dicit: & congressum contra pastores atque pollutos habita conflictione uicisse Et multos interficientem usque ad fines Syriæ persecutum. In his iterum non intellexit si uerisimilitudine se mentiri leprosum: nanque & cum eis ait multitudo collecta debilium. Licet primitus irascerētur regi circa se utique talia facienti secundum præmonitionem uatis. Tamen cum asectione lapidum sunt egressi: & prouinciā percepere omnes circa eū mitiores effecti credendi sunt. Porro si adhuc & illum odio habebant seorsum magis insidiari potuissent non circa oēs bella committere cū scilicet plurimi existentes multoq; illic cogitatiōes haberēt. Proinde ēt si contra homines pugnare decreuere: non tamen contra deos impietatem gerere præsumebant:

nec contraria ſuis agere legibus in quibus inſcripti eſſe noſcuntur.Oportet itaq; nos Manethoni gratias agere:quoniam huius iniquitatis principes dicit. Non eos qui ex Hieroſolyma ſunt egreſſi:ſed illos ipſos ægyptios eſſe probat & maxime ſacerdotes atque iuſiurandi uinculũ illoꝝ multitudine conueniſſe. Illud aũt quomodo nõ irrationabile eſt.Nec pericula belli participatus eſt:ſed miſere maculatos ad Hieroſolymam:& ab eis ſolatia poſcerent: maxima ſtultitia nõ illorum:ſed hæc fingentis oſtenditur.Iſte nanq; etiam nomen poſitum ciuitati.

id eſt a templorum ſpoliatione præ

ſumpſit edicere.Et hoc poſtea fuiſſe mutatum.Miranda res:quia poſteris quidem turpe fuit tale nomen & otioſum. Ipſi uero qui fundauere urbem ornare ſemetipſos etiam uocabulo credidere.Hic autem fortiſſimus uir multa detractionis imperitia nõ itellexit quia Hieroſolymi nõ idem uoce iudaica quod græca ſignificat.Quid ergo amplius quilibet dicere contra mendaciũ tam imprudenter expoſitum.Sed quoniam congruam iam magnitudinẽ ſuſcepit hic liber:aliud faciens principium: cætera præſentis operis explanare tentabo.

Phlauii Ioſephi de antiquitate iudæoꝝ ad Epaphroditũ. Liber .II.

PRiori quidem uolumine chariſſime mihi Epaphrodite de ãtiquitate noſtra monſtraui Phœnicum & Chaldeorum Egyptiorũque litteris ſatiſfaciens ueritati:multoſq; græcorum conſcriptores adducens.& meam e diuerſo diſputationem aduerſus Manethonem & Chermonem & alios quoſdam exhibui.Nunc autem inchoabo reliquos arguere:qui contra nos aliqua conſcripſere. Impulſus enĩ ſum contra appionem reſpondere grammaticũ ſi tum aſſumi hoc oportet officium.Horum igitur quæ ab eo conſcripta ſunt:alia qdem ſimilia ſunt dictis aliorum: alia ualde frigida. Plurima uero quandam tantum modo detractionem habentia:& multam.ut ita dixerim.ineruditi probationem tanquã ab homine compoſita & moribus prana & totius uitæ ſuæ temporibus importuna.Quia uero multi hominum propter ſtulticiam ſuam his potius ſermonibus capiuntur:quã illis quæ multo ſtudio conſcribunt:& de rogationibus quidem gaudent:præconiis uero mordentur:nihil horum nouit indoctus. Illud quoque quod ſeminari dicit:quo cum iudæi eſſent. Alexandrini uocati ſunt ſimilis inſcientiæ eſſe.Omnes etenim:qui ad coloniam aliquam deuocantur:& plurimum alterutris genere differunt:ab ædificatoribus appellationem accipiunt.Et quid opus eſt de aliis dicere? noſtrorum enĩ ipſorum hi: qui antiochiam inhabitant antiocheni nominantur. Ius enim ciuium eis dedit conditor peleucus.Similiter & qui in epheſo commorantur in licaonia cũ ciuibus exinde natis uniuoci ſunt.Hæc præbentibus regni eis per tempora ſucceſſoribus. Romanorum uero clementia cunctis non paruulum donum appellationis ſuæ conceſſit.Non ſolum uiris ſingulis: ſed etiã maximis gentibus in cõmuni.Hiberi denicq; antiqui & tyrreni & ſabini & romani uocantur.Si uero hunc modũ aufert cõis ciuitatis appion quieſcat dicens ſemetipſum alexandrinum. Natus enim in profundiſſima ægypto quomodo erat alexãdrinus iure ciuilitatis ſicut ipſe in nobis dicit ablato:cum ſolis ægyptiis nũc orbis domini rõani participari cuiuſlibet ciuitatis interdixiſſe uideãtur. Hic ãt ita robuſtus eſt: ut dignitates quas ipſe ipetrate prohibebatur adipiſci nõ ualẽs calũniari conetur eis:qui hæc iuſtiſſime percepere.Non enĩ ppter inopiã habitatoꝝ ciuitatis quã ſtudioſe ædificabat alexander noſtroꝝ aliquos ibi collegit:ſed oẽs approbans diligenter ex uirtute ac fidedignos inueniens hoc præconiũ noſtris exhibuit:cum gentem noſtrã ſtuderet nõ mediocriter honorare. Ait enĩ ecatheus.Quia ppter manſuetudinẽ atq; fidem quã ei præbuere iudæi ſamariã regionẽ adiecit:ut eã ſine tributis haberẽt.Similia quoq; ſapuit poſt alexandrũ ẽt ptolomæus lagus de iudæis in alexandria commorantibus. Nam ægyptiaca eis caſtra commiſit.arbitratus ea fide ſimul eorum & fortitudine conſeruanda & in ciryne credens ſe tutiſſime regnaturum:& nõ in aliis lybiæ ciuitatibus ad ea loca partem iudæoꝝ habitandi cauſa direxit.Poſt hũc aũt ptolomæus:qui philadelphus eſt appellatus nõ ſolũ.ſi qui fuere captiui apud eos.noſtrorum oẽs abſoluit:ſed & pecũias eius ſæpius condõauit:& qđ maximũ eſt deſiderauit agnoſcere nr̃as leges:& ſacrarũ ſcripturaꝝ uolumina cõcupiuit:miſitq; rogãs deſtiari uiros:qui ei iterpretauerũt legem:& ut hæc apprime conſcriberentur diligentiam hanc cõmiſit nõ quibuſcũq; uiris:ſed De

metrium phalerea & andream & aristeum ad hæc implenda constituit:quorum eruditionem p priarum litterarum demetrius differebat.Alii uero habebant custodiam corporis eius iniunctã His ergo hanc diligentiam imperauit.Non enim leges & patrum nostrorum philosophiã discere cõcupiscet:si his utentes despiceret & nõ potius ualde miraretur. Quæ pœne omnes in ordie progenitores eius macedonium reges ignorauere:habentes ergo nos præcipuum familiaritatis affectum.Tertius nanq; ptolomæus:qui uocatus est benefactor fortiter obtinens syriam uniuersam nõ diis ægyptiacis,p uictoria solennitates gratificas immolauit.Sed ueniens ad hierosolymã multas hostias sicut nostri moris est:deo gratificauit:digníssimaq; dicauit ornamenta uictoriæ philometor autem ptolomæus:& eius uxor cleopatra omne regnum cõmisere iudæis: & duces totius fuere militiæ onyas & dosytheus iudæi:quorum noibus derogat Appion:cum debuisset opera eorum potius mirari & gratias agere:quoniam liberauere alexandriam:quam ueluti defendere se quis confingit.Nam dum rebellio surrexisset in Cleopatræ regno:& periculum pessimæ perditionis insisteret.Istorum labore ciuitas intestinis prælíis est erepta.Sed postea inquit Onyas ad urbem deduxit exercitum paruum cum esset illic Herinus præses romanorũ legatus. Quod ut ita dicam. recte atq; iuste factum est.Ptolomæus enim qui cognominatus est Physcon morié te suo patre Ptolomæo philometore:egressus est de cyrene uolens reginam Cleopatram expellere: & filios regis: ut ipse regnum iniuste sibimet applicaret:propter hæc ergo Onyas aduersus eũ bellum pro Cleopatra suscepit. Et fidem quã habuit circa reges nequaquã i necessitate deseruit. Testis autem deus iusticiæ eius manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolomæus cum aduersum exercitum quidem Onyæ pugnare præsumeret: omnes uero iudæos i ciuitate positos cum filiis & uxoribus capiens:nudos atq; uinctos elephantis subiecisset:ut ab eis conculcati deficerent.Et ad hoc etiam bestias ipsas debriasset:in contrarium quæ præparauerat euenere. Elephanti enim relinquentes sibi appositos iudæos impetu facto super amicos eius multos ex ipsis interemere. Et post hæc Ptolomæus quidem aspectum terribilem contemplatus est: prohibentem se ut illis noceret hominibus.Concubina uero sua charissima quam alii quidem Hythacam.Alii uero Herené denominant:supplicante ne tantam impietatem perageret: & cõcessit:& ex his quæ egerat: uel acturus erat pœnitentiam egit.Vnde recte hanc diem iudæi Alexandria constituti eo q; aperte a deo salutem promeruere celebrare noscuntur. Appion aũt omnium calumniator etiã propter bellum aduersus Physconem gestum:iudæos accusare præsumpsit:cum eos laudare debuerit.Is autem etiam ultimæ Cleopatræ reginæ Alexandrinorum meminit.ueluti nobis improperans:quoniam circa nos fuit ignorata:& non potius illam redarguere studuit: cui nihil omnino iniusticiæ & malorum operum defuit:uel circa generis necessarios uel circa maritos suos qui ét dilexerint eam. Vel in cõmuni contra rõanos oẽs & benefactores suos imperatores.Quæ etiam sororem Arsinoem occidit in templo nihil sibi nocentem.Peremit autem & fratrem insidiis: paternosq; deos & sepulchra progenitorum depopulata est. Percipiensq; regnum a primo cæsare eius filio & successori rebellare præsumpsit.Antoniumq; corrumpens amatoriis rebus & patriæ inimicum fecit:& in fidelem circa suos amicos instituit.Alios quidem genere regali spoliãs:alios autem demens & ad mala gerenda compellens.Sed quid oportet amplius dici: cum illum ipsum in nauali certamine relinquens id est maritum. & parentem communium filiorum tradẽ cum exercitu a principatu & assequi esse qui coegit.Nouissime uero Alexãdria a Cæsare capta:ad hoc usq; perducta est:ut saltem hinc sperare se iudicaret si posset ipse manu sua iudæos perimere :eo q; circa omnes crudelis & infidelis extaret.Putas ne gloriandum nobis non est: si quemadmodũ dicit Appion:famis tempore iudæis triticum non est mensa.Sed illa quidem pœnam subiit competentem.Nos autem maximo cesare utimur teste solatii atq; fidei: quã circa eum contra Aegyptios gessimus:necnon & senatu eiusque dogmatibus & epistolis Cæsaris Augusti:quibus nostra merita cõprobãt. Has litteras Appionẽ oportebat íspicẽ:& secundũ genera examinãr testimõia sub alexãdro facta. Et oíbus Ptolomæis & quæ a Senatu cõstituta sunt.Necnõ & maxís romanis imperatoribus.Si uero Germanicus frumẽta cũctis in Alexãdria cõmorãtibus metiri nõ potuit: hoc iudiciũ é sterilitatis ac necessitatis frumẽtorũ nõ accuratio iudæorũ.Quid ei sapiãt oẽs ípera tores de iudæis i alexãdria cõmorantibus palã est. Nã administratio tritici nihilominus ab eis q̃ ab aliis alexandrinis translata est. Maximã uero eis fidem olim a regibus datã conseruauere:id est fluminis custodiam:totiusq; custodiæ nequaquam his rebus indignos eẽ iudicãtes.Sed super hoc quõ ergo inquit si sunt ciues : eosdem deos: quos alexandrini non colunt? cui respondeo. Quomodo etiam cum uos sitis ægyptii inter alterutros prælio magno & sine fœdere de religione contenditis.An certe propterea non uos omnes dicimus ægyptios? & neq; cõmuniter homines quoniam bestias aduersantes naturæ colitis multa diligentia nutrientes. Cum genus utique

nostroꝝ unum itaq; idem esse uideatur. Si aũt in uobis ægyptiis tantæ differentiæ opinionũ sũt quid miraris super his qui aliunde in alexandriã aduenerunt? Sin legibus a principio constitutis circa talia permãsere. Is aũt seditionis causas nobis apponit: qui si cum ueritate ob hoc accusat iudæos in alexandria constitutos. Cur omnes nos culpariq; positos eo quod noscamur habere cõcordiam. Porro etiam seditionis auctores quilibet inueniet appiones similes alexandrinoꝝ fuisse ciues. Donec enim græci fuere & macedones hanc ciuilitatem habentes nullam seditionẽ aduersus nos gessere: sed antiquis cessere solennitatibus. Cum uero multitudo ægyptioꝝ creuisset inter eos propter cõfusiones temporꝝ etiã hoc opus semper est additum. Nostrum uero genus permansit purum. Ipsi igitur molestiæ huius fuere principium: nequaquã populo macedonicam habente constantiam: neq; prudentiã græcam: sed cunctis scilicet utentibus malis moribus ægyptiorum & antiquas inimicitias aduersum nos exercẽtibus. E diuerso nanq; factum est quod nobis improperare præsumunt. Nam cum plurimi eorum non opportune ius eius ciuilitatis obtineãt peregrinos uocãtes eos qui hoc priuilegium ad omnes imperasse noscuntur. Nam ægyptiis neq; regum quisquã uidetur ius ciuilitatis fuisse largitus: neq; nunc qulibet imperatorum. Nos autem alexander quidem introduxit: reges aũt auxere . Romani uero semper custodire dignati sunt. Itaq; derogare nobis appion dignatus est quia imperatorum non statuamus imagines tanquam illis hoc ignorantibus aut defensione appionis indigentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem mediocritatẽq; romanoꝝ. Quoniã subiectos non cogit patria iura transcẽdere. Sed suscipiunt honores sicut dare offerentes pium atq; legitimum est. Non enim honoris gratiam habent: qui ex necessitate & uiolentia conferũtur. Græcis itaq; & aliis quibusdã bonum esse creditur imagines instituere. Denicq; & patrum & uxorum filiorũq; figuras depingentes exultant. Quidam uero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. Aliis uero & seruos diligentes hoc faciunt. Quod ergo mirum est: si etiam principibus ac dominis hunc honorẽ præbere uideantur? Porro autem legislator non quasi prophetans romanoꝝ potentiã non honorandam: sed tanquã causam neq; deo neq; hominibus utilem despiciens. Et quoniã totius animati multo magis dei inanimati probatur inferius: interdixit imagines fabricari. Aliis aũt honoribus post deum colendos non prohibuit uiros bonos quibus nos & imperatores & populũ ro. dignitatibus ampliamus. Facimus aũt pro eis continua sacrificia: & nõ solum quotidianis diebus expensa cõmuni omnium iudæorum talia celebramus. Verum cum nullas alias hostias ex cõmuni neq; ꝓ filiis peragamus. Solis imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus: quẽ hominum nulli persoluimus. Hæc itaq; cõmuniter satisfactio posita sit aduersus appionem pro his quæ de alexandria dicta sunt. Admiror aũt esse eos: qui ei huiusmodi fomitem præbuere id est Possidonium & Apollonium molonis: quoniam accusant quidem nos quare nos eosdem deos cum aliis nõ colimus. Mentientes autem pariter & de nostro templo blasphemias componentes incongruas: non se putant impie agere: dum sit ualde turpissimum liberis qualibet ratione mentiri. Multo magis de templo apud cunctos homines nominato tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacrario Appion præsumpsit edicere. Asini caput collocasse iudæos: & eum colere: ac dignum facere tãta religione. & hoc affirmat fuisse depalatum dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum: & illud capud inuẽtum ex auro compositum multis pecuniis dignum. Ad hoc igitur prius quidem. Quoniam ægyptius uel si aliquid tale apud nos fuisset nequaquam deberat increpare: cum nõ sit deterior alinus furonibus & hircis & aliis qui sunt apud eos dii. Deinde quomodo non intellexit operibus increpatus de incredibili suo mendacio. Legibus nanq; semper utimur hisdem: in quibus sine fine cõsistimus. Et cum uarii casus nostram ciuitatẽ sicut etiam aliorum uexauerint. Et dius ac Pompeius magnus ac Licinius Crassus: & ad nouissimũ Titus cæsar: bello uincentes obtinuerunt templũ. Nihil huiusmodi illic inuenere: sed purissimam pietatem de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia uero Antiochus neq; iustam fecit templi deprædationem: sed de egestate pecuniaꝝ ad hoc accessit cum nõ esset hostis: & super nos auxiliatores suos & amicos aggressus est . Nec aliquid dignum derisione illic inuenit. Multi & digni conscriptores super hoc quoq; testantur Polybius megalopolita: Strabon cappadox: Nicolaus damascenus: Tymagenes: & Castor temporum conscriptor: & Apollodorus. omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum transgressum fœdera iudæorum. & spoliasse templũ auro argentoq; plenũ. Hæc igit Appion debuit respicere: nisi cor asini ipse potius habuisset: & ipudentiã canis: & qui apud ipsos assolet coli. neq; enī extrinsecus alia rõcinatiõe mentitus est. Nos itaq; asinis neq; honorem neq; potestatem aliquam damus: sicut Aegyptii crocodillis & aspidibus: quando eos qui ab istis mordentur: & a crocodillis rapiuntur felices: & deo digni arbitrantur. Sed sunt apud nos asini: quod apud alios sapientes uiros onera sibimet imposita sustinentes. Et licet ad

arcas accedentes comendant aut proposita nõ adimpleant multas ualde plagas accipiunt. qppe operibus & ad agriculturam rebus necessariis ministrantes: sed aut omnium gurdissimus fuit appion ad componendum uerba fallacia. aut certe ex rebus initia sumens hæc implere non ualuit quando nulla potest contra nos blasphemia prouenire. Alteram uero fabulam derogatione nra plenã de græcis apposuit: de quo hoc dicere sat erit. quoniã qui de pietate loqui p̃sumut: oportet eos nõ ignorare minus esse immundum per templa transire quã sacerdotibus scelesta uerba cõfingere. Isti uero magis studuere defendere sacrilegũ regem: quam iusta & ueracia de nostris & de templo cõscribere. Volentes enim Antiocho præstare: & infidelitatem ac sacrilegium eius tegere: quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarũ. Detrahentes nobis etiã quæ in futuris essent mentiti sunt. Propheta uero aliorum factus est Appion: & dixit Antiochũ in templum inuenisse lectum & hominem in eo iacentem: & propositam ei mensam maritimis terrisq; uolatilium dapibus plenam: & obstupuisset his homo. Illum uero mox adorasse regis in gressum tanquam maximũ ei solatium præbiturum: ac procidentem ad eius genua extensa dextera poposcisse libertatem. & iubente rege ut cõsideret & diceret quis esset: uel cur ibidem habitaret: uel quæ esset causa ciborum eius. Tunc hominem cum gemitu & lachrymis lamẽtabiliter suam narrasse necessitatem ait. Inquit esse se græcum: & dum perageret prouinciam propter uitæ causam direptum se subito ab alienigenis hominibus: atque deductum ad templum: & inclusum illic: & a nullo conspici: sed cuncta dapium præparatione saginari. Et primum quidem hæc sibi inopinabilia beneficia prodidisse & detulisse lætitiam. Deinde suspitionem: postea stuporem: ac postremum consulentem a ministris ad se accedentibus audisse legem ineffabilem iudæorum pro qua nutriebatur: & hoc illos facere singulis annis quodam tempore constituto. Et compræhendere quidem græcum peregrinum: eumque annali tempore saginare: & deductum ad quandam siluam occidere quidem eum hominem eius corpus sacrificare secundum suas solennitates: & gustare ex eius uisceribus & iusiurandum facere in immolatione græci: ut inimicitias contra græcos haberent. Et tunc in quandam foueam reliqua hominis pereuntis abiicere. deinde refert eum dixisse paucos iam dies debita sibimet supereſſe atque rogasse ut erubescentes græcorum deos & superantes in suo sanguine insidias iudæorum. De malis eum circumstantibus liberaret. Huiusmodi ergo fabula non tantum omnis tragœdia plenissima est: sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamẽ a sacrilegio priuat antiochum sicut arbitrati sunt: qui hæc ad illius gratiam cõscripsere. Non enim præsumpsit aliquid tale ut ad templum accederet: sed sic autem inuenit non sperans. Fuit ergo uoluntatibus iniquis impius: & nihilominus sine deo quanta iussit mendacii superfluitas: quam ex ipsa re cognoscere ualde facillimum est. Non enim circa solos græcos discordia legum esse dignoscitur: sed maxime aduersus ægyptios & plurimos alios. Quem enim chorum non contigit aliquando circa nos peregrinari: ut aduersus solos renouata coniuratione per effusionem sanguinis egeremus: uel quomodo possibile est ut ad has hostias omnes iudæi colligerentur: & tantis millibus ad gustanda uiscera illa sufficerẽt: sicut ait appion: uel cur inuentum hominem quicunque fuit: non enim suo nomine conscripsit: aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit dum posset. Hoc faciens ipse quidem putari pius & græcorum amator eximius: assumere uero contra iudæorum odium solatia magna cunctorum. Sed hæc relinquo: insensatos enim non uerbis sed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes: qui uidere constructionem templi nostri: qualis fuerit & intrãsgressibilem eius purificationis integritatem. Quattuor enim porticus habuit in circuitu: & harum singulæ propriam secũdum legem habuere custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentiam omnibus etiam alienigenis: mulieres tantummodo menstruatæ transire prohibebantur. In secunda uero porticu cuncti iudæi ingrediebantur: eorum coniuges cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertia masculi iudæorum mundi existentes atque purificati. In quarta autem sacerdos stolis induti sacerdotibus. In adytum uero soli principes sacerdotum propria stola circumamicti. Tanta uero est circa omnia prouidentia pietatis: ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi cõstitutum sit. Mane etenim aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire. Et meridie rursus dum clauderet templum. Denicq; ne uas aliquod portari licet in templum: sed erant in eo solummodo posita altera mensa turibulum: candelabrum quæ omnia & in lege cõscripta sunt. Etenim nihil amplius neq; ministeriorum aliquorũ ineffabilium agitur: neq; intus illa epulatio ministratur. Hæc enim quæ prædicta sunt habent totius populi testimonium manifestum rationemque gestorum. Licet enim sint tribus quattuor sacerdotum & harum tribuum singulæ habeant hominum plusquam quinq; milia: fit tamen obseruatio particulariter per dies certos: & his transactis alii succedentes ad sacrificia ueniunt: & congregati in templum mediante die

præcedentibus claues templi & ad numerum omnia uasa percipiunt nullaq; ad cibum aut potū attineat in templo delata. Talia nanq; etiam ad altaria offerre prohibitum est:præter illa quæ ad sacrificia preparantur. Quod ergo appionem esse dicimus nisi nihil horum examinantem uerba incredula protulisse. Sed turpe est:historiæ enim uerum notitiam se proferre grammaticus non prosit. Et sciens templi nostri pietatem hanc quidem prætermisit. Homines autem græci comprehensione finxit. & pabulum ineffabile & ciborum opulentissimam claritatem. Et peruios ingredientes ubi nec nobilissimos iudæorum licet intrare nisi fuerint sacerdotes. Hæc ergo pessima est impietas atq; mendacium spontaneum ad eorum seductionem:qui noluerunt discutere ueritatem. Per ea siquidem mala & ineffabilia quæ prædicta sunt nobis detrahere tētauere. Rursumq; tanquam piissimus deridet adiiciens fabulæ inna facta. At enim illum rettulisse dum bellum iudæi contra iudæos haberent. Longo quodam tempore in aliqua ciuitate iudæorum qui in ea Apollinē colebat uenisset ad iudæos:cuius hois nomē dicitur Zabidō Deinde qui eis promisisset traditurum se eis Apollinem deum dorienſium uēturumq; illum ad nostrum templum Si omnes ascenderent & credidissent omnem multitudinem iudæorum Zabidon uero fuisse quodam machinamentum ligneum. Et circūposuisse sibi:& in eo tres ordines infixisse lucernarum:& ita ambulasse ut procul stantibus appareret quasi stella per terram iter agēs. Porro iudæos inopinabili uisione obstupuisse:& longe cōstitutos tenuisse silentium. Zabidon uero multa quiete ad templum uenisse & aureū detraxisse asini caput. Sic enim urbane conscribit:& rursus Doram uelociter aduenisse. Igitur & nos dicere possumus:quia asinum hoc est semetipsum Appion grauat & facit stultitia simul & mendaciis oneratum. Loca nanq; quæ non sunt conscribit:& ciuitates nesciens transiert. Idumea enim prouinciæ nostræ cōsinis est posita iuxta Gazam & nulla ciuitas huius Dora nuncupatur. In Phœnice uero iuxta montem Carmelum Dora ciuitas appellatur in nullo concordans Appionis oblocutionibus. Quattuor enim dierum itinere ꝑcul est ab iudæa. Cur itaq; nos rursus accusat eo ꝙ non habeamus communes cum aliis deos: si sic facile credidere patres nostri ad se uenturum Apollinem & cum stellis eū ambulare sup terrā putauere? Lucernam enim primo nunquam uidere. Qui licet & tanta & talia concelebrant candelabra. Sed nec aliquis ei ambulanti per prouinciam ex tantis millibus obuiauit. Desolatos etiā uiros custodibus comperit:& hoc tempore prælii. Cætera iam relinquo. Ianuæ uero templi altitudine quidem erant cubitorum sexaginta:latitudine uero uiginti. omnes deauratæ & pœne auro puro confectæ. has claudebant non minus quā uiri ducenti diebus singulis:& relinquere eas apertas nefandissimum nimis erat. Facile eas lucernifer ille apperuisse creditur:qui solus etiam habuisse asini caput æstimabatur:quapropter dubium est utrum hoc caput Zabidon denuo reuocaui. An certe sumens Appion introduxit in templum ut Antiochus inueniret. Vnde in secūdo Appioni aliquam mentiendi daret occasionem & conscribendum banirantium per deum factorem cæli & terræ & maris nulli iudæos facturos alienigenæ & maxīe græcis. Oportebat autē mentientem absolute dicere nulli facturos alienigenæ & magis ægyptiis. Sic etenim ab intio poterant eius figmenta de iureiurando cōgruere ab ægyptiis utiq; non propter malignitatem suā: sed propter calamitates expulsi sunt. A græcis autem plus locis quā studiis sumus adiuncti:ita ut nullæ inter nos & illos inimitiæ & zelotypiæ esse noscuntur. E diuerso nanq; multos eorum ad nostras leges contigit accessisse:quorum quidam permansere:quidam uero perdurare non ferentes denuo recessere. Hoc tamen iusiurandum nunquā se quisquā audisse meminit apud nos habitum:sed solus Appion ut uidetur audiuit. Ipse utiq; composuit nimis. igitur hæc maxima cōpositio etiā in futuro dicenda Appionis admiratione dignissima est. Quarum rerum hoc affirmat indicium:quia neq; legibus iustis utamur:nec deū colamus ut cōuenit:& diuersis gētibus seruiamus:& calamitates quasdā circa ciuitatē sustineamus cū utiq; principalis ciuitas rōanoꝝ sit. cuius ciues soli ab initio regnare atq; nos seruire cōsueuerūt. Quis etenī ab hoꝝ magnanimitate se ualeat abstinere? Nullus etenī alioꝝ pōt dicere sermonē quē Appion locutus est:quādo paucis cōtigit ī principatū cōtinue ꝓsidere:& nō rursus aliis facta mutatiōe seruire. Plurimæ nāq; gētes aliis obedīr coactæ sūt. Soli āt ægyptii eo ꝙ refugiāt sicut aiūt ī eoꝝ ꝓuicia dii atq; saluent migrātes in effigies bestiaꝝ. Honorē ꝓcipuū inuenerūt ut nulli fabularēt hoꝝ qui asiā europāq; tenuere. Qui scilicet unā diē ex æuo totius sæculi nō habuere libertatē:neq; apud idigenas domos neq; apud externos. Nā quēadmodū eis usi sint p se: nō semel solūmō sed frequenter uastantes urbes: tēpla uertētes amputatos apud eos interficiētes deos ſproperare nō studeo. Non enī cōuenit stultitiam nos indocti appionis imitari:q neq; casus atheniēsiū neq; lacedemonioꝝ aīo suo cōcepit. Quoꝝ alios qdē fortissimos:quoꝝ sūmi diuersis uitæ sunt calamitatibus sauciati. Dimitto dirutā atheniēsiū arcē:tēplū ephesenū & delphos:aliaq; multa ꝑ qbus intulit:sed potius inferētibus

improperia.Nouus aũt accusator nostrorũ appiõ iuentus est:malorũ suorũ apud ægyptũ gestorũ prorsus oblitus.Sed sesostris eũ quẽ refert fabula regẽ fuisse ægypti.ut creditur excæcauit.Verũ tamen possumus & nos dicere nostros reges dauid & salomonem:qui multas subdidere gentes. Sed de his modo supersedendũ est: quæ uero cunctis nota sunt:appion modis omnibus ignorauit:quoniam persis & post illos principibus asyæ macedonibus:ægyptii quidem seruiere nihil differentes a famulis.Nos aũt liberi consistentes etiã ciuitatum in circuitu positarum tenuimus principatum annis uiginti & cẽtum usq; ad pompeium magnũ:& dum uniuersi sunt expugnati a romanis principibus omnium soli propter fidẽ suã maiores nostri auxiliatores & amici fuere. Sed queritur quia uiros mirabiles non præbuimus uel ut quorundã artium inuentores:& inter hos enumerat socratẽ & zenonem & chleantem & aliquos huiusmodi Deinde quod potius est mirandum semetipsum his adiecit & beatificat alexandriam:quia ciuẽ talem habere meruit: qđ rite facit.Oportebat enim ut ipse sui testis existeret:qui aliis omnibus sic importunus & callidus esse uidebatur:& uita uerboq; corruptus. Quapropter recte quilibet alexandriæ condolebit : si super isto aliquid magni sapuerit.De uiris aũt qui fuere apud nos titulo nullo laudis inferiores sciunt qui uoluerint nostræ antiquitatis libris incũbere.Reliqua uero quæ in accusatiõe cõscripta sunt dignum erat forte sine satisfactione relinquere:ut ipse sui potius & aliorũ ægytiorum accusator extaret.Queritur enim eo q animalia consueta sacrificemus:& non uescamur carnibus suillis:sed & circũcisionem genitalium uehementer irridet.De nostrorum quidẽ animaliũ pemptione cõmunio nobis est cũ aliis hominibus uniuersis.Appion aũt sacrificãtes nos redarguens increpat semetipsum:cũ genere sit ægyptius.Non enim græcis aut macedonibus aduersatur.Isti enim optant sacrificare. id est centum boum suis diis & sacerdotibus utuntur ad epulas.Quæ cum ita sint non propterea contigit mundum animalibus desolari:quod appion expauit.Qui tamen si solennitates ægyptiorum sequerentur quidem mundus hominibus ferocissimis aut bestiis impleretur:quas isti iudicantes deos diligẽter enutriunt. Et enim si quis eum consuleret:quos putaret omnium ægyptiorum esse sapientes atq; deicolas sacerdotes sine dubio fateretur.Hæc enim duo dicuntur sibimet ab initio a regibus esse præcepta: ut deos colant & sapientiam diligant: quod illi facere præcipue iudicantur : qui tamen & circũciduntur omnes:& a porcinis abstinent cibis.Sed neq; ullus alter ægyptiorum cũ eis diis sacrificare dignoscitur.Cæcus igitur fuit appion:quando pro ægyptiis nostras detractiones cõponens illos uidetur potius accusare:qui non solum utuntur solennitatibus : quas in nobis culpat iste: sed etiam alios circũcidi docent:sicuti dixit herodotus . Vnde recte mihi uidetur appion propter patriæ suæ leges mulctam soluisse blasphemiæ.Etenim necessario circumcisus circa genitalia uulnera ei facta nihil ei circũprofuerũt & putrefactus magnis doloribus expirauit.Oportet enim bene sapientes in legibus ppriis circa pietatẽ integre pmanere:& aliorum minie pmanere. Iste uero suas quidẽ leges effugit.De nostris uero mentitus est.Hic itaq; terminus uitæ fuit Appionis.Sed & noster hic iam finẽ liber accipiet. Quoniã uero & Apollonius Molon & Lysimachus:& alii quidã tã per ignorantiã quã p insaniã de legislatore nostro Moyse de legibus uerba protulete:nec iusta nec uera.Dum illi quidẽ uelut mago atq; fallaci derogant.Leges aũt maliciæ apud nos nulliusq; uirtutis affirmãt esse doctrices.Volo breuiter & de omni conuersatione nostra & de particulari sicuti potero proferre sermonẽ.Reor eni fore manifestũ:quia & ad pietatẽ alterutrũ uniuersalẽq; clementiã:insup ad iustitiã laborumq; tolerantiã:& ad cõtemptũ mortis optimas leges positas habeamus.Rogo tamen lecturos ut non cũ inuidia exequantur huius operis lectionẽ.Non eni proposui laudes conscribere nostrorũ:sed aduersus eos qui nos plurimũ & fallaciter accusarunt:satisfactionẽ hãc puto eẽ iustissimã.Proinde accusationẽ Apollonius non continue sicut Appiõ instituit:sed dispersim.Quippe tũ aliquãdo quidẽ nos sine deo & hoibus odiosos appellet.Aliquãdo uero formidinẽ nobis improperat.Et e diuerso rursus aliquando de præsumptione fastũ gentis nostræ queritur.Dicit aũt etiã stultiores barbaris:& propterea nullũ inuentũ nos solos uitæ utile cõperisse.Hæc aũt oia manifeste redarguũtur:dũ uniuersa cõtrario q̃ ab eo sunt dicta mõstrant.Et legibus imperata:& a nobis cũ omni integritate gesta.Si uero coactus fuero facere mentionẽ legũ cõtrariarũ apud alios cõstitutarũ:cuius rei culpabiles illi sunt q nostras solẽnitates tanq̃ malas dicere uoluere.Quibus neutrũ puto remanere quod dicant:neq; quia eas habeamus leges:quarũ ego capitales & sũmas ad increpãdũ positurus sum æque:qa pcipue in legibus propriis pduramus.Paulum ergo sumẽs onus uolo prius edicere: qui eorũ q sine lege & ordine uiuunt.Hi qui ordinis & cõmuniũ legũ amatores extiterunt:& primi hoc inchoauerunt:recte mansuetudinẽ nostrãq; uirtutẽ pstare dicẽdi sunt.Deniq; conant singuli eorũ gesta sua ad antiquitatẽ referre:ut imitatores aliorũ uideantur existere:& non ipsi potius aliis:ut legit-

time uiuere debeant exponere. His igit̃ hunc in modū habentibus uirtus legislatoris est meliora considerare: & his qui usuri sunt legibus quas posuerit satisfacere quia recte sunt. Populi uero est ut in oibus quæ constituta sunt perduret: & neq; felicitate procedente: neq; calamitatibus ali quid hoꝝ imutet. Dico igit̃ nostrū legislatorē quorūlibet qui memorāt̃ legislatorū antiquitate præcedere. Lygurgus eni & Solon & Zaleucus Locrenus: & oēs qui apud græcos mirabiles sunt nouelli atq; recentes quantū ad illū comparati esse noscuntur. Quando nec ipsum nomen legis fuisse olim apud græcos agnoscitur. Testis Homerus est qui nusquā in opere suo hoc usus est nomine. Non enī secundū legē: sed indiffinitis sententiis & regū præceptionibus populus regebat̃. Vnde etiam multo tēpore permansere tantū moribus utētes: & nō scripto. Et multa hoꝝ semp secundum euentū casuū permittentes. Noster uero legislator antiquus existens: hoc eteni undiq; manifestū est: etiā apud eos claꝝ qui semp contra nos loquunt̃: semetipsum præbuit optimum principem populoꝝ: & consiliatorē magnū. Sed instructionē totius legis uitæ constringens eis suasit hanc libēter excipere: & firmissime inclyta scientia custodire. Primitus aut̃ eius magnitudinis opera uideamus. Ille nanq; progenitoꝝ nostroꝝ relinquentiū Aegyptū & ad terrā ꝓpriam remeantium: multa mīlia sumens ex plurimis & impossibilibus rebus cautissime liberauit: & inaquosam eos & multū arenosam oportebat trāsire uiam: bellaq; deuincere: & filios ac uxores præ damq; bella seruare: I quibus dux egregius & cōsiliarius sapiētissimus: & tutor, ueracissimus fuit uniuersoꝝ. Omnem siquidē multudinē in semetipsum pendere facit: & cū oīa quæ uellet ꝑsuadere posset: in nullo horum uindicauit sibimet potestatē: sed in quo maximo tempore potestatem sibimet arrogant & tyrannidē præsules reꝝ: & populū frequenter plurima iniquitate uiuere consuescunt. In hac ille potentia constitutus e diuerso: magis iudicauit agēdū pie & plurimā exhibeī aliis æquitatē ipse uirtutē præcipuā se credens cunctos ostendere: & salutē firmissimā præbere sequacibus bona uoluntate. Et maximis actibus in singulis casibus usus est. Quapropter recte iudicabat ducē atq; consiliatorē se deū habere: & primitus sibimet satisfaciens: quia secundū illius uoluntatē uniuersa gereret atq; tractaret. Credidit modis oībus oportere ut ēt apud plebē hæc opinio permaneret. Nanq; dū respicere suā uitā credunt: delinquere non præsumunt. Huiusmōi quidem noster legislator fuit: non magus: non fallax: sicut derogatores iniuste pronunciant: sed quales apud græcos gloriantur fuisse Eimnū: & post eū legislatores. Alii nanq; quidā eoꝝ leges positas animo dicebant. Alii uero eas in Apollinē & uaticinium delphicum referebant: siue pro ueritate hoc credentes: seu facile suadendū iudicantes populo. Qui uero præcipuas leges instituerint: uel qui iustissime de dei fide cognouerint: licet hoc ex ipsis legibus facta cōparatione cōspicere. Iam enī de ipsis tēpus est disputandi. Igitur infinite quidē particulatim gētiū atq; legū apud cunctos hoīes differētiæ sunt. Alii siquidē monarchis: alii uero populo potestatē reipub. cōmisere. Noster uero legislator nihil hoꝝ intendens: ueluti siquis hoc dicēdo mēsurā trāscendat uerbi diuinam rem publicā declarauit: deo principaliter cōuersationē nram atq; potestatē excellenter assignans & satisfaciens eū cunctos inspicere tanq̃ cām bonoꝝ oīum uniuersis hoībus existētē: & quæcunq; contigit eos in angustiis supplicasse illius non latuisse uolūtatē. Neq; quicquā eoꝝ quæ gessere uel siquid aliquis apud semetipsum potuit cogitare: unū uero eū esse monstrauit: & ingenitum: immutabilē: per tēpus æternū: & omni specie mortali pulchritudie differētē. Et ipsū nobis notum qualis aūt sit secundū substantiā prorsus ignotū. Hæc itaq; de deo saperent prudētissimis græcoꝝ: quia quidē eruditi sunt: illo utiq; sciendi præbente principia nunc dicere prætermitto: quia non optima & congrua dei naturæ atq; magnificentiæ sunt ualde testātur. Pythagoras enī & Anaxagoras & Plato & post illos philosophi stoici & pœne cuncti uidentur de diuia sapuisse natura. Sed hi quidē ad breue philosophātes populo supstitionū opinionibus iam conscriptam ueritatē dogmatis ꝓferre timuere. Noster uero legislator opera præbēs cōsonis uerbis suis non solū his qui cū eo erant satisfecit: sed etiā qui ex illis semp erant nascituri: hoc immutabiliter inspirauit: & causa legislationis ad utilitatis modū semp adduxit. Non enim partē uirtutis dei culturā dixit: sed huius partes alias esse perspexit atq; cōstituit. Idem fortitudinē iusticiam & in omnibus ciuiū concordiā ad alterutros. Cunctæ nanq; actiones & studia uniuersiq; sermones ad diuinā referuntur ꝓ oīa pietatē. Non enī hoc inexaminatū aut indefinitum ulterius dereliqt. Duo siquidē sunt totius disciplinæ & moralis institutionis modi: quoꝝ unus quidem sermone doctor est: alter uero excitatione morum: quæ cū ita sunt quidā legislatores sentiēdi sunt discreti: & alterū hoꝝ modū sibi placitū assumētes alterū reliquerunt. Sicuti Lacedemonii quidem & Cretes moribus erudiebantur: non uerbis. Athenienses uero & pœne oēs alii græci quæ quidem oportet agi percipiebant suis legibus. Assuescere uero ad hæc operibus minime ualuere. Noster autē legislator hæc ambo multa diligentia cooptauit. Nam nec exercitatiōe morum dimisit nō

traditas:neq; leges sermone reliquit ícomptas.Sed mox a primo incohans cibo & unicuiq; dicto conueniente nihil neq; minimarum escarum sub potestate uoluntatis utentium dereliquit.Sed & de cibis quibus conuenit abstineri:& qui sumendi sunt:uel quæ diæta communis esse uideat. Necnon & de operibus labore simul & requie.Terminum atq; regulam posuit legem:quatenus ueluti sub patre atq; domino uiuentes:neq; uolentes quicquam:neq; per ignorantiam delinquamus.Non enim ignorantibus pœnam posuit:sed optimam & necessariam correptionē mōstrauit legem.Quapropter nō semel audire:nec secundo uel sæpius. Sed in unaquaq; septimana alia opera relinquētes:ad legis auditionem congregari præcepit uniuersos:eamq; perfecte cōdiscere: quod scilicet omnes legislatores reliquisse noscuntur.Et intantum plurimi hominū porro sunt: ut secundum proprias uiuant:quia pœne eas ignorant. Et cum peccauerint tunc agnoscunt ab aliis quam legem probantur esse præuaricati. Sed etiam uiri maxima cum gloria & principalia gubernantes profitentur ignorationem.Scitos nanq; sibi faciunt assidere ad dispensationē rerū: & experimentū legis habentium.Nostrorum uero quemlibet cum leges interrogat:facilius quā nomen suum recitat.Vniuersas quidē mox a primo sensu eas discētes in animo uelut inscriptas: & rarius quidem quilibet transgreditur.Impossibile autem est supplicium deuitare peccantem. Hoc itaq; primum omnium mirabilem consonantiam nobis instituit.Nam unam quidē habeī & eandem de deo sectam:uita uero ac moribus differre nihil ab inuicem optimam moribus hominum potest celebrare cōcordiam.Apud nos etenim solos neq; de deo quilibet sermōes audet alterutris aduersarios:sicut multa similia apud alios fieri comprobantur.Cum non solum a fortuitis quod usum fuerit unicuiq; profertur:sed etiam apud quosdā philosophorum hoc crebro præsumitur.Quando alii quidem totam dei naturam sermonibus perimere tētauere. Alii uero eius prouidentiam ab hominibus abstulere.Neq; in studiis uitæ a differentia ulla conspicitur:sed communia quidem opera omnium apud nos existunt.Vnus non de deo sermo cōcors est asserens illum cuncta respicere:sed etiam de ipsius uitæ studiis. Et quoniam oportet omnia alia ad terminū diuinæ pietatis adduci:a mulieribus nostris & a seruis quilibet auerti .Pro qua re illatas nobis calumnias a quibusdam:cur non exhibeamus uiros inuētores nouorum operum seu uerborum contigit oriri. Alii siquidē in nulla re paterna perdurare optimum esse putant:& præcipue transgressoribus sapientiæ robur assignant.Nos autem e diuerso unam esse prudētiam atq; uirtutes existimamus:nihil penitus uel facere uel cogitare cōtrarium his quæ antiquitus sancita noscuntur:quod scilicet inditium legis est optimo fœdere constitutæ. Nam ea quæ nunc non habent modum:experimento sæpe correpta redarguuntur. Apud nos autem qui credimus ab initio positam legem diuina uoluntate:nihil aliud pium est quam hanc sub integritate reseruare.Quis etenim eius quicquam mouere potest:aut quid melius adinuenit:uel qui ab aliis tanq̄ præcellentius ad statum reipublicæ nostræ migrauit:aut quæ poterit esse melior atque iustior: quam ea quæ deum quidem principem omnium esse confirmat. Sacerdotibus autem in communi quidem res præcipuas dispensare permittit. Summo uero pontifici aliorum sacerdotum principatum competenter iniungit.Quos utiq; non diuitiis neq; aliis quibusdā spontaneis auiditatibus præcellentes.Legislator ad culmen huius honoribus instituit. Sed quicunq; sapientia uel temperantia aliis præstare noscuntur:eis præcipue culturam diuinæ placationis coniunxit. Apud hos igitur & legis & aliorum studiorum integra diligentia custoditur. Contemplatores etenim omnium atq; iudices comtemptionum & punitores culpabiliū sacerdotum esse decreti sunt. Quis ergo pricipatus qd regnū erit hoc sanctius:uel qui honor deo potius coaptabitur cū omnis quidem populus sit præparatus ad pietatē?Summa uero diligētia sacerdotibus sit indicta & uelut quædā festiuitas gubernet uniuersa res pu.Cū enī ministeria sua numero paucor; dierū alienigenæ custodire nequiuerunt ea uidelicet sacrificia nominantes:nos cū multa delectatione & incōmutabili uolūtate solēnitatis opus p omne seruamus æuum . Quæ igitur sunt præcepta uel interdicta simplicia siue nota dicamus.Primum quidē de deo est dicens .„Deus habet omnia perfectus beatissimus ipse sibi cunctisq; sufficiēs principū & medium & terminus.Inter omnia operibus quidē & muneribus clarus & totius rei manifestus.Forma uero & magnitudine nobis inenarrabilis.Omnis nanq; materies comparata ad huius imaginē licet sit preciosa tamē promē cunctaq; ars ad illius imitationis inuentū extra esse artē cognoscitur nihil simile neq; uidemus neq; possumus suspicari neq; coniicere.Sanctum est:uidemus eius opera lumen:cælū:terrā:solē: lunam:flumina:mare:animalium nationes:redditiones fructuum:hæc deus fecit: non manibus neq; laboribus neq; quibusdam indiguit sibi cooperantibus:sed ipso uidente bona repēte facta sunt. Bona nunc homines conuenit uniuersos:si qui eum quæ placere exercitatione uirtutis. Modus eum diuinæ placationis iste sanctissimus est.Vnum templū unius dei commune oīum

communis dei cunctorum.Gratum nãq; semper est omne quod simile est.Hunc placãt quidem sacerdotes semper.Præcedit uero istos primus secundum genus:qui ante alios sacerdotes sacrificauit deo custodiet leges de dubiis iudicabit:& puniet lege conuictos.Huic quisquis non obedit supplicio subiacebit tanq; qui ĩ ipso deo impie gesserit.Hostias immolauit:non ad crapulam nostram uel ebrietatem attinentes.Hæc enĩ non placent deo:quæ res occasio potius iniuriarum simul & expensarũ est.Deus enim temperatos ordinatosq; & boni generis diligit:& ut præcipue sacrificãtes caste uiuamus.In sacrificiis autem pro cõmuni salute primum oportet orare.Deinde singuli pro semetipsis.Quomodo omnes socii sumus:& qui hoc consortium suæ uitæ præpõit maxime deo gratissimum est:supplicatio uero fit ad deũ uotis ac precibus non ut bona præstet. Nec enim ipse sponte contulit uniuersis & uno deposuit.Sed ut hoc suscipere ualeamus suscipiẽtesq; seruemus: purificationes in sacrificiis lex decreuit.Ex omni excubii excõmunicatiõe a muliere facta & alia multa cõscriberet ualde lõgissimũ est. Huiusmodi ergo de deo & eius placatiõe sermonibus est.Ipse autemsimul etiam lex est:quosdã aũt nouit lex permixtionẽ per naturam ad coniugem si tamen pro filiorum causa procreandorũ agatur.Masculorũ uero in masculos ualde iudicauit inimicas:& tentantes horũ morte decreuit dignos.Nubere uero iubẽt nõ respiciẽtes ad dotem:neq; uiolenter arripere:sed neq; dolo uel fallacia suadere.Dispensationẽ uero potius fieri per eum cuius esse noscitur potestatis & per cogitationẽ opportunã.Mulier autem inferior inquit est uiro per omnia Obedit igitur non ad iniuriam:sed ut sit sub regimine cõstituta.Deus enim uiro potestatẽ dedit.Cum hac ergo coire decet maritum solummõ.Alterius uero experiẽtiam habere nequissimum.Si quis aũt hoc egerit declinatio nulla mortis:neq; uim fieri uirgini alteri desponsatæ:neq; si suaserit nuptæ filios nutrire p̃cepit.Vniuersis aũt mulieribus ĩterdixit: uel celare quod statũ est:uel aliã machinationẽ corrũpere filii.Nanq; mecatrix est anima demoliens & genus imminuens.Igitur si quis ad concubitũ corruptionẽq; transierit imundus:oportet autem etiam post legaiẽ cõmixtionẽ uiri mulieres lauari.Hoc enim partẽ animæ polluere iudicauit:inflata nanq; corporibus uulneratur.Dum ob hoc fit aliquã propter purificatiõis causam talibus imperauit.Sed neq; in filiorũ natiuitatibus concessit epulationes . Aggregari & fieri occasiones ebrietatis:sed temperatũ esse repente principium:iussitq; litteris erudiri propter leges & nosse progenitorum actiones aut actus imitentur:& cũ legibus educati neq; transgrediant:neq; cogitationem ignorationis habere iudicentur.Prospexit aũt etiam funeribus mortuorũ: beneq; pretiose ad sepeliendum celebrantur exequiæ.Neq; insignũ fabricæ sepulchrorũ: sed necessaria quidem circa prolationẽ funeris impauit domesticos adimplere.Omnibus aũt uiuentibus legitimũ esse constituit:ut aliquo moriente & cõcurrant:& gemitus lamẽtationis effundãt.Purificari autẽ iubet etiã domesticos fauere celebratos:ut longe ꝑcul sit q̃ sit uideat quis mũdus esse: cũ fecerit homicidiũ:parentũ honorẽ post deum esse cõstituit:& qui nõ repensat eorũ gratiæ:sed in qualibet parte contristat:præcepit esse lapidandũ.Iubet etiã oĩbus senioribus honorẽ iuuenes exhibere:quoniã cunctorũ senior deus est.Nihil pmittit celebrandũ apud amicos:nõ enĩ amicitiæ sunt apud eũ cui oĩa nõ credunt.Et licet aliquæ inimicitiæ proueniant:ꝑdita mens a rara prohibuit.Si quis arbiter munus acceperit:morte mulctatur . Despiciẽs quod iustũ est: & auxiliũ reis offerens.Quod quisquã nõ potuit nõ auferat:& aliena nõ tãgat:mutuãs nõ accipiat usuras.Hæc & his multa similia cõmunionẽ cõtinẽt nrorũ inter alterutros.Quomodo aũt etiã de domestica cura circa alienigenas habenda habuerit legislator:referri dignũ est.Videbitur enĩ oĩbus optime prospexisse:deũ eo ita sentiente:neq; propria corrũpimus:neq; participari rebus nris uolentibus inuidemus . Quicunq; enĩ uolũt sub nostras conuersari leges accedentes ad ea cũ munificentia suscipit:non genere solũmodo:sed etiã uoluntate uitæ putans eẽ cõsortiũ. Eos aũt qui trãsitorie misceri solẽnitatibus:non alia tamen exhibenda constituit.Idem oĩbus præbendũ:ignẽ:aquam: cibum:iter ostendere:non spernere aliquẽ insepultũ:mitissime etiã circa hostes quæ sunt agẽda sanciuit:ut neq; terra eorũ exuratur:neq; arbores fertiles incidant:sed etiã spoliari eos qui in bello cecidere interdixit:& captiuos ꝑspexit q̃tenus eorũ ãmoueat iniuria:& maxie fœminarũ.Sic aũt alũnos mãsuetudinẽ atq; clemẽtiã studuit edocere:ut etiã de aĩalibus irratiõabilibus nõ taceret: sed horũ tantũmõ utilitatẽ legitimã cõcedẽs:ab oĩ nos alia cã ꝓhibuit.Quæcũq; enĩ ueluti supplicãtia oriunt in domibus hoc interdixit occidi.Sed neq; parẽtes deniq; ꝑcepit auferri. Et licet inimica sint aĩalia eis tamẽ ꝑcẽdũ eẽ sanciuit.Sic undiq; ea q̃ ad mãsuetudinẽ ptinẽt obseruauit. Doctrinalibus quidẽ sicuti ꝓdictũ est legis utens & alia rursus cõtra transgressores cã punitionis sine excusatione desigens.Damnum nãq; in plurimis causis trãgrediẽdũ mors est.Si adulterium cõmiserit aliquis: suum puellæ fecerit.Si masculo turpe tentamentum ꝑsumpserit.l.c.aut patiat sustinere tentatus . Similiter autem est lex ineuitabilis & in seruis : sed etiam de mensuris : uel

si quis de ponderibus dolum fuerit operatus & de iniusta uenditione ac fraude uel fide traxerit alienam rem:aut quod nō potuit abstulerit oīmodi sunt uindicta nō q̄lia apud alios: sed ne ualde maiora.De iniuria uero parentū uel ipietate quæ sit in deo:licet tentet hoc aliquis mox peribit. His itaq; secundū legem uniuersam honor tribuitur:nō argēti:nō auri:neq; coronæ capitis: aut cuiusdam prædicandæ festiuitatis:sed unusquisq; testem habens cōscientiā suā ualde ꝓficit legislatore prophetante:& deo fidem cōdonāte firmissimā his qui seruauerūt leges: licet pro eis mori cōtingat aliqbus cōcurrunt alacri ad occasum. Dedit enim deus rursus fieri ut uita melior possit ex mutatione conferri.Piget itaq; nunc hoc me cōscribere:nisi opera essent oībus manifesta. Quoniā multi & plærunq; olim nostrorū progenitorū:ne uel sermonē solūmodo extra legē proferrent:oīa passi sunt sustinere uiriliter:uel si honorari contigit apud oēs hoies nostrā legem & uolūtariā legis consequentiā esse manifestā ībuebant.Græcos maiores nostri etiā extra regionem propriā constituti huiusmodi si quidē rectā babent & tam gloriosam de deo:talesque leges multo sæculo sic firmissime custodire omēs arbitror admirari ꝓpter frequentes apud nos factas mutatiōes.Deniq; eos qui cōscribere ꝓxie de re pu.& legibus tentauere tanquā de īcredibilibus cōpositōnibus quidā frequēter accusant dicentes:quoniā īpossibilia sūpserint argumēta.Et alios quidē reliquo philosophos:quicūq; huiusmōi negotiū i suis cōscriptiōibus habuere. Plato mirabilis apud græcos tāquā de honestate uitæ p̄cedens & uirtute sermonū & psuasiōe philosophiæ cunctos excellēs ab his qui dicebāt pessimū eē de re pu.cōscribere illusus & diuulgatus pœne pemptus é.Cum utiq; q illius uerba cōsiderauerit frequēter & facile reperiet:quæ ēt cōsuetudini plurimorū ꝓxia esse noscunt.Ipse siquidē Plato cōfessus est:quia uerā de deo opinionē pp ignorantiā plebis ꝓferre securū nō est. Sed Platonis quidē uerba uana esse putant & multa ptāte cōposita atq; cōscripta & maxīe de legislatione ꝓlata.Lygurgi uero mirant & Spartani cuncti con celebrant:quoniā illorū legibus plurimo tēpore pdurarunt. Ergo hoc manifestū uirtutis indiciū est in legibus pmanere.Si uero lacedemoniorū admirant illorū tēpus assumāt:sciētes āplius duobus milibus annis nostrā cōstitisse rē publicā.& sup hæc sciāt quoniā Lacedemonii quidē omni tēpore quo apud se habuere libertatē pfecte usi sunt custodisse leges.Cū uero circa eos factæ sūt fortunæ mutationes.pœne cunctarū legū obliti sunt.Nos aūt multis casibus euolutis pp regum Asiæ mutatiōes neq; in nouissimis malis ueniētes a legibus sumus alienati:nō uocatiōis nec epulationis cā seruantes eas quādo si qs cōsiderare uoluerit:multitudo āpliori testimōio maiores ex cubias & labores nobis q̄ Lacedemoniis uidebit īpositos.Illi siquidē operātes terrā: & neq; circa artes exercitiū habentes:sed ab omni opatione remissiores pigues & corpore pulchri in ciuitate degebant.Aliis ministris in oībus uitæ necessariis rebus utētes: & cibū paratū ab illis accipiētes: solum opus bonū atq; clemēs iudicātes ad faciendū & patiendū:q̄tenus ualerent aduersus oēs cōtra quos bella susciperent:qa nō neq; neq; hoc adipisci potuerūt dicere suppono.Non enī singulis solūmodo:sed multis frequēter eorū subito legis p̄cepta negligentes semetipsos cum armis hostibus tradere.Putas ne:& apud nos nō dico tātis sed duo uel tres agniti sunt ꝓditores effecti legū uel mortē.Non dico illā facile quæ solet p̄liantibus euenire sed eā quæ cū multa corporum afflictione & multa crudelitate uidet accedere.Quā ut ego puto quidā ualentes nobis non per odium subiectis īposuere si qui sunt hoies:qui nō tantūmō esse credāt pessimū si agere quicquā extra leges suas uel sermonē apud eos dicere cōpellant.Non tamē mirari decet si mortē fortissime toleramus ꝓ legibus & ultra alios uniuersos.Non enī quæ leuia uident nīs studiis alii facile patimur:hoc é operatōnē cibisq; simplicitatē:& ut nihil frustra neq; fortuito:qđ quisq; desiderat uescatur:aut bibat:aut ad cōcubitum quēlibet accedat:aut splendide uestiat: aut sine nobilitate uacet.Sed illud attendendum est:si gladiis utentes & hostes ab iuasione fugantes præcepta legis circa cibos nequaquā infringimus.Nobis itaq; gratum est propter hæc legibus obedire: & illis fortitudinis causas ostendere. Proinde Lysimachi & Molones & quidem huiusmodi alii conscriptores improbi sophistæ adolescentium deceptores quasi uehementer nobis prauissimis existentibus derogare contendunt.Ego nollem de legibus alienis examinationē efficere. Noster eī mos est propria custodire:nō aliena potius accusare.Et ut neq; irridere neq; blasphemare debeamus eis qui apud alios putantur dii:aperte nobis legislator interdixit propter ipsam appellationem.De accusatoribus autem proiectiones suas non increpare uolentibus tacendū non est.Cum utiq; nō a nobis nūc sermo cōpositus eos arguere uideat:sed a multis ꝓbabiliter iam præmissus Quis igitur eorū qui apud græcos sapiētia sunt mirabiles non redarguit nobilissimos poetas & præcipue legislatores:quoniam huiusmodi sectas de deis ab initio populis inseruere: Dicentes eos autem e numero quidē quantos ipsi uoluere:ex alterutris uero & diuersis natiuitatibus procreatos.Hos autem diuidentes locis habitaculis tanquam generationes animalium: alios quidē

ſub terra:alios in mari: ſeniores autem eorum in tartaris uinctos eſſe dixere quibuſcunq; diſtribuere:cælum his ſermone quidem patrem:operibus autem tyrannum atq; dominum ſuperpoſuere.Propterea aduerſus eum conſtituere inſidias per uxorem & fratrem & filiam:quam ex eius capite fingunt generatam:ut alligatéſes eum appendere:ſicut ipſe ille ſuum dicitur patrem. Hæc iuſte accuſatione digna conqueruntur:qui ſapientiæ uirtute præcellunt.Hic ſuper hæc deridentes adiiciunt.Si deorum alios quidem ephebos & adoleſcentes:alios autem ſeniores & barbaros eſſe credendum eſt:alios conſtitutos ſuperantes:& quendam fabrum:aliam uero textricem: aliũ uero peregrinantem & cum hominibus contendentem.Alios autem cytharizantes aut arcu gaudentes.Deinde inter alterutros ſeditiones effectas:& propter homines contentiones conſtitutas ut non ſolum alterutris manus mitterent:ſed etiam ab omnibus uulnerari lugerent malaq; perferrent:& ſuper omnia eſt luxurioſius ſi intemperantia permixtionis uterentur. Quomodo non erit incongruum amores & cuncupiſcentias ad uniuerſos attingere ſimul maſculos & ad fœminas.Deinde fortiſſimus & primus eorum pater ſeductas a ſemetipſo impregnataſq; mulieres diruptas ſubmerſaſq; ſperneret:& eos qui ex eo ſunt nati neq; liberare poteſt.Factos conſcriptos neque ſine lachrymis eorum perferre mortes.Bona ſunt hæc & his alia conſequentia:id eſt adulterio in cælo uiſo:& ſic impudenter a diis celebrato:ut iam alii zelare ſe proterentur tali paſſione conſcripti.Quid enim alii facturi non eſſent:dum neq; ſenior atq; rex ualuiſſet impetum ſuum a mulieribus permixtione retinere.Alii uero dum ſeruientes hominibus & nunc quidem ædificantes cã mercedis:nunc uero paſcentes.Alii aũt malignorũ mõ in ferro carcere colligati.Quem igitur ſapientiũ talia nõ accedant:ut hoc cõponentes redarguant:& multã ſtultitiã his credentiũ repræhendant.Alii uero ad terroré quendã uel metũ:necnon & rabiẽ atq; ſeductionẽ omneſque peſſimas paſſiones:& formã in dei natura fingere præſumpſere.Et horũ quidẽ nobilioribus etiã ciuitate ſacrificare ſuaſere. Si quidẽ ſimulata neceſſitate conſiſtunt:ut quoſdã deorũ putent bonorũ eſſe largitores.Alios aũt uocent aduerſarios:quãdo eos ueluti maligniſſimos hoſtes muneribus atq; donis placere contendunt:magnũ quoddã malũ ſe ſuſcepturos ab eis exiſtimantes:niſi mercedem eis ſtudioſe præbuerint.Quæ igit̃ cauſa ſit tante huius iniquitatis atq; delicti circa deum.Ego quidẽ arbitror eo q; neq; uerã dei naturã ab initõ eorũ legiſlatores agnouerint:neque quantũ præcipere potuere:perfectã ſententiã diffinientes reipu.tradidere. Sed uelut aliud quidã prauiſſimũ reliquerunt:dantes ptãtem poetis ſi quidẽ ut quos uelẽt deos introduceret.Hæc oĩa patientes rhetoribus:aut ut de re publica ſcriberẽt:& de pegrinis diis decreta pferrent:ſed etiã pictores & gypſoplaſtæ in hoc apud græcos multã habuere ptãtem:ut unuſquiſq; formã quã uellẽ ſecundũ modũ ſuæ opiniõis exponeret.Alter quidẽ ex luto quod uellet fingẽs.Alius uero pingẽs opificis itaq; qui maxie putant eũ præcipui ebur & aurũ hẽnt ad hoc ſuæ iemp nouitatis argumentũ. Proinde apud eos priore quidẽ dii florẽtes honoribus ſenuerũt.Sic enĩ pferendũ ẽ. Alii uero noui clã introducti religione potiunt̃ & tẽplorũ alia quidẽ deſolata:alia uero nup ſecundũ eorũ uoluntatẽ ædificãt̃:q̃propter ut arbitror e diuerſo noſſe magis indigẽt:qualis facta ſit circa deũ & quõ ei honor ĩmobili religiõe ſeruet̃. Apollonius ſi quidẽ Molon unus fuit ſtultorũ atq; tumentiũ.Eos aũt qui uere ĩ græco philoſophati ſũt:neq; p̃dictorũ aliq̃d latuit:neq; frigidæ allegoriæ cãs ignorauere.Quapropter illos q̃dẽ iuſte ſpreuere:& circa uerã decentẽq; circa deũ opinionẽ nobis fore cõcordes.Quod Plato reſpiciẽs neq; illũ quẽquã poetarũ dicit in re pu. eẽ ſuſcipiendũ:& Homerũ honorabiliter admõet ſanũ ei conſtituẽs & unguẽta ſupfundẽs:ne rectã opinionẽ de deo fabulis forte deſtrueret.Præcipue nãq; Plato noſtrũ legiſlatorẽ imitatus:licet nullã eruditionẽ huiuſmõi ſuis ciuibus ĩperaſſet:ideſt ut oẽ pfecte diſcerẽt leges:ut ne fortuite aliq̃d extraneorũ ciuibus miſcerent̃:ſed eẽt pura res pu.& in legũ cuſtodia pduraret. Horũ nihil cogitans Apollonius Molõ nos uoluit accuſare quoniã nõ recepimus eos q̃ aliis ſũt opiniõibus præoccupati:neq; de deo cõicari patimur eis:q̃a alia uitæ cõſuetudie degere:cũ neq; hoc ppriũ nr̃m ſit ſed cõe cunctorũ:nõ mõ regũ:ſed etiã qui inter græcos cautiſſimi fuiſſe noſcunt̃. Lacedemõii nanq; pegrinos etiã expellabant corruptionẽ extra leges ex utroq; metuentes. Illorũ igit̃ citius ſcæuitiã poterit quilibet arguere qui nulli neq; conuerſationis neq; cohabitationis ſuæ pticipiũ exhibebant.Nos aũt aliorũ quidem res zelare non ſinit:participari uero cupientes quæ ſunt noſtra libenter ſuſcipimus:quod utiq; reor inditium magnanimitatis atq; clementiæ. Sed deſino iam de Lacedemoniis amplius diſputare.Athenienſes uero qui cõmunem eſſe ſuam gloriantur omnibus ciuitatem quomodo de his rebus habuerint Apollonius ignorari.Hi nanq; uel uerbo ſolummodo præter illorum legem de diis loquentes ineuitabiliter punierunt. Cuius etenim rei gratia Socrates eſt mortuus:non enĩ hoſtibus tradidit ciuitatẽ neq; templa uaſtauit:ſed q̃a noua iumenta iurauit & quoddam dæmonium ſignificans ſe referebat:ſeorſum ludens ſicuti quidam

dicunt.Propter hoc ueneni poculo morte mulctatus est. Insuper etiã corrumpere iuuenes eum accusator aiebat:& conuersionẽ patriæ legesq; contemnere.Et socrates quidẽ ciuis Athenien sis huiusmodi torméta sustinuit. Anaxagoras aũt Clazomeneius fuit.Et quia existimãtibus Athenien sibus solem esse deum:ille eum insensatum & ignotũ asseruit: paucoꝝ sentẽtia morte dam natus est & aduersus Diagoramelium talentũ decreuerunt.Si quis occiderit eum:quoniã eorum mysteria deridere ferebatur.Pytagoras autem nisi cito fugisset compræhensus occideretur:eo q; dubiũ de diis Athenienſiũ cõscripsisse putabaẽ. Quod oportet mirari: si circa uiros fidedignos talia gessisse noscantur:qui neq; mulieribus pepercere? Nunc enĩ sacerdotem quendã: quoniam eum quidam accusauit peregrinos colere deos decretum aduersus eos qui peregrinũ introduce rent deũ suppliciũ mortis inferebaẽ.Igitur qui tali lege utebãtur palam est:eo q; alioꝝ non crede rent esse deos.Non enim si crederent aliquibus inuiderẽt:quasi quiddam maius habentibus. Sic his uero cædibus congaudẽtes humanis & paululum differentes a bestiis:arbitrantur tamen sua mysteria oportere esse custodienda:& Anacharsim sapientia mirabilẽ apud græcos aduenientem interemerunt: quoniã uidebatur græcoꝝ deoꝝ ad eos uenisse plenissimus.Multos autem apud Persas quilibet inueniet etiã pro eadem causa tormentis affectos.Sed palam est:quoniã Apollo nius Persaꝝ legibus congaudebant.illosq; mirabatur.Quippe cũ græci eoꝝ fortitudinẽ atq; cõ cordiam unanimitatis quã habuere de diis:hanc scilicet fortitudinẽ quã in templis eoꝝ concre matis habuerunt.Is etiã studioꝝ oĩum imitator extitit. Persicoꝝ uxoribus alienis contumelias faciens:filiosq; concidens.Apud nos aũt mors decreta est:si quis uel irrationabilia mala hoc mõ noceat:& ab his legibus non abducere:neq; timor potuit præpotentiũ ptãtum: neq; zelus eorũ qui apud alios honorantur:sed neq; fortitudinẽ ideo exercemus ut bella auaritiæ causa susciplamus: sed ut legum iura seruemus:& dum alia detrimẽta litis sustineamus.Si quos de legibus mo uere tentauerint:tunc etiã ultra uirtutem rebellare contendimus:& usq; ad calamitates nouissi mas perduramus.Cur itaq; nos zelemus leges:cum eas neq; a legislatoribus suis seruatas esse ui deamus.Vel quõ Lacedemonii nõ erant de impermixta sui conuersatione repræhendendi:& de defectu pariter nuptiaꝝ.Vliaci uero & thebei coitum impudentem & extra naturã olim in ma sculos agebant:& optime atq; utiliter facere se putabant. Ergo cũ ipsi oĩno rebus afficerẽt etiam suis legibus miscuere:quod tantum aliquando ualuit apud græcos: ut etiam diis suis masculorũ concu bitum applicarent.Itaque denicq; germanorum nuptias rettulere. Huiusmodi satisfactio nem rerum incongruarum & extra naturam pro libidine componentes.Desino nunc de suppli ciis dicere:& quantas ab initio præbuerint plurimi legislatores absolutiones malignis homini bus:in adulterio quidem pecuniarum:in corruptione autem etiam nuptias sancientes. Quan tas autem occasiones contineant de abnegatione pietatis examinare longissimum est.Iam enim apud plurimos olim meditatio facta est transgrediendi leges: quod non agitur apud nos quan do propter eas & diuitiis & ciuitatibus & bonis aliis priuati sumus. Lex autẽ apud nos seruatur usq; ad mortem.Nullius uero iudæorum neq; si procul abeat & prouinciam ob regem quã acer uum sic metuit:ultra illum legis uideatur timere præceptum. Igitur si propter uirtutẽ legum ta liter apud eos sumus:concedant quoniã potentissimas leges habemus. Si uero circa prauas nos leges iudicant perdurare:quid ipsius iustis me non patiant meliores non custodientes opere san ctionis? Quia igitur longinquitas temporis uerissima creditur omnium esse probatio. Hanc ego testem faciam uirtutem legislatoris nostri:& opinionis quã ille de deo contradidit.Nam cũ sit infinitum tempus si quis eum comparet aliorum legislatorum ætatibus: hunc ultra omnes i ueniet. A nobis itaq; declaratæ sunt leges : & cunctis aliis semper hominibus zelum sui potius præbuerũt.Primi quippe græcoꝝ ad faciẽ:qui deiura patri conseruabãt. Ipsis aũt rebus philoso phiæ:quæ tractatu illa secuti sunt.De deo similia sapiẽtes:humilitateq; uitæ cõmunionẽ inter al terutros edocentes. Sed etiã populis olim multus fuit zelus nostræ maxia pietate culturæ nomẽ est. Itaq; pietas græcoꝝ nec ullus quisquã barbarus:nec una gens ubi septimane in qua uacamus cõsuetudo minie discurrit:atq; ieiunia & candelabroꝝ incẽdia: sed etiã ciboꝝ apud nos solẽnia plurima apud multos iugiter obseruare conantur.Insuper imitari etiam concordiam:quam nos inter alterutros obtinemus: & rerum participari suarum: & operum dilectionem in artibus: & perdurationem necessitatum habere pro legibus. Illud enim mirabilius est:quia præter impul sorem huius obseruationis ipsa per se lex homines ita ualuit obligare:& quemadmodum deus in uniuerso mundo consistit:ita lex per cunctos ambulauit. Vnusquisq; enim si suam regionem domumq; conspicit:his quæ discuntur Homerus recessauit.Oportet igitur cunctoꝝ hominum maliciam repræhendere:aut enim uolunt nos isti aliena & praua iura ante ꝓpria & meliora zela ri:aut certe si hoc uolũt qescãt nobis ꝓ iuidiã accusatõnes igerere.Nõ eĩ ꝓ cuiuslibet maliuolẽt ia

defendimus hanc cauſam:ſed noſtrum honoramus legiſlatorem:atq; credimus quæ ab illo pro-
pheta de deo ſunt. Denicq; niſi intelligeremus ipſi uirtutem legum:nunquã magna ſapere ſuper
his tantus populus zelatur.Sed de legibus quidem & de repu.noſtra certiſſimam feci rationem
in his quæ de antiquitate conſcripſi.Nunc autem eoꝝ nemini quantum neceſſarium fuit: neq;
aliorum uituperare iura:neq; noſtra laudare proponens: ſed hoc agens ut de nobis iniuſte con-
ſcribentes:& contra ipſam ueritatem ipudentiſſime contendentes arguerẽ. Arbitror itaq; p hãc
conſcriptionem abundanter me quæ promiſi compleſſe.Denicq; in principio demõſtraui genus
accuſatoꝝ eſſe certiſſimum atq; nouum & multos ueterum i conſcriptionibus ſuis memoriam
habentium noſtri ex illis teſtes exhibui . Dixere itaq; Aegyptios fuiſſe progenitores noſtros &
oſtenſum eſt:quia in ægyptum uenerint aliũde.Deinde ſunt mentiti:quoniã exinde propter cla-
dem corporeis ſint expulſi: & apparuit quantũ uolũtate & magnitudine fortitudinis ad propria
ſint reuerſi.Alii uero tanquã nequiſſimo uiro legiſlatori noſtro derogare contendunt.Cuius uir
tuti dudum quid ipſe poſt illum:tempus uero longiſſimum perhibet teſtimonium. De legibus
autem loqui ampliori ſermone non fuit opus.Ipſe nanq; per ſemetipſas apparuere piæ & ueriſſi-
mam habentes intentionem:& non ad humanum odium:ſed ad rerum cõmunionẽ potius inui
tantes iniquitatum inimicæ cultriceſq; iuſtitiæ ſegnitia eſt.Et multas expenſas procul abiiciẽtes
ſufficientiam & amorem laboris erudientes bellum cauſa auariciæ neſcientes.Fortes autem pro
ſe eſſe populo præparantes ad ſupplicia retribuenda ſemper ineuitabiles uerbis nequaq̃ circũue
niri poſſibiles præparationes ſemper operibus exequentes. Hæc enim nos ſemper opera mani-
feſtiora litteris exhibemus.Quapropter ego confidens dico:quia multaꝝ atq; melioꝝ rerũ nos
potius quam alii præceptores ſumus.Quid enĩ intranſcenſibili pietate melius eſt:quid iuſtius q̃
legibus obedire:quid utilius quã in alterutros unanimes eſſe:Et neq; in calamitatibus ab inuicẽ
recedere:neq; tempore felicitatum per iniurias diſcrepare ſed in bello quidem morte conẽnere:
in pace uero artibus aut agriculturæ uacare:& ſemper & ubiq; credere deum reſpicere & ſolum
omnia gubernare.Hæc igitur ſi quidem apud alios aut ſcripta ſunt primitus aut ſeruata firmio
rem debemus nos gratiã illis tanquã eorum facti diſcipuli uero nequaquã primitus extitere.His
præcipue nos utentes cognoſcimur:& primã eoꝝ inuentionẽ noſtrã fuiſſe declaramus. Appiões
igitur & Molones & quicunq; mendacii derogatione congaudent coniuncti procul abſcedant.
Tibi autem Epaphrodite ueritatem maxime diligẽti & per te ſimilia noſſe de noſtro genere co-
gitantibus:hic libellus conſcriptus eſſe dignoſcitur.

Ioſephus antiquitatem approbans iudaici populi duos libros ſcripſit contra Appionem ale-
xandrinum grãmaticum:& tanta ſecularium profert teſtimonia:ut mihi miraculum ſubeat quõ
uir hebreus ab infantia ſacris litteris eruditus cunctam græcoꝝ bibliothecã euoluerit.

Impreſſum Veneciis per Ioannem uercelenſem Anno ſalutis.
M.cccc.lxxxvi. die.xxiii. octubris.

A iiii B iiii C iiii D iiii E iiii
F iiii G iiii H iiii I iiii K iiii
L iiii M iii

De Iesu Christo libro 18: antiq: pagina 159: facie secunda cap: 9
De Ioanne Baptista lib: 18: pag: 161: cap: 14:

Baer

280

JOSEPHUS

FLAVIUS

1 Ven 2/86